


John Carter Brown.

# DE REBVS IAPONICIS, INDICIS, ET PERVANIS EPISTOLÆ RECENTIORES.

*A Ioanne Hayo Dalgattienſi Scoto Societatis IESV in librum vnum coaceruatæ.*

In uſum Martini Weishaupt ſacerdotis Mauritianiſ.

ANTVERPIÆ,

Ex Officina Martini Nutij, ad inſigne duarum Ciconiarum, Anno M. DC. V.

JOHN CARTER BROWN

# ADMODVM REVERENDO ET ILLVST. DOMINO D. MICHAELI DE Monchy, Eccleſiæ Cathedralis Rothomagi Canonico,& in Senatu ſupremo Normanniæ conſiliario Regio, &c. S.

*IN me nullo meo merito varia contuliſti magnaq́ beneficia, quæ ſi ego omnino tacerem, mortalium ingratiſsimus meritò iudicarer; ſi verò publico ſcripto commemorarem, tibi, qui non ab hominibus, verùm à Deo ſolo laborum tuorum mercedem exſpectas, moleſtiam exhiberem. Mihi ergo temperabo, & paucis cauſſam complectar ſuſcepti à me laboris, in vnum congerendi librum, hominum Societatis Epiſtolas, ex locis longinquis & diuerſis in Europam miſſas. Martinus Nutius ciuis & bibliopola Antuerpienſis, vir in Religione Catholica, ſi quis alius, conſtans, magno cùm teneretur ſtudio promouendi pietatē, quam ipſe Dei beneficio à prima ætate coluit, compeſcendíque ſtultam cauſidicorum loquacitatem, qui nullos hactenus in Societate extitiſſe literatè peritos publicis libellis contendere non ſunt veriti, Ioannis Petri Maffei hiſtoriam, eruditorum hominum iudicio puram, ab omníque cùm mendaciorum tum barbariei*

*fœditate immunem excudendam ſuſcepit, collegiiq́; huius Rectorem, R.P. Carolum Scribani obnixè rogauit, vt Sociorum Epiſtolæ, quæ non eodem tempore lucem primùm adſpexerunt, ſic coaceruarentur, vt vnum quaſi corpus efficerent. Viri optimi ſtudio conatibuſq́; fauendum cùm exiſtimaret Rector, mihi hoc onus impoſuit conquirendi quæ varijs in locis exſtabant hominum Societatis litteras, quod lubens ſuſcepi, maximè cùm Superioris mei voluntati parendum ſcirem, & laborem meum non fore Chriſti Eccleſiæ inutilem certò mihi perſuaderem. Ad meliorem, vt confidimus, vitam migrauit Maffeius; at in Societate non deſunt, qui hæreticos & hos miſeros leguleios bonorum obtrectatores compeſcant, ipſorúmque inhumanam audaciam coërceant. Cæterùm regnare & ipſi deſierunt, poſtquam Henricus IV. Chriſtianiſſimus Rex Societatis patrocinium, magno bonorum applauſu Francorúmque commodo, ſuſcepit. Latrare itaque poterunt, qui Societati noſtræ in florentiſsimo Galliæ Regno interitum ſunt machinati; at damnum illi, vt ſperamus, dabunt nullum. Verùm cùm tibi ſit probè Societatis noſtræ agēdi ratio perſpecta & cognita, cuius propugnationem etiam triſtiſſimis temporibus nō deſeruiſti, non eſt cur de improborum maleuolentia pluribus diſſeram: tantùm te rogo, vt æquo animo patiaris, librum hunc Epiſtolarum nominis tui præſidio munitum in hominum manus venire, tibi quidē meritiſſimò melius aliquid à me debetur, ſed cùm hoc tempore non ſuppeteret quod tibi offerrem, tua in me humani-*

*humanitate liberalitateq́; dignum, volui vt poſteri-
tas intelligeret me eſſe nominis tui ſtudioſiſſimum,
beneficiorumq́; cùm à te tum ab Illuſtr. Domino Ro-
berto de Monchy Domino de Caueron, germano tuo
fratre, ipſiúſque coniuge Illuſtr. in primis & lectiſſi-
ma fœmina D. Anna de Pelue acceptorũ memorem.
Virtuti tuæ meritum præmium cumulatè perſoluet
Deus, quem obnixè rogo, vt te in Chriſti Domini Ec-
cleſia ſtrenuè laborantẽ conſeruet, & in dies ſtudium
tuum, quod à teneris annis pietati & doctrinæ dedi-
ſti, ſic augeat, vt ad ſenectutem perueniſſe te nun-
quam pœniteat. Vale in Domino. Ex Collegio Societa-
tis IESV Antwerpiæ, Anno* CIↃ.IↃCV.

Obſequentiſſimus in Chriſto ſeruus,
Ioannes Hayus.

# BREVIS IAPANIÆ INSVLÆ DESCRIPTIO.

INuicta Chriſti fides & caſtiſsima religio, licèt in hac noſtra Europa immaniſsimis erroribus atque ſceleribus quotidie Cacodęmonis machinatione impugnetur, vincit tamen, & caput victrix proferens in remotiſsimis & incognitis orbis partibus, Societatis IESV miniſterio, pios omnes Europæos conſolatur, promiſsionum Chriſti fidem auget, & nihil de Eccleſia ſponſa Chriſti contemptim ſentire per animi abiectionem hoc exulceratiſsimo rerum ſtatu patietur. Impios autem, qui in re omnium ſanctiſsima, paraſitorũ more ludunt, & verbum Dei cauponantur perterrefacere, & ſolicitos meritò tenere debet, ne fortè funeſtum illud tempus illis immineat, quo ablato regno Dei, cõpleatur terribile illud Eſaiæ prophetæ oraculum : Gens & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit. Porrò Iapania, de cuius conuerſione, multa cùm ex prioribus epiſtolis, typis euulgatis, tum ex hiſce pauculis lectu digniſsimis, cognoſcere potes optime Lector, inſula eſt maxima, M. Paulo Veneto Zipangri dicta, ad Septentrionalem plagam, verſus Orientem ſita, non procul à China, à mercatoribus Luſitanis, circa Annum 1543. inuenta, eodem ferè cum Italia & Hiſpania climate; fines habet latiſsimos, qui in longitudinem mille octingentis miliaribus, in latitudinem verò 900. extenduntur, diſtatque à Goa Indiæ Orientalis illuſtri Metropoli 3900. miliaribus, à Luſitania verò ſex millib. leucarum;

tarum; adeoque fertilis eſt, vt bis quotannis meſſem faciat, in Maio frumenti, in Septembri verò orizæ; temperies in ęſtate talis eſt, qualis in India. In hanc Euangelii merces precioſiſsimas noſtro ſæculo primus inuexit B. Fráciſcus Xauerius miraculis euidétibus poſt mortem illuſtris, Prouincialis Societatis nominis Ieſu per Indiã Oriẽtalem, Anno Salutis 1549. qui Chriſtianæ religionis fundamenta prima, ibidem duobus annis cum dimidio verſatus, indefeſſo labore feliciter poſuit; quibus alii eiuſdem inſtituti, viri eruditione & pietate prẹſtantes, alacriter ſuperſtruxerunt, eccleſiis diuerſis in locis conſtitutis, & incredibili cum fructu gubernatis. De gentium eius inſulę ampliſsimę, 66 regna continentis, vana religione & moribus, copiosè in epiſtolis Iapanicis dudum editis pertractatur, vtpote quòd colore candidi, naturæ bonitate, ingeniiique præſtantia multis Europę noſtræ nationibus antecellant, & quòd eorum ingenia ad Chriſti religionem ſuſcipiendam in primis idonea ſint. Et quanquam temporum iniuria bellorumque motus, quibus Iapania prouincia diutiſſime conflagrauit, multum votis Patrum Societatis ibidem verſantium obſtiterint, non tamen à cœpto deſtiterant hactenus, vt qui neque præteritis laboribus atque ęrumnis frangi, neque Sacrilegorum Bonziorum, (quod genus hominum nefariis ſacris miniſtrat) qui omnes ſuos conatus in eorum perniciem comparare ſolent, perfidia & impietate deterreri vnquam potuerint à cœpta Euangelii promulgatione. Quinimo nouis ſubinde in hanc longiſsimè diſsitam inſulam per pleniſsima periculis maria doctoribus miſſis, pietate & eruditione eam, vt alias Orientalis & Occidentalis Indię oras, egregiè Chriſto colunt, & vberem meſſem in Eccleſię horrea colligunt, nullis laboribus parcentes, quorum tu, benigne Lector, vt

 fructuum

fructuum parte gaudeas, & ſanctiſsimum hoc ſtudium ames, & precibus tuis augere velis, has tibi nuper ex Italico idiomate tranſlatas fideliter, dedimus, vnà cum illuſtri certamine & pro religione Catholica obita morte cuiuſdam Chriſti martyris nuper in Aphrica. Vale, Coloniæ Agrippinæ, nono Calendas Februarii. Anno Salutis Milleſimo quingenteſimo, octuageſimo primo.

(·.·)

LVDO-

# LVDOVICVS FROES SOCIETATI IESV IN EVROPAM.

CVM intelligeremus Chriſtianos per Europam homines non mediocrem percipere voluptatem ex iis rebus, quæ hinc è Iapona ad ipſos perferuntur; equidem valde deſiderabam opportunitatem mihi dari res omnes noui huius Chriſtianiſmi ſummatim in acta referendi. Quoniam verò multijugis obruimur occupationibus, atque adeò indies, *tamquam infidelium gladiis expoſiti, incerti viuimus*, dignóſne nos Deus habiturus ſit, qui ſanguinem noſtrum & vitam in ſacroſanctæ fidei defenſione profundamus, multa, quæ tamen ſcribi mereantur, omittens, intra vnius eorum, quæ hactenus his in oris acciderunt, rei geſtæ, & quidem maximi momenti, hiſtoriam me contrahens, hanc carptim breuitérque enarrando perſtringam. Sed enim inprimis vobis ſciendum eſt, nos in hac eaque ampliſſima inſula viginti ſupra tres noſtræ *Societatis homines*, totidemque *qui albo noſtro inſcribi deſiderant*, conſediſſe. Iamque vigeſimus octauus agitur annus, ex quo primùm noſtræ Societatis homines regnum hoc Bongoum ingreſſi ſunt. Cuius Rex toto hoc tempore beneuolentiſſimè nos complexus eſt. Etiamſi etenim paganiſmo adhuc adhæreat, præter tamen alia quamplurima beneuolentiæ præclara indicia, locum quendam nobis attribuit, & dono dedit, palatio ſuo vicinum, & mari iunctum, quodque gratiſſimum perpetua tẽperie profeſſioni noſtræ exercendæ oppidò commodum, qui in ambitu quingentos paſſus cõplectitur. In hoc iam nunc non contemnenda noui collegii iacta ſunt fundamenta. Quod vt fieret, ante omnia deſiderabamus. Enimuero impræſentia ſecundùm profeſſionis noſtræ rationem & vſum, fixo iam domicilio, ſatis laxè habitare hîc permiſſum eſt nobis, noſque ab acerbiſſimis, quibuſcũ hactenus luctati ſumus, laboribus & moleſtiis reficere; atque adeò officinam quandam diuerſarum facultatum & linguarum, potiſſimùm verò Iaponiæ inſtituere. Porrò quanto maiore ſtudio nobis Rex omni in re præ-

ſidium contulit, tanto magis è contrario inuiſi ſemper reginæ,& ab ea impediti fuimus. Vnde quòd maxima noſtrorum pars Iezabelis ei nomen impoſuerit; quandoquidē odio proſequendo res Diuinas,& in opponendo ſe ſanctæ noſtræ fidei incremento nihil omnino ab illa diſcrepet: non ſemel cū rege egit, ab eoq; importuniſſimè contendit,vt Patres Societatis vnà cum reliquis omnibus Chriſtianis è regnis ſuis profligati ejicerentur,quòd ipſorum (vti illa aſſerebat) religio ſecta foret comprimis noxia & execrāda. Cæterū rex, vtpote quem reginæ doli inq; fidem gentemque noſtrā odium non laterent,vxoris ſuæ conſilia perfacilè refellēs, conatus eius reprimebat, ſolitus ad hunc ei modum reſpondere; Ante aduentū,ô coniunx,in hanc inſulam Patrum,memini ſolius me Bungoi huius regni principatum gerere, cùm quinq; regnorū etiamnum imperium obtineam;tu quoque,quæ ſterilis antea poſteritatis ſpem abieceras, ſeptem nūc prolium optabili fœcūditate mater es facta.Vt taceam opes,diuitiaſque,quę perpetuis incrementis ab eo tempore copioſè & abundanter nobis acceſſere. Quorum maximorum bonorum cauſam cum peregrinam hanc gentē extare nefas mihi ſit diſſimulare, propter quam Dei, quem colunt, benignitas hāc nobis felicitatē cumulatè contulit,an nō meritò ingratus exiſtimabor, ſi pro acceptis à quocunque Deo in eorum gratiam beneficiis, pro his exiliū eis & calamitatem retribuā? Certè ad hoc adduci non poſſum; alioquin etiam vereor, ne fortè iratum Numen benignitatem ſuam in vindictam conuertat.Atqui,quoad hæc mihi vita ſuppetet, de Chriſtianis iſtis hominibus benemereri non deſinam. Eſt, piæ ſcilicet, reginæ huic, frater germanus Cichacata nomine, hominum ſibi parentiū numero & opibus inter Iaponios principes facilè potentiſsimus, quique ſecundus vel tertius à rege habetur.Hic cùm liberis careret,qui ditionum ſuarum hæreditatem ſuſciperent, puerū quēdā Meacum in ſucceſſorem ſibi adoptarat, filium cuiuſdam Cungi. Porrò Cūgi hi proceres ſunt inter reliquos dignitatis gradu eminētiſsimi,quippe quorū officii ſit proximos eſſe ſemper,&magno Voo miniſterium exhibere, penes quem iure gentis in ſexaginta ſex Iaponæ regna ſuprema poteſtas eſt.Cùm autem Cichacata iudicio præſtaret, non improuidè puerum hunc ad voluntatē ſuam accommodatum in hæredem ſibi delegit. Quem cùm ad Bongoam ciuitatem profectus ſecum adduxiſſet, ſeptimum iam annum ingreſſum, rariſsimæ breui in eo animi dotes animaduerſæ ſunt.Siquidem, præterquam, quòd habitu corporis & forma cōſpicuam venuſtatem præferat, & gratioſum ſe morum elegantia faciat,

faciat,ingenii inſuper acumine ita excellere cœpit, vt in iis diſciplinis,in quas animum intendit, præceptores ipſos breui temporis ſpatio ſuperarit; ſiue etenim cãtionibus & muſicis inſtrumentis vacat,paucis in hoc genere ceſſerit;tum & legit, & ſcribit,nec non pingit ſcitiſsimè ; domum & gladiatoria reliquiſque bellicis artibus decenter & induſtriè ſe exercet. Ad hæc multorum teſtimonio cõſtat, in tota prouincia non alium reperiri, qui illo dexteriùs aut magis graphicè multiplices Chinæ characteres formare queat. Quibus addiſcendis,cũ apprime difficiles ſint, ipſi Bontii omnem ſuam vitam impendunt. Vnde cùm tot tamque ſingulares in eo virtutes, & potiſsimùm ante ætatem prouidentia excellerent, exiſtimarunt rex & regina, non eſſe in tota Iapona digniorem alium,cui filiam ſuam in vxorem collocarent.Itaque, hoc ſuo conſilio cum Cichacata communicato, inter ſe conueniunt matrimonium conſummatum iri,ſtatim atque ambo ad iuſtam ætatem perueniſſent, quam præſenti hoc anno, ſeptuageſimo nempe ſeptimo ſupra milleſimum quingenteſimum, adepti videntur,cùm puer decimum ſextum, puella princeps regis filia decimum tertium attigerint. Euenit interea, puero quartum & decimum agente annum, vt in ædem hanc noſtram Suquii, vbi loci princeps regiam habet, à patre deduceretur, qui enixè tum à Patre Franciſco Cabrale Superiore noſtro requirebat; vt puerum religionis noſtræ præceptionibus inſtruere vellet, placere enim ſibi Chriſtianum eum fieri. Eodem etiam tempore accidit, vt mulier quædam dæmonio obſeſſa, quæ Regis palatio cõtiguas habebat ædes, neque potuerat vnquam à Bontiis ( quantumuis hoc ipſi variis adhibitis remediis multo cum labore non ſemel tentaſſent) liberari, noſtro in templo incredibili facilitate, DEO ita volente,à Spiritù vendicaretur. Quod cum Cicatora,ſic namque iuuenis appellatur, qui præſens erat, admiratus intueretur, ſecum cogitabat, hæc non poſſe, niſi à virtute diuina procedere. Ex quo, prodigioſo hoc opere illuminatus, ardentiùs efflagitare cœpit, vt ſibi de fide verba fierent. Eam proinde curam fratri Ioanni demandauimus, vt ad adoleſcentuli ſe ædes conferret, eumque catechiſmi præceptis & doctrina erudiret. Sub quo perbreui temporis interuallo tantum ille profecit, Diuina in eo gratia operante,ſimulque natura & ingenii viuido vigore adiuuante, neque diligentia tam docentis quàm diſcentis deficienre,vt diceret planè ſibi conſtitutum eſſe Chriſtianum fieri. Quod eius cõſilium cùm regina reſciuiſſet, ſubitò ei cœpit contradicere, totóq; renitens ſtudio à ſentẽtia illũ dimouere laborabat.Pater adhęc eius,

eius, reginæ ſororis ſuæ conatibus accedens, incipiebat & ipſe moleſtus ei eſſe. adeoque deinceps ſtrictim habuit; vt non ſecus, quã ſi captiuus foret, accuratè obſeruaretur. Apertè ſiquidem ipſis declarabat, non ſe poſſe fidei noſtræ, quam percepiſſet, veritati vel reſiſtere vel cõtradicere; neq; curare ſe, etiamſi in fenili aliquo degendum ſibi foret, aut etiam cum ignominia Meacum remiſſus ablegetur, modò Chriſtianum ſibi eſſe permittatur. Exinde adhibitis cuſtodiis interminati ſunt, ſi cui ad colloquium eius acceſſus pateret; & vt ſententiã mutaret, multifariis diuexationibus identidẽ adoleſcentulũ interpellabant. Tandem autem cùm pater eius & regina incaſſum ſe obniti animaduerterent, deliberarũt in regnum eum Figenſe ablegare, quod Cichacata pro gubernatore adminiſtrat. Atq; inibi admotis cuſtodibus, ne cum quoquã, qui animũ ipſius in concepto propoſito cõfirmaret, loqueretur, cauerunt. Quod cũ intellexiſſet Pater Cabralis, qui tũ tẽporis in regno illo Figenſi verſabatur, literas dat ad Cicatoram, quibus eum, variis adductis rationibus, hortabatur, vt in fide cõſtãs perſiſteret, cùm ſciret quãta impoſterum gloria quãtaq; meritorum præmia ipſum ex hac lucta manerent. Alteras itidem dat literas ad Patrem Ioannem Baptiſtam, per quendam nomine *Roco*, vt quacunq; via pertẽtaret, quo codicilli ii in manus Cicatoræ redderentur, injungens inſuper eidem *Roco*, vt ſi qua ratione fieri poſſet, ad colloquium illius peruadere conaretur, quo obtento in fide animatum confirmaret. Et quidem ita viſum eſt Deo, vt conatus hic cum fructu ſuccederet. Non mediocriter enim illum epiſtola Cabralis conſolata eſt, ad quam in hanc ſententiam reſpondit: Non eſſe non veriſſimum grauia ſe multa ob profeſſionẽ religionis eſſe paſſum, atq; etiã mirificè ſe animo diſcruciari flagrantiſſimo, quo teneatur, deſiderio baptiſmatis cõſequendi: Nihilominus orare, vti omnem pro ſe ſolicitudinem animique angorem deponere velit; majorem enim ſe nũc, quàm priùs vnquã, in animo ſuo firmitudinem perſentiſcere; & quidem interea, dum arctè adeò detentus fuiſſet, ſaltem precationes ſibi traditas ediſcendi & in Chriſtianæ legis doctrina meditandi tempus ſibi cõmodum fuiſſe, habere ſe ad manũ globulos precarios, quos iteratis precibus crebrò deuotè percurreret. Interim ſpe & fiducia ſe felicioris ſucceſſus concepta ſuſtentari, dum indies exſpectat nũtium, quo à principe Bongoam reuocetur; tũ verò ſine mora exequuturum ſe, quod vnicum in hac vita tantopere deſiderabat, nempe vt baptiſmatis Sacramento initiaretur. At cùm Cichacata ſibi perſuaderet in filio ſuo, tot menſibus à Chriſtianorum com-

mercio

mercio diuulſo, intepuiſſe iam, penitúſque extinctam eſſe ardentem illam deſiderii facem, qua, vt in eorum album reciperetur, flagrabat, accerſitum ad ſe redire iubet *Sexaginta equitum* comitatu ſtipatum. Qui cùm non procul abeſſe nuntiaretur, præcipui huius aulæ magnates obuiam effuſi, mirifico quodam animorum ſtudio exceptum lætiſſimas inter congratulationes non vulgari rum pompa in vrbem deducunt. Ipſe autem non diu moratus ſtatim atque percepit Cabralem vnà cum fratre Ioanne huc appuliſſe, clandeſtinè multis precibus cum eis egit, vt baptiſmatis ſibi gratiam cõferrent, cuius cùm cupidiſsimus foret, vereri ſe ſemper, ne nouis alicunde ſubnaſcentibus turbis votum hoc ſuum impediretur. Neque temere hoc præſagire videbatur; vix enim huc venerat, cũ intellexit patri ſuo in animo eſſe ad certas ipſum conditiones adigendi, quibus non niſi difficillimè nec ſine conſcientiæ ſcrupulo aſſentiri poſſet. Quod cùm præſentiret, præueniendum ratus intrepidè regẽ adiit, coram quo multa de iniquitate patris cõqueſtus, quot quantiſq; ab eo affectus eſſet iniuriis, quamq; inhumaniter tractatus particulatim narrãdo, per omnes circumſtãtias, quibus tẽporibus, quibus locis, per quas perſonas, quibuſque modis quàm variè læſus & exagitatus fuiſſet, disertè & ordine percurrebat. Ita vt Rex, præterquam quòd iuſtis rationibus conuictus non haberet, quod opponeret, adoleſcẽtis inſuper expeditum & viuidum ingenium, at maximè ante ætatẽ, decimũ ſextum enim annũ nondum exceſſerat, maturam prudentiã ſtupens admiraretur. Cùm neq; ipſe, neq; filius princeps, qui aderat, Cicatoræ perſuaderet, vt paternæ voluntati obſequeretur, domũ ab ſe eum dimittunt. Verùm enimuero conſiderans Cichacata nullam ſibi viam patêre filii in ſentẽtiam ſuam adducendi, ex aulicis ſuis primariis nobilem quẽdam virum ad ædes has noſtras mittit occultè, & quæ videbantur, committens. Hic diſſimulanter, tanquam ſine mandatis alienis ſpontaneus veniſſet, fratris Ioannis colloquium captans eum edocebat, quàm perperam Cicatora, & pertinaciter paternis placitis inobediens refragaretur. In ea autem ſe eſſe opinione, illum ſuis perſuaſionibus faciliùs, quã alterius cuiuſquam inflecti poſſe. Videri itaque ſibi non inutile futurũ, vt ipſe Cicatorã adhortatoria aliqua epiſtola cõmone faciat, ne vlteriùs tergiuerſari pergat, quin patris ſui votis ſatiſfaciens eidem ſe ſubmittat. Ipſe porrò ex conſilio Cabralis ad eũ ſcribit in hunc ſenſum; obligatum eum eſſe in omnibus, exceptis iis, quæ legi Diuinæ aduerſantia animæ ſuæ ſalutem impedire queant, patri ſuo obedientiam præſtare, etiamſi hic diſcolus ac

ethni-

ethnicus foret; quinimo hactenus eum teneri cùm paternis tum regiis placitis obtemperare, vt, ſi rei pondus exigat, neque vitæ ſuæ parcendum ſibi ſit. Allata eſt ei hæc epiſtola, quam cùm perlegiſſet, primùm in vertice capitis poſitam, non ſine gemitu & lacrymis tandem in ſinum recondidit. (Qui gentis peculiaris eſſe ritus videtur) clara adhæc voce pronuncians, non ſe omiſſurũ, quin ea, quæ literis his mandarentur, ipſo effectu perſequeretur, ſimulque ſcripto reſpondit: gratias agens quàm maximas pro admonitionibus & ſalutaribus conſiliis, quæ ſibi data forent. Quæ animi in eo alacritas cũ patri tum cæteris aulicis incredibilis lætitiæ cauſam præbuit; nec non ingentem mouit admirationem conſiderantibus, quanta cum promptitudine Eccleſiæ & PATRVM conſiliis obtemperaret. Ab illo verò tempore, quo Cicatora in aulam hanc rediit, multifariis præſtigiis diabolus Cicachatam, adaucto rerum diuinarum odio, magis magiſq; auerſum à nobis reddere; pariterque adoleſcentem, obiectis ſpectris & diuerſis terriculamentis, conterrere tentauit. Singulis namque noctibus vis ingens Saxorum in Cicatoræ domicilium magno cum fragore immittebatur, ſic vt domeſticos pauor & metus attonitos corriperet. Cumque videretur ſtrepitus hic & lapidum tempeſtas per atria domus deſæuire, & è veſtigio miniſtri facibus accéſis accurrerent, repentè neq; videri neq; audiri quicquã; tumultus autem omnis ceſſare, quem cũ ille ſui cauſa, rabie diabolica, excitari facilè diuinaret, hoc magis contendere, vt abſque dilatione aliqua baptizaretur, quo prodigium hoc editum patri ſuo veræ religionis manifeſtum ſignum & teſtimonium eſſet. Pro certiſſimo etenim habebat, ſtatim atque baptiſmi ablutione paganiſmum exuiſſet, euanitura omnino hæc ſpectra, & dæmonia tenebrarum principis emiſſarios fugam inde arrepturos. Tandem Cicatora, ſitientiſsimo baptiſmatis deſiderio excitus, nemine ex ſuis conſcio, incomitatus *ad domicilium noſtrum* venit, vt catechiſmi poſtremę, quæ habenda erat, lectioni intereſſet. Qua occaſione ipſi, inſtanter id flagitanti, nomina aliquot diuorum propoſita ſunt, vt ex iis, quod vellet ſibi aſſumeret. Porrò Simonis elegit; quod nomẽ, ſi Cinææ linguæ characteribus ſcribatur, eum ſignificat, qui à præceptore ſit inſtitutus. Placuit autem hoc illi ſimplici delectu comparatum, neque *voluit præmitti titulum*, quo hodie Principes & Nobilitas, tanquam prærogatiua quadam, inſcribi atque ſalutari gaudent. Non tamen idcirco ad ſalutiferi fontis Chriſma recipiendum admiſſus adhuc eſt, rogatus, vt dilationẽ hanc aliquot dierum patienter ferret, Sic vtique ad animæ ſuæ ſalutem requiri.

*Videba-*

*Videbatur etenim, cùm ille iam ætatem attigiſſet, neque in mora periculum eſſet, Sacramentum hoc non niſi bene præparato conferendum. Cùm alioquin & facilitate collationis res, quanquam pretioſiſſimæ vileſcere ſoleant. Accidit autem plerunque, vt quàm ardenter nouam aliquam religionem ſequamur, tam rurſum, ſenſim frigeſcentes, temere hanc deſeramus.* Inter hæc Cicatora reginam ſalutaturus in aulam abiit, à qua cùm rogaretur, ſene Chriſtianæ profeſſioni mancipaſſet, abſque vlla ſimulatione, intrepidè reſpondit, rem ita ſe habere. Vnde illa vehementer turbata plenaque irarum iuuenem & iurgiis aſperrimè exceptum reprehendit, & minis inſuper perterrefacere inſtitit. Non multo tamen pòſt tempore rediit ad nos Cicatora, & anxiè vrgere cœpit, vt regenerationis lauacro tingeretur. Cumque videremus non tantùm non poſſe nos ei idipſum negare, ſed neque diutius nobis differendum, Cabralis, *præmiſſis, quæ requirebantur, ceremoniis, iuuenem ab originali labe, vnà cum tribus*, aliis adoleſcentibus nobilitate generis claris, ſuis domeſticis, *ſacrati fontis aſpergine*, expurgauit. Quod fuit Aprili menſe pridie feriarum diui Marci Euangeliſtæ. Quamdiu ſacrum celebrabatur, genibus in terram defixis, eleuatiſque in cœlum manibus immotus, lætuſque, vti ex ſerenitate vultus colligi poterat, perſtitit. Quo peracto in quoddam noſtrorum ad conclaue ſe recepit, vti commodè cum iis ſermonem haberet, quibus ſibi imprimis deuinctus videbatur. Inter alia autem, quibus, multa deuotè diſſerendo, quàm immenſa ſolidaque gaudii dulcedine in imis præcordiis frueretur, demonſtrabat, hoc vnum animi ſui clariſſimum potuit eſſe teſtimonium, quod propalam profiteretur; nihil optare ſe priùs, quàm ad hanc deſideratiſſimã felicitatem, tanquam complementũ & ſummũ beatitudinis culmen, ſibi adjici, ſiquidẽ omnipotentis Dei ea eſſet voluntas, vt eueſtigio rebus humanis eximeretur, priuſquam innocentiam & puritatem in baptiſmo receptam culpæ alicuius labe contaminaret. Terq; certè quaterq; beatos, quos in Deo renatos properatus excipit finis, offendiculi omnis & lapſus occaſionem præoccupans. Cabralis tũ ei precariũ torquẽ ex oſſe marini equi affabre expolitũ dono obtulit, quod munus maximo in pretio habuit, ſtatimq; collo circumpoſitum appendit, torquẽ, quẽ antea geſtauerat, vni ex iuuenibus, qui ſecũ Chriſtianiſmo initiati fuerãt, benignè condonãs. Poſt hæc verò amplius lapidatum non eſt, ſed dæmoniis cedentibus Saxatilis illa tempeſtas omnis deſiit. Non multos deinde poſt dies Simõ cũ patre ſuo rus, ꝙ quatuor leucis ab vrbe diſtabat,

profi-

proficiſcitur. Vbi loci cùm Rex & princeps filius aprorū captarumq; venationi inſiſterēt, ab his perbenignè menſis admoti ſunt. Quibus remotis, dum pater cum Rege commutatis ſermonibus tractat, Simon magna celeritate in vrbem redit, quamuis largiſſimus decideret imber; nimirum vt & domi pernoctaret, & proximæ Dominicæ, erat enim tum Sabbathi dies, ſacrificio intereſſet, quod ardenti deſiderio affectabat. Et licèt inſequenti quoque die continua deſæuiret pluuiarum tempeſtas, non tamen hac impediri ſe paſſus eſt, quin templum noſtrum & quidem pedes adiret. Vbi, durante ſacro, genibus ſubmiſſis tam deuotè & reuerenter ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum adorauit, nō ſecus, atq; ſi iam à multis annis noſtræ Religioni innutritus Chriſtianus fuiſſet. Quantam porrò perceperint ex eo animi voluptatem reliqui Chriſtiani, *quod ipſum, quem ſuæ religionis protectorem habituri forent*, in ſinum ſe Eccleſiæ dediſſe viderent, vobis conſiderandum perpendendumque relinquo. Cumque Cabralis, qui tum Eccleſiaſten agebat, verba facturus eſſet ad populum, attentiſſimus ille concioni aſtitit. Ipſe proinde ob præſentiam Simonis, conuerſa accommodataque ad occaſionem oratione, animare eum, & in fide confirmare. Proponens palmam illam incomparabilem præmii nunquam deſituri, quod Deus pro peracto ob ſui amorem in momētanea hac vita labore victoribus in æterno ſuo regno refundere ſoleat. Finita concione, Simon ad Chriſtianos, qui aderant, conuerſus; quanquam, ait, (vtpote qui non ita pridiē ad hanc vitæ rationem traductus ſim) nondum percipiam myſteria, quę miſſæ ſacrificio exhibentur, nihilominus credite, quas occultas perſpexi ceremonias, ſanctas mihi tremendique myſterii plenas videri, & ſummum ſolatium conferre iis, qui intelligant, non dubito. Adhæc, inquit, felicitati ſe ipſorum inuidere, quibus integrum eſſet ſacrum quotidie; quandocunque placeret, adire, quod ſibi in præſentia nō permitteretur. Atque ita omnibus perquam populariter conſulatis domum digreditur. Alio quodam die, aſſumpto ſecum manuario ſtlopo, ſimulans volucria inſectari ſe cupere. in nauiculam quandam noſtram ſe recipiens confeſtim ad ædes noſtras deuehi ſe iuſſit. Quò cùm veniſſet, facta eſt ei aliquot myſteriorum fidei noſtræ declaratio, ſimul & tradita præcepta nonnulla, quibus ad religionis progreſſum iuuaretur. Non tamen ita cautè vel occultè fieri id potuit, quin ſtatim Cicachata ea de re certior redderetur, qui cùm non ſine indignatione grauiter ferret oſſeum illum torquem, profeſſæ quaſi religionis Symbolum, eum collo appenſum geſtare, nouo denuo rumote hoc vehemen-

hementius multo irritatus eſt. Cumque indignationem conceptam impotenter ferret; neque æſtum iracundiæ premere quiret, per tertiam perſonam filio denuntiat; (apud Iaponios etenim inter magnates recepta eſt conſuetudo, in ſeriis & magni momẽti negotiis, quæ ad diſſenſionem ſpectent, ſermonem inter ſe non conferre, verùm per internuntios etiam patres cum filiis agunt) iamprid ẽ ipſum ſcire, quantopere ſibi diſpliceret, quòd Chriſtianam amplexus eſſet religionem. Videre namque ſe inſolenti quodam illum torque præcinctum incedere; atque adeò non ſe latẽre, quòd aliquotiens ad Chriſtianorũ templum iſſet; à quo propoſito deſtitutum eum exiſtimabat, cùm id ei tam grauiter interdixiſſet. Itaque ſibi caueat, ne quid tale deinceps cõmittat. Alioquin citra cunctationem, quicunque eum ſeruus comitari auſit, morti daturum. Sin verò eò inſaniæ & cæcitatis adigitur, vt incomitatus eò ſe conferat, ſe ipſum ex ædibus ſuis expulſum Meacum ablegaturum, quod ipſi probroſam infamiæ notam apud vniuerſum populum ſit inuſturum. Ad hæc omnia indiſſimulanter Simon reſpondit; apertè profeſſus Chriſtianum ſe eſſe. Proinde ex religionis ſuæ inſtituto non licere ſibi omittere, quin & templum frequentet; ibidemque preces ſuas deponens creatori ſuo animæ ſuæ ſalutem commendet, etiamſi ob hæc grauiſſima quæque patienda, nec non & ipſa vita perdenda ſibi foret. Quo cum reſponſo dimiſit eum, qui ex mandato patris ſecum egerat. Deo autem Opt. Max. immenſas agebat gratias, datam ſibi occaſionẽ fuiſſe, quod imprimis auebat, vt cùm patri ſuo manifeſtè declararet, tum & reliquis omnibus propalam faceret, cuinam religioni ſe totum addixiſſet. Quid verò actum eſſet Cabrali, mox per epiſtolam indicat; nimirum conſequutum iam ſe eſſe, quod in votis habebat, vt mẽtem ſuam inſtitutique rationes manifeſtaret. Vnde cùm ſciret quanta ſibi inſtarent toleranda, vt curſum, quẽ cœperat, perficere ſibi liceret, piarum eccleſiæ orationum ſe patrocinium expoſcere. Dein noctes dieſque comitatis excubiis multo quàm prius ſtrictius detentus eſt, ita vt neque viſitandi neque animandi ipſum vlla pateret via. Quibus tamen non obſtantibus ex induſtria ratio eſt excogitata, qua ad manus eius perueniret hiſtoria, diui Sebaſtiani martyrium complectens in Iaponenſem linguam traducta. Hac continebantur orationes aliquot ad erigendos animos appoſitæ, quibus ille cæteros martyres conſolatus, & ad conſtantiam adhortans, ab infirmitate ſpiritus ad paſſiones tranquillo fortique animo ſuſtinendas retrahebat. Vt & ille horum vitas in exemplum trahens inter has ſuas afflictiones

pietatis hinc & patientiæ documenta hauriret. Nec non vberem hæc lectio apud eum fructum fecit, cùm ſenſim ex hac inuictum ad aduerſa quæque toleranda animum ſibi compararet. Cicachata autem ſtatim atque reſponſum, de quo dictum eſt, accepit, acriùs multò quàm priùs exaſperatus, denuo cum regina ſorore contra filium coniurat. Iunctiſque conſiliis & viribus grauiſſimè interminando iuuenem metu perculſum fractumque expugnare tentabant. Et quidem principio Chriſtianum quendam hominem, quo præceptore ille in muſicis vtebatur, in exilium abigunt. Poſt hunc & tertium eorum, qui cum ipſo baptiſmum receperant, eodem interdicto exturbant. Hunc Cicachata reum agebat, quòd, cùm eum filio ſuo adhærere voluiſſet, vt eius adoleſcentiæ oblectamentum præſidiumque foret, eo temeritatis progreſſus eſſet, vt Chriſtiano ſe dogmate cum illo imbueret. Itaque mandat, vt è veſtigio illinc abeat, niſi enim immaturæ ætatis patrocinio defenderetur, morte ſe in eo vindicaturum, quam tamen non ſit effugiturus, ſi in conſpectum ſuum ſe reddere auſit, ſed vnà cum tota patris familia pœnas daturum. Hi duo cùm, quò ſe aliò reciperent, neſcirent, ad nos confugiunt. Cabralis eos perhumaniter excepit, & ad patientiam in meliorem ſpem hortatus, ad auxilium commeatum liberaliter tribuit. Pari etiam modo Cicachata alterum eorum adoleſcentium, qui cū Simone Baptiſmum receperant, è medio tolli imperarat. Verùm id ei non ſucceſſit. Simon namque à ſe illum auelli nō patiebatur, & perculſi animum confirmans, in ſe ſpem fiduciamque omnē ponere iubebat; ſalutem ſuam non ſecus atque propriam ſummæ ſibi curæ fore. Charum enim illum habebat. Atque addidit: priùs ſibi corpus articulatim ſecandum, quàm illi veſtimenta laceranda. Quidā adhæc alius ex ſeruis, qui ſolus ei relictus fuerat, quemque Meaco ex ædibus paternis ſecum adduxerat, iuſſus eſt exulatum ire, eo quòd Simonem recipere à nobis, & viciſſim ad nos huius opera literas dare reſcitum eſſet. In hunc itaque modū miniſtris ſuis omnibus ſpoliatus, nec non à cariſſimis amicis deſertus, cùm omnis conſilij, auxilij, & ſolatij expers ſolitariam & triſtem vitam duceret, iterum non vna via, cùm minis, tum variis artibus oppugnatus eſt, vt à fide deſciſceret; ita quidem vt hoſtes, neque diebus, neque noctibus intermiſſis, adoleſcentem exagitando nullum moleſtandi finem facerent. Ex aulicis primoribus nunc hi, nunc illi, atque alij ſubinde reginæ patriſque ipſius nomine frequenter eum interpellebant, vno quaſi ore eiuſmodi ei identidem cantilenam occinentes: Te, qui alter à Rege haberis,
dedecet

dedecet peregrinæ gentis perſuaſionibus ſeductum inglorium cõ-
temptam hanc vitam agere. Conſtituit Rex filiam ſuam in matri-
monium tibi dare; prouincia omnis Bungoa tibi auſcultat; 15
armatorum millia tuæ ditionis ad tua iuſſa præſtò ſunt; ex prouẽ-
tibus 80 millium cenſus anno quolibet vertente tibi redit; vides
quam omnes de te opinionem conceperint, quod de te iudicium
faciant, quemadmodum reliquis huius regni principibus longè
præferatis ob præclariſſimas, quæ in te eluceſcere cœperũt, virtu-
tes, ob quas ſibi ſpondent omnes illuſtri te colophone huic expe-
ctationi ſatisfacturum? Tu porrò vide ne ab hac ſpe, ab ampliſſi-
mo dignitatis hoc gradu excidas. Ecquid tibi ipſi calamitatis tuę
& infortunij cauſam conciliabis? Nunquid manifeſtè conſpicis
te, niſi Chriſtianam hanc ſectam deſeras & repudies, non ſolùm
eorum omnium, tum & honorum iacturam facturum, verùm et-
iam vel acerbum & cruentum exitum; vel probroſum exilium
cum indelebili quàm tua, tam vniuerſi generis tui infamia &
vituperio manere? Ad quæ Simon nequaquam immutato vul-
tu intrepidè in hunc modum reſpondit: Nihil equidem hęc om-
nia moror, vel vt regi in generum aſciſcar, vel tam opulentis
reditibus perfruar; nihil etiã penſi habeo à Cicachata in ampliſ-
ſimarum poſſeſſionum hæreditatem adoptari; ſimul & in con-
temptiſſimis habeo tot millibus bellatorum ſtipari; quinimo ne-
que de Bongoi imperio laboro; vt verò Chriſtianum me eſſe ſina-
tis duntaxat deſidero. Hæc ſola mihi eſt & maxima voluptas, præ
qua quicquid vos tanto in pretio habetis, ſordeſcit, ſtipulaque ac
vitioſa nuce vilius duco. Eam enimuero modò obtinere mihi con-
cedatur, in cæteris quamuis egentiſsimus victitem, & vel mendi-
ci vel ſerui conditione, locoque habear, æqui bonique fecero,
poſteaquam à recepto baptiſmo deliberato propoſito ſtatuerim,
amoris ergò, quo verum complexus ſum Deum, qui pro me mori
ſuſtinuit, vt animam meam à perditione vendicem, omnem for-
tunam æquo animo ferre. Quam inconcuſſam in iuuene conſtan-
tiam cùm adſiſtentes perſpicerent, ipſi gentiles attoniti ſtupe-
bant; Chriſtiani porrò cæleſtis luminis & diuinæ gratiæ in eo ex-
uberantiam non immeritò admirabãtur, quòd inter grauiſsimos
inimicorum inſultus, tot afflictatus perſecutionibus, omnique
humano deſtitutus adiutamento, tam ſplendido conſtantiæ actu
Chriſtianæ religionis fidem comprobaret. Vnde plerique omnes
ob inuictum hunc animum ſancta æmulatione quandam inuidiã
concipiebant. Conſiderans itaque Cicachata ſe, reginam, nec non
cæteros amicos irrito conatu inanem operam ſumere; atque

perſuadens ſibi per inſtituti noſtri Patres aſſequi ſe poſſe, quod volebat, hac via rem experiri ſtatuit. Proinde nobilem quendam virum, ſibi ſanguine iunctum, hominem prudentem & circumſpectum ad Cabralem mittit, qui de tribus rebus cum eo expoſtulet; & primò quidem, filium ſuum, priuſquam noſtræ ſe fidei addixiſſet, debitum ſibi honorem & obedientiam detuliſſe; deinceps verò immorigerum redditum, præceptis ſuis multis in rebus recalcitraſſe. Quapropter dolere ſe, quòd eum baptizaſſet; Secundò, cùm filius ſuus alumnus, ſummo loco natus, illuſtri natalium ſplēdore excelleret, in graue honoris dignitatiſque ſuæ detrimētum redundare, quòd ita frequenter ædem noſtrā viſitans exoticis ceremoniis ſe totum manciparet; neq; offendiculo & reprehenſione apud populum carere, quòd ſertum illud ſphærulatū collo geſtans in publico ſe oſtentaret. Tertiū, de quo querebatur, erat, cùm innumera delubra tam per regnum Figenſe, quàm reliquas ſuæ ditionis prouincias Camo & Fotoquo (qui ipſorum ſunt Dij) dicata, in quibus anniuerſaria feſta ſolēniter celebrarentur, ampliſſimorum prouentuum opulentia florerent: in his ſi Cicatora Chriſtianis adhærere perſeueraret, Numinum ſuorum cultum extinctum iri, atque adeò non dubitandum, quin ex eo reditus ij peſſum abeant, tum & religioſi vetuſtique Deorum ritus penitus aboleātur. Quamobrem magnopere vrgebat Cabralem, vt ijs, quæ dicta ſunt, conſideratis, filio ſuo conſilium dare & ſuadere vellet, quò ille fidei renunciaret: ſe viciſſim hanc gratiam ab ipſo impetratam ſingularibus beneficiis compenſaturum. nam & religioni ſe noſtræ impensè ſemper fauturum, neque minùs ſe noſtrorum ſtudio, quo quàm plurimos ad fidem noſtram traducere laboraremus, adiumento futurū, quàm ſi Cicatora eorum in numero iiſdem addictus ſacris permaneret. Cabralis autem ad priorem propoſitionem in hunc ſenſum reſpondit: iniquum eſſe ipſum tam acerbam habere quærimoniam, eo quòd eius filius Chriſtiano ſe dogmate imbui paſſus eſſet: quandoquidem inficias ire non poſſet, quin ipſemet primus ſuaſor ei fuiſſet, vt Chriſtianis diſciplinis & præceptis formandū ſe traderet, atque adeò hac cauſa ab ſeipſo in templum eſſe deductum. Quo ex facto ſi vel error vel etiam culpa aliqua promanarit, æquum eſſe, vt ſibiipſi hanc imputet. Quantum verò ad querelam, quam profert, attinet quòd filius poſt baptiſmum, aſſumpta quadam contumacia, dictis paternis rebellis eſſe cœpiſſet: reſpondit, multis in rebus, quæ occurriſſent, contrarium prorſus illum demonſtraſſe: & quidem potiſſimùm, cùm ex Figenſi prouincia

uincia remearet. breui etenim tum ab ſe admonitum epiſtolio, protinus voluntati imperatiſque ipſius audientem ſe exhibuiſſe, etiamſi tum temporis Chriſtianæ profeſſioni nondum foret initiatus; neque veriſimile eſſe poſt baptiſmum in eo ipſum deliquiſſe, cùm paucos ante dies id eſſet conſequutus. Ad ſecundam propoſitionem ait: in regnis Meaci non paucos nominari poſſe Conguos & Voiacatas Chriſtianos, neque opibus, neque genere, neque dignitate filio ſuo inferiores, qui tamen hoc nomine neque auitæ familiæ ſuæ gloriæ detrahi, neque ab honoris, in quo præſtant, gradu ſubmoueri ſe poſſe exiſtiment. Tantum enim abeſſe, religionem dignitati cuiuſquam decerpere, vt ſine hac nullo in imperio veneratio vel maieſtatis decus conſpiciatur. Non ipſum fugere principem Sebaſtianum Bongoi Regis filium hanc fidem amplexum, quam ipſe non infauſtæ infamiæ, ſed potiùs beatiſſimi honoris titulo habeat. Quódque hoc maius eſſet, in Europæ regnis (ad quam Iapona comparata exigua cenſeretur inſula, cuius etiam non ita pridem notitia ad homines perueniſſet) Reges exiſtere Chriſtianos, qui longè lateque per terrarum orbem dominarentur, aliiſque Regibus dignitate eminerent auguſtioribus multo, & potentioribus ipſo Voo, vniuerſæ quamuis Iaponæ imperante: feliciùs tamen & honoratiùs viuere ſe illos cenſere, quo frequentiùs templa adeuntes ſacris interſint. Ad ea ipſos ſe conferre, vt creatori ſuo Deo, vniuerſi orbis Seruatori, ſupplices facti, ab eo gratiam & auxilium quàm humilibus precibus implorent. Ita namque demum imperia ſe feliciter adminiſtrare poſſe arbitrantur, ſi diuinæ potentiæ maieſtatem agnoſcentes, huic piè, humiliter, & conſtanter famulentur. Quòd verò ægre ferret, Simonem oſſeas illas ſphærulas torquis loco geſtare, liberum eſſe illi in hoc pro arbitrio agere: neque enim expreſſum eſſe Chriſtianæ legis inſtitutum, aut in eo ſalutem verſari. Quocirca, etiamſi ille in templum noſtrum vētitaret, de hoc ne laboret, nullo noſtro conſilio inhibitum iri, quin ſuam voluntatem in eo ſequatur. Ad tertiam deniq; expoſtulationē, qua videbatur vereri, ſeu præſagire potiùs gentilium Deorum, quippe qui maiori Deo locum facturi eſſent, exterminium; ſubiecit Cabralis, intempeſtiuam hanc eſſe querimoniam, rem etenim nondum hucuſque perductam. Porrò etiam ſi breui effectum ſortiretur, nullum inde hæc regna detrimentum acceptura, vti iam nunc manifeſto & indubitato exemplo in Nabunanga comprobari queat, qui quantumuis ethnicus adhuc foret, & Iaponiorum principum potentiſſimus, præ cæteris tamen aduerſa-

rius eſſet infenſiſſimus, & aſſiduis Camin pariterque Fotoquum ipſorum Deos perſecutionibus exagitaret. Deos autem hos non ſolùm nullam ab eo ſui vindictam exigere; quantò verò magis ipſis inſultaret, & fana demoliretur, hoc magis indies ei omnia pluſquam optabili proſperitate ſuccedere; illum vndique affluentibus diuitiis locupletari, & fines ſuos adiectis latè prouinciis, tanquam obſequente votis ſuis fortuna, amplificare. Nouiſſimè, quantum ad hos attineret, ipſum requirere, vt Patres noſtri elaborarent, quo filius ſuus, deſerta religione, voluntati hanc ſuæ poſthaberet, reſponſum eſt, huius petitionis inconſiderantiam ex eo procedere, quòd nondum ſibi compertum eſſet, quàm pura & incorrupta ſit lex omnipotentis Dei, quæ ne leuiſsimum quidem erratum indulgeat, hoc minus flagitium tam graue & enorme admiſſuræ, præſertim in iis, quorum officij ſit ſinceræ huius fidei ſementem; non calamitatem facere, quod vtique iuſta Dei ira correpti impunè non ſint laturi. Itaque certò ſibi conſtare debere, Patres quocunque mortis genere ſanguinem & vitam ſuam priùs deſerturos; quinimo & paſſuros potiùs non per Iaponam ſolùm, verùm etiam vniuerſum orbem ſua templa diſturbata ſolo adæquari, quàm impium vſque adeò & deteſtabile cuipiam Chriſtiano deſerendi fidei conſilium daturos. Ideoque iuſtius æquiuſque eſſe, vt filium ſecundùm inſtitutum ſuum viuere patiatur; neque, animum eius turbando, operationi diuinæ, quod incaſſum conetur, obluctari pergat; in ceteris ſe ſuo periculo ſpondere, Simonem ipſi ſine cunctatione ſemper auſcultaturũ. Porrò tam intolerabilibus ille indies magis magiſque cõiiciebatur diuexationibus, vt ad Cabralem ſcriberet; ita ſe tot malis oppreſſum fatiſcere, neque diutius moleſtiarum has cruces ſuſtinere; proinde orare, vti per noſtrorum aliquem regem de ſtatu ſuo edoceat. Cabralis è veſtigio Ioannem ſuprà memoratũ ad Regem ablegat; qui tum temporis tribus paſſuum millibus inde in montibus cum principe filio verſabatur; cui cùm particulatim, vti inſtructus erat, quo pacto ſe negotium haberet, expoſuiſſet; ait rex, Cicachatam filio ſuo iniuriam facere, cùm ipſemet ei adeundi tẽpli, *nec non res diuinas audiendi* auctor fuiſſet: neque poſſe ab ipſo Cabralem incuſari, quòd iuuenem intempeſtiuè ſeductum raptumque ad religionem ſuam pertraxerit, quum diem ex die ducens in ſeſquiannum vſque baptiſmum ipſius diſtulerit, *periculum nempe hoc temporis interuallo faciens, num animi filii ſententia ſenſim euaneſceret. ne fortè iuuenili quodam ardore rei temere inſti-*

*tutæ*

*tuta aliquando ipſum ſuppœniteret, percommodum illi interea fuiſſe, perſtandúmne, an vela vertenda forent, deliberare*. Ad hæc religionem deligendi, ſequendique quam velit, cuiuſque in arbitrio eſſe, *neque ad vllum inuitum quenquam cogendum*. Nihilominus expediens eſſe, vti conniuendo diſsimulet: *tanquam parum penſi habens, vel etiam ignorans, quod adoleſcens per ætatis deliramentum vel agat, vel omittat*, ne Cicachatæ occaſionem præbeat facinoris alicuius indignè perpetrandi; cùm hic eius ſit ingenii, vt alioquin non ſit quieturus. Sed tamen, quandoquidem negotium hoc ſibi cordi ſit, promittere ſe ſuo loco & tempore huius actioni manum ſeriò admoturum. Dum hæc aguntur, regina conceptam rabiem minimè concoquere: at fratrem denuo maiorem in modum vrgere, atque initare, ne à cœpto intermiſsionem faciat, dum filius ſuæ voluntati ceſſum eat, alioquin nullo ſe pacto filiam ſuam in coniugem ei daturam. Cicachata ergo de integro ad Cabralem mittit, aureos pollicens montes, ſi poſtulatis ſuis annuat; ſe videlicet ad magnifica paſsim extruenda delubra ſumptus liberaliter ſuppeditaturum; tum & ex ſubditis ſuis quamplurimos inducturum, vt Chriſtianas ceremonias ſectentur, atque his ſimilia varnis pollicitationibus ſpondens. Ad extremum verò, vera pectoris ſui oracula promens, grauiter comminari; nimirum niſi poſtulationi ſuæ ſubſcriberetur, filium ſe ſuum, quandoquidem ſibi parêre recuſet, nudum omniumque rerum egenum ad nos ab ſe profligaturum. At enim, ſiquidem per nos hoc modo priuaretur filio, atque ita, hoc ſibi adempto, per quem progeniem ſuam ab interitu fuerat aſſerturus, fieret vt hac extincta auitæ ſuæ hæreditatis beneficium ad alienos tranferretur, grauiſsimam acceptam iniuriam grauiùs vindicaturum; templum namque ſe noſtrum cum domiciliis, nobis inibi trucidatis, euaſtatum in ſolitudinem redacturum: neque eſſe vt regis gratia & fauore freti confidamus, quo etiã inuito ſui vltionem ſit peracturus. Antiquitus apud Iaponios ritus inoleuit, vt, ſi quando principes Bontiis, hi ſunt ipſorũ ſacerdotes, qualecunq; ob delictum ſuccenſent, vel ad aliquid ex præſcripto agendũ volũt cogere, hi è veſtigio principis indignationem fuga declinent, fana ſua cũ idolis deſerentes: atq; in aliã regionem, qua ſe ſperant ſecurè cõſidere poſſe, metu mortis, ſeu grauioris pœnæ, vel bonorum mulctæ commigrent: aut alioquin offenſi animum mitigantes variis & magnis muneribus vitam ſuaque redimere tentant. Hoc exemplum putatur mouiſſe Reginam & Cicachatam, vt iis, quibus dictum

 eſt,

eſt,minis fulminarent,ſibi perſuadentes Cabralem ſimili conſternatione,qua Bontii conſueuerunt,perculſum deſerta ſtatione fugam arrepturũ;atque ea ratione,cùm reditum ille ſuum expetiturus eſſet, datis ad voluntatem conditionibus negotium effectum, quem tantopere deſiderabant,ſortiri poſſe. At verò opinione ſua fruſtratis ſecus, quam putarant, accidit:ad eum enim, quo prius, modũ reſponſum ipſis eſt. Atque hoc ampliùs,quod ad ſplendida promiſſa ſua attinebat, quibus ædificationes tẽplorum, ampliſſimos annuos reditus, & multarum gentium ad fidem conuerſionẽ ſpõdebat:ipſum iamdudũ intelligere potuiſſe, & cognitũ habere, Patres Societatis,cùm patria & propriis poſſeſſionibus relictis,in has tam remotas regiones ſe transferrent,hoc eò animo aggreſſos eſſe,quo decreuerint fluxas huius mundi & caducas opes cum æternis & nunquam perituris bonis commutare, præque ſolo omnipotente Deo, qui ſolus perfectũ ſit bonum, ſacroque eius cultu, cætera omnia æſtimatione indigna & in contemptiſſimis ducere. Quantum etiã ad minas, quibus & delubro excidium & cruẽtam nobis mortem intentabat:dolere potiùs nos non ſupereſſe nobis præter vnam hanc vitam,cuius oblatione gratam Deo victimam & ſacrificiũ exhibeamus: ſi namque centena animarũ millia quiſque noſtrũ poſſideat,totidẽ nos promptos paratoſq; fore Diuinæ ſuæ Maieſtati in hoſtias offerre.Addidit ad hęc Cabralis,veriſimile eſſe,flagrans intempeſtumq; hoc ſuum ſtudium, quo filium ad abnegandam fidem compellere conaretur,è duabus cauſis procedere,aut quòd ſibi lex Diuina vilis, contẽptibilis, & quaſi abortiua,aut etiam falſa fictáve, & non a Deo, ſed à Dæmonio profecta videretur. Alterutrum autem horum opinaretur longè ipſum falli.Imperatores etenim,prout antea declaratũ ipſi foret,& monarchas,qui ſumma poteſtate orbem moderarentur,Chriſtianam religionem non colere tantùm,verùm & totis viribus contra diſcolos propugnare,ex quo manifeſtũ eſſe, præ cæteris eam omnibus quotquot toto orbe ſeruarentur, magis inclytam, beatam,florẽtem,amplam,præſtantiorem,potentioreq; & eſſe & haberi debere.Quinimò ſolam eſſe veram, ſolam ſequendam promulgatamque eam à Deo,extra quam nemo ſaluus fieri queat,ipſummet indubitanter planè perſpecturũ, ſi animò priùs omni affectu expurgato, quo diuinæ gratiæ capacem reddat, tranquillè & accõmodato tempore præparatum ſe ad hanc audiendũ cõponat.Alioqui certè ipſum,tantæ potẽtiæ & authoritatis principem,cui rex prouincias ſuas magna ex parte gubernandas committat, & à cuius conſilio pacis belliquc arbitria & tot regnorũ ſalus dependeant,

non

non decere, vt obſtinatè adeò iniqua exigendo iis, quæ ratio dictat, regi ſe non patiatur. Nihilominus, ſiquidem omnis prorſus æquitatis ſuique officii oblitus, animo deſtinaſſet, vti nobis denunciandū mandarat, templo vim inferre, & iubere nos inopes & peregrinos homines crudeliter trucidari, qui nemini iniurii hoc tantummodo laboremus, vt Iaponios, recto monſtrato tramite, quo ad ſalutem perueniant, condoceamus, ſciendum ſibi, ſe nos inuenturum ad omnia ſubeunda paratos, non quidem armis ad defenſionem, nedum offenſione inſtructos, aut obiectis repagulis protectos, at piis tantùm orationibus armatos, & in eo ſolo, cui inſeruimus, Deo fiduciam omnem collocantes. Interea, dum hæc ita agitantur, quandoquidem Rex priùs ſignificaſſet Cabrali, vt ſibi eorū quæ contingerent, indicium faceret, ille per occaſionem nouæ huius legationis nobilem quendā virum Clementē nomine ad Regem amandat, ſummatim per hunc, quæcunque accidiſſent, eum edocēs, & orans ne cura aliqua diſcrucietur, aut acerbum ſibi ſit, etiamſi nos ad Dei noſtram gloriam amplificandam fidemque noſtram confirmandam miſeranda clade neci dederemur; nihil namque hoc genere mortis vel optatius vel felicius conferri nobis poſſe. Cæterùm cùm ſibi tum nobis vnicè dolendum eſſe, Simonem tam indignis modis tamque inhumaniter laceratum afflictari. Reſpondit ad ea Rex: non eſſe cum Cicachata ſeriis & grauioribus argumentis agendum; duntaxat autem inculcandum ei, baptiſmum, & conuerſionem eſſe Sacramenta, quæ neque ſine grauiſſimo piaculo reuocari poſſint, neque vllo modo contemni, ne Deus, iniuriæ ſuæ impunitatem non diu laturus, non ſinat; Neque expedire Cabralē ei nunciare, & promittere effecturū ſe, vt Simon aliis in rebus omnibus quàm obſequentiſſimè morem ei gerat, cùm Cicachata eius ſit ingenii, quàſcunque conquirendi occaſiones facillimè corripiat, & quadam leuitate, ſi quid ei promittatur, nūquam ſit deſtiturus, quin ſibi in omnibus pleniſſimè ſatisfiat; neque finem facturus, quin cottidie, neque promiſſa ſibi ſeruari, neque filiū ſibi audientē eſſe, importuniſſimis expoſtulationibus identidē quereretur. Hoc nobis certò cōſtare debere. Inſuper addidit, Cicachatæ ex gentis cōſuetudine de filio ſuo pro arbitratu ſtatuere permiſſum eſſe. Cæterū, quod ad templi cōſeruationē attinet, quòd ſui iuris ſit, quodque cum principe filio ſuo tutandum ſuſceperit, ne vlla Cabralis ſolicitudine diſtineatur; ab hoc namq;, vti hactenus feciſſet, omni diligentia & officio omnem iniuriam ſe depulſurū, totūque ſe ordinē noſtrum ab incommodo omni & detrimento integrum

ſartum tectum prȩſtaturum. Interea cùm cœci Satanæ miniſtri, quibus ille, tanquam inſtrumētis, ad cõuellendas piorum mentes vtitur, conſiderarēt, nihil omnibus agi proficiq; laboribus, quibus Simonē per ingētia promiſſa, minas, & ſubdolas perſuaſio: es à ſententia dimouere ſatagebant; Non ipſum propoſita infamia & probro, non facultatum intentata ereptione, non mortis periculo commoueri, alia via ſeu ſtratagemate iuuenem adoriuntur, ei ſcrupulum proponentes, quo imprimis ſe diſcruciaturum non ignorabant. Quendam itaque ex amicis ſuis, cui fidem in omnibus habebat, mittūt. Hic ei nunciat; patrē ſuū animo deſtinaſſe, illo ipſo vel inſequente die Chriſtianorum ædem injecto igne incendióq; hauſtā in cinerem redigere; ſua proinde rebellione cauſam ſe futurum, vt Patres cum reliquis Chriſtianis funditus extinguantur, delubrum ipſorū ſolo æquetur, totoque regno tumultibus & ſeditione iactato, calamitoſo furore ima cum ſummis miſceantur. Neq; patrē ſuū curare, quando ſibi hac ratione priuato poſteritatis ſpe familia interiret in hac tempeſtate morte ſua ſuo generi colophonem imponere; nec non alia grauiſſima mala hac occaſione teterrima procella regnum turbatura, quorum ſingula ſatis ſuperq; valida erant ad eum à propoſito dejiciendū. Atq; hæc amplius ſubjunxit, inquiens: cum Patribus ego ſermonem contuli, iiſque declaraui mentem tuam eſſe fidem Chriſtianam ad mortem vſque conſeruare; templa interea paſſim erigere, & demū, cū te rerū gubernaculis admoueri contigerit, curaturum, vt ſubditi omnes tui, baptiſmatis vnda aſpergantur. Ipſi ad hæc mihi reſponderunt, ſi hoc tibi decretum menti infixū ſedeat, atq; ad ipſum obſeruandum animum obfirmaueris, licere tibi interim coram populo religionem tuam extrinſecus ſine ſcrupulo aliquo diſſimulare. Porrò ne nunc pater tuus, cuius patientia obſtinatione tua peruicta eſt, rem vi experiri ordiatur, & Patres, quod modò animo volutat, concitato impetu extirpatos deleat, præſens periculum & rei neceſſitas exigunt, vt actutū, nullaq; interpoſita mora, quid animi tibi ſit, declares. Simon ad has anguſtias redactus in cubiculum quoddā ſe recipit, vbi totum eum diē cōtinuatis orationibus Deo ſupplicans tranſegit. Et quàquam perſuadere ſibi non poſſet, vt crederet conſilium hoc à Patribus emanaſſe, tamen cū certi nihil ſibi conſtaret; adhæc conſiderans, niſi aſſentiretur, quanti tumultus, quantæ calamitates impenderent, quodque imprimis animum ipſius intolerabili anxietate cōficiebat, quàm luctuoſum Patres exitium maneret, cū neminem apud ſe haberet, cui in ſinum animi ſui ſcrupulum deponere, aut

à quo

à quo quid ſibi facto opus foret, conſilium exquirere poſſet, iudicans neque præſentius neque conuenientius ſibi contra ingruẽtia damna remedium poſſe dari, arbitrium metu ſuperante, iuueniliter magis, quàm prudenter determinat. Et epiſtolio, tãquã alexicaco, promittit à patre ſe ſuo diuerſum ſentire nolle, at potiùs annixurum, vt eiuſdem voluntati in omnibus ſatisfaciat. Aduerſarii litteris his acceptis, eaſque ſecundùm animi ſententiam interpretantes, aſſeuerabant pœnitere illum inſtituti, & reuocato gradu cupere profeſſam fidem abnegare. Per quam opinionem Cicachatæ & reginæ aulici magnum excitabant plauſum, nec nõ & reliquus gentilis populus inſolenter exultabat, credentes hoc pacto diuinæ legis majeſtatem conuulſam, & ſpe tumentes reliqua ipſis ex voto deinceps ſucceſſura. Interim is, qui per impoſturam hanc fraudulentis adeò verbis Simonem circumuenerat, ne prodito aſtu periculum ſubiret, clanculum ſe inde proripuit. At verò cũ dolus hic apud Simonem increbuiſſet, ſupra modũ ob id, quod imprudenter adeò commiſerat, animi dolore afflictabatur. Statimq; ue Cabrali datis literis indicat, quibus motus coactuſq; rationibus epiſtolium illud in eam ſententiam extorqueri ab ſe paſſus eſſet. Sed quoniam vix tolerabilem ob hoc factum conſcientiæ ſtimulum perſentiſceret, ex intimo ſe corde Deum ſuãque Reuerentiam orare, vt erroris huius & delicti gratiam ſibi faciant. Cupere autem ſibi tranſcribi præſcribique qua ratione culpa ea redimi queat; etiamſi etenim tota Iapona Cymmeriis inuolueretur tenebris, in ſuo tamen pectore, diuina opitulante clementia, lumen illud fidei, quod Deus ſibi tam benignè impartitus eſſet, extingui nõ poſſe. Et ſi videatur Cabrali, vt altero epiſtolio apertè declaret, Chriſtianum ſe eſſe, vti antea inſinuauerit, retractans quicquid prioribus litteris promiſiſſet, ſine mora errorem ſe recantaturum, quanquam certò ſciret caput ſtatim à ceruice ſibi reuellendum; aut (ſi Cabralis ita expedire iudicaret) ad ædem ſe noſtram incunctanter venturum, quo vna nobiſcum cõmunem martyrii coronam reportet. Demum ſacrarum aliquid reliquiarum ſibi dari expetebat, quarum præſentia & virtute animam ſuam ſecuriorem præſtaret. Ad quæ omnia Cabralis ei fuſiſſimè reſpondit; atque in ſumma hæc nunciat, lege ipſum diuina obſtrictum eſſe, ſemoto non tantùm noſtri periculi reſpectu, ſed & aliis quibuſcunque cauſis ſuſq; deq; habitis, propalam & planè fidem, quam recepiſſet, profiteri, quin & ipſo opere, quotienſcunque neceſſitas adiget, comprobare. Adhæc, ſiquidem ita Deo placeret, duobus pluribúſve noſtri inſtituti Patribus ad mitigandã ſangui-

ſanguinariorum hoſtium rabiem moriendum eſſe, horum in locum vicenos tricenoſque alios ex Indiæ prouinciis, exigua calamitate vberrimo fœnore compenſata, ſucceſſuros. Hoc accepto reſponſo Simon generoſum & imperterritum arripiens animum, alteras ad patrem ſuum adornat litteras, ingenuè & ex profeſſo declarans Chriſtianorum ſe religionem, vti non ita pridem ſignificaſſet, amplexum, in qua conſeruanda ad extremum vſque ſpiritum perſeuerare decreuerit. Licere ipſi vt de ſe pro voluntate ſtatuat, aut occidi imperet, aut Meacum releget, aut cum ignominia domo ſua expellat, nam tum ſibi in ſocietatem Patrum ſe dare deliberatum eſſe. Nondum hæ litteræ Cicachatæ redditæ erant, cùm interea Cabralis fratrem Ioannem ad Regem amandarat, vt cum eo de hoc negotio tractaret, pariterque conſilium & opem requireret. Hic non exceptus tantùm beneuolè eſt, verū & Rex filiuſque princeps tam benignis & ſplendidis verbis templi noſtræque Societatis protegendæ curam ſtipulati ſunt, vt difficilè præclariſſimum hoc ipſorum erga nos animi teſtimonium vllis verbis explicari queat. Vt autem, fratres cariſſimi, faciliùs intelligatis ea quæ deinceps dicturus ſum, ſcire vos conuenit Regem Bogoum ex vxore proles ſeptem, quos inter mares tres, ſuſtuliſſe. Quorum primogenitus, natiuitatis prærogatiua regni immediatè hæres, iam nunc illud gubernat. Rex enim, tranſlato in eius caput diademate, harum prouinciarum plenam ei adminiſtrationem ceſſit; tantummodo, cùm neceſſitas exigit, in rebus arduis & periculoſis conſilio ei dando occupatus. Secundus filiorum, qui ſextum & decimum nunc ætatis annum egreditur, cùm nulla ratione, prout ſui deſiderabant, induci poſſet, vt in Bontiorum ordinem redigi vellet, Rex ipſemet ad Cabralem eum deduxit, petens vt ſacra tingeretur vnda; & nomen ei inditum fuit Sebaſtiani. Huic adoleſcenti intima atque arctiſſima intercedit cum Simone cõſuetudo, cui iure adoptionis, vtpote cuius pater adoptiuus auunculus eius ſit, amitinus efficitur, atque etiam affinis ex deſtinato cum ſorore ſua matrimonio futurus. Porrò Simon, cùm magis metueret, ne ignominiosè proſcriptus profligaretur, quā quòd de vita ſolicitus eſſet, ad incommodum hoc auertẽdum accommodatiſſimam ad rem rationem excogitauit. Quæ hæc fuit, vt nuntiaret Sebaſtiano, ſe colloquium eius magni momenti cauſa expetere; quod cũm domi commodè aſſequi ſe poſſe diffideret, opportunitatem vt captet, qua certum in locum conueniant. Secretò itaque, veluti olim Ionathas profugum Dauid aconſolaturus, domo digreditur, duobus tantùm famulis comitatus, & ad deſti-

deſtinatum locum contendit. Vt illum obuiam ſibi factum Sebaſtianus vidit, magna commiſeratione capitur; tam ſui diſſimilis ille, & animi angoribus quos tulerat, confectus erat. Adaugebat condolentiam, quòd eum incomitatum conſpiceret, cuius dignitatis erat ſeruorum cateruam ſecum trahere. Simon autem ſic orſus, ait: Patri meo, Sebaſtiane, datis literis animum meum enũciaui, qualem quidem me imbibiſſe ipſe abominatur. Nihil itaq; ſperandum mihi eſt aliud, quàm vt aut me morti dedat, aut cum ignominia abigat. Porrò cùm tu regis ſis filius, quàm proximè mihi cognatione, &, qua noſti, amicitia junctus, quòdque his maius, communem mecum fidem amplexus ſis; neque impræſens, omni humano præſidio & fauore deſtitutus, non videam quò ad quémve alium confugiam, per regium tuum genus, per ſanguinis noſtri propinquitatem, per arctiſſimam noſtram neceſſitudinem, per communem religionem te adjuro, vt præſenti in iſto rerum mearum honoriſque vitæque diſcrimine afflictum me conſilio & re juues. Reſpondit ad hæc Sebaſtianus; auxilio ſe ei, prout & cognationis & amicitiæ & cauſæ iure teneatur, adfuturum; & ſi proſcribatur, non incomitatum in exilium iturum; ſibi enim decretum eſſe comitem ſe ei dare, & cuiuſcunq; fortunæ participem ſe facere. Cùm namque eidem ſit cauſæ obnoxius, qua ipſe prouincia priuetur, contempta ſuorum indulgentia, eandem ſeipſum ſibi mulctam irrogare velle. Id, commodùm, ita excogitarat Simon, vt cùm Regina & Cicachata intelligerent, quandocunque ſe è prouincia eiecturi forent, Sebaſtianum vnà ſecum in exilium iturum, non auderent id in ſe attentare. Non enim ignorabant, quòd Rex filium ſuum mirandum in modum carum habens ſe eo priuari non ferret. Vt autem eò reuertar vnde digreſſus ſum; mox vt Cicachatæ poſtremæ illæ litteræ Simonis redditæ ſunt, quibus indiſſimulanter Chriſtianum ſe eſſe teſtabatur, intellecta ſunt verborum impotenter indignantis tonitrua; ingentem videlicet pactam ſibi manum, qua ſectam Chriſtianam, trucidatis patribus, extirpaturus eſſet. Neque fictæ erant minæ; namque (vti referebat poſtea princeps Sebaſtianus) duobus ex nobilitate equitibus mandarat, vt ſolùm Cabralem confoderet, aliis verò decem, vt fratrem Ioannem correptum in fruſta conciderent, quippe qui majorem reliquis in ſeducendo filio ſuſtineret culpam, quòd & Iaponius eſſet natione, & popularis linguæ communione plurimum nocuiſſet. Aliis inſuper copiis cæteros Chriſtianos trucidãdos, templumque populandum & incendio euertendum commiſerat. Nos quoque è diuerſo ad arma noſtra ſpiritualia conuola-

uimus, orationum, lætaniarum, ieiuniorumque oblationibus, & reliquis Eccleſiæ ſacrificiis præſenti periculo occurſantes; atque ante omnia Diuinæ Maieſtati ſupplicantes, vt Simoni gratiæ ſuæ donum, & in fide animi firmitudinem largiri vellet, quò grauibus in his tribulationibus conſtantiam præſtare valeret. Hæc autem omnia Bontiis atque omni gentili populo tantò maiorem voluptatis cauſam præbebant, quanto capitaliore odio res Diuinas noſtramque Eccleſiam proſequebantur. Sicut ſcriptum eſt; Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meū. Quotquot erant in aula nobiles Chriſtianam fidem profeſſi, ad vnum omnes in templum noſtrum conuenere, ſummo gaudio perfuſi; & incredibili alacritate offerentes ſe, vt beati martyrii participes fierent, cuius ipſi præſtantiam, nec immeritò, ſumma in felicitate reponunt. Dum itaque hoc modo congregati in ſacra æde conſiſtimus, nulla alia de re ſermones audire erat, quàm quòd cuncti, ſibi inuicem gratulantes, decantarent iam penitus animo conceptum inenarrabilem martyrii triumphum, quanta foret æternæ vitæ felicitas, quantaque paſſionis breuitas, per quam illa compararetur. Optabant ardenter omnes pro Chriſto vitam profundere, nihil dubitantes, quin hoc vili diſpendio immortalitatem ſibi apud Superos aſſequerentur, & in terris grata memoria ipſorum manſura foret, quod religioni mortem impendiſſent. Tantùm certè omnium erat gaudium, tamque vehementi affectu & cupiditate ad martyrii palmam rapiebantur, vt non pauci ad hanc ſuſcipiendam ſumptuoſiſſimas ſibi veſtes fieri curarint, vt his ornati honoratiùs occumberent. Non ſemel ad eos miſit Cabralis, mandans vt inde abeuntes domum redirent, neminem etenim, præterquam nos ſolos, Cicachatam occidi imperaſſe. Et quidem cedere eos cupiebat, ne fortè Rex & gentiles arbitrarentur, vel nos multitudinis huius præſidio & armis impedire id, ad quod animi noſtri, Diuina gratia perfuſi, tam ardenti deſiderio adſpirabant. Illi verò nuncio reſpondebant, non ſe ibi loci congregatos, vt Patribus, quo minus ſancti martyrii gloriam conſequerentur, impedimento eſſent, verùm vt & ipſi huius participes fierent. Etenim cùm ſcirent, rem eſſe ſanctam & glorioſam, defixis in terram genibus, manibuſque in cœlum ſubleuatis, ob fidem patienter & vltro mortem excipere paratos, ſiquidem ea eſſet regis voluntas, ſubitò ſe arma depoſituros, proſtratoſque in terram voluntariæ ſe morti colla ſuppoſituros. Cæterùm cùm fraus omnis & periculum, quod impendebat, non à Rege nobis intentaretur, verū ex ſola Cicachatæ iniqui-

iniquitate procederet, tum etiam in fidei contemptum grauemque contumeliam redundaret, nullo pacto paſſuros ſe, tam indignum & impium facinus perpetrari. Imò deliberatum propoſitumque ipſis eſſe templum ab iniuria omni protegere, & viriliter tutari, etiamſi pro huius patrocinio occumbendum ipſis foret; verùm & animoſiùs id ſe ſuſcepturos, cùm non ignorent, in eo ſe rem acceptiſſimam Deo nec non Regi gratum officium facturos, præterquam quòd ſe felices habituri forent, ſi pro templi defenſione ipſis mori, & vnà nobiſcum martyrium conſequi contingeret. Sic vt in hunc modũ animati occultè & inſciis nobis ſcloporum, arcuum, ſagittarum, aliorumque bellicorum telorũ ingentem copiam coactam pręparauerint. Nos quidem interea orationibus intenti eramus, Cabrale propalam cordis oriſque generalem confeſſionem faciente, & in horas optati effectus expectationẽ ſuſtinebamus. Ex ſacris templi ornamentis cenſuit Cabralis quærendam viam, qua ſolùm calices, fauiſſæ, thumbæ, & reliqua argentea inſtrumenta in tuto depoſita aſſeruarentur. Quę omnia in binas thecas recondita ſunt. Quarum alteram nobili cuidam viro committere voluimus, vt eam (ſi de nobis trucidandis conſilia hoſtibus ſucceſſiſſent) Patri Ioanni baptiſtæ, qui in Fumai prouincia manſionem impræſens habet, aut (ſi & ille periſſet) ei, qui in Iapona noſtri inſtituti moderator futurus erat, traderet. At ille depoſitum hoc recipere recuſauit, inquiens: ſi tumultus, ô Pater, religionis cauſa excitabitur, ſtatutum mihi eſt communem cum Chriſtianis ſortem ſubire; itaque metuendum, vt me ſublato hæc capſa perdatur. Quandoquidem tamen periculum alioquin eſſe ideo ne pereat, cum vxore mea agam, vt eius curam habere velit. Itaque domũ ſe cõfert, & cum vxore de negotio tractat, quæ mulier eſt nobilis, miram teneritudinem præ ſe ferens, & omnibus deliciis innutrita. Hæc porrò viro ſuo reſpõdit: inſolẽs ſibi videri, quòd cùm Patres proxima nocte martyrium eſſent ſubituri, atque ipſe vltro & ſua ſponte fortunæ eorum conſors fieri properaret, ſibi perſuadere niteretur, vt argenteæ ſupellectilis otioſa cuſtos, tantæque felicitatis expers domi reſideret; in templum proinde reuertatur, ſe è veſtigio cum reliquis Chriſtianis ponè ſubſecuturam; & certò credat, etiamſi in via trucidandam ſe ſciret, non tamen omiſſuram, quin eò veniat. Maritus ad inexſpectatum hoc vxoris reſponſum attonitus, cùm, vt ſe quietam domi contineret, perſuadere non poſſet, ſciſcitatur quid ſibi videretur de capſa ſtatui. Tandem communi vtriuſque conſenſu placuit alicui ex pediſſequis, quarũ duodecim numero huic dominæ famulabãtur,

commit-

committendam. De earũ fide non dubitabatur, cùm & ipſę Chriſtianam religionem ſequerentur. At cùm eis arcæ cuſtodia commendaretur, nulla erat omnium, quin recipere renueret, incredibili animi cum promptitudine aſſerentes non ſe dominam ſuam deſerturas, ſed paratas eſſe cum reliquis Chriſtianis idem mortis diſcrimen adire. Demum ergò, cùm alia non eſſet ratio, coactus eſt arculam eam apud Socerum ſuum (quanquam gentilis hic foret) deponere, hominem nobilem, quiq; apud Regem & reginam gratia pollebat. Huic, quid de ea poſt mortem ſuam agendum foret, delegato officio curioſè præſcribit. Alteram porrò ciſtulam ſupradicti nobilis fratri maiori natu concredere cupiebamus, qui palatium ſuum templo vicinum & neptem quandam reginæ in vxorem habebat. Verùm & hic huius curam reſpuit, neque ſe reliquorum ſorti exemptum velle declarauit. Præparatus autem & is erat cum tota ſua familia, quæ ſeruorum & mercenaria vernarum multitudine abundabat, vt ad primum ſtrepitum ſigno dato in templum, martyrii ſubeundi cauſa, conuolaret. Cuius adipiſcendi tanta tàmque ardenti cupiditate Chriſtiani omnes flagrabant, vt & ipſi gentiles hanc animorum in mortem imperterritam promptitudinem obſtupeſcerent, & nobis quoque natiuitate & patria Chriſtianis hæc Iaponiorum non ita pridem ad fidem conuerſorum, ad vitam pro hac effundendam alacritas non leuem pudorem incuteret. Porrò autem, quoniam Princeps Sebaſtianus in verba quædam Cicachatæ odioſa eruperat, atque hac de cauſa cum auunculo ſuo diſſentiret, ita quidem (quòd ei clanculum Rex iniunxerat) vt iurato obſtinatóque ſilentio nullo ſermone cum illo vteretur; voluit & ipſe in templum noſtrum ſe recipere, &, ſi caſus tuliſſet, nobiſcum mori. Ne tamen ob ſuam præſentiam majores excitarentur turbæ, noſtrorũ conſilio & hortatu inde diſcedit, relicto tamen inibi omni ſuo comitatu, & ad Regem fratrémque principem diſsimulanter ſe recipit, demandata ſuis cura, vt cùm rumorē aliquem excitari perciperent, id ſtatim quàm diligentiſsimè ſibi ſignificarēt, cõſtituerat etenim accepto indicio nobis pereuntibus ſe immiſcere. Nocte verò illa ſubinde huc mittebat, qui ſibi, quo loco res eſſent, nuntiarent. Ad hæc non tantùm Chriſtiani omnes huius vrbis ad templum confluebant, verũ & à tribus quatuórq; leucis concurrentes latè diffusè nobiliſsimi martyrii odoratu trahebãtur. Cũ iã circa mediũ noctis ageretur, pulſatis templi foribus ingẽs ſtrepitus audiri cœpit. Accurrimus è ueſtigio, & patefactis portis magnã Chriſtianarum mulierũ turbam offendimus, inter quas tres

erant, illuſtri loco natæ, atque aliæ multæ diuerſæ conditionis. Quæ quidem priùs ob dignitatem domò egredi non ſolebāt, niſi & equitum & peditum comitatu ſtipatæ, vitamque agere ab omni virorum conſortio & conſpectu remotam, ita vt neq; cum agnatis coram ſermone, ſed per literas & tertiam perſonam agere conſueuerint, tunc nihilominus maritos, qui nobiſcum erant, intempeſta nocte ſecutæ, neque ſuſpecti temporis, neque incommodi, neque dignitatis ſuæ habita ratione, martyrij nobiſcū participes fieri volebant. Erat inter hás illius vxor, qui ſcriniolū cum vaſis argenteis aſſeruare recuſarat. Hæc cùm impotenti pro fide moriendi deſiderio torqueretur, & à parentibus ethnicis, qui in vicinia habitabant, impediretur, quo minùs recto limine domus egredi auderet, in citeriore parte ſeruorum & famularum opera parietem perfringi iuſsit, atque ita poſtico cum virginibus ſuis elapſa ad aliam quandam nobilem feminam, quæ in procinctu huius aduentum operiebatur, ſe confert, atque ita ſimul feſtinato gradu, tenebroſa quanquam inhorreſcente nocte, ad templū, piorum tunc omnium commune receptaculum, contendūt; amor enim religionis faciebat & vt ſupra naturam & præter moré auderent. Plurimum adlaborabat Cabralis, vt domum redire vellet, ſed fruſtra id fuit; inhiberi etenim nō potuere, quin quod reliquū noctis ſupererat, indefeſsis intentæ precibus cum gaudio & mirabili martyrij affectu in templo perſiſtentes tranſigerent. Huiuſmodi certè feminarum Chriſtianus ardor nulli non vehementiſſimam imprimere debeat admirationem; quippe quarum ſingulæ vti ab ipſarum poſtea maritis intellectū eſt, ſub apparatu ſumptuoſiſſimo, quo adornatæ tanquam ad geniale aliquod feſtum venerant, & ſtlopum & pugionem occultatum ferebant, non vt alteri officerent; at potiùs, ſi quis ex hoſtibus ipſarum, vtpote quę commodis & maximis ſuis rebus relictis in hanc ſe calamitatem ſponte dediſſent, fortunæ miſertus ab offenſione ſibi temperaret, atque ita martyrij corona priuaret, vt hunc his armis irritatum in cædem ſuam prouocarent. Harum in numero mulier erat generis claritate conſpicua, quam frater germanus coniugis Cicachatæ vxoré habebat, intimus amicus noſter, vir probus, & Chriſtianus. Hæc cùm filium haberet vnicum teneræ adhuc ætatis, atque vlnis geſtato blāda ſuccuſſatione ſomnum elicuiſſet, leniter in lectulum collocat, & raptim cum famularum cœtu, cùm iam illuxiſſet, in templum noſtrum aduolat, augurans, quod per noctis importunitatem inimici non eſſent exequuti, non omiſſuros, quin orta iam luce conficerent. Omnes verò huius hiſtoriæ præ-

 clariſsi-

clariſsimos actus, ſi ex ordine complecti coner, modum neceſſe ſit vt hæc epiſtola excedens in immenſum excreſcat. Satis eſt teſtari animaduerſos & conſpectos fuiſſe in hac fortuna ſtrenuos & illuſtres actus & affectus, qui non ſolùm animis Chriſtianorũ triſtibus in rebus conſolationem & gaudium adferrent, ſed & infirmiſsimas quaſque mentes erigere, & glacie frigidiores accendere ſufficerent. Neque ſanè, etiamſi huic populo myſteria religionis tradendo vel centum vitarum millia impenderent, malè collocatæ cenſeri debeant. Iam vigeſimus agitur dies, à quo concertatio hæc & contra Eccleſiam perſecutio cœpta eſt, atque hodie etiamnum durat in Regina hæc rabies, quæ neutiquam ceſſat omnem mouere lapidem, quo prauum & impium ſuum inſtitutũ effectum ſortiatur, vt nempe nouitius ille Chriſti miles, qui tam excellens tyrocinij ſui ſpecimen edit, quam nuper admodum duci ſuo fidem dedit, periurus transfuga deſerat. Atque nunc quidẽ Simonem è Regis principiſque gratia ejicere malignis perſuaſionibus tentat, nunc illi creberrimè minatur, grauiſsimis ſe eum malis afflictatum crudeli ad extremum morte extincturam. Interea porrò dum eccleſia cum in modum cum Satanæ machinationibus colluctatur, nunciat Rex Cabrali per Chriſtianum quendam hominem; certò ſibi conſtare tempeſtatem hanc omnem reginæ vxoris ſuæ ſtudio concitari; vnde ſibi animus ſine dubio fuerit, dato repudij libello eam à ſe dimittere. At verò, quoniam eam trigeſimum iam annum vxorem haberet, & ſeptem prolium matrem, veritum ſe eſſe, ne per regna ſua (quæ alioquin non adeò pacata forent) grauiorum motuum anſam præberet. Porrò quandoquidem Cabralis iamdudum in regnum Figenſe proficiſci cogitarat, vt velit, abducto ſecum fratre Ioanne, profectionẽ maturare. Hac ratione tumultum aliquantiſper ſedari poſſe; ſe porrò operam interea daturum, vt huic malo, ne denuo incrudeſcat, oportuno aliquo remedio obuiam eatur; de Eccleſia autẽ prorſus nulla teneatur ſolicitudine; Namque etiam nunc, ſi neceſsitas exegiſſet, ſemetipſum cum filio ſuo Sebaſtiano ad eam armata manu defendendam ſuperuenturum fuiſſe. Tunc etiam circumſtante principum & nobilium caterua, quorum pleroſq; non ignorabat Chriſtianæ religioni infenſos eſſe, prçmorſo labro indignationis ſuæ manifeſta edidit ſigna; tandemq; in verba, quæ exaſperatũ ſtomachum teſtarẽtur, effuſus; ecquis, ait, eo audaciæ proueheтur, vt tẽplo, quod ego ab iniuria omni defendendum ſuſcepi, & tot iã annis fauore meo inuiolatum conſeruo, moleſtiam inferat? quiſquis id auſit, nó impunè tulerit, vt cæteri cognoſcant Chriſtianorum

ſalutem

ſalutem mihi gratam eſſe. Cabralis, eiuſdem, qui ad ſe miſſus fuerat, nuntij opera vſus, regi certis capitibus reſpondet, quorum hic erat ſenſus: Et quidem primò noſtræ profeſſionis eſſe munus, Spiritalem diuini verbi gratiam per populos diſſeminare; nec verbis tantũ, verùm & ipſis operibus verãDei legẽ approbare; huius cauſa nullum ſe ſubterfugere vitæ diſcrimen; potiſſimùm verò huius denuntiatione animarum ſalutẽ prætendamus; nec minùs deinde populum docere, vt, qua debet obediẽtia & amore, principes ſuos & magiſtratus colat; vt filij parentibus ſint morigeri, & ſerui dominorum iuſſa obſequenti animo capeſſant. Quod cùm ſedulò populis inculcaremus, hac nos cauſa capitale multorum odium nobis conciliaſſe, qui in hoc toti ſint, totiſque viribus adnitãtur, Diuinæ legis præſcriptum abrogatum tollere; atque hac ratione apud Maieſtatem ſuam perperam officio ſuo fungi, dum falſis delationibus, quam de nobis ſemper habuiſſet opinionem, ſimulq; beneuolentiam, qua hactenus nos & religionis noſtræ incrementum proſequutus eſſet, labefactare & extinguere ſatagerent. Secundo capite continebatur; nos, Diuina fauente clementia, læto hilarique animo præparatos eſſe vitam, ipſumque templum, & quicquid in eo diuitiarum piorum hominum liberalitate congeſtum eſſet, pro fidei noſtræ veritate aſſerenda contemptim projicere. Tertio capite, anteactorum reuocata memoria, Regem non ignorare aiebat, quot iam annorum curriculo in ſuis regnis verſaremur, hoc ſolum (nullo vel ipſi vel vlli ſubditorum ſuorum illato detrimento) laborantes, vt Deo, rerum Domino, gratum acceptumque miniſterium præſtemus; tum & ipſi, ex profeſſionis noſtræ officio, pro tot ſuis in nos benemeritis, iuſtis honoribus & memori mente meritas gratias perſoluamus; ipſum etenim Regum omnium huius inſulæ extitiſſe primũ, qui nos huc aduectos in regnum ſuum benignè receperit, præterquam quòd toto hoc tempore ſingularibus in nos collatis beneficiis, gratia, & fauore impenſiſſimè nobis ſtuduerit; Ob quod, præter officij noſtri rationes, etiam peculiariter nos obligatos exiſtimauerimus, vt nullo intermiſſo labore operã daremus, quo ſubditi ſui ad veram DEI cognitionem primùm perducerentur, pariterque mox docerẽtur fidem & obedientiam ſeruare, quam ex Diuinæ legis præſcripto Regi & principi ſuo debent. Quartò ad calumnias reſponſum eſt, quas nobis hoſtes fidei intendebant, huius diſſidij & ſeditioſæ perturbationis culpam in nos deriuantes, cum inuidioſa & tragica facti exaggeratione obijciendo: proximum fuiſſe, vt hoc motu regnum ſubuerteretur: nos rebus nouandis prouinciã

commouere,&populis concitatis,quacunque penetraremus,turbas excitare. Ad hæc Cabralis, falſam hanc criminationem a nobis remouens, Regi oſtendebat; non nos, ſed potiùs Cicachatam leuirum ſuum huius factionis & cauſam & caput extitiſſe, quem primùm,quid facere aggrederetur,conſiderare oportuerit,neque temere & anabatarum more cœco iudicio ferri:tandemque nunc tanto cum diſpendio & diuinæ legis detrimento imprudentiam ac leuitatem ſuam reconcinnare velle. Nihilominus ſi Cicachata pateretur Simonem Chriſtianis legibus pacatè viuere, non ſe recuſare, ſiquidem hoc modo illius rabies mitigari queat, mortem oppetere,ſimulque in expiationem ipſius iræ fratris Ioannis tam inuiſum ipſi caput offert. Quintò, inquit, quod ab inimicis in vulgus ſpargebatur,pellexiſſe nos Simonem in templum noſtrũ, vt illud coniunctis nobiſcum viribus defenſaret, meram eſſe calumniam;Non tamen ſe ire inficias,Simone ſuorum odiis & exagitationibus infeſtato, veritos nos, ne indignè quippiam pateretur,deſideraſſe vt ſe in templi noſtri aſylum reciperet,quod ei,vtpote Chriſtiano,in his oris peregrino, at verò domi adeò illuſtri, non tantùm patêre,verùm etiam vltro offerri debuerit. Qua in re arbitrati ſimus rem nos Deo acceptiſſimam facturos:ſi eum ad nos receptum pro ſua dignitate ſuſtentaremus. Eius etenim eum eſſe exſpectationis,vt etiamſi eius fouẽdi cauſa quicquid tam per Iaponiam, quàm vniuerſam Indiam Societas noſtra facultatum poſſidet,impendatur,vtile tamen impendium cenſeri debeat. Ad hæc capita reſpondit Rex; & initio, quandoquidem iam ſeptem vltra viginti exacti eſſent anni, à quo Patres in regnum ſuum acceptos foueret,& cottidiano vſu ſatis compertum haberet,omne ipſorum ſtudium in bene viuendi præceptis tradendis & communi populorum ſalute procuranda verſari, non fuiſſe neceſſarium hæc ſibi ordine commemorando repetere. Hac quidem opinione de ipſorum virtute & bene meritis inductum in ſuam fidem receptos immunes ab inimicorum odiis & iniuriis defendere. Quod ad ſecundum, ait: iamdudum ſe accuratè explorando certò cognouiſſe,Patres pro tuenda diuinæ legis auctoritate nullam non fortunam paratos eſſe ſubire, & licèt cuiuſque in arbitrio eſſet,cuicunque velit,ſe ſectæ adjungere,æquum tamen eſſe, vt patresfamilias in filiorum curam incumbant:Vt templum autem & Chriſtiana Eccleſia inuiolata conſeruẽtur, ad dignitatem ſuam pertinere. Neque enim ſine auctoritatis ſuæ derogatione his noceri poſſe, quibus ipſe patrocinium ſpoponderit. Qua de cauſa,etiamſi Cicachata tam arcto propinquitatis gradu ſibi junctus,

ctus, nec non familiæ nobilitate pœnè par ſit, ſi tamē obſtinatè maleficium in templum moliri perſiſteret, ſe eum publicū hoſtē declaraturum. At verò eo magis illi cauendum, ne quid cōtra voluntatem ſuam committat, quòd ſibi fortunam omnē ſuam, amplitudinem, & qua nunc conſpicuus ſit, dignitatem acceptam ferre debeat. Sed neque ſe filio ſuo, cui principatum ceſſerit, contra ſe quacunque in re aſſurgenti parciturum, quin in eum continuò capitis pœna animaduertat. Ad tertium, quod attinet, inquit; cū primùm ex continenti Chinæ in Iaponam nauigaret, ſe totum triennium apud ſe habuiſſe Luſitanum quendam hominem artis ſuæ profeſſione medicum, qui fratrem ſuum Amangucci Regem ex vulnere manuario ſtlopo accepto curauerat. Ex hoc ſe frequēter percunctari ſolitum de Luſitanicis & Indicis rebus, ante omnia verò de Religioſorum noſtrorum ſtatu, moribus, & viuendi ratione. At cùm ille multa narrando inſtitutū ipſorum miro præconio commendaret, hac ſe motum ratione ante ſextum & vigeſimum annum nobilem quendam virum ex domeſticis ſuis in Indiam in hunc tantùm finem legaſſe, vt de rei veritate certò ſibi conſtaret. Qui ad fidem Chriſtianam inibi conuerſus fuerit. Ab eo Bongoum reuerſo intellexiſſe ſe, ea, quæ Luſitanus ſibi narraſſet, parua eſſe ad illa, quæ ipſemet coràm vidiſſet. His verò omnibus ita exploratis propenſum ſuum animū, quem erga Patres habebat, ita confirmatum, vt ſiniſtris nullis ſuggillationibus auerti potuerit. Ad quartum caput reſpondit; gratum ſibi fuiſſe, quòd intelligat Cicachatæ perturbationem omnem iſtā imputari: qui cùm filium ſuum ad noſtram religionem adduxiſſet, vel tunc debuerit præcauere, ne committeret, cuius ipſum aliquando pœniteret, vel nunc proprii ſui erroris cōfeſſione alieno delicto ſuccurrere: temere autem quidquam aggredi, propriamq; ſuam culpam impotenter ferre, vt hoc puſilli ſit animi teſtimonium, ita illud iudicii eſſe vitium, vtrumque imprudentiæ notam. Ad hæc manifeſtò ſe cognoſcere, Regum felicitatem in eo conſiſtere, vt pacatas & tranquillitate florentes prouincias poſſideant: infauſtam contrà agere vitam, ſi bellis ea & diſſidiis exercerentur. Quæ, inquit, ex ipſorummet Regum præpoſtero imperio manare, dum iniuſtitiæ contra ęquitatē patrocinentur. Quocirca conſtituiſſe cum principe filio & regni primoribus agere, vt huic vitio maturè obuiam eatur. Præterea addidit ſcire ſe falſum eſſe, confictumq;, quòd gentiles æmuli noſtri Chriſtianos incuſando in inuidiam vocarent, tanquā auctores deuaſtationis Amangucci, Arimæ, & Meaci regnorū, eo quòd hæc in loca religionē ſuam

induxiſſent, cùm ea ruina non ex eo originem, vt manifeſtum ſit, traxerit: verumenimvero, quia Reges ij iniurias ſubditis ſuis ab illis, quibus adminiſtrationem conceſſerant, illatas vel neglexerint vel diſsimularint. Cùm etenim gubernatores principum ſuorum indulgentia pro voluntate ad vtilitatem ſuam omnia trahant, neceſſe eſſe, vt diſcordiæ & ſeditiones excitentur, quorum culpam vt à ſe ſubmoueant, falſis criminibus nos reos agi. Quintò ait: res & cauſam & Cicatoræ ad ſuam tutelam pertinere; & ſi pater ipſius eo inſaniæ progrederetur, vt adoptionē reuocaret, ſe tamen ipſum non modò nō deſerturum; verùm etiam, vti priùs deſtinaſſet, filiam ſe ſuam, quantumuis vixdum ad maturitatem perueniſſet, ei collocaturū. Atque etiam amplius ait: ſi iniuriis, quas Patres externis in Regnis reciperent, non ſecus atque ſibi ipſi factis, tangeretur; quanto magis debere ſe moueri, ſi ſuis in ditionibus præter æquum & bonum læderentur, quos ipſe oculis & vlnis, tanquam cariſsima & fidei ſuæ commiſſa pignora foueret. Horum omnium, quæ dicta ſunt, conſcij erant regina & Cicachata. Nihiloſecius tamen non deſiſtebant omnia tentare, quo Regis & principis animum ad votum ſuum inflecterent; tandemque, cùm nullum moleſtandi finem facerent, aſſidua importunitate effecerunt, vt Rex, quantumuis grauatim & inuitus, ne tamen contemnere ipſos videretur, nuntiandum iniunxerit Simoni; vt ad tēpus, ſi fieri poſſet, religionem diſſimularet, non enim aliam inueniri viam animum patris ſui placandi; ſe quidem nihilominus filiam ſuam in coniugem ei daturum, & ſpondere effecturum, vt & ipſa non multos poſt dies Chriſtianam fidem recipiat. Reſpondit ad hæc Simon; aliis in rebus omnibus licere forſitan ex neceſsitate diſsimulanter agere; ſolam verò religionem nullam prorſus ſimulationem aut fucum admittere, orare autem ſe, quandoquidem in Chriſtianam fidem iuraſſet, ne maieſtas ſua pateretur propter cauſam diuinam adeò & iuſtam, tam inhumanè & iniuſtè tot iniuriis & afflictionibus ſe lacerari. Nec non alia & occulta via literis occultis ſcribit ad Cabralem; admonens, vt nullo pacto ſalutis ſuæ cauſa vel Regis vel patris ſui petitionibus aſſentiatur, aut quicquam indulgeat. At verò de hoc ſecurus ſit, nullis ſe cruciatibus aut tormentis, nullo neque mortis ſupplicio, ad fidem deſerendam vnquam adigi poſſe. Deum etenim, qui ſibi huius amplectendæ gratiā impertiſſet, etiā retinendę cōſtantiā daturū. Porrò Sebaſtianus, cùm negotij huius ſeriem omnē ex ſuis didiciſſet, & qua pertinacia Cicachata Regis pro ſe ſententiā elicere conaretur, ei per binos domeſticos ſuos nobiles viros nuntiat; quáquam

ſe in principio Rex pater ſuus in Chriſtianorũ templum deduxiſſet,& tunc, cùm baptizaretur, præſens adſtitiſſet, idcircò tamen non ſe ad hanc fidem ſuſcipiendam inductum fuiſſe, eius conſilio aut præſentia motum,aut quòd ille pium id eſſe iudicaſſet, at verò quoniã,indiſſolubilibus veritatis argumentis cõuictus,manus ei dare compulſus eſſet.Cæterùm patrem tunc ſuum id ita inſtituiſſe ea opinione & ſpe,conuerſionem ſuam ſufficientiſſimam fututam occaſionem, vt quàm plurimis ſuum exemplum ſecutis, Chriſtiana fides per ſua regna cottidiano incremẽto auctior redderetur. Quod ſuum inſtitutum cùm ſucceſſerit feliciter, ſic vt & Simon nouitiorum eccleſiæ ſeſe adiunxerit conſortio, atque ipſe eum nunc ab eo retrahere conetur, manifeſtè videri poſſe,mentem ſtudiumque patris ſui ipſum improbare, vel etiam deteſtari, & aduerſis conatibus conuellere cupere, atque id contemptui ei eſſe, quòd pater ſuus ſecum omnium rerũ maximo in pretio haberet. Proinde ſciret hoc negotio de honore ſuo agi,pariterq; nominis ſui famam in periculum vocari; ritè itaque & conſideratè perpendat,ne fortè perperam in eo ſeſe gerat. Conſtare enim illi ſe Patribus his præceptoribus vti,à quibus ea,quæ ad animæ ſuæ ſalutem pertinent,doceatur;atque huius diſciplinæ gratia cottidie ſe tẽplum ipſorum adire. Porrò ſi ille his trucidatis templum demoliatur,viderit in quẽ tantæ indignitatis vituperium & ignominia ſit reſultatura. Adiecit adhæc; etiãſi intẽtatũ facinus effectu caruiſſet,ex parte tamen Cicachatæ prauæ ſuæ voluntatis, & intentatæ ſibi iniuriæ indelebilia veſtigia,ſimulque ſui vlciſcendi cauſam & occaſionẽ permanere. Neque tolerandum ſibi videri Cicachatam quemcunque ex ſeruis ſuis,qui nuncium aliquem ad Simonẽ detuliſſet,trucidari iuſsiſſe:vnde certò ſciret,quoſcunq; ex ipſius ſeruis obuios habiturus eſſet,pari ſe mandato neci daturum. Quæ omnia multo priùs ei denuntiaturus fuerit, niſi Rex pater ſuus id ſe facere prohibuiſſet, quoniam negotio in ſe recepto finem imponere ſe poſſe ſine honoris ſui præiudicio credidiſſet. Iam cogitatione & mente complecti vnuſquiſque poteſt, hoc nuntio Cicachatam & Reginam acriùs multo, quàm priùs, accenſos in furorem excanduiſſe. Regina certè indignationi vela laxans honeſti nullam rationem habere, ſed & materni affectus præ nimio animi æſtu obliuiſci. Publicè etenim apud omnes proteſtari, Sebaſtianum ſe pro filio ſuo non agnoſcere. Et inſtanter egit cum Rege marito, ne tanti momenti negotium leuiter curare aut negligere vellet. Siquidem ſibi certò conſtare; Chriſtianos res nouas & pernitioſas moliri;cõſpiraſſe in ipſum,&

coniurationis capita delegiſſe Sebaſtianum & Cicatoram: ſuſcipiendam prorſus huius rei cogitationem & cautionem maturè adhibendam. Si namque Chriſtiani iam nunc, cùm pauci admodum numero exiſtant, regno tam graues ſint, tantumque negotii Regi ſuo exhibeant, quid futurum ſi in multitudinem exereuerint. Conſilium itaque optimum eſſe principiis obſtare, exterminando tam diram & execrabilem ſectam, & quidem priuſquam regnum funditus peſſum eat, aut ſaltem inſignem aliquam cladem accipiat, vti aliis in prouinciis eadem de cauſa contigerit. Quocunque enim Patres perueniſſent, ea in loca vna cum ipſis publicam peſtem immigraſſe: inteſtinas diſcordias ſubitò natas, & inauditis calamitatibus omnia conturbata & deuaſtata fuiſſe. Huiuſmodi ratio ibus nec non aliis confictis exemplis in mediũ adductis à matre filius princeps, & ab auunculo nepos, iſque feruente ætate, atque ethnicus, aduerſus Patres incitabatur, quibus perſuaderi poterat, vt cædem eorum continuò imperaret, Diuina niſi bonitas defenſio noſtra & præſidium fuiſſet. Nimirum hic Patrum in medio luporum periclitantium ſalutem vnicè curæ habuit, ſic vt nullæ calumniæ, nullæ expoſtulationes aut Regis aut Principis animum a nobis alienare valuerint. Etiamſi Princeps, ne per omnia matrem contempſiſſe videretur, nonnihil eius affectibus indulturus, Cabrali referendum mandarit: amore ſe fraterno & beneuolentia ſingulari Cicatoram proſequi, quàm in ſe rariſsimæ & præſtantes, quibus ille commendaretur, animi dotes excitaſſent: proinde ſolicitudinem omnem pro eo deponeret, nullo etenim pacto aduerſariorum conatus ex voto ipſis vlla in re ſucceſſuros, neque paſſurum ſe vt Cicatora ablegetur. Noſtros adhæc iampridem manifeſtè potuiſſe cognoſcere, quantopere erga legem diuinam affectus eſſet, quantoque teneretur deſiderio, vt huius cognitio quàm latiſſimè per regna ſua diffunderetur: cuius ſuæ voluntatis indubitatum & luculentiſſimum argumentum eſſe poſſe, quòd lubẽter cõſenſerit, vt filios ſuos baptizaremus. Nihilominus diſpliciturum ſibi, ſi res ita ſe haberet, quæ de nobis circũferebatur, videlicet Chriſtianos clãdeſtina coniuratione ſubditos ad nefarias conſpirationes contra Regem ſuum pellicere; & deliberaſſe Cicatoram, quocunque ſe moueret, in quodcunque facinus ſequi. Itaque ſcire ſe cupere, lex'ne diuina iſtiuſmodi molitiones & tragœdias excitari præcipiat: quòd ſi hoc ea dictante iuberetur, talem proculdubio legem ſine grauiſſimo regnorum ſuorum præiudicio admitti, nedum exerceri poſſe. Reſpondit ad hæc Cabralis,

& prin-

& principio gratias agit, quòd ei placuiſſet animo tam aperto tamque amicè ſibi inſinuare id, quod ipſe auditione nondum acceperiſſet, & qua de re ne cogitatio quidem vlla alicuius in pectus aſcendiſſet. Non ſe quidem diffiteri principe Sebaſtianum opem & adjumentū Simoni, ſi res huius in diſcrimen adduceretur, ſpopondiſſe, non alia ratione, quam qua & Rex & ipſe quoq; idem ei promiſiſſent. De cætero diuinæ legis expreſſum eſſe mandatū, vt ſubditi regibus ſuis & dominis pareant omnibus in rebus, quę ipſi huic legi non aduerſentur: ad quod præſcriptum Chriſtianos in Iapona egiſſe ſemper, ipſa re, & tot annorum inculpata vita comprobari poſſe. Poſt ea omnia quæ dicta ſunt, cùm iam tempeſtas aliquandiu conſediſſet, deerat quippe Simoni, vt in nouas moleſtias reuolueretur. Impulſu namque reginæ & Cicachatæ conuenere ſex proceres, quorum potiſſimùm conſiliis & auctoritate hęc regna gubernantur. Hi agitato inter ſe conſilio, aſſumptaque inſtituti ſui duce ſorore quadam Reginæ, pariter ad Simonem contendunt, vt eum inopinato aggreſſu ab omni deliberatione præuertant. Cæterum cùm audiſſet ille hos illuc adueniſſe, & colloquium ſuum expoſcere, facilè præſagiens in quē finē veniſſent, deliberat eos non audire. Per ſuorum itaq; quendam eis indicat: ſi ſe exiſtimaret annuere ipſis poſſe, & ſatisfacere in iis, quæ præſentiat ab ſe requiſituros, officii ſe cauſa obuiam ipſis proceſſurum fuiſſe. At verò, quādoquidem Chriſtianus ipſe foret, adeoque Deo magis obnoxius obſtrictuſque, quàm voluntatibus & ceremoniis humanis, metuiſſe ſe ne in communi congreſſu diſplicentiæ alicuius occaſionem ipſis præbiturus fuerit: orare proinde vt inoffenſi domum reuertantur. Summi profectò, fratres cariſſimi, fuere dæmonis conatus, & multimodæ præſtigiæ, quibus immobilem hanc fidei columnam euertere ſatagebat: atq; vna eademq; ruina peſſumdare, quicquid tantis cum laboribus noſtris in Bongoi hoc regno totis 27 annis hactenus ædificatum fuit. Sed neque minor contra Domini Dei noſtri in cōſeruandis electis ſuis apparuit prouidentia, necnon manifeſtata eſt potentia ſua, qui ex hac noſtra tribulatione fructum nos vberrimum colligere voluerit, vt gentibus palam de fide in ipſum noſtra, & de benignitate in nos ſuo conſtaret. Difficultatibus ipſe nos iſtis laborare voluit, non vt periremus, ſed vt mirabiliter liberatis nobis ad gloriæ ſuæ confeſſionem etiam hoſtes adigeret. Hac certè occaſione diuinæ gratiæ vis & efficacia violentiſſimè ſe prodidit, cùm inter aduerſariorum vana conſilia, dolos, & minas, potientiam & malitiam Chriſtiani iſti fidem hic ſuam, quam

priùs otioſam & inexploratam in pectoris penetralibus fouebāt, ipſo actu, & opere, pariterque ardentiſsimum erga DEVM amorem demonſtrarint. Tyrones adhæc fidei ſeu Neophyti noſtrorum hac conſtantia mirabiliter ſunt animati: quique remiſſiores erant, & algere iam cœperant, denuo ſtimulati in religionis amorem feruidis his exemplis tanquam facibus admotis exarſerunt. Demum multo maxima gentilium turba his exemplis attracta ad fidem confluxit. Quorum tres ſuprà viginti Cabralis baptiſmate luſtrauit, atque inter hos magni nominis quendam Cheſcium. Cui ingens apud Bontios auctoritas habebatur. Huius Baptiſma Princeps Sebaſtianus ſua præſentia honorare; & exhibitum cunctis Regale conuiuium gaudii ſui hoc ſucceſſu concepti teſtimonium eſſe voluit. Porrò huius Cheſcui ad fidem conuerſio tanto maiore aſtantium animos admiratione rapuit, quo obſtinatiùs ipſe præ cæteris antea ſemper reſtitiſſet. Abducto namque à Paganiſmo ad noſtram fidem Principe, cui is ſubiectus erat, vnà cum aliis ſex, quibuſcum ei neceſsitudo intima intercedebat, quantumuis toto triennio multifariam tentatus, nunquam tamen ſe flecti ſuſtinuit. Hoc verò tempore tantam conſtantiam Chriſtianorum conſpicatus, ſua ſpōte & à nemine requiſitus in templum noſtrum huc venit, dicens, ſe participem eſſe velle martyrii, ideoque petere, vt cum vxore, prolibus, vniuerſaque familia ſacri fontis aſpergine tingeretur. Magna prætérea ad hoc ſpectaculum conuenit multitudo, tanquam rei miraculo perculſa ad religionem anhelat. His nunc ter ſingulis diebus catechizatur; & traditis Religionis myſteriis ad Baptiſmum præparantur. Sunt & alii ex nobilitate nonnulli, qui duntaxat occaſionem exſpectant, qua nos auditum veniant. Quinimo ipſi gentiles feruido hoc Chriſtianorum zelo conſiderato, ſiniſtram omnem priorem opinionem & inuidentiam, qua flagrabant, exuentes, admiratione nunc & ſtupore pleni à rei miraculo pendent; de lege DEI verba iam proferentes cum maximè à prioribus diſcrepantia, cùm malè de Religione ſentientes eam conuiciis agitando, ſubſannandoque, ludibrio & deriſui habebant. Neque etiam prætermiſit Deus aduerſarios ſuos, pariterque noſtros euidenti ſuæ indignationis documento commonefacere, ſi modò per hoc ad agnitionem & reſipiſcentiam excitari voluiſſent. Accidit etenim Pentecoſtes profeſto, cùm Regina Iezabella furiis accenſa, & ira terribilis impotenti quodam animi impetu ad Chriſtianam Eccleſiam perſequendam inſurgeret, & à dæmo

dæmonio ſubitò correpta magnis doloribus excruciaretur; adeoque vehementer quateretur, vt à ſex, iiſque robuſtiſſimis viris cohiberi non poſſet. Quamobrem gentiles magna cum ſolicitudine, proque ſalute eius anxii, patrio ritu ſacrificiis, oblationibus, peregrinationibus, votis nuncupandis, & ſimilibus ceremoniis inſiſtere. Videntes autẽ nihil hæc omnia auxilii conferre, & fruſtra ſe ab idolis ſuis opem implorare, deſperato diuorum iuuamine ad naturalia medicamentorum remedia conuerſi ſunt. Rumor eſt accerſitum Meaco medicum quendam per equos diſpoſitos, qui totius Iaponæ eius artis ſit experientiſſimus. Huic, ſi affectam à morbo ſeu malo curet, coronatorum trium millium mercedem pollicentur. Attamen rem interim ſecretò habere ſtudent, ne prodita vltionem diuinam teſtetur; pȏtiſsimùm cùm ipſi gentiles medici affirment, nullum in ea morbum deprehendi, quàm quòd à maligno ſpiritu exagitetur. Hac iuſta Numinus animaduerſione rabies eius, & contra nos excandeſcentia refrenata penitus reſedit; ſic vt nobis nuntiarit; nihil ſe vlterius in nos molituram, vt ſecuri agamus, templo nullam deinceps moleſtiam illatam iri. Hunc Reginæ caſum quantumuis alii diſsimulando celare adnitãtur, vel naturali alicui ægritudini aſcribant, Rex tamen & Princeps Dei vindictam eſſe agnoſcunt, & non ambiguè fatentur. Faxit omnipotens Deus, vt hac ſua caſtigatione ſpiritus ſaluus fiat. Neque non Reginæ ſoror Diuinæ vltionis exemplum & teſtimonium fuit; iam ſiquidem tertius agitur dies, à quo palatiũ eius incendio totum conflagrauit, neque multorum millium accurrẽtium opera flamma reſtingui potuit. Pars tantùm certa domus, quam in priuatum vſum princeps Sebaſtianus iam inter Chriſtianos vel ſcriptus ſibi conſtruxerat, quantumuis reliquo ædificio adhęreret, intacta tamen, & ab ignibus inuiolata permãſit. Prætereo, quandoquidem prolixior fui, complurima alia, quæ in hoc negotio occurrere, & vt ne prolixitate faſtidioſus fiã, narrationi huic finem imponam. Fratres cariſsimi, exacta hoc modo iam hyeme, reuiuiſcunt gramina campis, & flores tranquillitatis apparuerunt in terra, hoc eſt, in Eccleſia noſtra. Quare Rex ex neceſſariis ſuis quendam ad Cabralem miſit, admonens, vt grata mente Deo Opt. Max. gratias perſoluat, & exantlatas difficultates memori animo recolens communi ſe gaudio perfundat, poſteaquam negotium ad terminum, quem ipſe prætenderit, & nos Chriſtiani deſiderauimus, perductum foret, quanquam & induſtriæ plurimum & laboris adhibendum fuerit, ne aut Eccleſię dignitas labefactaretur, aut Simon ab inſtituto ſuo retractus reci-

diuum

diuũ pateretur, aut Cicachatam ſibi offenſum haberet, quòd eo contempto totus pro Patrum partibus ſtetiſſe videri potuerit; de his nunc omnibus affatim ſibi cautum, namque & templum ſaluum, & Simonem Chriſtianum manere, & quidem quanquam id contra patris ſui voluntatem, tamen cum eo in gratiam rediiſſe, haberi eo, quo priùs, loco filium & hæredem inſtitutum. Adhæc commonebat Rex; cauendum imprimis, ſiquidem tandem ex hac lucta victoriam obtinuiſſemus, hac ne abuteremur. Proinde Simonem memorem faciundum, ſalutaribus monitis formandum, vt prudenter & modeſtè ſeſe gerat, ne inſolenter iactabundus arrogantes glorias oſtentet; neu noui deinceps quidquam attentet, quo patris ſui animum denuo irritatum exacerbet. Cùm verò hactenus egregiè ſe geſſerit, & Patribus, qui eum inſtituerint, honores ampliſsimos, & fauorem parentis, vtpote qui eum amet, conciliarit, ne impoſterum adniti negligat, quin tam probis rudimẽtis dignus exitus reſpondeat. Præterea Patres ipſos & reliquos Chriſtianos commonebat, vt ab omni iactantia ſibi cauerent, neque exteriore aliquo indicio lætitiam, quam ex hoc ſucceſſu conceptiſſent, proderent, ne Cicachata hac ipſorum gloria offenderentur. Nouiſsimè ait; hæc ſe ipſis ita ſuccinctim ſignificãda mãdare, quo animo ſuo ſcrupulum omnem & ſuſpenſam cogitationem eximat. Cæterùm deinceps cõmodiùs ſe cum Patribus multis de rebus particulatim tractaturum, è quibus apertè cogituri ſint, quàm amico & beneuolo affectu quàm impẽſè ipſis ſtudeat. Reſponſum eſt ad hæc Regi omnium nomine; immortales nos ei agere gratias, vtpote cui ſalutem noſtram acceptum feramus, & proinde Deum nos indefeſsis precibus ſolicitaturos, vt hãc ipſius de nobis bene merendi voluntatem, & ſummum fauorem Diuina ſua gratia prolixè ei & largè refundere velit Eo ipſiſsimo die nũtium quoque à Simone de felici eo ſucceſſu accepimus, & patrẽ ſuum, vti ante hunc furorem ſolebat, benignè & comiter ſecum agere. Quapropter infinitas ſe habere gratias Patribus, cæteriſq; Chriſtianis omnibus ob ea, quæ propter ſe paſsi eſſent. Quanquã, quod ad ſe attinet, verè doleret, non ſe dignum adhuc fuiſſe habitum, qui martyrij coronam conſequeretur. En tibi poſtremũ noſtrarum perſecutionum actũ, & quomodo Diuina Maieſtas ſua, cùm humanis omnibus conſilijs deſtitueremur, rebus noſtris clementer prouidens fidam optatamque cautionem adiunxerit. Simon demum, priſtinæ libertati ſuæ redditus, vnà cum principe Sebaſtiano, noctũ, pridie feſti ſanctiſsimæ Trinitatis, in templum noſtrum inexpectatus venit. Quàm vbere lętitia ex hoc ipſius ad-
uentu

ıentu animos oppleuerimus, vobis conſiderandum relinquo. ʾater Cabralis tum eum Diuæ Virginis imaguncula, artificioſè laborata, donauit, quam magni loco muneris caram habuit. Cumque Cabralis in regnum Figenſe profecturus in procinctu iſſet, Princeps ei pulcherrimum equum donatum adduci iuſſ t, pariterque nunciari, vt iter ageret ſecuro animo, omnemque rorſus ſolicitudinem exueret, Chriſtianorum etenim & Simo- is ſalutem tanquam oculorum ſuorum pupillas ſibi curæ fore. tqui hæc quidem ſunt, quæ de his ſcribenda memoriæ occurre- unt. Porrò credite, fratres cariſſimi, etiam timidis tepidiſque nagnopere prodeſſe, ſi in iſtiuſmodi anguſtiis deprehendantur; aciunt namque vt animi, vita iam deſperata & quaſi proiecta, um nullū eſſe mediū arbitrentur, fiducia ſalutis ſuæ quadā con- unctione Deo adglutinentur; atque deinceps, metu iam omni rofligato, mortem ſingulis momentis cum eius contemptu for- iter expectent. Sanctis veſtris ſacrificiis & deuotis orationibus euotè me commendo. E Bongo, oct. Id. Iun. 1577.

## IDEM LVDOVICVS FROES.

EX literis Patris Figueredi Facatæ datis intelleximus, cum comite eum ſuo in ſummo vitæ diſcrimine verſatum fuiſſe. Ciuitas etenim eis Pagodum quoddam aſſignauerat, in quo ıanſionē haberent. Conſuetudo autem erat ciuibus, vt aliorum agodorum idola, quæ feriarum diebus circumgeſtari ſolent, in oc repoſita aſſeruarentur. Porrò Pater Figueredus, quamdiu anum illud inhabitauit, tergiuerſatus eſt ea recipere. Quam ob uſam tota ciuitas tumultu miſceri; ſic vt plebs in noſtrorū cæ- em conſpiraret; & vi ageret, vt ſimulacra illa ibi loci collocaren- ır. Dei autem prouidentia effectum eſt, vt neque locus à noſtris piatus denuo contaminaretur, & gentilium deorum recepta- ulum fieret, neque noſtri incommodum aliquod incurrerent. nimuero, quanquam non ſine graui moleſtia id impetratum ſit, perſedere tamen à vi, cōuicti rationibus, quæ ipſis redditæ ſunt. tque ita non tantùm pacati quieuerunt, verùm etiam quadrin- enti & amplius ex ciuibus fidem receperunt.

Alia quadam epiſtola per Michaelem Vaz tranſcriptum eſt, iuerſum iam dominium Regis Bartholomæi religionem eſſe nplexum, in quo ille ſedem habet, ſic vt nemo omniū ſuperſit, ui gentiles ritus retineat. Perſæpe inibi magno numero, atque ıā quadam vice mille ducentos baptiſmatis vnda renatos.

Ad hæc

Adhæc allatum nobis eſt, in fata conceſſiſſe Arimis Regem Andræam fratrem germanum Regis Bartholomæi, qui anno proximè elapſo fidem ſuſceperat. Atqui filium, qui in regnum ſucceſſerit, cùm is ethnica adhuc ſacra tueatur, cœpiſſe Chriſtianos acriter perſequi. Nihilominus ſpem eſſe ipſum quoque cum regni ſui ſubditis ad orthodoxam religionem acceſſurum; quandoquidem iam tractaretur de filia quadam Regis Bartholomæi in matrimonium ei tradenda, *quam non niſi recepta Religione habiturus eſſet.* Hiſce diebus quamplurimos ex noſtris in diuerſa regna amādauimus, ab ipſis Regibus & principibus requiſiti, vt Diuini verbi ſementem inibi facerent. Vnde meſſem non contemnendam expectamus; Nam & excepti ſunt illi à regibus perbenignè, & omni beneficiorum genere cumulatè adiuti. Succeſſuum horum omnium gloria omnis & honos Diuinæ Maieſtati adſcribenda.

## ORGANTINVS BRIXIENSIS AD VISITATOREM INDIARVM.

IGENS ſolatium ex tuæ Paternitatis literis, tum & non contemnendo operariorum numero, quos præſenti anno in hanc meſſem ad nos miſiſti, percepimus. Quo quidem ſubſidio recepto mirificè recreati ſumus, prorſuſque animati, vt nullo deinceps cum faſtidio in operoſo hoc negotio nos exerceamus. Quæ nuper admodum ex locis Meaco vicinis nobis nunciata ſunt, gratiſsima fuere auditu, vtpote quòd fides Chriſtiana nullo impedimento latiſsimè propagetur. Equidem gaudium hoc noſtrum, ex eo ſucceſſu conceptum, aliis putaui impartiendum. Scripſi itaque de iis rebus ad Patrem Franciſcum Cabralem fuſiſſimè, vt ſcriptum illud, aut ſaltem exemplar narrationis ad te deferendum curaret, quod vtique facturum confido. continentur etenim multa, quæ omnium certè piorum animos magna conſolatione ſubleuent. At imprimis recenſetur ab initio Quadrageſimæ ad hunc vſque diem vltra ſeptem millia hominum ab idolorum cultu ad Chriſtianæ vitæ rationem traducta, & ſpem eſſe multo plures breui in viam hanc ſalutis reuocatum iri. Cùm tamen verendum ſit, ne ob paucitatem noſtram officio huic pro rei neceſſitate plenè ſatisfieri poſsit, deſideramus, vt Paternitas tuæ coadiutores nobis ſuppeditet. duo etenim

enim ſacerdotes, qui ſoli hîc conſedimus, cum tertio quodam
coadiutore, tanto oneri ferendo non ſufficimus. Quandoquidem
verò è profectu, qui his locis fiat, ingens commodum & vtilitas
ad vniuerſos Iaponios redundatura ſit, atque adeò Chriſtiano-
rum omnium interſit, eo quòd gens hæc inter cæteros Iaponiæ
populos eruditionis, morum, ſimulque nobilitatis præſtantia
principatum teneat, maximè operæpretium foret, multos eóſ-
que idoneos operarios huc mitti, vt ne horum defectu & inopia
tantæ fœcunditatis ager incultus obſoleſcat, aut ſaltem non
tam opimi prouentus, quàm promittit, colligi queant. At om-
nino Paternitas tua perſuaſum habere debet, eos, qui mittendi
ſunt, ex omni numero ſelectos eſſe debere, qui neque vulga-
ris ſint doctrinæ, & exacto iudicio prudentiaque excellant,
vt cum hoc populo ritè & cum laude tractare valeant; apud
quos equidem poſt tot iam etiamnum annos, quibus hîc vi-
xi, rudis adhuc & nouitius videor; tanta in eis ſapientia
& ingeniorum acrimonia eluceſcit. Exædificauimus hîc tem-
plum, non inconcinnum, in honorem Aſſumptionis Diuæ
Virginis, impoſito hoc titulo, *quia eo illuceſcente feſto* Pater
Franciſcus Xauerius primùm ad hanc Inſulam delatus eſt. Æ-
des hæc certè tam inſigne artificium oſtentat, vt non CHRI-
STIANORVM tantùm, verùm etiam gentilium oculos in ſe
rapiat. Iamque quantumuis non ſine multo faſtidio, ad faſti-
gium tamen vſque & ad normam abſoluta eſt. Speramus por-
rò ex opere hoc tanto cum labore elaborato Chriſtiano nomini
non mediocre ornamentum glorioſa cum celebritate acceſſu-
rum. Quinimo iam huius non obſcura indicia ſe produnt. Si-
quidem cùm ingens eſſet odium, quo priùs in nos inardeſcebant,
& multo major contemptus, quo nos Meacenſis huius ditionis
incolæ dedignabantur; è contrario nunc omnes honorificè no-
bis aſſurgunt, neque reperitur quiſpiam, qui vel nobis vel reli-
gioni obloquatur. Deo autem ante omnia, ob hæc ſua in nos
beneficia, gratiæ agendæ. Neque verò religioni in Meaci tantùm
prouinciis feliciter ſuccedit; verùm etiam bonus & ſuauiſſimus
odor hic doctrinæ Chriſtianæ ad vltimos vſque Iaponæ fines pe-
netrauit, ſic vt iam, nemine contradicente, paſſim & propalàm
noſtræ Religionis ſalutiferum Euangelium denuncietur. Præter-
ea alia duo templa à fundamentis educta ſunt, ſpatioſa & perpo-
lita, alterum in arce Sangæ, alterum in Vocaiama. Rogatum
te habeo, vt, quantus tibi erga Deum amor eſt, tanto ſtudio apud
Indos iſtic nobiles & potentiores agas, quo aulæa aliquot, ſeu
panni

panni ſtragulati in ornamenta templorum nobis tranſmittantur. Iaponii etenim circa hæc plurimùm curioſi ſunt, & in exteriorē fanorum ſeu pagodorum ſuorum ornatum dedita opera incumbunt. Quicũq; porrò tam piæ munificẽtiæ opere Eccleſiæ dignitatẽ augebunt, erunt & ipſi participes fructus, quem ex eo per Iaponæ has prouincias colligere erit, & Diuinam gratiā copioſè acquirent, tanquam coadiutores amplificatæ fidei, cùm gentiliū animi textilibus picturis & variegato templorū cultu ad fidẽ ſenſim pelliciantur. Solenniter hîc diuerſis temporibus ingens multitudo iucundiſſimas inter congratulationes & miras animorum voluptates baptiſmo luſtrata eſt; & variis in locis Crucis aliquot excelſas effigies reuerẽter & deuotè ereximus. Sic vt multi gentiles, quantumuis adhuc ſanctæ Crucis myſteria & virtutem ignorarent, moti ſolummodo Chriſtianorum hoc, quem ſtupentes intuebantur, feruore, baptiſmi communionem vltro expeterent. At verò diabolus cùm fidei Chriſtianæ tam proſpero curſu ſuccedere non ferret, gentiliū aliquot faucibus obſeſſis, per hos vociferabatur; cruces illas Iaponicarum legum obſeruantiam abolituras; tempeſtiuè proinde malo huic occurrẽdum; alioquin de Iaponæ ſalute actum eſſe, & deos regionis in alias prouincias emigraturos. In monte quodam deſerto, & admodum excelſo, tribus hinc leucis diſſito pagodum eſt, diabolo imprimis conſecratū, ad quod Iaponii concurrere ſolent vindictam contra inimicos ſuos, & ad alios ſceleratos actus fauorem & opem vt implorent. Atque hac de cauſa idolum hoc gentilibus formidabile eſt, & trepida veneratione colitur. Locum hunc Bontii quamplurimi inhabitant, & circa ſacri ornatus & aliarum rerum curam intenti vſitatis ſuis ceremoniis incumbunt. Quotieſcunque ego Chriſtianis noſtris comitatus vrbe egredi ſolebam, & montem hunc cum ſuo fano in conſpectu haberem, toties declarabam, quanto deſiderio torquerer pagodi illius excidendi, & locum hunc, extructo templo, Michaëli Archangelo conſecrandi; & cogitare me proceram ibi in montis cacumine crucem erigere; vnde à toto Meaco videri & adorari poſſet; videri enim mihi rem indigniſſimam, eum, qui ob ſuperbiam ſuam è cœlo præcipitatus eſſet, in loco nunc tam ſublimi adoratum diuinis honoribus affici. Quas meas voces exiſtimo ad Bontiorum, quibus huius templi cura delegata eſt, aures delatas. Nabonangam enim adeuntes, apud hunc de iis querebātur; orantes vti iuberet, ne idolum illud tolleremus, cum perſuaſione, veteri ſe, ne, ſi tollatur, multa incommoda in ſui vltionem ipſis adferat. Porrò ego quidem confido Chriſti Domini noſtri

ſeruos

ſeruos præualituros; atque adeò, diuina me animante gratia, par mihi videor vniuerſis monaſteriis, & horum gentilium pagodis demoliendis, inque fumum & cinerem penitus redigendis, vt hoc modo humani illc generis antiquus hoſtis, ſuperbia ſua contemptim conculcata, majore indignationis tormento diſcrucietur. Cùm autem tua Paternitas huc venerit; non eſt ambigēdum, quin Dominus Devs aliquam viam oſtenſurus ſit, qua id ad effectum deducatur. Neque difficile erit, capite huius idololatriæ dejecto, membra quoque humi fundere, prorſuſque quicquid pagodorum per omnem Iaponem reſiduum eſt, diuino adjutos auxilio, ad maiorem ſui Numinis gloriam & celebritatem funditus eradicare. In regno quodam eorum, quæ Meaci dominatum agnoſcunt, in quo ſupra quatuor hominum millia magna ex parte hoc anno Chriſtianæ fidei teſtimonium & ſanctum baptiſma adepti ſunt, princeps regionis poteſtatem nobis fecit, vt eos, qui ſectam Voiaquam ſectantur, ab errore reduceremus, ſimulque aliis omnibus fidem annunciaremus, vt, qui vellet, hanc acceptaret, permiſſo cuilibet libero arbitrio viuendi, prout expedientiſſimum ad animæ ſuæ ſalutem eſſe cenſebit. Accidit autem dum nos ad ſanctam expeditionem præpararemus, vt veterator diabolus figuram induens certi cuiuſdā hominis ſenio venerandi, qui Tirigim illis vocatur, quemque decantatis ei laudibus, & hymnis, pro Deo habent & adorant, in principis illius conſpectum ſe daret. Et quoniam eo die proſpera ei nonnulla ex voto & ad voluntatem fluxerant, Tirigim illius fauori omnem hanc fortunam attribuit. Atque mox ſolenne ei feſtum inſtituit, exhibito proceribus ſplendido admodū epulo; totuſque is dies laudibus & hymnis ei dæmonio concinendis tranſactus eſt. Cętera quoque turba ceremonias ſuas exercebat, & ſacerdos eorum diſcurſans calidā ſingulis aſpergebat. Dum verò hoc agit, inuaſit in eum dæmon, (quē iſti Deū Tirigim eſſe arbitratur) & cœpit per ſacerdotē hūc horrendum exclamare, tandemque grauiter queri; ſublatos ſibi ſeruos ſuos omnes, quòd ſe valde affligat, vtpote qui ipſemet nūc inſeruire ſibi cogatur; eoque magis dolere id ſibi, quòd ii erepti ſibi forent interea dum domo abſens in montibus verſatus fuerit, præſentē enim ſe tantā iniuriā & vim laturum non fuiſſe. Tum etiam multum de me lamentando conqueri; namq; vice quadam, cū à baptizatione 400. hominū redirem, pagodū eius cum Chriſtianis, qui mecū erāt, ingreſſus ſtatuas omnes, quas offenderim, ſolo colliſerim; quibus reliqui illico capita, nec nō alia membra, detruncabant. Has inter duæ leonū cōſpiciebātur effigies, qui (vt

gentiles referunt) huic Deo famulantur. Iam interea dum princeps ille cum tota multitudine feſtum agũt, & homo is maligno ſpiritu obſeſſus horridos clamores magis magiſque intendit, ecce tibi in eos repentinum ſaxorum imbrem; qua tempeſtate perculſi diuerſi omnes in fugam ſe effundunt; ſic vt ex 20. hominum millibus, qui ſolennitatem eam celebrabant, nemo omnium ibi remanſerit. tanta ſaxorum ingruebat & pluebat copia, tantaque omnium erat conſternatio; neque mente cõcipere potuerunt, vndenam aut à quo lapides ii iacerentur. Equidem coniectura mihi perſuadebam ab Angelis eos, qui pro omnipotentis Dei gloria præliarentur, grandinario lapidum hoc iactu peti. At reuera fieri poterat vt, ſi res aliquantum proceſſiſſet, dæmones idipſum prodigium imitaturi, ſimulque populum, aduerſus me reliquoſque Chriſtianos prouocatum, concitaturi fuiſſent. Sciebant etenim omnes me eſſe eum, qui demonium illud miniſtris ſuis priuauerã. Hoc autem prodigio Chriſtiani maiores, quàm vnquam antea, animos cepere, & in fide ſuſtinenda ſeſe obfirmarunt. Videbãt nãque Iaponiorum deos non eſſe eius potentiæ, vt prioribus ademptis, alios ſibi ſeruos conquirerent, neque etiam eorum, quos haberent, tutelam ſuſtinere poſſe. Atque hoc modo concedere cœperunt & fateri impoſturis, preſtigiis, & mille artibus à dæmonio excogitatis hacten⁹ ſe delusos & ſeductos fuiſſe. Nec mora, Chriſtiani ſublimem crucem ad alterum lapidis iactum à pagodo illo erexerunt, vt dæmonio ei hoc obiecto irritatam magis magiſque rabiem & dolorem augerent. Plura vt ſcribam non vacat; auocor namque vt confeſſionem recipiam à Chriſtianis Cauachi; qui iam ad bellum accincti intra triduum in expeditionem profecturi ſunt. Sanctis ſacrificiis & orationibus tuæ Paternitatis vt plurimùm me commendo. Meaco, diui Matthæi feſto, 1577.

## IOANNES FRANCISCVS STEPHANONVS AD PATREM VISITATOREM.

ANNO proximè elapſo ſcripſi Paternitati tuæ, iis conſolationibus erectus, quibus ſolis Deus Opti. Maxim. conſcius eſt animam meam inter has mundi afflictiones tranquillitati redditam expleri. Ideoque, quantumuis tam remotis in orbis partibus conſtitutus eſſem, vt nihil à Paternitate tua literarum recipere potuerim, idcirco tamen omittere nolui, quin officium hoc ſuum his paucis præuenirẽ. A noſtris nuntiatur incolumes eſſe ipſos, &, diuina indulgẽte gratia, bene ſe habere omnia

Per

et Meaci prouincias Chriſtiana fides mirabili incremento am-
plificatur, ſic vt intra quattuor retro menſes in Sangæ Caſtello
mille quingenti, qui ſoli adhuc reſtabant, baptiſmum aſſumpſe-
rint. Itaque vniuerſus iam populus huic propugnaculo ſubiectus
nobis ſe adiunxit. In aliis itidem tribus arcibus *tria millia quin-
genti* baptiſmatis gratiam conſequuti ſunt; qui cum reliquis,
quos. aliis in locis baptizauimus, *ſeptem millium numerum* ex-
cedunt. Orandus Deus, vt tam benignè nobis ſui amoris & fauo-
ris gratiam largiatur, quantum gentis huius neceſſitas exigit: ne-
que rationem habeat imperfectionis & defectuum; quorum niſi
culpa diuinæ miſericordiæ auxilium impeditum auertatur, altera
denuo porta dabitur ad luculentam frugem his in oris conſequē-
dam. Præter etenim eos, quos dixi, alii nunc *ad trium millium nu-
merum* catechizantur, vt idoneo tempore baptiſmum recipiant.
Quidam ex præcipuis Nabunangæ proceribus, dum munitiones,
quas nobilis quidam vir ſuæ clientelæ moliebatur, ſpectatū iret,
obiter ex relatu cuiuſdam qua ſolennitate & gaudio Chriſtiani
baptiſmatis myſteriis incumberent, intellexit. Itaque huius actus
videndi deſiderio capitur; intantumque placuit, vt diceret omni
modo procurandū ſibi, quo Chriſtiana religio adaucta propaga-
retur, & mox tabulis ſua manu ſubſcriptis mandat omnibus iis,
qui de Icoxiorum ſecta ſunt, (quos aiunt quinquaginta millium
numerum exceſſuros) vt Chriſtianam fidem recipiant; & ſimiliter
aliis ſectis addictos adigebat, vt conciones noſtras & catechiſmi
prælectiones auditum venirent. Adiit eum Pater Organtinus, vt
pro hoc ſuo in nos fauore gratias ageret, qui comiter valdè & a-
micè exceptus eſt. Et ex eo intellexit, deſiderare ſe vniuerſum ſuæ
ditionis populum Chriſtianum fieri. Proinde, inquit, cum ex mea
parte huic negotio non deſim, ne, quæſo, vos à veſtra deeſſe veli-
tis, quo minus deſiderio huic meo quàm ocyſſimè ſatisfiat. Adde-
bat ad hæc; conuictum ſe rationibus, quæ ex noſtra fide allegatæ
adducebantur, cedere coactum veritati; & cognoſcere ſe optimè
cuiuſdam incommodi & inualetudinis, qua affictari ſolebat,
cauſam extitiſſe enormia ſua peccata, quæ lex noſtra committi
vetaret & deteſtaretur; ſeque ait ad ordinem Chriſtianorum ac-
ceſſurum, niſi lex noſtra rigida ſibi nimium & obſeruatu diffici-
lis videretur. Quodam die, cum idem hic princeps apud Nabu-
nangam eſſet, alii fortè proceres quidam ſectæ cuiuſdam, quam
Icoxiam nominant, aſſeclæ ſuperuenere, quo Nabunangæ per-
ſuaderet plurimū ipſis intereſſe, vt noſtri è Meaco eiicerentur. Ro-
gabat tū Nabunanga eū, de quo dixi, principē, quique prior aliis

cò venerat, vt paucis declarare vellet, quam ipſe de Patribus opi nionem concepiſſet. Reſpondit ille, non ſe eam noſtræ legis co gnitionem habere, vt de ea iudicium facere poſſit; hoc tamen ſci re ſe optimè; aliquot ex ſubditis ſuis proceres, Chriſtianos factos ſibi deuotiſſimè parêre; atque adeò gentem eſſe, quæ ſolùm in hoc attenta ſit, vt & vitium fugiat, & virtutem ſequatur; quod i dem non poſſe non ſentire ſe de Patribus, qui eorum præcepto res ſint. Sciſcitabatur quoque Rex idipſum tunc ex aliis; itáne ſ res haberet: qui omnes in eandem opinionem reſpõderunt. Qui bus auditis ait Nabunanga, ſuo iudicio idem quoque ſibi videri. Ex quo tẽpore, quãuis antea, cũ patres eũ accedere ſolerent, beni gniſſimè eos excipiebat; majore tamen, quã priùs, honore affe ctos ſuſcepit. Cùm etenim viſitatum eum veniſſet Calend. Ian. & præcipui magnatum officii cauſa, atque anni fortè auſpicatũ ini tiũ gratulaturi in aula præſtolarẽtur, illico tamen, cũ Patres emi nus à ſupremo præfecto vniuerſæ Prouinciæ Meacenſis conſpecti ſunt, egreſſus hic è regis conclaui obuiã in interiorẽ aulam dedu ctós honoratiſſimo loco collocauit. Dein ipſemet Nabunangam adiens, indicat adeſſe noſtros, & conuenire eum cupere; ſtatimq; introducti ſunt in remotius cubiculum; vbi Nabunangæ cubile erat. Quod factũ in omnium animis ſummam admirationẽ exci tauit; ſic vt dicerent Nabunangam ſemichriſtianum eſſe factum. Tractabat autẽ ipſe & loquebatur cum Patribus benignè nõ tã tũ & populariter, verùm etiam ciuiliter, quo quidem modo cum nemine procerum eorum egit. Progreſſus etenim conſueta cum ſua grauitate in publicum, vno tantùm verbo Bontio cuidã quid dam innuit. Adeò verò nunc de noſtris optimam cõfirmauit opi nionem, vt cùm quodam tempore cũ nobilibus iſtis Meacenſibus ſermonẽ haberet, clarè eis pronuntiarit, & teſtatus ſit, multo no meliores eſſe Bontiis. Aliquando incidit in diſputationem cum Chriſtiano quodam, qui non ita pridem ad fidem conuerſus erat tantumque ex ea diſputatione guſtus percepit, vt à meridie in ſe ram noctem protracta ſit; & etiamſi Chriſtianus ille nouellus ad huc foret, & noſtræ profeſſionis tyro, tantũ tamen luminis & in tellectus ei Deus largitus eſt, vt ad interrogata omnia ſatis cõmo dè reſponderet. Omitto infinita alia, quæ quidẽ ſcriptionẽ mere tur, ob otii inopiam, nam & heſterno die trecẽtis hominibus ba ptiſma cõtuli, & hodie etiãnum ad idẽ opus accingor. Ne Pater nitas interim tua huius negotii memoriã & curã deponat: procu ret autẽ vt operarii nobis mittãtur, qui nobiſcũ opimã hãc meſſ colligant. E Sanga, glorioſi Apoſtoli diui Iacobi Vigilia, 1577.

FRAN

## RANCISCVS CABRALIS AD REVERENDVM PATREM GENERALEM.

QVandoquidem anno nouiſſimè exacto datis ad Paternitatem tuam literis, articulatè proſecutus ſim quanto cũ fructu Deus Dominus noſter dignatus ſit in his Iaponiæ oris operari, cùm *quadraginta millium numerum* exceſſerint, ui diuerſis in locis ſacrum Baptiſmum receperunt, in præſentia reuiter percurram, quicquid diuina auxiliante gratia præſente oc anno 77. geſtum eſt, poſtea quàm naues hinc poſtremùm ſolerunt. Cætera ex publicis literis, quas Patres ex locis, quibus ioram trahunt, tranſcribere ſolent, integrum erit cognoſcere. orrò quanquã conuerſorum ad fidem numerus huius anni cum uoluto par non fuerit, ſi tamen gradum & dignitatem eorum pectes, qui in ſanctæ eccleſiæ gremium ſe nunc dederunt, nihilo nferior eſt cenſendus. Siquidem Bongoi regis filio, qui prior, vti ripſimus, fidem recepit, nuper admodum eiuſdem regis gener ceeſſit, filius adoptiuus potentiſſimi principis cuiuſdam fratris eginæ, qui trium regnorum præfecturam gerit. Ob huius adoleſcentis conuerſionem non leuis excitata eſt tẽpeſtas & perturatio, ita vt cùm ipſe tum nos omnes, qui Bungi habitabamus, in raui diſcrimine verſaremur, & iam proximum erat, vt pro defenone fidei Chriſtianę morte afficeremur. Eamque haud dubiè inurriſſemus; niſi Deus, cuius in manu Regum corda ſunt, ſecundũ iuinam ſuam prouidentiam, regis huius animũ mouiſſet, vt auoritatem ſuam, prout fecit, interponeret. Hic etenim ſimul & rudentia ſua & auctoritate tantum effecit, vt adoleſcens Chriianam fidem retinuerit, quanquam vt hoc impedirent, pater us & regina vniuerſum regni ſtatum maxima commotione ſurim deorſumque miſcuerint. Teſtari poſſum & affirmare, Regem oc in negotio tantum in fauorem noſtrum egiſſe, vt etiamſi tua aternitas hîc præſens eidem vacaſſet, neque prudentiùs rem traare, neque plus efficere potuerit. Quia verò Pater Lodouicus roes, qui mecum tunc eius tempeſtatis laborem ſuſtinuit, (qui bor tandem in ingentem noſtram conſolationem & æternum emonis opprobrium mutatus deſiit) prolixam & publicam epiolam de his rebus ſcribat, non mihi videtur neceſſarium, vt ea uæ acciderunt, particulatim repetam. *Similiter in regno hoc Bun-* infiniti alii omnis conditionis homines Chriſtianiſmum amexi ſunt. *In regno Cicuſeno*, quod contiguum eſt vrbi Facatæ,

vbi ſedem fixit Pater Melchior Figueredus, *quingenti vel ſexcenti* baptiſmum receperunt. *In regno Figeni Facama mille quingenti. In regnis Cauaci & Czunucuni*, quod conterminum eſt Meaco, in quo commoratur Pater Organtinus cum Sacerdote quodam alio, & Fratre Laurentio Iaponenſe, *quinque millia baptizati ſunt.* & quo minùs multo plures hinc gratia communicarint, miniſtrorum inopia accidit. Aliis adhæc in regnis alij quàm plurimi fidem ſuſceperunt, ita vt etiam hoc anno Septuageſimoſeptimo *ſeptem aut octo millia nobis acceſſerunt*. Laus omnis & gloria grato encomio DEO Domino noſtro aſcribenda eſt, a quo bona omnia procedunt. Incredibilem reuera voluptatem percepimus ex tot hominum conuerſione. Viſum tamen fuit & placitum DEO, hoc noſtrum gaudium intermixto dolore aliquo imminuere, quem concepimus ex obitu optimi Regis Arimæ Andreæ. Hic, Patroni ſui ſeu Aduocati feſtum celebraturus, in templum huc noſtrum venerat; atque ſub hæc cum filiis & præcipuis regni ſui, tam CHRISTIANIS quàm Ethnicis, proceribus ſolennibus variis ludis biduum impenderat. Sub quorum finem cœpit grauiter ex apoſtemate quodam laborare, quod inter coſtas enatum, ad meliorem eum vitam, vti ſperare eſt, intra vigeſimum diem nobis ſuſtulit. Quoniam verò per filium hæredem ſuum, alioſque proceres, quippe qui gentiles erãt, permiſſum nobis non fuerit, vt morienti aliquid opis ad animæ ſolatium collaturi adeſſemus, non poſſum quid actum ſit particulatim denarrare. Certiſſima tamen mihi fide compertum eſt, Chriſtianum deceſſiſſe, & crucem, quam geſtare ſolebat, à ſe nunquam remouiſſe. Quantumuis etiam Bontij, qui in locũ noſtrum ad eum introducti fuerunt, vt plurimum adlaborarent, vt repudiata fide in priſtinum errorem relaberetur, per Diuinæ tamen miſericordiæ gratiam induci nunquam potuit, vt eorum diabolicis perſuaſionibus aſſentiretur. Mox vt expirauit, cadauer Bontiis traditum eſt efferendum, qui & multi ſunt numero, atq; vti ſcripſimus, cùm filij ſint omnes & fratres illuſtrium procerũ, regnum maiore ex parte poſſeſſionibus ſuis occupant. Extemplo nouitius Rex cæteriq́ue proceres acerrimam perſecutionẽ contra eccleſiam mouerũt, iuſſis paſsim truncari & excindi, quas erexeramus, crucibus, & indicto nouis Chriſtianis mortis ſupplicio, niſi religionem retractarent, quorum multo maxima pars palinodiã cecinit, cùm adhuc neophyti eſſent, neque penuria operariorum ſatis exculti. Attamen nonnulli conſtantes permanſerunt, parati potiùs in exilium ire, atque etiam vitam profundere, quàm Deũ,

quem

ıem cognoſcere cœperant, abnegare; nec non alij cùm metu
ortis periculo reſiſtere non valerent, exteriùs quidem reuoca-
ınt;at ſaltem intra pectus fidem retinebant, & noctu ad nos ve-
ıentes multis cum lachrymis imbecillitatem ſuam humili con-
ſſione teſtabantur. Iudicet nunc apud ſe Paternitas tua, quantis
oleſtiis & doloribus hoc tẽpore tali in caſu afflictati fuerimus,
ıi Patri Antonio Loper, fratri Lodouico, & mihi, cùm regnum
ɔc Arimæ viſitaremus, inexpectato obuenit. Et quãquam in ho-
s, vti ſæpe nobis nuntiabatur, impetum eorum, quibus trucidã-
nos negotium datum erat, expectaremus; nõ placuit tamẽ Deo
m ſingularem & optatam nobis gratiam facere; quanquam in-
rea non deſiſteremus infirmos animare, & qui iã ceciderant hor-
ri vt reſurgerent. Porrò inibi ſubſtitimus donec templum incẽ-
o datum eſt, atque ita compulſi fuimus Cocinocũ redire. Hinc
atrem illum & alterum comitẽ Maguſam ablegaui, ad iter me
ongoum accingens. Placuit autem Diuinæ bonitati, vt in viam
uerſam ab illa, quam cogitaram, me darẽ, forſitan vt me à mor-
liberaret, quam mihi nonnulli machinabantur, qui, ignaro me
riculi, viam, qua profecturum arbitrabantur, vt me iugularent,
ɔſederant. Cæterùm hanc nobis tribulationem redintegrata
eus conſolatione compenſauit. Voluit etenim, vt ciuitas hæc
aguſa, è qua nunc ſcribo, vniuerſa fidem aſſumeret, ita vt ne-
ıe pagodum aliquod, neque ritus, qui gentilitatem adhuc teſte-
ır, ſuperſit: vt etiam, ſicut inferiùs dicemus, aut non facti ſint
hriſtiani, aut, tanquam qui aliis impedimento eſſent, quomi-
ıs baptiſmum adirent, non ejicerentur, cum iactura omnium
orum prouentuum. Etenim, etiamſi princeps huius inſulæ
ıte ſexennium Chriſtianam fidem aſſumpſerit, nihilominus
men quamplurimi gentiles reſtiterant integra retinentes ſua
na & varellas. Permanſerant ſimiliter Bongij cum ſuis ido-
, reditibus etiam ſuis fruentes. Hi obſtabant, & inhibebant,
i dictum eſt, ne reliqua gentilium multitudo conuerteretur,
que etiam ne ij, qui iam conuerſi erant, ſecundùm legem Chri-
anam viuere auderent. Cuius incommodi magna ex parte
uſa erat vxor ipſius principis, quæ ethnicam religionem pro-
ıgnabat, Chriſtianis infenſiſsima. Hæc nos hactenus dura per-
cutione preſsit, effecitque, vt multi iam Chriſtiani facti pe-
m retrahentes ad errores ſuos & vomitum redirent. Nam &
gibus & religioni Iaponicæ vehementer erat addicta, earumq;
i & reliquarum Iaponenſium diſciplinarum peritiſsima. Sic
ıtem diuina ſua miſericordia diſpoſuit, vt, cùm anno præterito

ciuitatem hanc luſtratum veniſſet, coacta quaſi & contra voluntatem concioni noſtræ intereſſet. Qua audita paulatim agnito errore duritiem animi exuit, & tandem conuerſa eſt, atque vnà cum ea ferè omnes, qui gentiliſmum adhuc ſequebantur. Equidem, cùm ſcirem ab hac principe negotii noſtri ſucceſſum omnẽ dependere, ſedulò me fatigabam, vt in rebus fidei accuratè & rectè inſtrueretur. Cumq; capaciſſimũ ſortita ſit ingeniũ, naturali intelligentia & ratione adiuta, citra magnam moleſtiam omnia comprehendit. Iamque trimeſtre tempus expirauit, cùm huc Bũgo rediens à me efflagitauit, vt auricularẽ ab ſe confeſſionem reciperẽ. Porrò priùs quam hoc aggrederer, cùm exiſtimarem neceſſariũ, vt in myſteriis, quæ ad hoc ſacramentum pertinerent, erudiretur, Fratrem quendã Iaponenſem ad eam miſi, vt ei bidui triduíve operam ſuper confeſſionis & ſatisfactionis materia prędicando inpenderet. Quorũ cùm iam intelligentiam percepiſſet, ad confeſsionẽ & gratiam recipiẽdã ſeque ſaluandã duo inquit eſſe exeqnenda; in primis vt pecuniam omnem & debita, quæ per iniuſtas vſuras cũ ſubditis ſuis, dum gentilis adhuc fuerit, fœnerando compilaſſet, reſtitueret. Communis apud Iaponios cõſuetudo obtinet, vt proceres daniſticã exercentes ſubditis ſuis aliiſq; centũ in fœnus collocent, vt poſtea meſsis tẽpore vltra mutuũ ſexaginta recipiant; neque ſolùm hoc vitio non vertitur, aut pro peccato habetur, at potiùs bonũ piumq; opus ſe facere arbitrantur. Alterũ erat, vt maritis vxores, quas ſeruarũ numero habebat, redderet. Antiquitus enim apud Iaponios mos irrepſit, vt ſi mulier aliqua cum marito diſſentiens deſerta domo ad Regis palatium, aut eius, penes quem ditionis, vbi id contingat, principatus eſt, confugiat, vt è veſtigio in ſeruitutem pro hac tutela vindicetur. Harum illa ſub iugo habebat multitudinem. Quamuis autẽ inſolens hic videretur, & res difficilis, magnique incommodi morem hunc diſſoluere; conſiderans tamen non ſe poſſe ad cõfeſsionem admitti, niſi ſublatis priùs duobus his impedimentis, quantauis iactura culpam hanc redimere deliberat; atque Sacerdoti conſcientiam detexit, breuique fidei inſtructione intantum promouit, vt cum marito egerit, ne gentiles vllos in ſuis ditionibus ſupereſſe pateretur; ſimulque Bontiis nuntiaret, vt aut Chriſtiani fierent, ſe permiſſurum ipſis reditibus ſuis (qui ampliſsimi erant) vti ſoui; aut, ſi tergiuerſarentur, eos è prouinciis ſuis exigeret; hac ſe ratione omne obſtaculum, quod fidei progreſſum remoraretur, amoturum. Ipſa verò ſine mora iuſsit idola omnia & gentilium ſacrorũ libros in templum deportari. Bontiorum nõnulli,
relictis

relictis monaſteriis ſuis & prouentibus diſcedentes exilium prætulerunt. Alij traditis idolis, & ſacris voluminibus Chriſtianum titulum acceperunt. Atque hodie fratris Ioan. Iaponenſis concionem auditum eunt, & ſingulis diebus bis ad templum hoc ventitant. Quo nullum maius ad arrogantiam ipſorum edomandam tormentum adhiberi poſſit; neq; efficacius aut præſentius quicquam ad ſuperbiam mortificandam eorum, qui ſe pro Deis regionis gerebant. & veriſimile eſt indigniſſimè ferre eos, quorum plerique ſexageſimum annum exceſſerunt, & intuitu valde ſunt venerabiles, à iuuene 20. circiter annorum erudiri. Ergo nūc quicunque huic principi parent, diuinæ gratiæ indulgentia, neque Bontiis, neque idolis, aut aliis ethnicis obſtaculis impedientibus Chriſtianis ritibus inſiſtunt. Quod eo maiore in momēto ponēdū, quo prouincia hæc amplior eſt, & incolarū multitudine frequentior. Iam nunc 30 hîc exædificata ſunt templa, & quidē præter hæc alia 40 neceſsitas exigit. Proinde in prouincia hac, & paſſim per vniuerſam Iaponam, nullius rei maior eſt indigentia, quā operariorum, & hominū, qui gentis linguā calleant. In quo nobis ſpero ſatisfactum iri optimo conſilio, quod Paternitas tua nobis dedit. Nempe vt Gymnaſiū hîc inſtituatur, in quo operarij in miniſteriū prædicationis Iaponica lingua & ſcripturæ ſcientia exerceantur. Hoc anno 77 miſit huc Pater Alexander Valignanus Viſitator Goa 14 noſtri inſtituti idoneos ſodales, vt, poſteaquam neceſſariis aliquot rebus prouiſum eſſet, reliquis adiuuātibus dicto operi principium daretur. Ex quo ſpero copioſum nos fructum collecturos. Cùm etenim in eo ſeminario Iaponij ad Diuini verbi præconiū formabuntur, maximum id futurū eſt momentum, vt breui admodum tota Iapona conuertatur. Academiæ eius initia in regno Bongoo ſtatuentur, quòd hoc quietis & pacis tranquilla felicitate inter cæteras Iaponæ prouincias maximè floreat, tum & Chriſtianorum inibi ſit frequentia, & rex conatibus noſtris impendio fauens. Quinimo ipſe rex, cùm intellexiſſet cogitare nos Gymnaſij in Iapona fundamentum iacere, miſſo ad me nūcio indicat, omnino velle ſe vt illud in ſuis prouinciis erigeretur, itaq; conſiderarē, quem locum magis idoneum cenſeam, atque id ei ſignificarem, mox ſe eius poſſeſsionem nobis tranſſcripturū, etiāſi ad hoc totum aliquod oppidū, & quidem cuiuſcunque principis requireretur. Exploratis proinde aliquot locis conterminis conſuetæ regis habitationis; quendam delegi non longè à mari, neq; palatio Regis ſemotum, ſalubrem, & amplum & fontibus aliquot oppidò amœnū. Hunc nobis locū Rex ſine mora ceſsit, ijs qui in

eo agrum poſſidebant incommodo hoc alibi optimè cōpenſato. Nihil itaq; iam reſtat, quā vt opus auſpicemur, quod nos propediem facturos ſpero. Addēdū, quod è multis regnis nuntiis ad nos miſſis Reges & populi contenderint, vt eis diuinam legē annuntiatum veniremus. Nihilominus fieri id non potuit, cū eius ſimus paucitatis, vt vix dum iis, quos iam nobis adjunximus, inſtruēdis ſufficiamus. Hoc tamen non obſtante nouo iſto Sociorum Patris Viſitatoris cura auxilio aduecto, & majoris ſubſidii ſpe excitata, iamnunc exordiū domicilii cœpimus in regno Saxumæ. Pater autem Balthazar Lopez, qui ante nouennium mecum huc ex India venit, & Frater Ioānes Almeida antiquus & vetus huius regionis hoſpes atq; inquilinus, & cū his concionator quidā Iaponius eò proficiſcuntur. Speramus Dominū Deum noſtrum horū opera ad ſalutem multorū hominum, dato ſucceſſu, vſurum. Preterea alius quidā noſtræ ſocietatis cum comite quodam, qui linguam tenet, in regnum Cicuzenum ſe conferunt; & alter quidam Meacum, vt operam ſubſidiariam præſtet iis, qui antea profecti eò ſunt, vbi iāpridem ſeptem aut octo ex noſtris requirebantur. Alius quidam ad prouinciam Firandam contendit, vt Patri Sebaſtiano Gonzales, qui ſolus ibi fidei prouinciam ſuſtinet, adjumento ſit. Alii duo in ditionibus Omuræ ſubſiſtunt, quamuis triginta & amplius deſiderentur, qui pro agri amplitudine religionem ibi excolāt. Qui reliqui ſunt Bongoum ſe recipiunt, cæteris locis manentibus incultis ob operariorū penuriam. Dominus Deus viā nobis demonſtrare, vti facturum confido, dignetur, ſimul & vires ſuggerere, vt religionis onera his in oris ſuſtinere poſſimus, quo hæc nō tantū, vbi recepta eſt, conſeruetur, verū etiam cottidiana acceſſione per regna Iaponæ magis magiſque dilatetur. Alia multa Paternitati tuæ tranſcribere poſſem, etiam de rebus prætérq; ſupráq; naturā cōtingentibus, quas Deus Dominus noſter in his regionibus operatur. Cæterū iis omiſſis hîc ſuperſedebo, cū quòd ea in publicis literis narrentur, tum ob occupationes, quibus in pręſenti diſtrahor. Hoc tamen iterū, priuſquam concludā, obteſtabor, vt Paternitas tua, quanta ſibi Diuinæ gloriæ cura eſt, tam aſſiduè in memoria cogitationéq; habeat Iaponam, quæ ſanè inter præcipuas prouincias, quas ſocietas à dæmonis iugo vindicare laborat, cenſenda eſt. Deus conſeruet Paternitatem tuam, & tam corporales quàm ſpiritales eidem vires adaugeat, quo aptior fiat filiis ſuis & conſolandis, & in diuinæ legis ſalutiferum tramitem dirigendis. Cocinocui, Kal. Septemb. CIↃ. IↃ. LXXVII.

AMPLIS-

# AMPLISSIMO CLARISSIMOQVE VIRO CHRISTOPHORO AB ASSONLEVILLE REGIÆ CATHOLICAE MAIESTATIS IN BELGIO, PRIMARIO SENATORI.

*IN hoc ſeneſcentis labentiſq; eccleſiæ æuo, quando per totum pænè terrarum orbem, iniquitate inualeſcente, multorum refrigeſcit caritas, nihil eſſe arbitror, Ampliſsime Domine, quod ad ſtabiliendam in nobis auitam & orthodoxam fidem plus adferat momēti, atque illa diuinarum prædictionum de orbis vniuerſi nationibus & regnis, non ad Caluinianam, Lutheranam, aut Anabaptiſticam perfidiam; ſed ad hãc eandem, quam à maioribus acceptam, Dei beneficio, ſub vno Paſtore ſupremo Rom. Pontifice inconcuſſam retinemus fidem traducendis, conſtans & ſuccedentium ſibi mutuo temporum ſerie continuata impletio. Nempe huc illa Prophetarum pertinent in diuinis expreſſa ſcripturis oracula.* Iſa. 49. *Parum eſt mihi vt ſeruus mihi ſis ad ſuſcitandas tribus Iacob, & ad fæces Iſraël conuertendas: ecce dedi te in lucem gentium,*

*tium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Et quod interiectis paucis idem ſubijcit Vates: Ecce iſti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & iſti de terra Auſtrali: Laudate cæli, & exultet terra: iubilate montes laudem, quia conſolatus eſt Dominus populũ ſuũ. Huc & illa Regij Prophetæ pro ſenectute eccleſiæ deprecantis pertinet oratio:* Pſal.70. *Deus docuiſti me à iuuentute mea, & vſque nunc pronunciabo mirabilia tua. Et vſque in ſenectam & ſeniũ; Deus ne derelinquas me. Donec annunciẽ brachiũ tuum generationi omni quæ ventura eſt. Ad omnem profectò generationẽ, quæ vbiuis terrarũ ſita eſt, euãgelii debuit prædicatio penetrare; vt gẽtiũ plenitudo intraret. Quod dum fieri iam & in barbararum nationum ad Chriſti eccleſiam vocatione impleri cõſpicimus; ex iſta diuinarum promiſsionũ infallibili veritate, non ſecus aduerſus omnem fluctuationem in Romana & Apoſtolica fide roboramur, atque olim doctiſſimum Auguſtinum in Catholicæ & Romanæ fidei profeſsione retinuit populorum & gentium diuerſiſſimarum conſenſio; retinuit autoritas, miraculis inchoata, ſpe nutrita, caritate aucta, vetuſtate firmata; retinuit ipſum Catholicæ Eccleſiæ nomen; retinuit ad extremum illa ab ipſa ſede Petri Apoſtoli vſque ad temporis illius Epiſcopatum continua ſucceſsio Sacerdotum. Laudandus proinde zelus eſt & indefeſſus labor eorum, qui ex Societate nominis IESV ad potentiſsimas atque ampliſsimas Indorum Iaponiorũq; regiones ad Apoſtolicæ legationis obeundũ munus able-*

*gati*

*gati, longè maximã in Romanã, hoc eſt in orthodoxã & Catholicã, Chriſti Eccleſiam inuexerunt ſegetẽ: nec tantũ populos multos, adſpirante illis Dei gratia, ſed Reges etiã & regna integra ad Chriſtianiſmũ & ad eãdẽ nobiſcũ eccleſiaſtici corporis cõpagem adduxerunt. Quo numero illi cũ primis Iaponici Reges ſunt habẽdi, qui ante pauculos annos ad Tertiũdecimũ Gregorium, per lõgiſsimos itineris tractus, emiſsis Legatis, Põtifici Maximo Romanæq; Eccleſiæ in Ampliſsimo Illuſtriſsimorum Cardinaliũ & vtriuſq; ordinis Procerũ cõſeſſu, obedientiã publicè præſtiterũt. Horũ hic breuẽ & hiſtoricã edimus narrationem, adiectis epiſtolis variis, quæ de illorũ in Iaponiã reuerſione, & de ea quæ ad fidẽ Catholicã interim facta eſt acceſsione, ac demũ de illius gẽtis moribus & inolitis quibus ante veri Dei cultũ imbuti erant ſuperſtitionibus, ab illis Societatis IESV Sacerdotibus, qui in Euãgelio illic laborãt, ſcriptæ & acceptæ nuperrimè fuerũt. Quæ omnia à R. P. Oliuerio Mannaræo, Societatis IESV in Belgio Prouinciali Præpoſito, in lucem edere iuſſus, eius etiã hortatu, clariſsimæ Amplitud. tuæ nuncupo; ad eã quæ ex fide eſt ædificationem, tuæ in primis Amplitud. deinde verò cæteris omnibus qui ea lecturi ſunt, haud dubiè profutura. Quod reliquũ eſt Ampliſſ. clariſſ. Domine, Deũ opt. max. oro, vt tua Amplitu. Belgio huic noſtro, multis nominibus infelici atq; attrito, diu incolumem ſeruare dignetur. Louanio, 11. Cal. Martias, 1593.*

Clariſs. Amplitud. tuæ obſeruantiſs.

HENRICVS CVYCKIVS.

# ACTA CONSISTO-RII PVBLICE EXHIBITI,

## A S. D. N. GREGORIO PAPA XIII. REGVM IAPONIORVM LEGATIS ROMÆ, DIE XXIII. MARTII, M. D. LXXXV.

SEdente Gregorio XIII. Pont. Max. in aula Regibus admittendis, eorumque legationibus deſtinata, die 23. Martii, 1585. matutinis horis; in ampliſsimo S. R. E. Cardinalium conſeſſu, & magna Principũ Antiſtitumque frequentia, ſummo omnium ordinum ſtudio & celeberrimo comitatu; introducti Regum Iaponiorum legati duo, Mantius & Michael, (qui idem Principis Omuræ) & è legationis eiuſdem comitibus Iaponiis præcipuè nobilitatis item duobus, alter Martinus nomine, (nam alter, Iulianus, graui morbo implicitus tenebatur) poſt ſolemnem Summi Põtificis adorationem, & beatorum pedum oſcula, ab eodẽ eximia cum ſignificatione beneuolentiæ & caritatis accepti, in locum à Deſignatore præſtitutum magna cum modeſtia ſeceſſerunt. Poſthæc, allatæ ab iis Regum litteræ, publicè recitantur ex Iaponico in Italicum ſermonem atque in Latinum deinde conuerſæ, in hæc verba.

LITTE-

# LITTERARVM

## EXEMPLA REGVM IAPONIORVM, AD GREGORIVM XIII. PONT. MAX.

### FRANCISCI REGIS BVNGI, &c.

SVMMI Dei auxilio ſuppliciter implorato, magna cum humilitate ad Sanctitatem veſtram ſcribere aggredior. Dominus rector cœli terręque, cuius imperium ſuper Solem, Lunam, & ſtellas, ignoranti mihi, & profundis immerſo tenebris, claritatis ſuæ lumen iuſſit ſplendeſcere, ac noſtratibus præcipuè populis reſerans arcam ſuæ miſericordiæ atque gemmarum, dignatus eſt ante annos amplius quatuor & triginta deſtinare in hæc Iaponis regna Patres è Societate IESV; quorum è ſalutari ac diuina ſemente, non nihil in meum quoq;, Dei benignitate, cecidit pectus. Quod tā inſigne beneficium, aliáque multa, ô Sanctiſſime totius Chriſtiani populi parens, veſtræ potiſſimùm precationi meritiſque accepta equidem refero. Ac proinde, niſi me bella, ſenium, & affecta valetudo impedirent; conferrem ipſe me ad viſenda ac veneranda ſacratiſſima iſthæc loca, ac ſimul obedientiam exhibens, pedes V. Sanctitatis, poſt pia ipſorum oſcula, capiti meo ſuper imponerem; & ſanctiſſima veſtra manu pectus meum ſigno Crucis muniendum curarem. Sed quoniam iis quas dixi cauſis impedior, ſororis meæ filium D. Hieronymum Regis Fiungæ filium cogitabam legare pro me. Verùm quando is in præſenti longè abeſt, & P. Viſitatoris inſtat profectio; D. Mantium, eius conſobrinum, eodē nomine mittere viſum eſt. A V. Sanctitate magni beneficii accipiā loco, ſi pro ea qua fungitur in terris Dei vice, meq; & Chriſtianū hūc gregē, vti facit, fouere atq; adjuuare perrexerit.

Reliquiariam thecam, per eundem P. Viſitatorem à V. Sanctitate mihi dono tranſmiſſam, accepi libens, ac meo vertici venerabūdus impoſui, atque ob id V. Sanctitati gratias ago habeoque tātas, vt explicandis iis nullæ neq; linguæ neq; ora ſufficiant. Non ero longior: quippe tum de Regni huiuſce rebus, tum de me ipſo corā ex P. Viſitatore & ex D. Mantio plura cognoſcet Sanctitas V. quā ego verè & ex animo adorans, multo cū timore ac tremore haſce litteras exaraui xj. die Ianuarij, anno poſt Domini aduentum, M. D. LXXXII.

*Inſcriptio.*

Adorando, & cæli regis locum in terris obtinenti, magno & Sanctiſſimo Papæ.

*Subſcriptio.*

Sanctiſſimis pedibus Beatitudinis Veſtræ ſubſtratus Franciſcus Bungi Rex.

## PROTASII REGIS ARIMANORVM.

CVM Dei gratia demiſſè & humiliter haſce litteras offero Sanctitati V. Ante hoc biennium, qui fuit annus ab aduētu Domini M. D. LXXX. per Quadrageſiam, quibus maximè diebus pretioſa paſſio Domini noſtri IESV Chriſti recolitur, in magnis belli tumultibus, magna mearū rerum familiæque meæ perturbatione, denique in profundo gentilium tenebrarum iacēti mihi dignatus eſt Pater miſericordiarum, lucem veritatis & rectum ad ſalutem iter oſtendere per venerabilem Viſitatorem, alioſque verbi Dei prædicatores è Societate IESV, qui enixè me adiuuerunt, perque baptiſmi ſacramentum, ſuper me meoſque diuinæ gratiæ rorem è cælo deuocarūt. Pro quo tali ac tanto beneficio mirè lætus, infinitas Regi cælorum ago gratias. Cumque Sanctitas Veſtra Chriſtianum gregem vniuerſum moderetur & paſcat; valde mihi fuit optatum, iſtuc venire, coramque humi ſtratus magna cum ſubmiſſione exhibere illi obedientiam; & poſt pedum oſcula beatorum, eoſmet meo capiti ſuperimponere. Sed quoniam rebus variis impedito id mihi non licet, mitto cum eodem P. Viſitatore, patruelē meum D. Michaëlem; vti pro me hoc munere pietatis officiique fungatur. Ex eo ipſo mea vota & alia cognoſcet V. Sanctitas: ac proinde non ero fuſior. Quam ego ex animo

animo ſincero & humili venerabundus adoro. Die 8. Ianuarii, anno poſt Domini aduentum, M. D. LXXXII.

*Inſcriptio.*

Reddatur epiſtola magno illi & ſancto Domino, quem adoro Dei vices gerentem.

*Subſcriptio.*

Sanctitatis Veſtræ ſubſternitur calceis D. Protaſius.

## BARTOLOMAEI PRINCIPIS OMVRANORVM.

VEreor ne crimen audaciæ ſubeam: attamen cum Regis cælorũ gratia rudem hanc epiſtolã offero Sanctitati V. quæ cùm in terris locum obtineat Dei, ac ſimul ex ipſius doctrina & magiſterio Chriſtianus populus pendeat vniuerſus; æquum ſanè fuerat, memet maria tranſmittere, ipſumque ad V. Sanctitatem inuiſendam venire, ſacroſque eius pedes poſt pia illorũ oſcula ſuper meum caput imponere. Sed quo minùs hoc fungar officio, multæ me hoc tẽpore prohibẽt cauſæ. Nuper ad hæc tam remota loca luſtrãda P. Viſitator è Societate IESV cõtendit, multiſq; rebus piè ac laudabiliter inſtitutis, iam nunc redit in patriam: qua ego tã præclara occaſione inuitatus, deeſſe nolui, quin fratris mei filiũ D. Michaëlẽ cũ eo mitterẽ iſtuc: qui licet muneri tanto ſit impar, tamen gratiſsimũ fuerit mihi, ſi eũ V. Sanctitas ad beatorũ pedũ oſcula admiſerit. Interea V. Sanctitatẽ ſupplex oro obteſtorq;, vt mei memoriã cõſeruare, meq; & Iaponios hoſce Chriſtianos fouere dignetur. Id vnum in votis eſt mihi. Reliqua ex P. Viſitatore & ipſo D. Michaele coràm cognoſcet Sanctitas V. quam ex animo adorans, cum timore ſcripſi. Die xxvij. Ianuarii, anno poſt Domini aduentum, M. D. LXXXII.

*Inſcriptio.*

Sublatis manibus adorans offero hæc Sanctiſſimo Domino Papæ, magni Dei vices gerenti.

*Subſcriptio.*

Ego D. Bartolomæus ſanctis eius pedibus humi ſubſtratus.

# RECITATIS

## LITTERIS, ET SILENTIO INDICTO, IPSORVM LEGAtorum & Regum nomine, ſequens Oratio eſt habita à Gaſpare Gonſaluo Luſitano, Presbytero Societatis IESV.

### *ORATIO HABITA IN LEGAtorum Iaponiorum introitu.*

IAPONIORVM inſulas tanto locorum ac marium interuallo à noſtris regionibus natura diſiunxit, vt tenuiſſimo nominis veſtigio pauciſſimis antè cognitas, cæteris omnibus ignotas, nunc etiam nonnulli vt eſſe credāt vix adduci poſſe videantur. Sūt tamen, Pater Beatiſſime, & ſunt numero multæ, magnitudine ampliſſimæ, vrbibus frequentes, hominum ingeniis ac militaribus ſtudiis vſque adeò præſtantes, vt qui eas viderunt, cæteris illius cæli regionibus longè antecellere, noſtris verò vt cōparari poſsint, nihil illis aliud quàm religionem, qua carebāt, ac veræ fidei lucem deeſſe credant. Et quidem illa non multis antè annis, Apoſtolicæ huius Sedis auſpiciis, in remotis adeò locis diſſeminari cœpta, exiguo ſanè principio (quod naſcente quondam Eccleſia factum eſſe ſcimus) à tenuiſsimis primùm hominibus, mox optimo maximóque Deo incrementum afferente, paulatim à nobilioribus recepta; tandem ſuperioribus annis, atque in primis feliciſsimo tuo ac planè aureo Pontificatu, Pater Beatiſs. ad Principes, ad Dynaſtas, ad Reges peruenit. Hoc tibi cùm lætum ac iucundum plurimis de cauſis accidere debuerit, tum verò maximè quòd multis hæreticorū machinis in vicinis adeò locis labefactatam ac pænè conuulſam religionem dum magna animi cōtentione reſtaurare pergis, tantū aliunde incrementi ad Chriſti optimi maximi gregem atque adeò ad Catholicam religionem factum eſſe videas. Verùm huius lætitiæ fructum quāuis tu quidē antea auribus accipere, nonnulla etiam ex parte degu-

ſtare

ſtare animo potueris, tamen hodierna die vel maximum haurire oculis, & in totius curiæ luce palam oblatum, manu ipſa contingere, ac pleniſsimam ex eo voluptatem non capere tãtùm animo quaſi propriã, ſed cæteris etiam, quaſi Eccleſiæ totius cõmunem, potes impertiri. Quantis enim gaudiis Eccleſiam vniuerſam, quãtis populum Romanũ exultare pár eſt, cũ hodierna die videat nobiliſsimorũ Principũ Legatos ex Iaponenſium inſulis, hoc eſt, ex vltimis omniũ terrarũ finibus, religionis ergò, quod nullis antè ſæculis auditũ eſt, tibi ad pedes accidere, & bellicoſiſsimos Reges fidei armis & Euangelii prædicatione perdòmitos, ad tuam, hoc eſt, Chriſti ditionẽ accedere, & quod ipſi per ſe non poſſunt tantis locorum ſpaciis diſiuncti, per hos, ſibi amore ac ſanguine coniunctiſsimos, obedientiam tibi ac fidem polliceri. Ego verò rei tantæ magnitudinem mecum ipſe reputans, nihil cenſeo ſummo religionis Antiſtiti iucundius, nihil huic ordini præclarius, nihil Eccleſiæ vniuerſæ ac populo Romano accidere potuiſſe glorioſius. Beatam ſe quondam ac felicem Cæſare Auguſto Imperatore Roma eſſe credidit, quòd eius principatu Romani imperii nomen ac fama longè adeò latéque propagata erat, vt eius amplitudine commoti nonnulli Indiæ populi, amicitiæ componendæ gratia, legatos ad Cæſarem deſtinaſſent. Concurrebat vndique populus ad inſpiciendum inuſitatum hominum genus, nouos Romanis vultus, inſolitos habitus, inauditum ſermonem oculis atque auribus auidiſsimè hauriebat. Sed age iam legationem illam Indorum cum hac Iaponenſium legatione ſi placet conferamus. Erat illa quidem ex remotiſsimis terrarum oris, at hæc quanto ex remotioribus? cùm longiſsimo primũ tempore ex Iapone ad Sinarũ portus, inde ad auream Cherſoneſum, mox in Indiam veniendum fuerit; vt ex India tandem in Luſitaniam nauigari, ex Luſitania verò Hiſpania, quàm longa eſt, peragrata, toto triennio partim in itinere, partim in nauigatione poſito, Romam vltimò ad Gregorium Pont. Max. poſſet perueniri. Iam verò Auguſti temporibus, Romani tantum imperii nomen in India auditum, numquam arma conſpecta, vexilla numquam explicata fuerant: amicitiam à Romanis Indi vt ſocii flagitabant, non obedientiam offerebant: fœdus ab Imperatore quaſi pares, non tamquam à ſuperiore viuendi leges poſtulabant. At nos hodierna die Romæ in hoc ipſo orbis terrarum theatro ampliſsimo quid videmus? Hos nimirum ſummo loco natos, ac regiæ familiæ iuuenes, Gregorio Pontifici Max. ante pedes procumbere, ac ſuorum Regum nomine

non amicitiam petere vt pares,(quamuis amorem ſibi vt filii pollicentur)ſed obedientiam offerre vt ſubditos: & qui externorum hoſtium armis ex omni hominum memoria , quod ego quidem ſciam,nullam de ſe vnquam victoriam conceſſerunt; illi in ſuis hodie regionibus victricia Chriſti ſigna Gregorio duce explicata intuentes , inuictiſſimis ſe armis Romanæ fidei , hoc eſt Chriſtianæ ac catholicæ,ſuperatos eſſe libentiſſimè confitentur: quòd eam ſibi victoriam non minùs ſalutarem fore putent, quam terrarum orbis vniuerſus Eccleſiæ iucundam , tibi verò Pater Beatiſſime, cuius auſpiciis Deo bene iuuante parta eſt, exiſtimet eſſe glorioſam. Et quidem quod ad Eccleſiam attinet, multum illa quondam ſuæ felicitati ac gloriæ acceſſiſſe exiſtimauit, cùm Gregorii Magni temporibus , ſanctiſſimi illius Pontificis induſtria ac opera, ampliſſimam Angliæ inſulam, & toto , vt ait ille , diuiſos orbe Britanos, ad Chriſti fidem adjunctos eſſe vidit: ſed quantum illo Pontifice gloriæ vnius inſulæ acceſſione acquiſiſſe videbatur , tantum ſuis ornamentis illius poſtea defectione detractum eſſe mœrebat.Sed ecce tibi alterius Gregorii diligentia ac felicitate ſumma (ne quid illa ſuæ gloriæ deeſſe doleat) vnius inſulæ loco inſula altera, immo verò inſulæ plures ac regna,& toto à nobis orbe,toto mari diuiſæ gentes magno numero ad Eccleſiam acceſſerunt; vt præterito illo damno, quod ſanè fuit maximum , non minore fortaſſe lucro, ſpe verò etiam majore cumulatiſſimè compenſato,priſtinum animi mœrorem nouo gaudio & incredibili Eccleſiæ totius iucunditate leuare liceat.Quam mihi Eccleſię communem publicamque lætitiam , tam multis antè ſeculis præuiſam,multo etiam iucundiorem ſuis carminibus diuini vates facere videntur. Videor enim mihi hodierna die regium Prophetam, dum incognitam ſuperioribus ſeculis nationem tanta hominum multitudine ad Eccleſiam acceſſiſſe gaudemus , diuinum illud carmen Eccleſiæ nomine quaſi ad citharam concinentem audire: Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi,in auditu auris obediuit mihi. Quod ſi quis paulo alienius eſſe putat, quàm vt de re præſenti dictum eſſe videatur; quid illud Eſaiæ vaticinium? Non huius diei proprium eſſe cenſebit , non Romanam Eccleſiam præclaro illo carmine à diuino vate appellatam eſſe iudicabit? Gentem,inquit,quam neſciebas,vocabis; & gentes quæ te non nouerunt , ad te current propter Deum tuum & ſanctum Iſraël,qui glorificauit te . Nec verò in tam publico omnium gaudio ſuam à nobis operam ſenior ille Tobias

deſiderari patietur;quin præſentem Eccleſiæ felicitatem gratulatus,illa quaſi cygnea voce communem omnium lætitiam excitabit.Luce,inquit ille,ſplendida fulgebis,& omnes fines terræ adorabunt te: nationes ad te venient de longinquo, & terram tuam in ſanctificationem habebunt. Ne verò ſibi hæretici de Romanæ Eccleſiæ contemptu nimium blandiantur; Maledicti,inquit,erunt,qui contempſerint te, & maledicti erunt omnes,qui blaſphemauerint te. Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent ſuper pace tua. Sed me neſcio quomodo diuinorum carminum ſuauiſſimus concentus mei ipſius quodammodo oblitum longiùs à propoſito abduxit, quàm initio putaram. Quare vt eò redeat oratio, (quod huius potiſſimùm temporisatque huius loci meique muneris videtur eſſe,) habes in conſpectu tuo, Pater beatiſſime, regios hos iuuenes, qui ſuorum ad te Regum, quibus ſunt ſanguine & amore coniunctiſſimi, mandata deferunt: quorum ſiue nobilitatem generis, ſiue religionis ſtudium, ſiue in Romanam Sedem obſeruantiam longiſſima peregrinatione comprobatam ſpectare velis, dignos ſanctiſſimorum pedum oſculo, dignos benedictione tua, dignos in hac ætate omnium admiratione iudicabis. Enimuero philoſophum neſcio quem,hominem alioqui vaniſſimum,tamen ob inſignem diſcendi cupiditatem longinqua peregrinatione ſuſcepta, quantũ adeò omnis antiquitas mirata eſt, quantum omnis poſteritas commendauit?Intrauit ille Perſas, pertranſiuit Caucaſum. Albanos, Scythas,Meſſagetas, (vt Hieronymi verbis dicam) & opulentiſſima Indiæ regna penetrauit, vt Hiarcham in throno ſedentem aureo,inter paucos diſcipulos, de natura, de ſiderum motu, de dierum curſu docentem audiret. Magnum & inuſitatum, ſed tamen inutile ac vanum vnius hominis diſcendi ſtudium: At in his quanto admirabilior religionis amor, quanto fidei cupiditas ardentior,quibus hac vna de cauſa tanto longinquior ſuſcepta eſt peregrinatio? Quantulam enim orbis partem ille philoſophus obiuit, ſi cum iis conferatur, qui maria,regna,nationes,& quãtum ferè aquarum ac terrę globus complectitur,ab extremis eius finibus emenſi, Romam vſque ad hanc Chriſtianæ fidei arcem, Eccleſiæ munimentum,religionis præſidium penetrarunt?Maior profectò ipſorum labor,ardentius ſtudium, difficilior peregrinatio; ſed multo etiam maiore lucro & fructu longè vberiore compenſatur. Nec enim illi hodierna die inter paucos diſcipulos Hiarcham,ſed in hoc purpuratorum Patrum ampliſſimo conſeſſu Gregorium XIII. intuentur; non in throno ſedentem au-

reo, ſed in beatiſſima Petri ſede poſitum; non differentem de fide-rum ad cæli curſu; ſed qua fide, quo operum curſu in cælum tendendum ſit, certiſſima ratione oſtendentem. O gratum oculis, ô iucundum animis ſpectaculum! Multa illi quidem tam longis terrarum ſpatiis viderunt, multa ſpectarunt, mores hominum diuerſos, regna multa, & varia naturæ miracula contemplati ſunt; ſed nullius adeò rei ſpecie, quàm tuo hodie conſpectu, recreati ſunt, Pater Beatiſſime. Nunc bene collocatos labores ſuos, nunc ſuſceptas itineris & nauigationis moleſtias iucundas eſſe putant. Sed hunc ſuorum laborum ac peregrinationis tam iucundum ac ſuauem fructum tum demum arbitrantur fore plenisſimum, ſi Regum illorum obedientiam, à quibus tanto interuallo ad te miſſi ſunt, ſi promptum paratumque animum, ſi teſtatam litteris fidem paterno ipſe animo ac benignè ſuſcipias; quod ſanè vt facias, tum morum ac naturæ tuæ bonitas ſingularis, tum Regum illorum religio, & præclara in fidem Chriſtianam merita non poſtulare modò, ſed quodammodo etiam videntur flagitare. Franciſcus enim Rex in Iapone potens, atque inter primos illarum regionum iure numerandus, nuper ille quidem fide ſuſcepta baptiſmo expiatus eſt, ſed multis antè annis Chriſtianam religionem ac fidem, tum primùm in ſua prouincia naſcentem ac teneram, vſque adeò fouit, vt quidquid in religionis negotio in Iapone perfectum eſt, illius induſtriæ ac fauori ſecundùm Deum acceptum referamus. Ille Franciſcum Xauerium præclara ſanctitate virum, ex eorum numero, qui minimæ Societatis noſtræ cum Ignatio Loiola fundamenta poſuerunt, cùm primus omnium ad eas inſulas appuliſſet, humaniſſimè complexus, libere in ſuo regno Chriſtianam fidem prædicare voluit. Ille cæteros Euangelii miniſtros, qui Franciſcum poſtea ad eas regiones ſunt conſecuti, tam longè á ſuorum congreſſu poſitos, & inter remotiſſimas nationes omni penè auxilio atque ope deſtitutos, ſingulari amore ac beneuolentia proſecutus, nihil deſiderare paſſus eſt, quod ab optimo Rege ac noſtræ religionis amantiſſimo optari poſſet. Ille aditus noſtris tutos ad proximas prouincias patefecit, ille vicinorum Regum amicitiam ac fauorem litteris ac nuntiis conciliauit. Ille in maximis ſuis periculis, inter grauiſſimas bellorum tempeſtates ac fluctus, vt noſtri ſalui & ſecuri eſſe poſſent, diligentiſſimè curauit. Quid aliud tam amico Regi, tot beneficiis ſuſceptis, religione ac fide ipſius potiſſimùm fauore propagata, quàm religionem ipſam ac fidem noſtri optarent? Dilata res eſt diutius quàm vellemus: ſed ita

ita tandem ſingulari Dei Optimi Maximi beneficio omnium vota conſecuta eſt, vt quantum optimo Regi detrimenti mora illa potuit attuliſſe, tantum hodie incredibili fidei feruore recuperaſſe videatur. Dici profectò non poteſt quanto religionis ſtudio inflammetur, quanto propagandæ fidei amore ferueat; quàm concitato curſu ad ſummum omnium virtutũ faſtigium feratur. Tui verò videndi, Pater Beatiſſime, ac ſanctiſſimos pedes oſculãdi quanto deſiderio flagrarit, vel hoc vno poteſt intelligi, quòd cùm ipſe grauiſſimis regni curis ætate etiam impediretur, hunc Mancium quem vides, ad hoc ſibi genus officii vicarium ſubſtituerit, quem vnum nobilitate primum, Fiungæ nimirum Regis nepotem, ac ſibi multis de cauſis coniunctiſſimum, in ſuo regno habere videbatur. Per eum verò id poſtulat ardentiſſimè, vt obedientiæ & obſeruantiæ in te ſuæ teſtificatione ſuſcepta, inter Eccleſiæ Catholicæ atque huius beatiſsimæ Sedis filios numerari poſsit. Idem verò etiam contendit Protaſius Rex Arimenſis, iuuenis lectiſsimus, huius Michaëlis, quem ad te hac de cauſa miſit, patruelis frater. Idem Bartolomæus Omuræ princeps, Arimenſis Regis ac Michaëlis eiuſdem patruus cariſsimus. Atque vt ego hodierna die de Arimenſi Rege taceam, cuius extant religionis ac fidei argumenta clariſsima; de Bartolomæo tamen facere non poſſum, quin aliquid dicam. Hic eſt ille Bartolomæus, Pater Beatiſsime, qui Principum omnium primus fidem Chriſtianam in Iapone cum baptiſmo ſuſcepit, tanto animi feruore ac ſtudio, vt deiectis vbique Idolorum ſtatuis, eiecta ex ſuis vrbibus ſuperſtitione, multis ob eã cauſam periculis aditis, toto ferè principatu ac ditione expulſus, non ſolũ à ſuſcepta religione non diſceſſerit, ſed incredibili animi fortitudine ac præſentiſsimo Dei numine recuperata ditione, multo etiam quàm antè conſtantiùs in ſententia perſeuerarit. Qui ſi per ſe præſtare hodie potuiſſet, quod per hunc Michaelem facit, vt Sanctitatis tuæ pedes oſculari, & Apoſtolicam benedictionem præſens à præſente poſſet accipere, tum verò ſe felicem ac planè beatum eſſe cenſeret. O Deũ immortalem, quid hoc eſt? In remotis adeò locis tam longè à Romana Sede, vbi numquam antea Chriſti nomen, numquam Euangelium auditum erat, cùm primùm illic religionis ac fidei lux affulſit, homines noſtrorum morum inſolentiſsimi, regno clari, copiis affluentes, bellorum gloria inſignes, Romanæ Eccleſiæ amplitudinem & dignitatem agnoſcunt; & magno ſibi honori ducunt, per eos quos cariſsimos habere poterant, Summi Pontificis pedes oſculari? Et erunt in vicinis adeò regionibus,

veritatis luce vſque adeò perſpecta, qui tanto ſe parricidio inquinare audeant, vt pulcherrimam Chriſti ſponſam capite truncare, & Romanæ Sedis dignitatem à Chriſto ipſo conſtitutam, tot ſæculorum ſpatiis confirmatam, tot ſanctorum hominum ſententiis fultam, tot Conciliorum exemplis ſtabilitam, cũ ſumma ſua pernicie in controuerſiam vocare audeant? Sed continebo ipſe me, nec patiar hodierna die in publica omnium lætitia dolore animi longiùs abripi, & meam orationẽ eò reuocabo, quod in tanta varietate rerum penè vnum fueram oblitus; cùm tamen eiuſmodi res ſit, quæ omnium ſæculorum immortali memoria digna eſſe videatur. Sæpe ego quidem ac frequenter audieram, nõnunquam etiam legeram, ſi quis abſolutam omnibus numeris ac perſpectam boni principis imaginem conſideret, fore, vt inter illum, & quem clariſſima luce fulgentem in medio cæli globo ſolem intuemur, multis in rebus præclare videat conuenire. Enimuero ſolem in illa quaſi arce conſtitutum, non ea tantùm quę proxima ſunt ac vicina pertingere, ſed remotiſſimas etiam mũdi partes illuſtrare radiis, & quæ diſiunctiſſima videtur eſſe, ad ea quoque virtute penetrare. Non multo aliter bonum principem, ſi modò hoc nomine dignus eſſe velit, non domeſticæ familiæ ſuæ terminis regiam beneficentiam debere circumſcribere, neque intra paucorum domus ac manus includere, ſed illius quaſi radiis illuſtrare omnia, & quoad eius fieri poſſit, remotiſſimos etiam quoſque beneficiis ornare. Verùm hoc qui præſtare aliqua ex parte valeant, fortaſſe nonnulli: qui verò id quod valent, etiam velint, pauci omnino reperientur. Tua verò beneficentia, Pater Beatiſſime, cum ſingulari religionis ſtudio coniuncta, non huius tantùm vrbis mœnibus includi, non Italiæ finibus circumſcribi, non Germaniæ, Bohemiæ, Vngariæ, Poloniæ, non Syriæ, non Græciæ, non Dalmatiæ terminis contineri potuit: quibus omnibus in locis, partim ſeminariis extructis, quaſi munitiſſimis fidei arcibus; partim aliis beneficiis immortalia tuæ liberalitatis ac religionis monumenta poſuiſti; ſed longiùs etiam prouecta, & extra anni quodammodo ſoliſque vias, vt ait ille, hoc eſt, vltra Indorum, Brachmanum, ac Sinarum terminos ad vltimas Iaponenſium oras ac fines peruenit. Cùm primùm enim Chriſti fidem in illa regione feliciter propagari cœptam, ea potiſſimùm ratione promoueri poſſe intellexiſti, ſi quam plurimos ſuæ gentis homines, quorum acerrima ferè ſunt & acutiſſima ingenia, diſſeminandi Euangelii miniſtros haberet; nec deterreri ſumptibus nec rei difficultate potuiſti, quin ibi lectiſsimorum adoleſcen-

eſcentium ſeminaria,maxima tua impenſa,inſtitui iuberes,quo-
um poſtea prædicatione, cùm litteris ac pietate ſatis eſſent ex-
ulti, nihil omnino ſupereſſet, quod,expulſa ſuperſtitione, ad
Chriſti fidem ac religionem non accederet. Pro qua tam eximia
amque incredibili beneficentia, ex ſingulari propagandæ fidei
more profecta, eo magis tum ſuo tum publico ſuæ gentis nomi-
e tibi gratias agendas eſſe immortales Legati cenſuerunt, quòd
odem illo anno à te Romæ deſignatam eſſe audiunt, quo Prin-
ipes illi ac Reges nobiliſſimi hanc ipſam ad te legationem in Ia-
one decernebant; vt non illi citiùs de obedientia tibi præſtanda,
t filii, quàm tu de illorum commodis ac ſalute, vt parens benefi-
entiſſimus, cogitaris. Quo magis etiam ſperandum eſſe putant,
qui ſua ſponte vſque adeò commoti tanto hactenus ſtudio ad fi-
dem accurrebant, eos tuæ beneficentiæ ſtimulis incitatos, nouis
præſertim militum copiis ex illis ſeminariis in dies ſuccreſcenti-
bus, maiore in poſterum numero & ſtudio ardentiore ad fidem
eſſe venturos. Ita breui futurum eſt, Pater Beatiſſime, vt Deo Op-
timo Maximo Sanctitatis tuæ votis, & minimæ Societatis noſtræ
aboribus fauente, non iam paucas Iaponis vrbes, non regna pau-
ca, (quæ tibi hodierna die quaſi quaſdam fecundiſsimi agri pri-
mitias offerimus) ſed plura alia, quibus ampliſsima illa regio di-
ſtincta eſt, & tantam hominum multitudinem, quæ numerò faci-
è comprehendi nequeat, ad Chriſti fidem audias acceſsiſſe.

## AD HANC ORATIONEM AB ANTONIO BVCCAPADVLIO, SVMMI PONTIFICIS NOMINE, in hæc verba reſponſum eſt.

SIc me veſtræ orationi jubet reſpondere Sanctiſsimus Dominus noſter, iuuenes nobiliſsimi, Quòd Franciſcus Bungi Rex, & Protaſius Arimanorum, Protaſiique patruus Bartolomæus Omuræ Princeps, ab Iaponiorum inſulis remotiſsimis vos ſuos propinquos huc ad ſe miſerint, eius quam obtinet Dei benignitate poteſtatis coràm venerandæ cauſa, piè illós ſapienterque feciſſe. Eſſe enim vnam fidem, vnam Eccleſiam Catholicam,

vnum huic ipſi Eccleſiæ præfectum, Chriſtique gregis vniuerſi, hoc eſt Catholicorum omnium, qui vbique terrarum ſunt, Petri ſucceſsione paſtorem, Romanum Pontificem. Hoc illos vnà cum cæteris fidei orthodoxæ myſteriis agnoſcere & profiteri lætatur, immortaléſque agit gratìas diuinæ bonitati Sanctiſſimus Dominus noſter, iudicatque hãc eſſe lætitiam veriſsimam, à Dei gloriæ atque animarum ſalutis ſtudio profectam. Itaque libentiſsimè vnà cum his Venerabilibus fratribus ſuis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, hanc illorum fidei, obedientiæ, deuotionis teſtificationem amplectitur. Optat atq; orat, vt illorum exemplo, cæteri quoq; illarum Inſularum, totiuſque orbis Reges & Principes, omni idolorum cultu atque errore abjecto, cognoſcant Deum verum & quem ille miſit Ieſum Chriſtum: hæc eſt enim vita æterna.

---

Hiſce peractis conſiſtorium dimiſſum, Legati cùm Summum Pontificem in ædes interiores de more deduxiſſent, ab Illuſtr. Cardinale S. Sixti (fratris filio Summi Pontificis) amicitiæ & honoris cauſa conuiuio primùm excepti, dein ad ipſius Põt. Max. priuatum ac familiare colloquiũ intromiſſi, multa cum eo de itinere ac de religione per interpretes contulerunt: inde ad S. Petri Baſilicam adiere; ac ſacris Apoſtolorum liminibus piè ſalutatis, ſub veſperam honorificè domum reducti ſunt.

FINIS.

# EXTRACTVM EX LITTERIS ROMA MISSIS KAL. APRILIS ANNI 1585.

QVatvor Iaponij Legati his diebus Romã
venerunt, à tribus Chriſtianis Regibus eam
ob cauſam in Europam miſsi, vt Romanum
Pontificem tanquam Religionis Principem
conſalutarent.

Tribus annis magnam Oceani partem e-
menſi, multiſque perfuncti caſibus, his tan-
dem diebus ad Italiam appulerunt, ſummo-
ue honore Piſis Florentiæ & Senis à magno Hetruriæ Duce ex-
epti ſunt. Cùm autem ad Eccleſiæ Romanæ Prouinciam acceſ-
ſiſſent, innumera peditum equitumque multitudo, honoris & of-
cij cauſa, obuiam illis proceſsit. Duas illis equitum turmas
ummus Pont. ab Vrbe miſit, quibus ſepti 22. Martij ſub occaſum
olis, curru vndique tecto, Romam ingreſſi, porta Flaminea, via-
ue lata, ad S. Marcum, & inde ad Societatis IESV domum per-
enerunt. Quo tempore longè latéque per Vrbem varius incre-
uit rumor; Aiebant enim quidam, adeſſe Reges noui & ignoti
rbis; alij, Antipodas Romam veniſſe. Quamobrem è veſtigio
mnium ordinum multitudo aduolauit. E curru deinde ad tem-
lum Legati adierunt, & ad maximam Aram, Chriſtiano more
Deum venerati, quod eos incolumes eſſe voluiſſet, ac terra ma-
ique ſummis in periculis benignè tutatus eſſet. Hoc Legati
dum facerent, alumni Collegij Germanici duos in choros diſtri-
uti, ſuauiſſimo concentu, Te Deum laudamus aliáſque preces
catholico ritu decantarunt; quæ ſanè res Legatis ob egregiam
pietatem fuit longè iucundiſſima: Quamobrem eorum vnus, in-
firma valetudine febrique vexatus, neque ſedere tamen ante fi-
nem, neque ſaltem conſurgere aut erigi voluit. Gratiis itaque
Deo piè actis, in domum Patrum ad quietem honorificè candidis
cum facibus deducti ſunt. Sic enim Summo Pontifici placuerat, vt
pars quædam noſtræ domus pulcherrimè exornata iis attribuere-
tur, quòd Legati nollent vel hoſpitio ab iis diſiungi, à quibus

ad

ad Chriſtiana ſacra & ad Chriſtianum orbẽ adducti fuiſſent. Nihil dico quanto apparatu quantaque humanitate fuerint a Patribus excepti; parietes ipſi profectò geſtire, lætitiaque exultare videbantur. Poſtera die vixdum diluxerat, cùm tota Vrbe frequens & ludibundus populus equis curribuſque concurſare, loca omnia publica priuataque gratulationibus plauſuque perſonare, Illuſtriſs. Cardinales in Vaticanum ad Summum Pont. feſtinare cœperunt. Interea Legati ornatiſſimo curru ad Flamineam portam deuecti, compararunt ſe vt in Vaticanum progrederentur. Eòdem venerat ex tota Vrbe nobiliſſimus quiſque; acceſſerant è Vaticano aliquot equitum turmæ, & cum his magna pars Heluetiæ Phalangis; Cubicularij quoque Pontificij; complures etiam Epiſcopi & Archiepiſcopi, ac tandem integræ ferè Illuſtriſs. Cardinalium familiæ, præſertim verò ij qui galeros eorum honoris gratia deferre ſolẽt. Legatis verſicolor erat veſtis, opere acupicto, ad læuam breui Machæra, ad dextram Arabico pugione cincti, reliquus cultus Iaponius, nobilis quidem, ſed barbarico ſimillimus. Pompa omnis à Porta Flaminea ad Mauſolæum Auguſti, inde ad Marmoream ſuem & fornicem B. Apollinaris proceſſit; hinc rectà ad pontem Elium & Arcem; quam dum præterirẽt, vt nubes & aër tonitruis, ita vicina omnia bellicis tormẽtis quatiebantur. Ad plateam Vaticanam progreſſos, Italicum Præſidium & Heluetia cohors, iterum bombardis, tubis, tympaniſque excepit. In Regiam tandem aulam peruenerunt, vbi omnia, quæ cum Regum legatis agi conſueuerunt, celeberrimo apparatu ſunt acta. Eos vbi vidit Summus Pontifex, & dum complecteretur, cum multis aliis ſæpe illacrymatus eſt. In Regiam itaque Aulam admiſsi, cum ſuo loco ſtetiſſent, primò lectæ Regum literæ, oratio deinde Regum nomine habita, ad extremum, omnibus more maiorum peractis, cùm Summus Pontifex conſurrexiſſet, Legati Pontificiæ chlamydis limbum ſuſtentarunt; Et 25 Martij cùm Summus Pontifex è Vaticano ad ſacram ædem ſuper Mineruam, ſtato ſolemnique ritu, ob Dei matris Annũtiatæ memoriam deſcendiſſet, hi Legati ſupremo loco adequitarũt. Quid plura? Dici non poteſt quanto ſint in honore, quam omnium ordinum ſummi infimique benignitatem Dei prędicent, qui hoc tẽpore ad Catholicam Eccleſiam multo plures à ſolis ortu & occaſu adducit, quã malus Dęmon in Aquilone ſeduxerit. Nemo illos Iaponiorum, omnes fratrum numero habent. Senatus hodie, Populique Romani Tribuni, ſalutaturi eos, & aduentum ijs gratulaturi dicuntur; quod aliis Regum Legatis nunquam factum audiui.

ni. Nec immeritò:Poſt conditum enim orbem, & natos homi-
s,nulla fuit legatio,quæ ſtudio Religionis aut Imperij Roma-
admiratione permota,ex tam longinquis & remotis gentibus,
vllum Pontificem aut Imperatorem vnquam venerit.A Domi-
factum eſt iſtud, qui lumen eſt ad reuelationem gentium , &
ortalium ſalus , vſque ad extremum terræ.Audient hæc recti,&
tabuntur,& omnis iniquitas oppilabit os ſuum.

ETRVS GOMES RECTOR PRIMARIVS COLLEGIORVM, QVÆ SVNT IN BVNGI REGNO, Alexandro Valignano Indiæ præpoſito Prouinciali.

GNORO equidem, R.Pater,qua alia grati animi ſignificatio-
ne iſtum propagandæ religionis feruorem prodam,quô me lit-
teris tuis feruentiſſimè ſcriptis accendi ſubinde ſentio , quàm
eruorem iſtum prouocantes occaſiones quæ hîc occurrũt plu-
ıæ litteris fuero complexus,quibus excitata R.T.reditum huc
ıturet, vt præſentia ſua ac fidei noſtræ augendæ zelo Iaponiam
iuerſam inflammet. De rebus quæ in Meaco ac Ximo gerun-
;,attingam planè nihil,Patribus noſtris, quibus prouinciæ iſtæ
tigerunt,munus iſtud relinquens.Ea tantùm proſequar quę in
ngo,cui prouinciæ me præfeciſti,quotidie offeruntur.quod(vt
inor) ita ſuccedet cõmodiſſimè,ſi ab impedimentis,quæ Chri-
ıniſmi progreſſui ab infidele noſtriſque rebus parum fauente
gni Principe indies injiciuntur , litterarum exordium ſumpſe-
.Ex eo enim quòd ipſe Chriſti legem pertinaciùs auerſatur,cæ-
os regni proceres ſui ſimiles eſſe exoptat , qui ob id difficiliùs
veritatis lumen adducuntur : quod certè non minimum eſt pij
ſtri inſtituti impedimentum. At Deus Opt. Max.ſalutari quo-
m ſalutis animarum amore ita hominum corda dirigit,vt quã
magis impij Regis duritia à ſuſcipienda fide noſtra retinẽtur,
ıto impenſiùs ad eam amplectendã Regis Franciſci pietate ac-
ıdantur.Adeò vt verè affirmare auſim, paucis exceptis qui ſen-
non ratione ducuntur,omnes regni incolas ad fidei Catholicæ
ceptionem eſſe procliues. Atque ita paulatim ampliſsima pro-
ıcia ad Euangelicam veritatem pellicitur. Præcedenti ſiquidẽ
no octuageſimoquinto , duodecim millium animarum acceſ-
ad Chriſti fidelium gregem facta fuit. Hoc autem qui nunc
titur anno octuageſimo ſexto,trium millium numerus excedi-
.Poſtquam verò belli tempeſtas hæc ſæuire deſinet,nihil impe-
nento futurum ſperamus,quo minùs ſexaginta aut ſeptuagin-

ta ho-

ta hominum millia Eccleſiæ Chriſti adjiciantur. Nicandonus e-
nim, qui (vti Reuerentiæ tuæ probè conſtat) inter præcipuos Bũ-
gi Principes facilè primatum obtinet, & , poſtquam Chriſto no-
men dediſſet, D. Paulus mutato gentilitatis nomine vocari cœpit,
quadraginta hominum millia ſuo imperio ſubdita coërcet, quo-
rum ſeptem aut octo millia Chriſtianorum cœtui adiuncta iam
ſunt, cæteris nihil auidiùs expectantibus quàm vt ipſi etiam reli-
quis aſſocientur. Quam cùm ego rem nuper mecum diligentiùs
ponderarem, antequam Superiorum iuſſu aliquis ex noſtris fir-
mum illic habitaculum fixiſſet, Patrem Ramonem conſciẽtia sti-
mulante monui, vt eò ſe infantulos ſaltem baptizaturus confer-
ret: quod cùm is nihil reluctatus feciſſet, decem dierum decurſu
mille ducentis animis Eccleſiam adauxit.

Cicamorus Bungi regis minor natu filius, qui ſub Pantaleonis
nomine hodie celebratur, Miæ prouinciæ ſibi à patre cõceſſæ ad-
miniſtrationem ſuſcepit, eiuſque primores omnes ad Chriſti re-
ligionem colendam pellexit, firma ſpe ſubnixus, vt vniuerſa pro-
uincia, cuius incolarum numerus eſt penè infinitus, Chriſti iugo
ſe libens ſubmittat.

Duo iſti Principes Patrum duorum ſubſidium à me poſtulã-
runt, quorum opera & ipſi in fidei arcanis magis magiſque indies
proficerent, ac regnorum ſuorũ incolæ ad eam arripiendam faci-
liùs conuerterentur, quam quidem ob rem vtriuſque tutelæ Pa-
trem vnum ac fratrem commiſi.

Sucumana prouincia Regis ſenioris Franciſci Chriſtum tota
agnoſcit, ac in fidei confirmatione Patris Lagunæ ac fratris Pauli
opera vtitur.

Ieſebella Principis mater, quam probè te nouiſſe ſcio, tantum
de cordis duritie ac obſtinatione remiſit, vt cùm filiam domi re-
licto roſario ędem aliquando ſacram adiiſſe animaduertiſſet; id
ipſi per famulam deferendum curârit, quo debitum Diuæ Virgi-
piatũ precũ penſum perſolueret. Huius filiã minorem nubilẽ vir-
ginem cùm baptiſmali aqua nuper expiaſſem, ac à matre aliquid
lanæ ſubtilioris, cui ſacras quaſdam reliquias inuolueret, peteret
Regina mater recentem illi dari ob pium vſum præcepit. Quin &
cubiculum filiæ aliquãdo imagines inſpectura ingreditur, & quo-
rum Diuorum effigies ſint, curioſè ſciſcitatur. quam cùm ego &
Pater Viceprouincialis officij cauſa adiiſſemus, vix ab ea potui-
mus diuelli. Altera filiarum non procul abeſt à fidei lumine. cùm
enim morbo correpta grauiùs nuper laboraret; gentilitias ſuper-
ſtitiones cum abominatione quadam reſpuit, ac niſi Princip
frat

atris metu idipſum differret, fidelibus ſe abrupta longiore mo-
adiungeret. Matris autem pediſſequę non paucæ Deo noſtro
fidei vnitate ſeruiunt, quas feſtis Dominiciſque diebus ab ope-
omni abſtinere ex Eccleſiæ mandato Regina iubet.
In vrbe Nocia Chriſtianiſmus mirum in modum accreuit, in
ıa animarum multitudo ad ſeptem vel octo millium numerum
urget. Exſtructa ibi viſitur eccleſia, Vſucanæ eccleſiæ magnitu-
ne ac pulchritudine non abſimilis: ciues verò non ſecus ac auiū
illi hiante ore Patrem, qui verbi diuini pabulum miniſtret, expe-
ant. Oppidum Quiota gentilitatem omnino exuit: Ciotando-
ıs enim & Agareona ad Chriſtum conuerſi, ſubditos omnes tan-
beneficij voluerunt eſſe participes. Et quòd melioris ſexus pro-
m nullam ex vxore ſuſcepiſſet: Domini Pauli fratrem adoptio-
s iure in filij locum ſumpſerunt, quem, antequam impedimenti
ıicquam offerretur, ſacro fontis liquore ſub Petri nomine tin-
ndum curaui. adeò vt iam Dominum Paulum & Petrū ſereniſ-
nos fratres Bungi Connexos (non infimæ dignitatis is titulus
t) ac Chriſtianos habeamus.
In Tacata ditione Chriſtiana frequentia, ſi rectè auguror, qua-
aginta millium numerum ſuperabit.
Ozaiam vrbem prudens prætereo, in qua vno ex Principibus
cepto reliqua multitudo ſub crucis trophæo Chriſtianæ mili-
æ nomen dedit. Crucis porrò ſignaculum triumphalis trophæi
ſtar tam multis locis erectum conſpicitur, vt viatores qui fer-
ntiore deuotione flagrant, pluuia lutóque pietatem nil remo-
nte, ex equo deſcendere orandi cauſa non rarò cogantur.
In oppido Yu, cui R. T. P. Conſaluum Rebellum qui illic adhuc
mmoratur præfecerat, Chriſtianitas maximum indies accipit
crementum. Nam ſacram ędem Vſucano tēplo non abſimilem
truendā curârunt, ligna omnia ad ſtructuram neceſſaria Chri-
anis per eleëmoſynam (vti ex Patris Gonſalui litteris accepi)
bminiſtrantibus.
Cicoges, omnes Bungi Principes opibus & dignitate pręcedēs,
recta ſalutis via non procul aberrat: nam de errore gētilitio ex-
tiendo frequenter inter ipſum & Regem patrem per litteras
legationes agitur. Cuius pias cogitationes (vti propemodū fu-
rum ſperamus) ſi Deus pro immenſa miſericordia ſua promo-
rit; parum aberit quin vniuerſum Bungi regnum ſub Catholi-
Eccleſię alis conquieſcat. Adoleſcens quidam annos natus
us minùs vndecim, Conuexi hoc eſt primæ notæ ac dignitatis
incipis filius, Icimanda nomine, flagranti deſiderio ad Chriſti
fidem

fidem aſpirat. Qui cùm ſe Crucis imaginem ſecretò habere confeſſus eſſet, aliquodq; à me Chriſtiano homine dignum mnemoſynum poſceret,ei gratificandi cauſa marſupium ſeu burſam ſericam IESV nomine intexto inſignem dono dedi.

Catechumenorum frequens copia nunquam deeſt, in eoque exercitio tres Societatis noſtræ fratres continuò occupantur, D. Pauli Cicamori ſubditos in Chriſtianæ legis præceptis inſtituẽtes; qui cùm ad aliam quandam imperio ſuo ſubiectam vrbem proficiſcetur,alios ſecum fratres adducet, quos niſi ex Funayenſi Collegio deligerem, eorumque opera in hiſce prouinciis vterer, equidem tanto oneri ſuccumberem. Quo non obſtante Pater Viceprouincialis fratris Pantaleonis ſubſidium mihi nuper ſubtraxit,qui inter operarios,quibus in Chriſtianitatis vindemia vtor, nulli diligentia ac feruore cedebat: quod quia maioris alicuius commodi cauſa ab eo factum eſt, patienter mihi ferendum exiſtimo.

R.P. Equidẽ in hac Iaponia tanta animi delectatione perfruor, vt ſi quam triginta ferè annis peregrinationem ardentibus votis expetiui,diutius multo expetiuiſſem, diuturni deſiderij nunquã me pœniteret. Quare vt de obtento beneficio miſericordis Dei bonitati gratias meo nomine quàm maximas reddas, paternitatem tuam iterum atque iterum oro ac obteſtor. Nam etſi linguæ peritiam adhuc nullam habeo, atque ob id concionari expeditè nequeo:tamen Luſitanorum lingua coram Iaponenſibus verba ſubinde facio, quæ fratres deinde ſuo auditoribus idiomate exponunt. Ex vrbe Vſuqua, 6 Non. Octob. 1586.

## LVDOVICVS FROES ALEXANDRO VALIGNANO INDIÆ PRÆPOSITO PROVINCIALI.

Quoniam R.P. Gaſpar Cœglius Viceprouincialis, Meaci, Bungi,& Ximi prouinciarũ primores ſedulò cõmonefecit,vt propter nimiã locorum diſtantiã ac itinerũ difficultatem,hanc in tranſmittendis vltro citroque litteris rationẽ ſeruarent,vt collectis,quanta diligentia fieri poſſet,ex tribus prouinciis litteris,prima ex Iaponia Cinã verſus redeuntis nauis opportunitate vnà omnes deſtinarentur: ea tantũ hiſce litteris proſequar, quæ P. Viceprouinciali Maugaſaco Meacũ,Meaco Bungũ nauigãti,primũq; prouincias iſtas luſtranti memoratu digna acciderunt. Ac primũ quidẽ quãtũ ex profectione iſta incõmodi hu-

mana

nanæ ſalutis hoſtis ſibi metueret, ex impedimentis, quę tribus an-
nis continuis ſalutari Patris conſilio iniecit, facilè apparet. Primò
ſiquidem anno vt Fucaſorus Nangaſachorum hoſtis nauē qua P.
Viceprouincialis veheretur raperet, raptamque in prædam abdu-
ceret author extitit. Sequenti Illuſtris vir Prothaſius Arimando-
nus ne ſuſceptum iter ingrederetur ſummo conatu obſtitit, hoc
prætextu quòd Saſſumam proficiſci ipſe ſtatuiſſet, non ſine peri-
culo turbarum quæ vtroque abſente emergere potuiſſent, vti lit-
teris P. ipſe Viceprouincialis ad te miſsis monuit. Tertio demum
anno cùm alia non offerretur profectionis commoditas, Ximo-
necchii nauem conſcendere atque ex eo loco conſtitutum iter in-
gredi tentauit, trecentorum aureorum impenſa, quæ pro compa-
randis quæ ad nauigationem neceſſaria erant fieri debebat. Qui-
bus Nangaſachi ritè procuratis Legati Saſſumâ miſsi ſuperuene-
runt, allatis à Saſſumanis litteris, quibus ne hoc anno vel Būgum
vel Meacūm ſe conferret certas ob cauſas P. Viceprouinciali im-
perabāt, cum tacito mandato, vt ſi vel imperium detrectaret, vel
profectus iam eſſet, eum inſequerentur, & ſi nullo eum pacto ab
incepto itinere deterrere poſſent, quæſita occaſione interficerēt.
Suſpicabantur quippe non aliam ob cauſam Meacum eum co-
gitare, quàm vt à Quabacundonó Tenzæ Dominó obtineret, vt
Bungis contra Saſſumanos auxilium ferret, maximos omnium
quos Iaponia hodie habet diuinæ legis hoſtes. P. Viceprouincia-
lis communicato cum ſuis conſilio ad duos menſes differendum
iter iudicauit, quia tum Iaponenſium annus expiraret, atque ita
ineunte vere non violató Saſſumanorum imperio diſcedere quò-
cunque vellet integrum eſſet. Ne verò Patribus Gochinaienſibus
mora diuturnior eſſet ſubmoleſta, fratrem Damianum pedeſtri
itinere in acri hyemis præcipitio eò mittendum duxit. Ipſe autem
quadrageſimalis ieiunii tempore pridie nonarum Martii, anno
1586, Naugaſacho diſceſsit, quatuor Sacerdotibus tribuſq; laicis
aſſumptis, Ludouico ſcilicet Froes familiari ſuo ac conſiliorum
omnium conſcio, Franciſco Paſio qui paucis antè diebus conſilii
capiendi cauſa de maximi ponderis rebus Sacaiâ venerat; Fran-
ciſco Calderone qui Collegii Funaienſis Rector deſignatus erat,
ac Damiano Marino qui ex Seminario Arimę, voſacę vrbis Semi-
narii curam ſuſcepturus miſſus erat; Ioanne Nicolao Laico pin-
gendi artificio inſigni viro, cui imagines Collegii Domuſque Bū-
genſis depingendi cura commiſſa erat; Damiano denique Iapo-
nenſi & Andrea doria Luſitano laicis P. Viceprouincialis co-
mitibus.

Firandum itaque nauem dirigentes Chriſtianos in littoralibus Nixatæ propugnaculis habitantes viſere conſtituunt; cuius rei certiores facti vno atq; altero miliari cũ vxoribus & liberis nõ ſine ingenti lætitiæ ſignificatione obuiam P. Viceprouinciali prodierunt. Cũ verò Firandum delatus eſſet, Ioannem Baptiſtã Mondtanum & Ariam Sancem veteranos Societatis religioſos iſtic deprehendit, qui miro ex felici eius in ea loca aduentu gaudio perfundebantur. Angebatur quidem non mediocriter P. Viceprouincialis, ne Firandinę inſulæ Fixus (ſic loci præfectum vocari ab incolis auguror) inueterato in Chriſtianam religionem odio ſicut aliàs ſæpe, tum iterum cœptum iter impediret. Sed miro diuinæ voluntatis nutu factum fuit, non ſolũ vt nauigantibus morã nullam injiceret, ſed etiam ipſum P. Viceprouincialem nouo inſolitóque humanitatis genere exciperet, cum Chriſtianorum Firandinorum incredibili voluptate. Quin & vectigalium exactoribus ne quę naui ſecum veheret curioſiùs diſquirerent, ſed liberam illi nauigationem per omnes ditionis ſuæ fines concederent imperauit. At quoniam ſolemnitatis Paſchalis feſtiuitas in proximo erat, Elizabeth nobilis matrona Illuſtriſſimi quondam D. Antonii vxor, cum melioris ſexus liberis præcipuis poſt Gubernatorẽ proceribus, feruentibus apud Patrem precibus inſtabat, vt in omniũ Chriſtianorum Firandum inſulam incolentium ſolatium, ſolemnem illic reſurrectionis diem concelebraret. Sed tamen quia ſeria negotia in Meaco peragenda feſtinationem exigebant, octiduum tantùm in inſula commoratus nauim inde ſoluit, Chriſtianis ad miliaria aliquot officii cauſa comitantibus. Secunda deinde nauigatione ad Ximonechium portum maximè celebrem in regno Nangato ſub imperio Mori Amanguccini deuecti fuerũt, ad quem veluti ad centrum quoddam ex Meaco, Bungo, Ximo commoda nauigatio patet. Quo loco nobiliſſimi cuiuſdam pagani hoſpitio excepti erecto altari, tam in ſeptimana ſãcta (vt vulgò vocatur) quàm ſacratiſſimo Paſchalis feſtiuitatis die rem diuinam celebrârunt. Quamuis enim in oppido Gochinaio Dominicæ reſurrectionis ſolennitatem traducere præoptaſſent id tamen per tempeſtatem ventoſque contrarios minimè tum quidem licuit. Hoc eodem loco, vna tantùm mulier Agneta nomine, quæ ante 25 annos à P. Coſmo Torreſio in ſacro Baptiſmatis lauacro Chriſtianæ militiæ nomen dederat, P. Prouinciali conſpectui oblata, lachrymis præ gaudii magnitudine oborti Patribus aduentum gratulata, ſacro miſſæ officio quotidie intererat, & Pœnitentiæ ſacramento, feſtiuæ ſolẽnitatis die cũ cæteri

qui Patres ſalutandi cauſa Bungo recenter aduenerant, expia-
ta, peccatorum ſordes omnemque admiſſæ culpæ reatũ ſupplex
depoſuit. Ximonechio relicto Caminoxechium portum Regni
Amaguccini à priori, vbi P. Frãciſcus Calderonus cum fratre Ni-
colao morbo correptus remanſerat, 35 miliaribus diſtantem at-
tigerunt, ex quo in Bungum rectà erant trajecturi. Hic vẽtis pro-
pitiis vſi bidui ſpatio ad oppidum Funai fuerunt deuecti: vnde cũ
iterum ſoluiſſent, & in Caminoxechium portum delati eſſent: in-
tẽpeſta nocte quum altior omnes ſomnus oppreſſiſſet, cũ noſtra
alia quædam ſe nauis conjunxit, qua nobiles quædam matronæ
arcis Præfecto neceſſitudinis arctiori vinculo iunctæ vehebãtur,
quæ Patrum videndorum ſtudio cùm ſe eò acceſſiſſe palàm con-
feſſæ eſſent; Patres illico è ſtrato conſurrexerunt, & accenſo
lumine duæ matronæ octuaginta annorum ætate venerandę pre-
catorias pilulas manu tenentes, duabus ancillis & ſeruo eiuſdem
penè ætatis comitantibus, nauim ingreſſæ, capite ad terram in-
clinato, manibus autem ad cœlum ſublatis immortales Deo
immortali gratias humiliter egerunt, quòd ante ſupremum vi-
tæ diem Patrum vultum coràm intueri ſingulari beneficio con-
ceſsiſſet. Tandem quænam eſſent interrogatæ, Chriſtianas ſe eſ-
ſe Amaguccinæ prouinciæ publicè teſtatæ ſunt, à P. Franciſco Xa-
uerio, Iaponem primum omnium fidei dilatandæ cauſa ingreſſo,
ante 37 annos per baptiſmatis regenerationem in Chriſtianorũ
numerum admiſſas. Sed quia breuiſsimo interiecto temporis ſpa-
tio, poſtquam baptiſmali aqua luſtratæ eſſent, Vocidonus Amã-
guccinorum Rex violenta morte è viuentium numero fuiſſet ſub-
latus; ipſę conſpicuo ſtemmate oriundæ, & diuturni exilii pœnam
et atroces à Gentilibus contumelias, quòd Chriſti nomen profi-
terentur, & a ſuſceptæ fidei veritate recedere nollent, fuerant in-
terea temporis perpeſſæ; licèt nunc paulo mitiùs humaniúſque
sub tutela arcis Præfecti infidelis quidem, ſed cognationis iure ſi-
bi conjuncti haberentur. Cumque ſermo protraheretur diutius,
Patris iuſſu Chriſti Seruatoris effigies artificioſè depicta coràm
allata fuit, quam humiliter in terram proſtratæ adorauerunt.
Sed quòd ante Solis ortum diſcedendum nobis eſſet, ne ſpirituali
omni conſolatione planè viderentur deſtitutæ, vtque in ſuſcepta
olim fide magis magiſque firmarentur; frater Damianus Iaponẽ-
ſis quantum mediæ horæ ſpatium patiebatur ad conſtantiam eas
cohortatus, qua via ac ratione in ęterni Dei cultu in poſterũ per-
ſiſterent, monuit. tandem granulis aliquot conſecratis, tum ima-
unculis quibuſdã cereis agni immaculati impreſsione, & põtificiæ

conſecratione venerādis à Patribus acceptis, magna cū ſua Chri-
ſtianorumque qui aderant voluptate, nec ſine gentilium qui in
naui erant aliquo etiam fructu reuerſæ ſunt. Patres autem ad Xi-
uacum portum per vniuerſam Iaponiam celebratiſſimum nauim
direxerunt, ad quem, quia profectionis ſuſceptæ rumor regionem
Sacai peruaſerat; Yacurodonus Auguſtinus quoſdam ex ſeruis, vt
merito Patrem honore exciperent, præmiſerat. quibus honoris
cauſa comitantibus cùm ad Murenſem eiuſdem Principis portū
propiùs accederent, Principis frater, abſentis fratris vices gerens,
obuiam proceſſit, aduentanteſque gratulabundus excepit, ac ad
ſublimen amœnumque eos locum perduxit, vbi Sacellum viſeba-
tur, in quo omnes poſtea Patres rem diuinam peregerunt. Quia
autem tempeſtas non erat nauigationi commoda, Patris Vice-
prouincialis hortatu, concio habita fuit corā vxoribus præcipuo-
rum Auguſtini miniſtrorum, regenerationis vnda iam antè ablu-
torum, hoc nimirum conſilio, vt & ipſæ Chriſtianam fidem mari-
torum exemplo amplecterentur, quod vt maiori cum fructu fie-
ret, vxor fratris Auguſtini concioni intereſſe etiam voluit, cui
ſancto exercitio cùm ad dies aliquot incubuiſſent, ſeptendecim
non infimæ notæ matronæ Baptiſmatis Sacramento ab origina-
lis peccati ſorde expiatæ Chriſtianorū albo fuerūt adiūctæ. Inter
alias autem quæ concioni intererant vna fuit idolorū cultui cæ-
teris addictior, quæ quo tempore baptiſmali lauacro intingendæ
eſſent, Chriſtiani mariti domo ne & ipſa baptizaretur egreſſa
fuit. Poſtridie cùm omnes matronæ Chriſtianorum cœtui recen-
ter per baptiſmum adſcriptæ ſacrum audituræ ad templum con-
ueniſſent; & quidam ex Patribus beneficii, quo à Domino Dei
affectæ fuerant, magnitudinem prolixiùs & feruentiùs verbis ex-
aggeraret; non ſine miraculo factum exiſtimo, vt in ſe reuerſa &
ſpiritu meliori agitata, ita ſacris miſſæ cæremoniis capta delecta-
taque fuerit, vt eodē temporis momento ſacra vnda, quam pau-
lo antè contumaciùs ſpreuerat, aſpergi impenſiùs efflagitarit. quæ
cauſa fuit vt producta concione in fide Catholica diligentiùs in-
ſtitueretur, & perpaucis interiectis diebus per ſacram ablutionem
in Chriſtianorum numerum referretur. A Murenſi portu A-
caxum profecti ſunt, quod oppidum eſt in ditione noua, qua Iu-
ſtus Vcondonus facta commutatione à Quabacundono fuerat
inueſtitus, accepto priùs à Iuſto Tacazuchi oppido. In loco Aca-
xo Iuſti Vcondoni pater Darius, & eiuſdem mater Maria, & non
pauci alii non ignobili proſapia nati viri Principis miniſtri vi-
agebant. Hîc etiam P. Organtinum & Gregoriū Ceſpedē & præ-
cipu-

quos aliquot Chriſtianos offendimus, qui P. Viceprouincia-
viſendi cauſa ex regione Sacaïa aduenerant. Quanquam autẽ
na nobilium Acaxinorum pars cum Vcundono in Quabacū-
ni fabrilibus operibus diſtinebatur; Darius tamen cæterique
andioris ætatis viri, vnà cùm prænominatis Patribus, P. Vice-
ouincialem in litorali ora excepturi prodierunt, cum ſtupenda
nè omnium exultatione ac applauſu, dataque & accepta mu-
a ſalutatione ad templum quoddam nouum, ac ingens Darii
mptibus immortali Deo excitatum, vnà omnes contenderunt;
i apparatus adhuc aliquos videre licebat in aduentum P. Vice-
ouincialis factos, quem ibi Paſchalem ſolemnitatem traductu-
m ſperauerant. At quia tempus erat nauigationi maximè ido-
um, vix duabus illic horis commorati eodem die in portu
ongo egreſſi, poſtridie ſecundo curſu in Sacaiā prouinciā per-
nerunt, quinquageſimo poſtquam Nangazacho diſceſſerant
e. Frequens Gentilium numerus ad Patrum aduentum ad littus
currit, quorum tamen nemo grauius quicquam in quenquam
l dixit vel fecit, tanta eſt hominum in tales viros modeſtia ac
manitas. Hoc in loco P. Organtinus domum exſtruendam cu-
uerat, omnibus ferè Sacainæ ciuitatis ædibus eminentiorē, &
omni vrbis parte conſpicuā, exiguā quidē propter ſitum angu-
orē, ſtructura tamen & architectura admodū inſignem. In edi-
ori ſiquidem ædium parte crucis effigies conſpiciebatur mari
minens, in quo nauigantibus eminus apparet. Fuit crux illa
imū Chriſti vexillum in vrbe iſta tam celebri tamque frequenti
diaboli imperiū infringendum erectum, quatuor Bonzorum,
c eſt Sacerdotum gētilium, templis cinctum. Hîc integri penè
enſis moram P. Viceprouincialis traxit, partim Chriſtianorū
uſa qui vndequaque eò confluebant, partim vt non minimi
nderis negotia per opportunitatē conficeret. Cumque triduo
Voſacæ continuiſſet, Regem Quabacundonum ſalutaturus,
i Sacaiam tum fortè aduenerat, aulam regalem adiit. At verò
oniam rem non ingratam me facturum R. T. confido, ſi, quā
honore quantaque humanitate P. Viceprouincialem Quaba-
ndonus exceperit, paucis fuero complexus: operæ precium fue-
de dignitate, opulentia, potentia, imperiique amplitudine qua
teceſſorem ſuum Nobunangam longo interuallo ſuperat, nō-
lla præmittere. Dignitas autem eius talis eſt ac tanta, vt quam-
magnæ & præcellētis authoritatis Princeps Nabunanga fuiſ-
, nunquam tamen ad illud honorū faſtigiū pertigerit, vt Qua-
cundonus (quē ſummi imperii titulū eſſe ſuſpicor) ſalutari me-

reretur. Omnis auri argentique vis, & quicquid pretioſarum rerum eſt in tota Iaponia, huius poteſtati ſubiectum eſt: tantaque veneratione colitur, tamque promptam obedientiam ei omnes exhibent, vt pari facilitate, qua quilibet Paterfamilias in domeſticos ſuos vtitur, hic potentiſſimis Iaponis regibus imperitet, quos pro arbitratu ſuo nūc regna priuat, nūc aliò habitatu mittit, nūc in eorum dominatu omnia pro libito cōmutat, maioris incremēti potentiæque anſam præcidens. Præcipui regni ſui proceres pretioſa ipſi in vrbe Voſaca palatia ſuis impenſis extruūt, adeò vt qua parte Sacaïam reſpicit, Tennogium verſus ad quatuor millia paſſuum vrbs extendatur, & ab alio latere ſumptuoſis ædificiis mirū in modum augeatur. Muri, turres, palatia, cæteraq; ædificia adeò ſplendidè, ſumptuoſè, magnificeque ſunt extructa, vt multis paraſangis Nabunangę opera omnia in Anzuchiama vrbe excedāt. Vtque pleniùs ſingula diducam, pro certo tibi conſtet, toto iſto trimeſtri, quo P. Viceprouincialis in vrbe Gochinaia commoratus fuit, & multo etiam antea in hunc vſque diē, in effodiendis nouæ arcis foſſis ſexaginta hominū milia nulla interpoſita mora laboraſſe. inter quos nō pauci Iaponici regni Primates, vt cæteros in officio continerent, operi accelerando præerant. Arcis muri lapidei ſunt, nō minori ferè latitudine quàm altitudine. Ne verò operariorum multitudo confuſionem pareret, ſingulis operum præfectis ſuus erat ac proprius deſignatus locus, in quo operi incumberent. Nocturno autem tempore non paruus operariorum numerus continuò ſcaturientem in ipſis foſſis aquàm exhauriebat. Nihilque in hoc argumento eſt maiori admiratione dignum, quàm vnde in tanta lapidum ſaxorumque inopia, tanta tamen eorum copia & educatur & aduehatur: cui incōmodo hac ratione occurrebat. Primatibus prouinciatum circum circa ad 30 & ampliùs miliaria, naues integras ſaxis lapidibuſq; cuiuſlibet generis onuſtas imperabat. Et quidē Sacaïnæ vrbis ciues ducentas in ſingulos dies pendebant, adeò vt ex editiore ædium noſtrarū parte mille ſubinde naues explicatis velis pulchroq; ordine ad Voſacanum portum contendere videremus. Tum in exonerandis nauibus ea cura eaque diligentia vtebantur, vt ſine capitis vitæque præſenti periculo lapidem vnum loco mouere, ac in alium transferre auderet nemo. Deinde quo magis magiſque opus accelerarur, ſi Præfectorum Architectorumque aliquis vel in minimo deliquiſſet, aut expectatam in promouendo opere induſtriā non adhibuiſſet, dignitate opibuſq; ereptis, exilio è veſtigio plectebatur. Præter verò turres ac valla, quæ propter celſitudinē

tegula-

gularumque deauratarum fulgorem eminus in arce conſpicie-
antur, plurima adhuc miræ pulchritudinis ædificia extrui cura-
at. Ad maiorem præterea potentiæ oſtentationem (neque enim
ipſe palam fatebatur, quicquam magis cordi habebat, quam vt
ominis ſui memoriam ab interitu vindicaret) in Meaco tria ſtu-
endę prorſus magnitudinis monuméta moliebatur, quorũ prio-
duo ad optatum ferè finé perduxit. Primũ propugnaculum e-
t non procul à Dairi palatio, Voſacanæ machinæ ſtructura &
agnitudine non abſimile, in quo eodem tẽpore, quo ad Voſaca-
am molem tanta hominum multitudo occuparetur, 60 quoque
ominum milia diurno nocturnóque opere exercebantur. Etſi
erò qui operi huic præerat, iuuenis erat, agnationis illi iure cõ-
nctus, non paruo nobilium numero ſtipatus: ipſe tamen Qua-
acundonus (quòd acumine & induſtria nullo ſuorum eſſet infe-
or) animi laxandi cauſa interdum ad decem dies in Meaco, nec
inori temporis ſpacio Voſacæ commoratus opera luſtrabat. Al-
rum monimentum palatium erat ſuperbum herclè ac magni-
cum Regi Iaponis poſitum; quod antiquorum Iaponis Regum
alatiis nec magnificentia cedebat nec mole. Tertiũ porrò erat
igens ac opulentum templum in vrbe Nara, cuius principium
diſſe te memini in regno Iamari iuxta tẽplum illud, in quo mil-
Fotoquorum (Idola eſſe coniicio) ſimulachra auro magnificè
bducta viſebantur. Non quidem quòd pio religionis affectu
rga varios deos afficiatur, ſed ad nominis tantùm potentiæque
ſtentationem. Quantus autem ſic templi huius ſplendor & ve-
uſtas, ad Patrũ qui in Meaco habitant officium ſpectat ſcripto
tteriſque prodere; illi ſiquidem non audita ſed viſa referent, quę
aim de eius opulentia vulgò narrantur, fidẽ ſuperant. Iuſſit præ-
erea Aqueccinam arcem (quam te aliquando vidiſſe arbitror) Sa-
amotam nomine iuxta vomium lacũ in humiliori Frenogiamæ
rbis parte ſolo æquari, regio edicto decernens, vt per Vocum
einceps viatores iter facerent, quo in loco hoſpitatum te ſubin-
e fuiſſe credo, cùm ex Meaco Anzichiamã tenderes. Quin etiã
mnes qui iuxta Meacũ ſunt agros & prædia, ex quorũ prouẽti-
us Bonzi (hoc eſt idolorum ſacerdotes, qui illic ſua habent mo-
aſteria) multiq; alii ſuſtentabãtur; certa menſura ac limitibus di-
ingui ſeparariq; iuſſit, ac in ſuum poſtea vſum conuertit. Aydo-
us, qui Quabacundono eſt à ſecretis, fidẽ nobis fecit, quod pro
na parte orizæ, quæ ex dictis agris colligitur, collectaque aliis in
ocis diſtrahenda exportatur, nongentorũ Gochorum (Iaponicæ
onetæ ſpecies eſt) millium ſumma percipitur, quæ nõgentorum

 millium

millium Tarrorum Iaponicorum ſummæ reſpondet, quam ſi ad noſtram monetam reducere libeat, decies centenorum millium aureorum ſummã (milionem Arythmetici vocant) tranſcendet. Finem non eſſet habitura epiſtola, ſi ſtupenda Regis huius opera ſigillatim recenſere præſentis eſſet inſtituti. Metuebamus & quidẽ non mediocriter & nos & Gochinaiæ vrbis Chriſtiani, quo vultu P. Viceprouincialem eſſet excepturus, idque propter viri faſtũ & ſummã qua apud omnes valet exiſtimationem, quæ talis eſt ac tãta, vt Reges ac Principes, qui officii cauſa ipſum ſubinde accedunt, tanquã priuatos aſpernetur. Sed quia ſolius Dei eſt Principũ corda pro diuinæ voluntatis ſuæ nutu dirigere, in iis præcipuè quæ ad cultũ ſuũ pertinent; animum eius alioqui ferocem ac arrogantem adeò compeſcuit, vt nullus vnquam Tẽſæ regionis Princeps majori cum humanitate noſtros exceperit. Quarto Nonarum Maii P. Viceprouincialis, comitantibus nonnullis Societatis noſtræ Patribus & Iaponenſibus aliquot nobilibus adoleſcentibus, Regalem aulam adiit, ac à Simone Aydono Scriba & Regio medico primario, Chriſtianis quidẽ, ſed Regi gratiſsimis, ad Quabacundonum deductus fuit. muneribus tamen ſecundùm Iaponici regni vſum ad Regem regiamque coniugem præmiſsis, quæ vtriq; grata acceptaque fuiſſe non obſcuris indiciis declararunt. Dum autem oblata munera Rex attentiùs aſpiceret, nos in atrio quodam regia planè magnificentia inſtructo, tigrium aliorumque animalium exuuiis aulæiſq; inæſtimabilis pretii ornato, dum intromitteremur opitulabamur. Ac paulo pòſt de aduentu noſtro certior factus præcipuos aliquot heroes Matazaimoam ſcilicet trium regnorum Principem, Regem Tangi, tum Morici regni aliorumq; locorum legatos ſecum retinuit, hoc conſilio, (vt ipſe aſſerebat) vt quanta humanitate nos excepturus erat, teſtarentur. quocirca eos, vt in atrio nos conuenirent ac ſermonẽ nobiſcum miſcerent, monebat. Quos tamen paruo interiecto ſpatio reuocabant. Cumque denuo eſſent ad Regem ingreſsi, ac ordine quiſq; ſuo in atrio variis picturis affabrefactis illuſtri conſiſterẽt: P. Viceprouincialis genibus flexis & capite decenter inclinato, cæteris pari reuerentia ſubſequentibus coram Rege cõſtitit. Præcedebat Scriba, & clariori voce ſingulorum nomina proferebat. Mox cùm omnes conſurrexiſſemus, ad atrii vſque ianuam retroceſsimus. Quabacundonus in ſublimi ſolio conſederat; tanto à nobis interuallo ſemotus, vt faciei eius lineamenta ægre diſcerneremus, verùm vt ad regalem thronum propiùs accederemus illico præcepit, cæteris heroibus recedere iuſsis, vnico Iuſto Vcõdono

[d]ono excepto, quem, quòd Chriſtianus eſſet, vnà nobiſcum acce[d]ere voluit. Quod certè Chriſtiano Principi coram tantis viris [e]x Regis ore audire admodum erat honorificum. Iuſsit prætereà [i]n duabus lancibus fructus quoſdam recentes ex diuerſis prouin[c]iis aduectos aliaque nonnulla edulia proferri; quæ, vt majori [n]os honore afficeret, nobis quoque guſtanda offerebat. Lances [a]utem à duobus Chriſtianis ferebantur, quorum alter Scriba erat [r]egius, alter adoleſcens Regi acceptiſſimus, cui Quinoſquedo[n]us nomen erat. Patres regio obtemperantes mandato ex vtra[q]ue lance nonnihil deguſtabant. Tum regali relicto ſolio ad Pa[t]res propiùs acceſsit, cum P. Viceprouinciali de varis rebus, quas [ſ]ecum agitabat, verba faciens. Deinde cùm P. Ludouico Froes [P]. Viceprouincialis interprete aliàs ſibi etiam viſo & cognito in colloquium congreſſus, aliquarum illi rerum memoriam refri[c]abat. Collaudabat etiam idque repetitis vicibus pium Patrum [z]elum, quo ſtimulante in Iaponiam venerant, nihil aliud ani[m]o verſantes, quàm vt Dei immortalis honorem diuinæque le[gis] cultum propagando magis ac magis augerent. Addebat præ[t]erea vniuerſum iam pænè Iaponis regnum ſuo parere imperio, [e]x quo neque plures in eo prouincias, neque ampliores opes cō[n]cupiſcere, ſe coram nobis fatebatur, ſolius nominis famæque im[m]ortalitate, quam rebus egregiè geſtis parauerat, cōtētus. Quapropter in hanc ſibi impoſterum curam incumbendum eſſe aiebat, vt rebus Iaponenſibus ex animi ſententia compoſitis, omnē imperii molem in fratrem Mindonum transferret; quo facto belli impetum omnem in Corream & Cinam conuerteret, cuius rei conficiendæ cauſa ligna præcidi ad bis mille nauium claſſem inſtruendam curârat. A patribus nihil maiori ſtudio contendebat, quàm vt à Luſitanis naues grādiores duas rebus omnibus neceſſariis inſtructas obtinerent, quarum pretium & liberaliſsimè perſolueret, & tam Gubernatori quam cæteris vectoribus promptiſſima in ſingulos menſes ſolutione ſatisfaceret. Tametſi autem expeditionem iſtam morte interceptus non conficeret, nullam inde animi ægritudinem ſenſurum ſe aſſerebat, dummodo communi totius populi voce iactaretur, ipſum totius Iaponici regni longè potentiſsimum fuiſſe, cui rem tam arduam tamque difficilem tentare nec animus defuiſſet nec vires. Si verò ex voto expeditio ſuſcepta ſuccederet, vt imperium eius Cinenſes non detrectarent; neque ſe regnum ipſis ablaturum nec imperii ſedem illic fixurum promittebat, ſed ſolo ſupremi dominii titulo contentum receſſurum, templa ad Dei cultum promouendum paſsim

 erigen-

erigenda curaturum, regnique incolas ad Catholicam fidem amplectẽdum coacturum: quodque amplius eſt, mediam Iaponicæ ditionis partem ſe ad Chriſti religionem ſuſcipiendam iam tum impulſurum. id autem cum tanta beneuolentiæ ſignificatione dicebat, vt qui circumſtarent, & ſublimes eius ſpiritus arrogantemque animum probè nouiſſent, in admirationem raperentur. Mandabat inſuper vt maioris arcis portæ ac feneſtræ vndique panderentur, ſe quippe eam nobis velle oſtedere ſubindicans, dumque miniſtri iuſſa peragerent, Iuſtus Vcundonus nos in ampliſsimum atrium per conclauia quędam, regali planè magnificentia ac luxu ornata, ac per hortos etiam amœniſsimos deduxit. Tandem arcis portis apertis, vna duntaxat Buconina, hoc eſt, muliere vertice raſo, monialis inſtar, quæ claues præferebat comitante deſcendit, cumq; in ipſo ingreſſu ſubſtitiſſet, omnes P. Viceprouincialis comites, vt & ipſi loci ſitum & pulchritudinem contemplarentur, aſcendere iuſsit. Aduocatiſque vt vnà ingrederentur, Iuſto Vcondono, Ioachimo Riueo, ac Xinza Magdalenæ præclaris animi corporiſq; dotibus illuſtris matronę marito, reliquis omnibus etſi fideliſsimis Regique acceptiſsimis proceribus excluſis, ſolis Chriſtianis arcem intrandi omniaq; loca ſecretiora luſtrandi facultatem indulſit. Ipſe autem Rex tanta facilitate animique benignioris manſuetudine præcedebat, vt eũ priuati viri perſonam induiſſe omnes crederemus. adeò vt cùm per loca quædam tranſitu difficiliora eũdum eſſet, ſubſiſtere nos & cautè progredi moneret: atque ita ad octo tabulata aſcendendo peruaſimus, apertis in occurſu noſtro conclauibus aureis argenteiſque laminis, pannis, & incomparabilis pretii veſtibus, tum armorum telorumque omni genere refertis. Alio item loco tantam arcarum ſcriniorumque copiam conſpeximus, vt fixis ſingulorum in ſingulos oculis ſtupore omnes corriperemur. Tametſi vero Iaponenſes ſtratis lectis vti non aſſueuerunt, duos tamen ibi vidimus ſplendidè ac magnificè auro cæteriſque ornamentis, quæ in Europa magno æſtimantur, inſtructos. Alio item loco ex auro ſolido portatilem camerã rotis innixam aſpeximus. Quabacundonum quocunque ſe verteret puella, annos nata tredecim, regio ornatu gladium eius manu tenens præcedebat, cuius rei cauſam eſſe arbitror, quòd in arce hac mulierum tantùm miniſterio vtitur, quæ ſunt numero penè trecentæ maximorum Principum filiæ, totidemque & fortè plures ancillæ, quæ his inſeruiunt, Cũq; ad tabulata iã aliquot penetraſſemus, vultu ad nos cõuerſo num fatigati eſſemus ſciſcitabatur, ac dicto citiùs ciaiæ

onnihil (ſuauiſſimi potus genus eſt) ex pretioſiſſimis vaſis depro-
mi nobiſque propinari mandauit. Cùm verò ad arcis faſtigiũ per-
ueniſſemus, aliquam moram fecimus iucundo agrorum aſpectu,
quos inde commodiſſimè videre licebat delectati. Ad imam arcis
partem 60 milia operariorum continuis laboribus diſtinebant-
ur, qui quòd Regis præſentia & colloquio liberiore nos frui a-
nimaduerterent, non mediocri admiratione tenebantur. Tandẽ
cùm deſcendiſſemus, & ad ſedendum ſe Rex compoſuiſſet, aſſidẽ-
tibus nobis dixit conſtituiſſe ſe prouincias omnes quæ ad Auſtrũ
ſunt diuidere, eoſque qui imperio reluctarẽtur armis cogere, quę
cùm nihil diſſimulans narraret, tantam hilaritatem vultu prode-
bat, vt facilè intelligeremus, ſine omni metu ac ſuſpicione eum
mentis ſuæ arcana apud nos deponere. Eodem temporis ferè
puncto, diſputationis cuiuſdam illi in mentem ſubiit recordatio,
quam P. Ludouicus Froes & frater Laurentius Iaponenſis in Me-
aco coram Nobunanga contra Sacerdotem gentilem, cui Nicius
Fozomirius nomen erat, ſuſtinuerant; in qua cùm ſe Sacerdos e-
uidentibus rationibus conuictum fateri cogeretur, tanto animi
furore ac rabie in fratrem Laurentium ferebatur, vt arrepto No-
bunangæ enſe violentas illi manus inferre pararet. Cùm itaque
diſputationis huius mentio incidiſſet, Ego quoque (inquiebat) tũ
temporis præſens eram, eandemque vobiſcum opinionem ſuſti-
nebam. Quo dicto conſurgẽs fratrem Laurentium iam ſenio gra-
uem adibat, ac manu capiti eius impoſita, hic (inquit) quæ dico,
probè intelligit, quod cùm ita ſit cur ſubtices? & non potiùs quæ
animo tecum cogitas eloqueris? Quòd ſi imperij noſtri tempore
facinus tam indignum perpetraſſet, mortis ſupplicio vindicandũ
iudicaſſem. Paululum deinde progreſſus in illuſtrium mulierum
cubiculo conſedit, quibus Patres videndi veniam cõceſſit, ac Ma-
gdalenam, cuius antè facta mẽtio fuit, & Ioannam Zongui vxorẽ
Dairi cognatã Chriſtianam proprio nomine compellans euoca-
uit. Hic iterum potum nobis propinari iuſſit, Chriſtianis matro-
nis ciphos tenẽtibus, quos ab iis accipiẽs Rex manu ſua primũ P.
Viceprouinciali, deinde cæteris ordine porrexit, qui maximus ho-
nor fuit quem potuiſſet nobis exhibere. Neq; enim (vti pro certo
miniſtri affirmabant) vllũ vnquam Regẽ, qui eius viſendi ſalutan-
dique cauſa aduenerat, vel tertia honoris parte quo nos dignatus
fuerat affeciſſe viſus eſt. Addebat præterea ſtatuiſſe ſe in Iaponiæ
diuiſione Iuſto Vcondono & Rineæ Auguſtini patri tũ præſenti-
bus Figenſe regnũ permittere, portu tamen Nangazachico Eccle-
ſię Patribuſq; relicto. Quod tamẽ niſi Iaponẽſibus rebus planè cõ-
firmatis,

firmatis,obſidibuſque acceptis, ſe facturum negabat. Hanc enim inire ſe velle rationem dicebat, vt Figenſis regni primatibus Patres odio non eſſent. Quin hoc quoque iis perſuaſum volebat, ſe nullius adductum perſuaſione, ſed proprio motu donationem illam Eccleſiæ feciſſe. Atque ita tranſmiſſis duabus aut tribus horis in iſtis clementiæ humanitatiſque officiis,diſcedendi poteſtatem tandem nobis fecit, nobilibus quibuſdã matronis imperãs, vt allatis clauibus per portam quandam ſecretã vico in quo domus noſtra erat vicinam nos dimitterent. Cùm autem regale palatium P.Viceprouincialis egreſſus eſſet,Minocauidono Quabacũdoni fratri operi cum cæteris regni proceribus intento munera mittenda curauit.cui cùm nunciatum eſſet,P.Viceprouincialẽ eius viſendi cauſa adeſſe, per medias operariorum turmas feſtinans accurrit,ac P.obuiam factus capite reuerenter demiſſo, cæteriſque de more adhibitis cæremoniis,de munere oblato gratias illi prolixè egit. Poſtridie Toquinus Quabacũdoni Protophyſicus felicem proſperumque viſitationis ſucceſſum nobis cõgratulaturus acceſſit, qui cùm Seminarij noſtri plurimos eoſq; nobiliſſimos adoleſcẽtes quaſi pullulãtis fidei nouellos ſurculos cõtueretur,in hæc verba prorupit: Cùm regnorum vnde oriundi eramus ab Iaponia ſolo nobis adeò incognito ac peregrino, in quo tantas nos ſæpe moleſtias ſuſtinuiſſe acceperat, diſtantiam animo ſecum ac cogitatione ſubinde volueret, cumque præterea in Voſaca tantis ſumptibus tam copioſum iuuenum numerum alere aliosque etiam vtriuſque ſexus homines fouere nos attẽtiùs perpenderet,idque ſolius fidei legiſque diuinæ amplianda zelo, fieri omnino non poſſe affirmabat,quin quicunque hæc ſecum animo agitaret frequentiùs, conatibus noſtris impenſiùs faueret, cuius rei intuitu paratum ſe aſſerebat ardua quæque pro religionis Societatiſque noſtræ incremento & ſuſcipere & præſtare. Cumque à nobis recederet, pro recepta iam olim Iaponici regni conſuetudine,quendam ex Patribus ſecum abduxit, qui pro ſtudij fauoriſque magnitudine,quo erga nos pridie illius diei vſus fuerat, Quabacundono gratias ſupplici mentis affectu ageret: Ex quo ſtatim atq; ingreſſus eſſet Rex ſciſcitabatur, quomodo pridiani diei ſtudium ac ſingularis beneuolentia qua nos exceperat P. Viceprouinciali arriſiſſet. Pater vultu humiliter demiſſo modeſtè grauiterque reſpondit,integrum iſtum diem magnamque etiam ſubſecutæ noctis partem in templo Patres traduxiſſe,gratias Omnipotenti Deo perſoluẽtes de ſummo fauore,quo Regiæ Maieſtati erga nos vti viſum fuerat:cuius beneficij nomine ſe tantum illi debere,

bere, quantum mortalium nemini palàm fatebãtur. Placuit Regi Patris Oratio, qua clementer audita eum humaniter dimiſit. Poſtea ex matronis Chriſtianis quas in arce iſta Regi famulari modò diximus nunciatum nobis fuit, Quabacundonum ad multam vſque noctem cum Regina coram Chriſtianis matronis aliiſque, quarũ miniſterio vtitur, prolixè magnificéq; de nobis fuiſſe locutum, eumque indoluiſſe, quòd Reginæ faciem Patribus non oſtendiſſet, Reginamque reſpondiſſe ſibi neutiquam id diſplicuiſſe, eiúſque rei cogitationem nullam in animum eius aſcendiſſe, quippe quæ in regali palatio omni virorum aſpectu congreſſuq; carere iam pridem aſſueuiſſet. Regémque iterum hunc Reginæ ſermonem ſic excepiſſe, vt nullam ex iſto congreſſu vel infamiam vel periculum metuendum eſſe affirmaret: tum quòd exteri eſſemus, tum multo etiam magis, quòd bonitate ac morum modeſtia & vitæ continentia ab Iaponenſibus plurimum diſtaremus. Quo dicto muneribus à Viceprouinciali oblatis iterum productis, veſtem vidit, (Iaponenſes Dobucum patrio idiomate appellant) quæ Regi præ cæteris rebus erat acceptiſſima, quocirca Reginam ea veſtiri, veſtitámque ſemel ac iterum obambulare coram ipſo voluit, eámque durante de Patribus inſtituto ſermone Reginam exuere nõ permiſit. Intelleximus ampliùs Reginam his verbis apud Regem fuiſſe vſam, ſuſpenſo ſe animo metuiſſe ſemper, Regem iis manſueti animi indiciis Patres non excepturum atque ipſa optabat, tum quòd exteri eſſent, tum quòd legis fideíq; quã profitebantur & honor & dignitas omnia clementiæ humanitatiſq́ue officia promereretur. At poſtquam renunciatum ſibi eſſet, nihil ad ſummum eius erga nos beneuolentiæ ſignificationem addi potuiſſe, incredibilem percepiſſe voluptatem, eóque nomine immortales Maieſtati ſuæ ſe gratias agere. Quod certè Reginæ ſtudium, vti alia etiam quæ deinceps oſtendit propenſi in nos animi ſigna, ſingulari Dei beneficio adſcripſimus, eóque magis, quòd ad illud ferè temporis momentum auerſo animo tam nos quã Chriſti legẽ fuiſſet aſpernata. Percunctabatur prætereaQuabacundonus ex matronis quæ aderant, an Patrem ante diem illũ vidiſſent nunquam? an vultum eius in templo noſtro ſecundò cõſpicari expeterent? Cúmque velle ſe cum bona Maieſtatis ſuæ venia reſpondiſſent, petitam facultatem ipſis clementer indulſit, quam ipſæ ſingularis gratiæ loco reputârunt, quòd rariſſimè cuiquam ipſarum arcem egrediendi poteſtatem ſolet concedere. Addebat deinde demirari ſe, quòd Chriſtianæ matronæ gratias ſibi nõ egiſſent, de amoris beneuolẽtiæq; notis quibus nos fuerat cõ-
plexus.

plexus.Duas deniq; ex Chriſtianis mulieribus acerbiùs redarguebat,quòd cùm ciphum Patribus ipſe offerret, tempeſtiuè non accurriſſent.Poſtero item die cum diuerſarum Prouinciarũ Primatibus congreſſus,quum de nobis ſermo incidiſſet; Soyequus quidam Chianoyi Præfectus in Voſacana noſtra eccleſia iuuenem eſſe aiebat Vincentium nomine, præſtanti eruditione excitatique ingenij adoleſcentem, qui cũ Gienxianorũ ſectæ arcana addiſcere curioſiùs efflagitaret, vt ad eum finem Bonzi cuiuſdam opera in monaſterio quodam vti cœpiſſet, ſe conſultore factum eſſe affirmabat,vt ab illo propoſito reſiliret.Cumque interrogãti Quabacundono quam præſtiti officij cauſam afferret reſpondiſſet, eo conſilio id à ſe factum eſſe,quòd Chriſtiano homine indignũ iudicaret,ſi Gienxianorum ſecreta rimaretur,vt iis probè perceptis contra eos acriùs inſurgeret,peſſimè eũ ac iniquiſſimè feciſſe.palàm profeſſus eſt, Chriſtique legem Gienxianorum ſectæ præferendã eſſe verbis auctoritate ac maieſtate pleniſſimis conſtanter aſſeuerauit.Addam prætereà,quòd quodam ſanctæ(vt vulgò dicitur)hebdomadis die,antequam Gochinaiam P. Viceprouincialis acceſſiſſet, nihil tale nobis expectãtibus,nulloq; apparatu facto, Quabacundonus Nabunangæ filio & fratre aliiſq; diuerſorũ regnorũ Principibus ſtipatus Collegij noſtri ſepta intrauit,ac in tẽplum à P.Gregorio Ceſpede introductus iuxta altare quoddã cõſedit, & audiẽtibus omnibus de quadã Seruatoris noſtri imagine in altari erecta multa ſubtiliter & acutè interrogauit. Quibus cũ ſigillatim Pater reſpondiſſet,adductas ab eo rationes cõprobans ſubiunxit , probè nobis cõſtat optimi Patres Bõzo Voſacano vos eſſe meliores,idque vitæ veſtræ morumq; tum puritas tũ integritas qua illũ lõgè ſuperatis apertè teſtatur. Neq; etiã ignoramus, vos ab aliis quoq; vitiis,quibus Bõzus hic aliiq; Idolorũ Sacerdotes dediti ſunt,eſſe immunes; ex quo liquidò apparet, quanta eos vitę innocentia pręcedatis. Nihil ferè legis veſtræ pręceptis continetur,quod nobis nõ magnopere probetur,& niſi vnicus ille articulus quo vxorum pluralitas inhibetur ſcrupulum injiceret,omni impedimẽto reiecto illã è veſtigio amplecterer.Iuſſerat interea Pater aliquid lautioris cõdimẽti adferri, ꝙ cùm leuiter guſtaſſet, cęteros vt aliquid inde ſumerẽt inuitauit.Quãquã autẽ omnia iſta propenſiſsimi in nos animi ſigna paruo ęſtimanda ſunt,vti reuera quoties animũ à terrenis rebus abducimus,ac ad cæleſtium cõtẽplationẽ attollimus paruo ęſtimamus;quippe quibus pręter diuini fauoris ſtudium omnia ſordere ac vileſcere debeãt; tantum tamẽ à cuiuſlibet gradus ordiniſq; hominibus in Principum gratia momenti

omēti reponitur, vt experientia ab initio fuerimus edocti, nihil Iaponicę gētis cōuerſionė ſingulari Dei prudētia magis nobis ofuiſſe: Quod vel hinc maximè apparuit; Quoniā ex quo vulgò notuit Patres apud Quabacūdonum in honore & pretio habecœperunt pleriq; & tēpla noſtra frequentare crebriùs, & ſacris cionibus intereſſe frequentiùs, adeò vt nō rarò quater vno die ciones habeātur, neq; vnquā in populo tā frequēti verba fiunt, in Deo conatus noſtros dirigēte ad Chriſtianorum gregē noua nper fiat acceſſio, plurimis per baptiſmi Sacramētum in Chriſti lelium numerū adſcribi poſtulātibus. Quod vt cum maiori fidei cremento ſuccederet, tria à Quabacundono obtinere P. Viceouincialis obnixè laborabat, quæ vt impetraret plura iā tum ſaificia Patres obtulerat, frequētesq; ad Deum preces effuderant. imum erat, vt permiſſu eius per omnes Iaponici regni prouinas diuini verbi ſementē nemine reluctante Patribus facere licet. Alterum, vt Collegia noſtra ac tēpla ab vniuerſali quodā miliim recipiēdorum onere liberarētur, quo per totā Iaponiam Bōorum hoc eſt ſacerdotum gentilium monaſteria grauantur, quæ elli tēpore primùm à militibus occupātur. Tertium porrò erat, uòd cùm Iaponicę ditionis primates à ſubditis grauia quędā oera exigere paſsim cōſueuiſſent, ab huiuſmodi muneribus regia uthoritate redderemur immunes. cumq; varias iniuiſſemus raones, quibus quod ſequebamur faciliùs cōſequeremur; ob id ſcicet quòd paucos nouiſſemus, per quos tātā gratiā à Faxiba Quaacundono nos obtēturos ſperabamus: Tandē P. Viceprouinciali mentē ſubiit, nō poſſe maiore cum facilitate rē iſtā à quoquā onfici quàm à Regina; cui licèt Chriſti fidem necdum eſſet amlexa, ſed Idolorum cultui ita adhuc addicta, vt rebus Chriſtiaorum non vſque adeò faueret; firma tamē diuinæ gratiæ ſpe ſubixi vnanimi conſenſu negotium iſtud committendum eſſe iudiabant, eoque magis, quòd mira dexteritate duæ matronæ Chriſtum profeſſę Magdalena videlicet & Ioanna ad obtinendū quod nimo meditabamur viam ſtrauerant, factumque non ſinè numiis inſpiratione credimus, tanta ſolicitudine fidei ſuæ cōmiſſum negotium Reginam procurandam ſuſcepiſſe, vt rei benè gerendæ pportunitatem vltro inueſtigaret, occaſionemque Regis in tēore conueniendi ſtudioſiùs captaret, vtque ex voto noſtro omia ſuccederēt feliciùs, nocte quadā litterarum quas Regis ſigillo & ſubſcriptione muniri poſtulabamus exēplar ſecretò ſibi tranſnitti iuſſit, quas tanquā à ſe maturè excogitatas Regi per occaionē ſignādas offerret. Nos tanti momēti rē neutiquā negligen-
dam

dam rati quàm potuimus accuratiſsimè perſcriptas litteras ad Reginam ſecretò etiam deſtinauimus, quas illa Regi marito pro ſuis obtulit ita tempeſtiuè, vt cùm ſingula quæ pro nobis facere credebamus accuratiſsimè nos fuiſſe complexos exiſtimaremus; Rex diuino ſtimulante ſpiritu quæ nos omiſeramus ipſe ſuppleuerit. At circa articulum quo à nobilium Iaponicæ prouinciæ priuatis quibuſdam muneribus, quæ à ſubditis exigere pro ſuo quilibet iure ſolet, liberos ac immunes reddi ſuppliciter contendebamus; heroico ac Chriſtiano Principe digno elogio non citra omnium admirationem articulum iſtum ſuperuacaneum eſſe reſpondit, ob id ſcilicet, quòd in vniuerſo Iaponis regno neminem fore perſuaſum habebat, qui Patribus aliqua in re moleſtiam negotiumque faceſſere aut vellet aut auderet. Auditis tamē & (qua eſt ingenii perſpicacia) approbatis rationibus quæ ad id obtinēdum nos induxiſſent, quod petebamus liberaliter indulſit: & quod in litteris deſiderari videbatur ingenioſè ſuppleuit. Nam cùm in exemplari per Reginam oblato poteſtatem nobis fieri efflagitaremus, vt nemine reclamante in regnis ſuo imperio parētibus Dei Euangelium omnibus annūciare permitteretur; locum iſtum ſic correxit, ſe cùm Quabacundonus eſſet, æquali cum Duriano & authoritate & imperio, totius Iaponis Dominum eſſe, & propterea non (*In regnis eius,*) ſed eius loco (*In vniuerſa Iaponia*) ſubſtituēdum monebat. Alterum, quod cum ſtupore quodā omnes admirabantur, illud erat, Quòd bina litterarum apertarum (vulgus patentes appellat) exemplaria manu ſua ſignauerit, quod multo inferioris gradus Principes nunquam facere conſueuerunt, quo magis mirum Quabacundonum (quæ ſuprema imperii dignitas eſt) idipſum feciſſe, hoc potiſsimùm conſilio, vt vnc exemplari in Iaponia vteremur, alterum in Europam mittendum curaremus; quo omnibus etiam Chriſtiani imperii Principibus innoteſcat, quanto veræ pietatis zelo Catholicæ religionis incrementum ſtudeat promouere. Regina manu & ſigillo Regis ſignata litterarum teſtimonia ad templum noſtrum confeſtim deferenda curauit, qua ex rē quanta lætitia & Patrum noſtrorum & Chriſtianorum omnium animi (qui conſcriptis ſtatim litteris rumorem iſtum longè lateque diuulgârunt) fuerint perfuſi; nemo qui præſens non adfuiſſet, mente concipere, nedum verbis exprimere poſſet. aſſerentibus pleriſque tum Chriſtianis tum infidelibus, Regis indulgentiam fide omnium eſſe maiorem. Qui tam cùm diploma ipſum oculis intuerentur, ſublatis ad cælum manibus capiti id (de more) ſtupore & admiratione pleni imponebant.

P. autem

autem Viceprouincialis; P. Organtino aliiſque nonnullis comi-
antibus; gratias pro obtento priuilegio Regi acturus ad aulam
roperauit, quem maiori etiam familiaritate quam antea exce-
it, producto inter ipſos ad tres horas de variis rebus ſermone.
Cumque imminente cœnæ tempore domum ſe recipere cogita-
ēt, eos retinuit, cœnamque regali planè luxu inſtruxit, dumq; ac-
ubuiſſent, Regina duarum matronarum miniſteria fercula quæ-
ā ad P. Viceprouincialē (qui tamen vultum eius nunquam adhuc
onſpexerat) miſit, eumque nomine ſuo ſalutari iuſſit, non mini-
nām ſe voluptatem ſenſiſſe aſſerens, quòd primæ ipſius petitioni
umulatè ſatisfeciſſet, paratam ſe in omnibus, quę deinceps ab ea
oſtulaturus erat, offerens. Peracta iam tandem Voſaçana viſita-
ione Meacum contendit, vbi à Chriſtianis qui diebus aliquot i-
ſius aduentum expectârant; & extra vrbis mœnia obuiam pro-
eſſerant, honorificè fuit exceptus; ac primū omnibus rebus poſt-
abitis loci Proregem, deinde Quabacundoni nepotem, cui cum
eptuaginta milium virorum præſidio nouæ arcis Palatiorumque
uæ (vt diximus) paſſim extruebantur cura demandata erat, ſalu-
aturus acceſſit. cui cùm humanitatis officia omnia exhibuiſſet,
pinione citiùs diſcedenti edulia quædam lautiora eo ferè mo-
nento ſibi è variis regni finibus aduecta obtulit. Inſtabant qui-
em apud P. Viceprouincialem Chriſtiani, vt ad menſes aliquot
ua eos præſentia perfrui pateretur; ſed quia vrgentiſſima ipſum
egotia aliò vocabant; viginti quatuor dierum moram petenti-
us ægre indulſit. quibus peractis Voſacam denuo reuerſus ante-
uam Bungum verſus iter conuerteret, die quodam feſto ſolem-
e ſacrum celebrandum curauit. ad quod Chriſtiani Meaco, Sa-
aia, Vomo, multiſque aliis remotioribus ex locis magna frequē-
a gregatim accurrerunt, ac frequenti peccatorum expiatione,
orporiſque & ſanguinis Chriſti communione, ſeptingenti &
mpliùs diſtincti ſexus & conditionis homines diem iſtum con-
elebrarunt. Quo tempore Auguſtinus Yaquiadonus ſub Quaba-
undono maris Præfectus; ac Fachirandoni Bigenſis Regis qua-
uordecim annorum pueri, triumque regnorum Domini, & Qua-
acundoni adoptiui filii ſubditus tanto ſtudio adlaborauerit, vt
egnorum iſtorum Primates ſacrę concioni intereſſent, vtque tri-
neſtris ſpatio, quo illic Viceprouincialis egit, plurimi ad ſacras
ōciones cōfluerent, ac in fide Chriſtiana fideliter edocti, per ba-
tiſmalis ablutionis Sacramentum fidelium commercio aggre-
arentur. Inter quos duo fuerūt præcipui regni adminiſtratores,
ui poſtquā Chriſtianæ inſtitutionis principia percepiſſent, tantā

ex ea delectationem conceperunt, vt oblata occaſione ac opportunitate Chriſti fideliũ cœtui & ipſi adiungi concupiſcerẽt: diſſimulanter tamen, quòd Regis matrem Chriſtianorum religioni infenſam & cultui Idolorum addictam nouiſſent. Hoc tamen apud Fachirandonum Regem effecerunt, vt priuilegiorum viſis litteris à Quabacundono impetratis, alias eiuſdem tenoris litteras P. Viceprouinciali traderet, quibus Quabacundoni exemplo eandem in regno ſuo diuini verbi diuulgandi authoritatem ſe Patribus facere teſtaretur, ac diuinæ legis cultoribus in vrbe Vocaina, totius regni Bigenſis principe ciuitate, Eccleſias ac Collegia Patribus extruere permitteret, ſeque Chriſtianorum rebus non defuturum non obſcurè ſignificaret. Quam certè occaſionem, cùm Patrum eò ablegandorum dabitur opportunitas, non negligemus. Tum autem nihil maiori ſtudio expetendum nobis putabamus, quàm vt in Regnum Manguccinorum acceſſus panderetur: in quo felicis memoriæ P. ac Magiſter Franciſcus & Coſmus Torres Euangelicæ veritatis fundamenta olim iecerant, cùm primùm in Iaponiam eſſent ingreſſi. Ob id ſcilicet quòd, malo Chriſtianitatis fato, à Prouinciæ Regibus Principibuſque conatus noſtri ſemper fuiſſent infracti; adeò vt triginta & ampliùs annorum intermedio ſpacio, raro quidem & niſi in tranſitu, iſtius tractu Chriſtiani à P. Franciſco Cabrallio in Meacum proficiſcente viſitarentur. Deſiderium autem noſtrum regnorum (quæ nouem erant numero) amplitudo augebat, ex quibus ampliſſimos Catholicæ fidei fructus ſperabamus. Cui rei inſignem occaſionẽ hoc anno præbuit Conderas Cambixoius, Chriſti fidem ante triennium profeſſus, ac Quacabundoni in vrbe Voſaca nobilis ac illuſtri cliens, cuius ſingulari prudentia in ſeriis, quæ cum Rege Amanguccinorum habebat, negotiis vtebatur; qui cùm P. Viceprouincialem viſendi cauſa ſubinde accederet, & non ſimulato cordis affectu omnem in propaganda religione cæteriſque rebus, quæ ad Dei cultum pertinebant, operam offerret; ſe breui cum Legati titulo ad Amanguccinorum Regem à Quabacundono ablegandum ſubindicauit: vnde arrepta occaſione eum P. Viceprouincialis obnixè rogauit, vt à Rege Amanguccinorum gratiam veniamque impetraret, vt inter regni ſui Chriſtianos noſtræ Societatis Patribus habitationem permitteret. quam prouinciam extremam diligentiam pollicitus libens in ſe recepit; tandemque profecto Deo Regis animum inclinante, litteras ad P. Viceprouincialem quibus libera in Amanguccinorum prouincia habitatio Patribus concedebatur, impetrauit. Sed antequam vlteriùs in hoc argumen

mento progrediar, res quædam memoratu digna exponenda occurrit, quæ in Acaxo, cuius prouinciæ adminiſtratio Iuſto Vcondono iam nuper obtigerat, accidit. Cùm enim Chriſtianus hic Princeps ſuſceptæ adminiſtrationis munus exequi primùm incepiſſet, non parua in ipſo principio oborta fuit difficultas in extirpandis citra ſeditionis periculum idolorum (quæ in iſta regione plurima erant) ſimulachris, cui difficultati diuina prouidentia hoc quo ſequitur modo occurrit: Cùm namque omnes Idolorum Sacerdotes hac de cauſa conueniſſent, vt communicatis inter ſe ſententiis quid circa hanc rem facto opus eſſet ſagaci conſilio diſpicerent, in hoc omnes conſenſerunt, Principem ſuum, cuius imperio ſubiecti erant, contempto Deorum ſuorum cultu Chriſtianæ legis inſtitutum ſectari, eiuſque ampliandæ miro ſtudio teneri, ſicuti recenti Tacaxuchiorum exemplo erant edocti, cuius ditionis nobiles omnes ſublatis de medio idolorum (quos Camis & Fotoquis vocant) ſtatuis, ad veri Dei notitiam perduxerat. ex quo pro explorato habebant, quòd idipſum in Acaxo non obſtãtibus feruẽtiſsimis Sacerdotum precibus moliretur. Et quoniam pari induſtria proſperis Chriſtianorum ſucceſſibus Darius quoque Iuſti pater fauebat; vnicum hoc extremumque remedium tẽtandum eſſe ſtatuerunt, vt omnibus idolorum ſculptilibus ſimulachris collectis, nauique impoſitis, ſupplices ſe coram Quabacundoni matre ac Regina vxore idolorum cultui plurimum adhuc tribuentibus ſiſterent; ſperantes fore vt ſi ipſæ vel apud Quabacundonum vel Vcondonum intercedere fuiſſent dignatæ, res omnis ſibi ex animi ſententia ſuccederet. Approbato itaque ab omnibus conſilio, Sacerdotes vehentes ſecum exules Deos Voſacam verſus curſum direxerunt, ac mox facto libello ſupplice Quabacundoni matrem ac Reginam vxorem adierunt; quæ propter Regis abſentiam moram eos aliquam facere, ac de proſpero negotij ſucceſſu bene ſperare iuſſerunt; effecturas ſe pollicentes, vt cùm a Regni Micaniæ expeditione victor reuerteretur, voti compotes facti recederent. Quo tandem reuerſo, cùm Bonzorum aduentus cauſam ſtudioſè mater ac Regina expoſuiſſent; Rex, qui nullam omnino fiduciam nullamque in vaniſsimis Diis ſpem reponendam eſſe vel naturalis iudicij lumine illuſtratus ſemper exiſtimârat, vultu ſubirato reſpondit: Equidem Acaxenſis prouinciæ adminiſtrationem Iuſto Vcondono commiſi, ad cuius functionem pertinet hac de re pro arbitratu ſuo, nullo mihi in eius imperio iure reſeruato, ſtatuere. Bunzi autẽ qui huc vaniſſimos Deos, aduexerunt, eoſdẽ, ſi videbitur, vel humeris ſuis oneri

ſubiectis efferant, Teunuſium arida ligna deferant, ac à noſtra ſe quàm citiſſimè præſentia ſubducant. Iuſtus verò Vcondonus hac audita repulſa, ingenti lætitia exultans, omnipotenti Deo gratias quàm potuit humillimè egit. Priuſquam P. Viceprouincialis Sacaia abcederet, Auguſtinus Yacurandonus iteratis ſubinde precibus ab eo contenderat, vt ad Inſulam quandam, Quabacundoni liberalitate pro iuſto ſeruitij exhibiti præmio, in Bigenſi regno obtentam Patres quoſdam mittendos curaret, nihil ſibi magis in votis eſſe affirmans, quàm cùm duabus extructis munitiſſimis arcibus Dominium Imperiumque ſtabiliuiſſet, omnes inſulani, extructis paſſim templis ſanctæque crucis trophæis erectis, ad ſanioris fidei lucem pulſis infidelitatis tenebris ſe conuerterent; expeditam illam eſſe viam ſubindicans, vt in Bigenſe regnum Chriſti Euangelium aliquando transferretur. P. Viceprouincialis piis Catholici Principis votis annuendum ratus, P. Gregorium Ceſpedem cum fratre Ioanne Iaponenſi eò ablegauit. Qui cùm primùm ad veritatem Euangelicam audiendam Inſulanos inuitarent, centum & eo ampliùs in prima concione auditores habuerunt, quorum media pars, cùm quæ à Patribus dicerentur mediocriter caperet, cæcitatem in qua ad illum vſque diem vixerat execrari cœpit; ſubornatis nonnullis qui omnium nomine Bonzos adirent, & quæ à Patribus audierant ordine narrarent, quæ ſi vera eſſent, nihil idolorum cultu vanius eſſe palàm teſtarentur, orantes vt ſi quid pro ſectæ ſuæ defenſione in promptu haberent, idipſum in medium proferrent. Ipſi autem obmuteſcentes nihil omnino reſponderunt, ſed craſſam ignorationem profeſſi ſe imperata facturos, Chriſtianamque doctrinam audituros, & ſi ſana videretur, depulſo gentilitatis errore Chriſti fidem amplexuros promittentes. neque id ſimulanter dicebant, nam eodem ferè tẽpore quinquaginta ex iis per Baptiſmi Sacramentum admiſſi, Chriſti fidelium numerum auxerunt. Cumque in catechiſtica inſtitutione Patres conſtanter perſeuerârent, melioris ſpiritus ſuggeſtione factum eſt, vt ante primi menſis lapſum mille & quadringenti in ſacro Baptiſmatis fonte mergerentur. quibus ingentem crucem ſeptem vlnarum longitudine Pater erexit, centum Neochriſtianis locum vbi erigenda erat feruenti in Chriſtum religione præparantibus. Adhibuerunt præterea tantam in ſubuertendis Idolorum ſtatuis diligentiam, vt in vniuerſa Inſula nullum, quod in minuta fruſta non diſſecaretur, remanſerit. Quo facto pulcherrimum Eccleſiæ fabricandæ locum delegerunt, qui aureorum cytreorumque malorum & id genus aliis arbuſculis vndique ſeptus

erat.

erat. Cùm autem in quodam inſulæ pago nonnulli Euangelicæ veritati aures occluderent, diuinæque legi pertinaciùs reluctarẽtur, diuina vindicta accidit, vt quidam ex iis ſpiritu maligno torqueri furiiſque agi periculosè cœperit, quo viſo cæteri rei nouitate perterriti feſtinantes, ac Baptiſmum pia deuotione expetẽtes, ad Patres accurrerunt. quæ res multorum in fide ſeruanda conſtãtiam non mediocriter adauxit.

Cùm P. Viceprouincialis in inſulam quandam cogitaret, à Noximandono totius Iaponiæ pirata famoſiſſimo occupatam, qui in quodam munitiſſimo loco non paruum habebat bellicarum nauium numerum, quibus maris illius ſinus omnes ita infeſtabat, vt omnes ferè, qui littoralem plurimarum prouinciarũ oram accolunt, potentiæ ſuæ metu tributum, quo ab incurſionibus ſuorum liberentur, in ſingulos annos illi pendere cogantur: tantum Deo auſpice apud Piratam effecit, vt liberam quocunque vellet nauigandi facultatem (ſaluum conductum vulgus appellat) & ſibi & Patribus impetrauerit. Miſſum enim ab eo cum muneribus eius rei obtinendæ cauſa fratrem ſacris nec dum initiatum, tanta beneuolentiæ ſignificatione Noximandonus excepit, vt tandem cum ſerico vexillo maiorum ſuorum inſignibus ornato, quo noſtros infeſtare volentibus oſtenſo, ab omni hoſtili impetu liberarentur, fratrem humaniter remiſerit.

Idem P. Viceprouincialis cùm ad regnum Yxo appulſus eſſet, dictu mirum quam Regi Cobaicauandono gratus aduentus eius extiterit. A quo cùm commendatitias ad quendam cognationis ipſi iure deuinctum plurimorumque regnorum Dynaſten ſtudioſiùs petiuiſſet; quibus Patribus noſtris in Amanguccinorum finibus habitationem liberamque propagandi Euangelij templaque erigendi poteſtatem impetraret; vtque Rex ipſe quod Patris nomine à cognato petiturus erat in ſuo quoque regno fieri indulgenter permitteret; Dei ſingulari beneficio factum eſt, vt voti ſui compos effectus recederet. At quoniam leuem aliquam diuinæ legis mentionem apud ipſum fecerat, pridie quàm nauem abiturus conſcenderet, Scribam ſuum ad fratrem Damianum Iaponenſem de nocte Rex miſit, vt dubia quædam circa Chriſti legem & Guenxianorum ſectam quam ipſe ſequebatur ſoluenda proponeret; ſatis apertè declarans quanta auiditate Chriſtianam veritatem cognoſcere geſtiret, de qua nihil adhuc præterquam quòd ex Patre Viceprouinciali obiter didicerat ſe audiuiſſe fatebatur: Et quia ex eo tempore longè aliam ac priùs de Chriſti religione opinionem

imbiberat, veram ac genuinam eius cognitionem ardentibus votis expetebat.

P. Viceprouincialis Yxo relicta, tertio poſtquam receſſerat die in Bungum deuectus, ex ingenti tum Patrum noſtrorũ, tum reliquorum Chriſtianorum exultatione ac conſolatione, maximam voluptatem perſenſit. De Bungenſis autem regni ſucceſſibus nihil certi habemus, cuius Reuerentiam veſtram certiorem faciamus, ſed aliorum ſermone ac litteris quid illic agatur propediem doceberis. Hoc tantùm ad noſtras aures peruenit, Regem recenter inauguratum plurimas eaſque munitiſſimas arces amiſiſſe, ſæpeque cum inimicis congreſſum aduerſo Marte conflixiſſe, ac tandem Quabacundoni Tenzæ Domini patrocinio ſe ſuaque omnia commiſiſſe; ipſumque Quabacundonum auxiliares illi copias cõtra Saxumanos hoſtes promiſiſſe, eiuſque nomine bellum ipſis denunciaſſe, ac donec exercitus terra marique inſtrueretur, præſidiarium militem ad Tacchibanam arcem quâ in Bungum aditus patet miſſum eſſe, ac circa eam triginta hominum millia in armis iam tum excubare. Eoſque tamen, quòd propter nimiam vaſtitatem arx cuſtoditu difficilis eſſet, in quam ex omni parte hoſtes impetu facto poſſint irrumpere, extra metum periculumque non eſſe: præſertim quòd rem haberent cum hoſte rei militaris non minùs perito, quàm audace ac intrepido: Saxumanos verò, qui arcem obſidio premere moliebantur, viginti millium peditum numerum explere.

Regis mater ſatis benigno in Chriſtianos animo eſſe videtur, adeò vt extra ſpem non ſimus omnino, vt ad Chriſtianæ fidei veritatem aliquando pertrahatur, in quo tamen tanto nobis maiori conatu erit adlaborandum, quanto ipſa cultui Fachimanni bellorum Præſidis Dei, qui per vniuerſam Bũgum ſumma veneratione colitur, ac ad quem ipſa paternum genus refert, eſt addictior. Hanc cùm, captata tẽporis opportunitate, regia ſtirpe ortæ puellæ Maxentia cum ſorore Reginæ filiæ impenſiùs rogarent, vt P. Viceprouincialis præſentiã non aſpernaretur, ſe exorari paſſa eſt, ac Patrem, cui hoc diuinitus conceſſum videtur, vt miro artificio mortalium corda flectere & quo velit inducere norit, maximo cũ honore ac beneuolentia in regalem aulam admiſit, & miſſis poſtea muneribus pium in illum animi affectum ſæpius teſtata fuit. Adeò potenter humanæ induſtriæ defectum Dei bonitas ſupplet. In Reginæ aula, inferioris conditionis miniſtris exceptis, ſexaginta circiter heroides Chriſtianæ erant, quarum maior pars Regiæ proli Maxentiæ famulabatur. Ipſa porrò Regina odio tã inue-

terat(

rato Chriſtianæ legis ſectatores proſequi ſolet, vt ſi quando
uædam ex miniſtris illi occurriſſet ad Deiparæ Virginis hono-
m roſarium (vt vulgata voce liberiùs vtar) manu tenens, id ipſi
manibus tolleret, ac regalis oblita dignitatis in ignẽ indigna-
unda projiceret: Nunc autem mutato in melius cõſilio; & roſa-
o liberiùs vti, & piarum precum penſum virgini matri perſolue-
omnibus permittit, quas vt ex Chriſtianæ legis pręſcripto feſtis
ebus ſacro Miſſæ officio interſint vltro ſæpe cohortatur.

Cicamorus Franciſci Regis, cui Pantaleoni nomen eſt, filius, à
icacata Meoquec temporali domino adoptatus, ſuperiori anno
fide ſuſcepta nonnihil vacillare viſus, nunc ſuperata tẽtatione
ea ad omnium admirationem conſtãter progreditur, ad quam
æcipuos quoſq; Dominii ſui proceres inuitat, quos vt magis
xẽplo ſuo pelliciat, peccata cum largo lachrymarũ imbre ſæpe
onfitetur, ac nuper etiam vtroq; poplite flexo cereum accenſum
anu tenens rem diuinam reuerenter audiuit.

Bello contra Saxumanos, cũ plurimi Principes, inter quos A-
ianguccinorum Prorex etiam erat, conueniſſent: P. Viceprouin-
ialis oblatam occaſionem neutiquam contemnendam ratus, cũ
roregem ſalutandi cauſa adiiſſet; litteras obtinuit, quibus Amã-
uccini regni Gubernatorib⁹ imperabat, vt P. Chriſtophorũ Mo-
ieram, qui ad eos Viceprouincialis mandato ſuóq; permiſſu mit-
ebatur, patrocinio ſuo ac ſtudio, quibuſcunque rebus poſſent,
uarent. Atque ita factum eſt vt Chriſtiani Amanguccinæ ciui-
itis depoſito metu Patri obuiam profecti, eum feſtiuis acclama-
onibus in vrbem adduxerint: in qua cum maximo fidei noſtræ
ncremento hodie etiam commoratur.

Erat autem Amangucci Chriſtianus quidam tenuioris fortu-
æ quidem vir, ſed ætate maturiore & ingenii dexteritate vene-
andus. Is cùm fortè faſce lignorum onuſtus è ſilua rediret, paga-
os Deo cuidam ſuo ſacrificantes offendit, quorum cæcitatẽ prò-
iùs accedens cũ acriter coarguiſſet, non futilibus rationibus oſ-
endit maximè inſipientiæ argumẽtum eſſe, veri Dei cæli & ter-
æ conditoris cultu relicto, ſculptilibus diuinos honores exhibe-
e, à quibus ſalus nulla erat cuiquam expectanda, quod ſi ſublata
rroris nebula clariùs intelligere vellent; ſe pro ingenii modulo,
nelioris concionatoris negata præſentia, quod ſpiritus melior
uggereret docturum promittebat. Placuit gentilibus ſenis gran-
æui oratio, & auribus ad audiendũ paratis viri numero penè du-
enti circumſteterunt, tantaque attentione quæ proferebat ex-
eperunt, vt eum, donec pleniùs quæ ad Chriſti fidem pertinerẽte

percepiſſent, à ſe diſcedere non paterentur, quorum precibus annuendum ratus, donec luſtrali vnda omnes expiati eſſent cum iis permanſit. Cumque eundem paucorum dierum interpoſita mora reuocaſſent, ſciſcitaturi quid pagi Domino, qui capitis indicta pœna ſuſceptam recenter fidem abiurare eos iubebat, reſponderent: Senex vultu ad lenitatem compoſito, Ignoro equidem (inquit) an pro Chriſti fidei profeſſione vitam profundere mereamini; Quare ſi videbitur hoc modo Domini veſtri mandato occurrite, Vos tametſi Chriſtum profeſſi ſitis, ab eius cuius dominio ſubditi eſtis mandato ne latum vnguem receſſuros, in iis potiſsimùm quæ ad politicen & ciuilem vitæ rationem non aûtem quæ ad animæ ſalutem propriè pertinent, in quam nihil ille iuris nihil imperii habet. Quamobrem cùm nobis docentibus quis verus Deus mundi creator humanique generis redemptor exiſtat probè perceperitis; illum ſolum colite, ac etiam cum præſentis vitæ periculo adorate. Placuit conſilium; neque tamen aſperius quicquam in eos Tyrannus ſtatuit.

Anno reparatæ ſalutis 1586. terra tam terribili concuſſione tremuit, vt poſt hominum memoriam tali motu Iaponia non fuerit vnquam concuſſa. A Sacaiæ enim prouincia ad Meacum vſque quadraginta dierum continuo motu terra contremuit. In ipſa autem vrbe Sacaia ſexaginta ædes collapſæ ſunt. Nagafamæ, quod eſt in regno Vomi mille ædium numero celebre municipium, terra hiatu facto mediam ædium partem abſorbuit, reliquas voraci flamma incendium vaſtauit. In Meaco ingens idolorum templum & domus prætereà aliquot conciderunt. In ditione Vocaza locus erat a mercatoribus multum frequentatus, (Nagafamam etiam incolæ vocant) qui cùm diebus aliquot horrẽdo tremore fuiſſet cõcuſſus, à mari vicino fuit abſumptus, cùm enim ſolito magis intumuiſſet, ingens fluctus domos percutiens proſtrauit, & quicquid attigiſſet recedens abſtulit, ac in profundum ſubmerſis habitatoribus pertraxit; ſola arcis ſuperficie ſpuma maris operta relicta. In regno Mino arx erat munitiſſima in montis cacumine poſita, quæ cùm grauiore motu diu multumque fuiſſet concuſſa, tandem aperta terra ab hominum conſpectu ita euanuit; vt eius nullum deinceps veſtigium (lacu arcis fundamenti locum occupante) apparuerit. Simile quid in prouincia Ixeia accidit, & vt ſemel dicam, tam horrendi paſſim hiatus apparuerunt, vt pila ferrea ſclopeto miſſa ad alteram voraginis extremitatem non pertingeret, ex quibus tantus fœtor aſcendebat, vt

iter

er illac facere viatores non poſſent. Sub initium horum motuū Quabacundonus Sacomoti in arce Achecina agebat, ſed terrore erculſus per diſpoſitos equos Voſacam maioris ſecuritatis cauſa euerſus fuit, cuius palatia, etſi violentoq́ impetu concuterentur, on tamen corruerunt. Hæc ſunt quæ circa P. Viceprouincialis auigationem narratu digna occurrerunt. De iis quæ in Xiio, Bungo, & Meaco geruntur, annuis PP. noſtrorum litteris rolixè docebitur R. V. cuius piis precibus ac ſacrificiis Deo nos igitur commendari expetimus. Ex regno Nagoti, ac portu Xionechii. Idib. Octob. 1586.

## LEXANDER VALIGNANVS PRÆPOSITVS PROVINCIALIS INDIÆ R. P. CLAVDIO Aquauiua Præpoſito Generali Societatis IESV.

DIuturnam afflictionem omnium noſtrûm reſpicere, ac ſpirituali conſolatione tandem lenire D. Deo noſtro viſum fuit. Cùm enim partim propter moram Procerum aponenſium omnium opinione maiorem, qui poſt tredecim mēum nauigationem nullum adhuc in Iaponiā portum attigerāt: artim propter ſuperioris anni naufragium, quo nauis S. Iacobi omine celebrata, cum tam frequenti Patrum noſtrorum numeo, à voracibus maris fluctibꝰ abſorpta fuit, in graui luctu ac mœore perſtitiſſemus: in tantorum malorum ſolatium, hoc anno ui nunc agitur ſeptendecim noſtrorum tum Patrum tum Fraum ac Iaponenſium Procerum auſpicato reditu exhilarati fuiius, quos propter plurima ac præſentiſſima pericula, in quæ inter nauigandum inciderunt, Dei benignitate ac ſingulari prouientia fuiſſe ſeruatos meritò confiteri debemus. Nam antequam d Moſambicum portum, vbi tempeſtatum metu hybernare coati fuere, acceſſiſſent; inter cætera pericula illud maximum videri oteſt, quòd cùm nauis qua vehebantur quinque tantùm cubiis a vado abeſſet, ac ob id eiectis anchoris ſubſiſteret; tanto venorum impetu iactata fuerit, vt anchorarum funes vno excepto, nius beneficio à ſubmerſionis periculo fuerunt liberati, omnes umperentur. Cùm autem Moſambico relicto huc curſum dixiſſent; inter plurima ventorum tempeſtatumq́ue incommoda llud præcipuum fuit, quòd cùm plenis velis ac ſecundo curſu riremis ferretur, ſubita exorta tempeſtate ita repentè ventus mpetuoſior eā in latus impulit, vt vela vnà cum antennis maris

vndis contegerentur, triremi fluctibus media plus parte operta, ac niſi ſumma celeritate rudentes omnes fuiſſent præciſi, procul dubio maris vorticibus præ velorum ac antennarum pondere fuiſſet abſumpta. Ex quo periculo cùm diuinæ protectionis præſidio erepti eſſent, quarto Calend. Iunii ſani ac incolumes & ipſi Proceres, & quotquot vnà vehebantur, optato diu Goæ portu potiti ſunt, duobus tantùm Patribus Annibale Amatio & Egidio Lopes morte naturali ſuperueniente deſideratis. Quantæ verò lætitiæ occaſionem Procerum aduentus tum ipſi Proregi Goæ, tum ciuibus omnibus ac noſtris etiam attulerit, verbis ac oratione exprimere nullo pacto poſſem. Mihi certè eorum reditus præcipuã gaudii anſam præbuit, quo authore & impulſore nauigationem tam difficilem Regibus Iaponiæ permittentibus matribuſque Principum conſentientibus ſuſceperant, data parentibus ipſorum fide, firma ſpe quam in Deo poſueram ſubnixa, fore vt ſalui omnes ex tam longa peregrinatione reuerterentur, quo magis animo angebar, quòd integri anni lapſu nihil de eorũ reditu nuntiatum fuiſſet, quare meritò omnipotenti Deo gratiæ mihi reddendæ ſunt, quòd eos tandem reduces nobis reſtituerit. Prorex lætitiã ex felici ipſorũ reditu conceptã pluri-mis amoris beneuolentiæque argumẽtis oſtendit, nam duorum millium aureorum ſummam à Moſambici portus Præfecto mutuò acceptam redimi iuſſit, ac ſingulis ex Arabia adductum equũ donauit, ducentos præterea aureos in ſingulos menſes in ſumptuum ſubſidium aſſignauit. Omnes vrbis potentiores nobilioreſque ciues ad eos ſalutãdi cauſa gregatim confluxerunt, ac omnium de ſe conceptæ expectationi tam cumulatè ſatisfecerunt, vt diuino impulſu legationem iſtam fuiſſe ſuſceptã liquidò appareret. Sũmi Pontificis in cõmiſſas paſtorali curæ ſuæ oues ſolicitam caritatem, Principumque Chriſtianorum magnanimitatem nũquam prædicare deſinunt, propenſum in omnia ea quæ ad Chriſtianam fidem ſpectant affectum vbique produnt, ac in omni virtutum genere & feruenti deſiderio, vt eorum opera ac exemplo Iaponia Euangelicam veritatem arripiat, adeò confirmati ſunt, vt ingenuè fatear, maiorem me, quàm oratione prodere poſſem ex eorum præſentia conſolationem cepiſſe. Neque vlla ratione addubitandum exiſtimo, quin talem per vniuerſam Iaponiam admirationẽ ipſorum reditus erit excitaturus, qualem olim in Europa eorundem aduentus peperit. Laus, honor, & gloria D. Deo noſtro, qui ſingulari prouidẽtia ad maiorẽ nominis ſui gloriã legationem tam arduam ad optatum finẽ perduxit. Sequẽtis anni 8
Apri

ſrilem in Japoniam nauigaturi auidè exſpectamus. Quod vt
ajori commoditate ac minori cum periculo ſuccedat; oppor-
nè admodum de commodiſsimo itineris duce, cui Aires Gon-
lues de miranda nomen eſt, quique iam tertiò in Iaponiam cum
ilitari imperio proficiſcitur, ac noſtris rebus intimè fauet, di-
na nobis clementia proſpexit. Is nauem habet armis viriſque
m egregiè inſtructam, vt talem in tota India nō facilè inuenias.
ui vt procliuem in Principes animum proderet euidentiùs, cu-
cula omnia cæteraque, quæ in naui militaris ducis vſibus ſer-
re ſolent, regio ſtemmate natis adoleſcentibus vltro conceſſit;
obis quoque, qui quindecim numero vnà profecturi ſumus, loco
tis commodo relicto. Eſſet quidem in tam amplo regno longè
aiori opus Patrum multitudine, non tamen hoc anno plures
ò hæc prouincia ablegare poteſt, firmamque ſpem animo con-
epimus, ſi Reuerentiæ veſtræ cæterorumque tum Patrum tum
atrum qui in Europa ac India ſunt piis precibus ac ſacrificiis
ſſiduis iuuemur, nos Deo conatus noſtros ſecundante, in Iapo-
iam ſaluos ac incolumes peruenturos.

Quod ad nouarum in Iaponia rerum ſucceſſus attinet; Anno
roximè elapſo 1586 nunciatū nobis fuit, etſi propter frequentes
ellorum motus, quibus Nobunanga è viuis ſublato omnes fe-
è prouinciæ ita concuſſæ fuerunt, vt eo quo ſperaueramus
rruore in gentilium conuerſionem non licuerit incumbere;
ræſertim in regno Ximi, vbi graues perpeſſi calamitates ſumus
Rege Saxumanorum Chriſtianæ fidei noſtrorumque Patrum
oſte infenſiſſimo, qui duro ſeruitutis iugo Chriſtianos penè
mnes hoc anno opprimere conatus fuit: Nihil tamen furore
ius obſtante in pio dilatandæ fidei inſtituto multum vbique
oſtros profeciſſe. Faxiba enim Cicugendonus, qui (vt ſupe-
ioris anni litteris accepimus) Nobunangæ in regno ſucceſſe-
at, cùm omnia ferè Iaponiæ regna, nouem Ximi prouinciis ex-
eptis, imperio ſuo adieceſſet; Quabacundoni titulum (quæ ſu-
rema poſt Dairum dignitas eſt) adeptus fuit, propenſiſſimo eſt
ùm in Chriſtianos omnes, tum maximè in Patres noſtros ani-
no; quem, cùm P. Viceprouincialis ſalutandi cauſa eum acceſ-
ſſet, miris ac penè incredibilibus beneuolentiæ ſignis declara-
it. In Meaco quatuor aut quinque ex potentiſſimis regni Prin-
ipibus, ſpreta idolorum vanitate, Chriſtianæ veritatis luce fue-
unt illuſtrati. In Dominio Iuſti Vcondoni, quamquam pro-
ter Principum mutationem quæ Quabacundoni mandato in
iginti prouinciis facta fuerat, turbæ aliquæ exortæ erant: ipſe
tamen

tamen Vcondonus Principis ſui liberalitate latiores dominii fines quàm antea habebat obtinuit. Alius item non minimæ authoritatis Chriſtianus maris ſub Quabacundono generalis Præfectus ad ampliſſimos honorum gradus fuit euectus; cuius pater qui iampridem Chriſtianorum albo fuerat aſſcriptus eiuſdem Regis munificentia Zacaiæ reipublicæ gubernaculis præfectus fuit, quod magni beneficii loco tractus iſtius Chriſtiani reputant. Litteris namque cuiuſdam Patris certiores facti ſumus, vnius menſis lapſu, in oppidis Auguſtini Imperio parentibus, anno ſupra milleſimum quingenteſimum octuageſimo ſexto, mille quadringentos Gentiles Chriſto per baptiſmum abnegata gẽtilitate adhæſiſſe. Ex Bungo P. Petri Gomes litteris edocti etiam fuimus, biennii ſpatio quindecim millium hominum numerum ſacro regenerationis lauacro abſterſa gentilitatis labe Chriſtianæ fidei puritatem fuiſſe ſecutos. Ex regione Ximi ſupremi Rectoris ſcriptis commonefacti ſumus, in vrbibus, quas Arimæ Rex recuperauerat, tertiam ferè incolarum partem (numerum enim præciſè non exprimit) Chriſti legem ore & corde iam confiteri, cæteroſque & præterea triginta millia in Bungi regno ad Euangelicam veritatem præuio Baptiſmi Sacramento aſpirare. Et in quo plurimum momenti reponendum putabat, iam tum viginti militum millia, Quabacundoni mandato in ſubſidium noui Regis Bungi, in Ximi fines contra Saxumanorum regem irrupiſſe. Quæ res Chriſtianorum ſpem non mediocriter auxit, ambitionem ac ſuperbiſſimi Regis faſtum hoc modo frangi, ac regna quæ nullo iure occupauerat poſſe recuperari, & ſuis etiam, ſi in pertinacia perſiſteret, cum maximo Chriſtianiſmi incremento ſpoliari. Quare à Paternitate tua ac reliquis Europæ totius Patribus flagrantibus precibus contendimus, vt quãto deuoti animi feruore fieri poſsit, difficilem hanc in Iaponiam legationem omnipotenti Deo commendetis. quo cùm nos quindecim qui cum Principibus Iaponenſibus proximo Aprili profecturi ſumus bonis auſpiciis peruenerimus; centum ac quinquaginta Patrum numerum explebimus, qui per viginti duorum Collegia tum habitationes ſunt diſtributi, quibus ducentarum ferè Eccleſiarum onus incumbit, cum cura pœnè ducentorum millium Chriſtianorum, qui reiectis gentilitatis tenebris in veritatis Euangelicæ luce immortali Deo ſeruiunt, quos vt in fide Patres confirment, ad eamque cæteros ad majorem DEI gloriam conuertant: partim per diuerſorum regnorum fines vagantur ac diſcurrunt, partim in Collegiis commorantur, par-

tim

ı etiam in oppidis prouinciiſq; , vbi templa adhuc nulla erecta
ıntur,vt nouas oues ad Chriſtianę fidei ouile alliciant,ſtrenuè
orant. Addo quòd in tribus Seminariis, Arimę, Firandi, & Mā-
ˆachii, trecenti nobilibus orti parentibus ac excitatiſſimi inge-
adoleſcentes ſtudiis gnauiter incumbant, ex quorum recta in-
ıtione breui ( vt ſperamus ) Eccleſia Dei fructum non pœni-
ıdum, noſtra autem Societas ſubſidium, quo in tantis dif-
ıltatibus vel maximè opus eſt, experietur. Goæ, 14. Kal. Ia-
arii, 1587.

# XCERPTA QVÆDAM EX PETRI MARTINEZ PROVINCIALIS INDIÆ ORIENTALIS LITTERIS AD R.P. Claudium Aquauiua Præpoſitum Generalem Societatis IESV, Anno Domini, 1590.

BONA & noua nuncia ab Iapone accepimus de incremento fidei Chriſtianæ. Nam in mediis turbis, vexationibus, Chriſtianorum exiliis, deprędationibus, incendiis, & euerſionibus Eccleſiarum, quæ tyrannis & furor Quabacondono excitauit in Patres Societatis, adjecta vitæ pœna, proſcriptione,
ıltis modis Diuina bonitas gentilium corda mouet, vt portam
utis ingrediantur, maximè verò nobilitatem ipſam, quando-
.idem ab Octobri anni 1589 ad Octobrem præſentis an-
1590 viginti millia quingenti ſeptuaginta CHRISTO
ſacra ablutione nomina dederint, & ex iis dynaſtæ & præ-
ɔui quique, eaque iam eſt Iaponiæ condicio, facilè vt in fi-
m Chriſtianam tranſeat, ſi Domino noſtro adiutore molliatur
rannus, cuius ſpem aliquam facit P. Viſitatoris profectio, quem
eacum cogitantem ad ſe euocarat Quabacondono, ſubmiſsis
obus dynaſtis, Chriſtiano vno ethnico altero, viæ ſociis, addi-
etiam nauigiis, datoque præcepto vt in itinere humaniter ex-
ɔerent.

EXEM-

# EXEMPLAR EPISTOLÆ DON MICHAELI

ORATORIS DON PROTASII REGIS ARIMÆ, E
Don Bartholomæi Principis Omuræ, ad feli. memor. Grego
rium 13. D. Teutonio Archiepiſcopo Eborenſi inſcriptum.

*ILLVSTRISSIME ET REVEREND. DOMINE.*

PErduxit nos Deus Dominus noſter ſaluos & incolumes i
Iaponii regna, optatũ peregrinationis ſuſceptæ fine, in por
tumque Nangaſachi 21 Iulii anno 1590 cum P. Viſitato
Societatis & ſedecim tã Patribus quã Fratribus eiuſdẽ So
cietatis delati ſumꝰ, omnéſq; ab vniuerſa Chriſtianitate, maxim
verò ab matribus noſtris & amicis ea exultatione & applauſu ex
cepti, quẽ litteris nõ explicẽ, ita vt & ipſi ethnici gratulabũdi nos
cõplecterẽtur, ſtupeſcẽtibus & attonitis hoc noſtro felici appulſu
pœnè omnibus. Quod ad Chriſtianarũ rerũ ſtatũ ſpectat, quem
cũ Illuſtriſsima Dominatio veſtra ex litteris R. P. Viſitatoris ſin
gillatim intelliget, hoc ſolũ dicã, videri iã deferbuiſſe fidei oppu
gnationẽ, atq; ita cõpoſita hæc regna, vt vniuerſa facilè ad Chri
ſtianã fidẽ tranſeant, cũ Quabacondono totã Iaponiã occupari
reportata de octo regnis, quę ſupererãt & ei parère recuſabant, vi
ctoria, quẽ ſi Deus ad cõplectẽdam fidem aut ſaltem ad Chriſtia
nis fauendũ permoueat, meritò ſperare poſſumus maximã in gen
tilium animis mutationẽ, & ad Chriſtianã religionem acceſſum.
Comitamur P. Viſitatorẽ a Quabacõdono vocati, confidimuſq
oblata commoda occaſione admirabiles & maximas Europæ res
quas oculis noſtris conſpeximus, & quibus pleni ſumus, narrãd
eas autẽ maximè quæ ad diuinũ cultũ pertinent, datáq; nobis au
dientia facilè, Deo auxiliante, nos effecturos, vt ab infidelitate a
fidẽ cõuertatur; præſertim verò, ſi beneuolentiã & fauorẽ, quo i
nos vſa eſt Illuſtriſſ. Dominatio Veſtra, recenſeamus; ob quæ per
petua quadã cũ obligatione, tã noſtro, quã Matrũ, amicorum, to
tiuſque Chriſtianitatis, quæ hîc eſt, nomine infinitas gratias ag
Quã mirè recrearũt ab Illuſtriſsima D. T., præter cætera mune
ra, datæ binæ imagines pictæ excellenter ac magnificè & opulen
ter exornatæ, quibus ſimiles Iaponia hactenus non vidit. Dõ Pro
taſius Arimãdono & Dõ Mancius Omurãdono cognatus meu
cõditione, DEO laus, ſunt proſperrima, floretq; in eorum regno
Prouincia Chriſtiana religio; nec explicari poteſt, quantũ recrea
ti ſint noſtro in Iaponiam reditu Parẽtes Don Mancii cũ Matre
Conſobrino, & Patruo, in Fiungano eorũ regno propagationẽ
fidei vehemẽter optãt. Eodẽ ſunt deſiderio Patres & Matres Do

Martin

[M]artini & Dō Iuliani in hoc Figenſi regno. Aliud prætereanō oc-
[c]urrit. Quòd vt ſuperiùs dixi ad P. Viſitatoris literas nos referi-
[m]us, parũq; decēs videatur, vt gloriam noſtrã & fructũ, qui ex re-
[u]erſione noſtra colligitur, ipſimet referamus. Dominus Ill. D. V.
[st]atũ & conditionem promoueat, & in multos annos augeat. Cũ
[u]erò omnes eodem ſimus in illam animo & affectũ, diuerſum ni-
[h]il eſt quod ſcribant Don Mancius, Don Martinus, & Don Iulia-
[n]us, qui rogant Illuſtr. D.V. has vt meas eorum nomine ſuſcipere
[di]gnetur. Ex portu Nangaſachi, 4. Octob. Anno 1590.

*Illuſtriſſimæ D.V. filius & ſeruus*
*Don Michael.*

## [E]XEMPLAR ALTERIVS EPISTOLÆ IAPONICÆ ETIAM SCRIPTÆ ET IN LVSITANICAM LINGVAM VERSÆ. DON SANCII, DOmini de Omura, ad P. M. Sixtum V. cuius erat inſcriptio:

Epiſtola Don Sancii Domini de Omura ad ſanctitatem Xiſti V.

*Interior verò titulus cum adiunctis litteris, ſequens.*

[O]ffero præſentes magno & Sanctiſſ. Papæ Sixto V. quem humillimè vt Dei Vicarium veneror.

### *SANCTISSIME PATER.*

HOc Anno 1590 ad nos rediit cum ſociis Cingiua Don Michael, Regi Don Protaſio & mihi cognatus, qui eiuſdem Regis de Arima & Patris mei Don Bartholomæi nomine annis præteritis, cum Patre Viſitatore Societatis Iesv, hinc abierat præſtiturus obedientiã Sãctitati Veſtræ, cuius regreſſu extrema cõſolatione affecti ſumus, auditis fa[u]ore & honoribus, quibus & ipſa eũ proſequuta eſt, & eius cõſilio [&] volũtate Reges cæteri & Chriſtiani Principes, intellecta etiam [c]ura paterna, qua B. V. veluti Iesv Christi Domini noſtri [i]n terra vicarius & omnium Eccleſiarum caput Chriſtianos [I]aponiæ tuetur & protegit, perſpecto præterea auri ſubſi-
dio,

dio, quod Patribus Societatis contribuit, vt ſeſe & Semina-
ria alant, multóſque alios ſumptus, quos in Iapone faciunt, rele-
uent. Quibus ex rebus ſic omnes exhilarati ſumus, vt par huic
non videatur eſſe poſſe exultatio: Simulque noua quadam luce
perfuſi ſumus, & veritatis ac charitatis Chriſtianæ notitia. Quas
ob cauſas, quod ad me attinet, infinitas gratias Sanctitati Veſtræ
habeo, & quas habere vellem maiores, nec charta nec penna cō-
prehendam. Ac cùm Don Bartholomæus Pater meus vita fun-
ctus ſit, illi ſucceſſi, S. V. deuinctus & obſtrictus perpetuò ob S.
crucis lignum & gladium, quæ per Don Michaëlem ad Patrem
deſtinauerat, quæ munera maioris facio theſauro maximo, quem
vel ipſe vel poſteri mei acquirant, aſſeruabimúſque inſtar profun-
di pelagi & magni cumuli beneficiorum, à Sanctiſſima Veſtra ma-
nu eiúſque opera à cœlo ipſo acceptorum. Verùm mota à Qua-
bacondono, vniuerſæ Iaponiæ domino, perſecutio, qua Patres &
harum partium Chriſtianos afflixit, oportunitatem hactenus
omnem ademit ea celebritate & feſto, quibus par erat, prædicta
munera ſuſcipiendi: viſumque Patri Viſitatori & mihi tantiſper
differre, dum dictus Pater redeat, qui iam in iter ſe dedit viſitatu-
rus Proregis nomine cum legatione & muneribus Quabacondo-
no, cuius profectione ſperamus Chriſtianis pacem reſtituen-
dam, cùm hac legatione nonnihil ſedatus videatur, ſed cùm ea
quæ in Domini noſtri obſequium & Patrum bonum (quorum
partem magnam in meas terras recepi, me meáque omnia pericu-
lo exponens) & cætera quæ perſecutionis tempore acciderun
V. S. ex Patrum literis intellectura ſit, finē faciam, quam humilli-
mè pedes Sanctitatis V. capiti meo iniiciens, & Sanctiſſimam Be
nedictionem Veſtram poſtulans, ſcribo præſentes magna cum
reuerentia & humilitate B. V. debita, IX. anno del Era duta Tē
ſcio, decimo octauæ lunæ, qui eſt 22. Septembris 1590.

*Eleuatis manibus & ſumma cum Re-
uerentia has litteras pedibu
S. V. offero.*

Omura Scim Paciro Nobi
Ache Don Sancio.

EXEM

# EXEMPLAR EPISTOLÆ DON PROTASII REGIS ARIMÆ IAPONICE SCRIPTÆ CVM LVSITANICA INterpretatione, ad B. M. Sixtum V. cuius ſuperſcriptio huiuſmodi erat.

## Litteræ Don Protaſii Regis Arimæ ad Sanctiſ. Sixtum V.

*Interior verò titulus.*

Magno & Sanctiſſimo Papæ Sixto V. qui in terra Regis cæli locum tenet, Don Protaſius Rex Arimæ magna cum reuerentia has offert.

*Sanctiſsime Pater & inter omnes Chriſtianos ſupreme.*

DECIMA ſexta lunæ ſextæ, quæ fuit 21. Iulii anni præſentis 90. huc appulit P. Viſitator Societatis Ieſu, cũ Cingiua Don Michaële cognato meo, Dõ Mancio & cæteris ſociis, qui à me Romam fuerãt miſſi, vt pedibus Sãctitatis Veſtræ capita ſua ſubmitterent. Quorum aduentu ita exhilaratus ſum,
c ſi mihi mille autumni aduenisſent, & decem annorum millia
itæ meæ acceſſiſſent. Narrauit Don Michaël quo honore & fa-
ore à V. S., Rege Philippo, & aliis Principibus Chriſtianis ex-
eptus fuerit, cuius ergo eas gratias ago, quas nec pẽna nec char-
a explicem. Reddidit etiam literas, quibus B. V. me dignata eſt,
óque fauore proſequuta, cæteris vt Regibus Chriſtianis annu-
neraret. Detulit præterea ſacri ligni veræ crucis partẽ, gladium &
alerum, quæ V. Sanctitas ſolita eſt ad Reges & Principes Chri-
ianos deſtinare. Qui fauor & ſtudia talia ſunt, tantiq; à me æſti-
nantur, vt ſtatuerim æternæ memoriæ conſecrare, & inter præci-
uos theſauros ornamẽtaq; & monumenta poſterorum meorum
eferre. Eſtq; hic in me collatus honor eiuſmodi, vt maior eſſe
on poſſit in hac vita, & in bonam vitam futuram redundet. Cõ-
ituerã iuxta præſcriptũ à S. V. in ſuis ordinem, vtq; fauor & be-
eficia tã magna mihi delata merebantur, apparatu & celebritate

qua poteſt, omni in regno meo maxima prædicta munera excipere: ſed habendam eſſe rationem tyrannidis & ſummi odii, quo Quabacondono, Iaponiæ vniuerſæ dominus, tres totos annos Patres & Chriſtianos perſequitur, indicauit P. Viſitator: tamdiuque hoc feſtum differendum, dum Meaco reuertatur: quo Proregis Indiæ nomine cum legatione viſitaturus Quabacondono profectus eſt; Ne ſi præuenirē, hoc meo in regno ſolenne, nouæ alicuius cōmotionis & indignationis Quabacondono materiam daret. Quare hucuſque non potui ardens meū deſiderium exequi, vt præcipuo cum honore donata reciperem. Verùm vbi redierit P. Viſitator; quam humillimè excipiam, & incredibili cum voluptate, pia onera vertici injiciam. Intellexi denique magna illa adiumenta, quæ ſanctitas V. liberaliter in Patrum, Seminariorum, Eccleſiarū ſubſidiū contulit, quæ nos adeò recrearunt & refecerunt, vt præ gaudio corda noſtra ſaliant, nec enim ignari ſumus augenda plurimum hęc noua Chriſtianiſmi in Iapone germina, quæ tam fidelibus oculis ſanctitas veſtra intuetur & fouet; vnde infinitas gratias ago S. V., confidens futurum hinc, vt in Iaponiæ regnis latiſſimè ſanct. lex noſtra excreſcat.

Hæc maxima religionis euertendæ tempeſtas, quam Quabacondono excitauit, moleſta nobis omnibus nō parū fuit & laborioſa, me verò maximè exercuit, qui præter edictum & Imperium, præcipuum Patrum numerum ad me recepi, & regno meo concluſi, in quo adhuc num hærent, exponens me manifeſtiſſimo periculo & ſtatus mei ruinæ ac euerſioni: ſed cùm Patribus oræ declinandæ alia non eſt via, & famuli Dei conſtituiſſent omnes in Iapone vitam deponere, neque vlla ratione deſerere, quos fidei pepererant Chriſtianos, viſum eſt rationi conforme, vt me meaque omnia, pro Dei mei obſequio, diſcrimini ſubjicerem: qui paterna ſua prouidentia non modò me hucuſque è periculis eruit, ſed etiam auxit erexitque plurimum, cùm eodem tempore ex ethnicis & gentilis ſuperſtitionis perierint multi; qui rerum euentus Chriſtianis Iaponiæ fidem & in Deum ſpem auxerunt. Confidimus omnes P. Viſitatoris ad Quabacondono iter ſuſceptum finem impoſiturum oppugnationi & Chriſtianorum perſecutioni, quæ vt hucuſque tyronum Chriſti exercitatio fuit quędam, ita ſpe adducor vt credam incremento ingenti ad augendam in Iaponia in Chriſtum fidem. Cùm verò ſciam quòd cætera ex P. Viſitatore S.V. reſciſcet, finem faciam, caput meum B.V. Sanctiſſimis pedibus ſubmittens, hæcque ſcribo ea reuerentia & animi demiſſione, quæ S. V. debetur. Anno IX. Dell Era di-

a Tenſcio, decimo octauæ lunæ, quæ eſt 22 Septembris Anni 1590.

*Aduolutus pedibus Sanct.V.*

Arimano, Sciurinò, Daibu Don Protaſius.

# XSCRIPTVM ALTERIVS EPISTOLÆ EIVSDEM DON MICHAELIS AD R.P. PETRVM FONSECAM SOCIETATIS IESV.

EX quo Dominus noſter tanta nos gratia dignatus eſt, vt ad finem optatum peregrinationis noſtræ pertingeremus, ingreſſis nobis in Iaponiæ regna, poſt decurſos annos nouem, tantum enim eſt ſpatium ex quo hinc abimus, rationi non eſt conſonum, vt in mediis gaudiis noſtris V. obliuiſcamur, cui mecum alii ſciunt deberi non modicam rum partem: amor enim & officium quod ſociis meis exhibuit V. eo tempore quo in veſtra domo diuerſabamur, certum me ciunt lętitiæ & approbationis tam veſtræ quàm cæterorum Paim & Fratrum, qui iſtic agunt, intellecto felici noſtro in Iaoniam reditu, & proſpera acceſſione, ſummóque exultantium auſu, quo excepti ſumus, non ſolùm à Patribus & Fratribus cietatis, qui his in locis degunt, ſed à Iaponenſibus vniuerſis, aximè verò à matribus & parentibus noſtris, quodque magis irere, ab ipſis gentilibus. Quòd cùm hinc cum P. Viſitatore ceſſimus, de reditione noſtra quodammodo deſperaſſent: uare videntes reuertiſſe non ſanos modò & valentes, ſed vis factos, (pueri enim quodammodo diſceſſeramus) ac honoac fauore auctos, quibus nos Summus Pontifex, S. Eccle: Præſules, Maieſtas Catholica, præcipui quique Princis & Dynaſtæ Europæ cumularunt, ipſaque adeò Societas oruit, ſtupent & mirantur omnes, recreati plurimum, de efo in nos amoris affectu, & P. Viſitatoris curæ ac ſolicitudini

euentu reſpondente, qui nos abduxit, & Iaponenſibus Domini auxilio ſaluos reſtituit. Noua quæ ſignificari poſſunt hæc ſunt, Verſari nos in portu Nangaſachi, & infra paucos dies Meacum cum P. Viſitatore meditari, qui voluntate Proregis Indiæ muneribus ab eodem onuſtus ad Quabacondono proficiſcitur: ſperamus in Domino, Patris Viſitatoris & noſtro Meacum acceſſu Quabacondono in pedes erecturum Patres, totámque Chriſtianitatem feliciùs quam antè promouendam: vt hoc credamus, faciunt externa quædam ſigna & voluntatis notæ, de quibus nobis conſtat: Nam intellecto P. Viſitatoris aduentu, auditis legatione, muneribus, generoſo equo quibus eum Prorex donat, exhilaratus eſt plurimum, & quædam nauigia expediri iuſſit, quibus nobiles & honoratæ perſonæ vehuntur, vt dictum Patrem excipiant, & Meacum comitentur: vbi naues appulerint, Meacum verſus ſoluemus: quod ab hoc portu nonaginta miliaribus abeſt, quæ ducenta 70 Italica faciunt. Iaponia hodie ad ſuſcipiendam admittendamque Chriſtianam fidem aptior compoſitiorque eſt, quàm vnquam fuit. Cùm enim Quabacondono vniuerſæ imperet, adepta magna victoria de Bandou extrema Iaponiæ parte, octoque imperio ſuo adiectis regnis, quæ dominationem aſpernabantur, ſi lumine diuino illuſtratus Chriſtiana ſacra amplectatur, aut ſaltem oppugnatione, vt annis ſuperioribus fecit, intermiſſa, Chriſtianis faueat, expectari aliud non poteſt, quàm vt gentilium ſuperſtitione imbuti poſito errore ad veram creatoris ſui noticiam deueniant. Cætera quæ ſcribi poſſent P. Viſitator ſigillatim ſuis complectetur, quare aliud non addam, quàm primo quoque tempore curaturos, vt longa & diuturna hæc noſtra peregrinatio fructus aliquos referat, mirabilium & eximiarum rerum narratione, quas Romæ, quas paſſim alibi in Europa vidimus, & manibus attigimus. Nam hac cõmemoratione tam Chriſtiani quàm ethnici reficiuntur & recreantur plurimum, fidéque dictis adhibent, animo firmiùs impreſſis iis, quæ hactenus ex ore Patrum hauſerant, non ignari, nos qui eiuſdem patriæ ſumus, nõ narraturos quæ Iaponicis præcellant, niſi reuera meliora & magnificentiora eſſent. Eandem fidem habent narrationi de Deo rebuſque Eccleſiaſticis, quos etiam ſermones guſtant auidiùs, cõfirmati plurimum oculorum noſtrorum teſtimonio.

Aliud non occurrit, niſi vt me ſanctis ſacrificiis R.V. plurimum commendem. Nangaſachi, octauo Octobris 1590.

*R.V. Filius & ſeruus.*

Don. Michaël

EXCER

# EXCERPTA EX QVADAM EPISTOLA P. ALEXANDRI VALIGNANO AD R. P. RECTOREM Manilæ in Philippicis Inſulis 18. Febr. 1591.

NIHIL noui accidit circa Chriſtianas aut Societatis noſtræ res, ab vltimis meis ad R. Veſt. datis, de ſtatu oppugnationis noſtrę. Diuerſa verò obſtiterunt à bello nata, cur non potuerim Meacum commigrare: ſed iam ſum in via, & in portu Frogo verſor, qui 25 aut triginta milliaribus Meaço abſt. M ecum proficiſcũtur quatuor dynaſtæ Iaponiæ Roma reuer-, & viginti Luſitani, incerti de ſuſceptæ legationis ſucceſſu, quia Quabacondono ad hoc vſque tempus parum animi & voluntas oſtendit, in poteſtate nobis facienda Euangelium annuntiãdi el in Iapone commorandi. Nihilominus ſperamus hoc officio oſtro, quod obimus, de rigore remiſſurum: quidquid accidat, onfidimus in Dominum, futurum in fauorem & augmẽtum noæ eius Eccleſiæ; quod ad nos attinet, conſtituimus mori potiùs uàm eam deſerere. De futuro ſucceſſu R. V. certior fiet.

# LITERÆ ANNVÆ IAPONENSES, ANNORVM 1591 ET 1592.

## A LVDOVICO FROES SCRIPTAE AD R. P. CLAVDIVM AQVAVIVA, PRÆPOSITVM GENERALEM SOCIETATIS IESV.

ETSI ex breui compendio rerum in IAPONE anno XCI. geſtarum, per Sinenſes quoſdam miſſo, V. Paternitas Statum harum regionum ſatis cognouerit: nunc tamen ANNVAS plenas, hoc eſt, vberiorem hiſtoriam eorum, quæ his annis duobus XCI & XCII, vſque ad Octobrem, quo ſoluent naues, contigerunt, mittendam exiſtimaui. Neque tamen idcirco omnia pertexam, quæ ſigillatim in ſingulis Reſidentiis cognitione non indigna euenerunt, ſed breuiter tantùm & generatim quædam attingam, ne prolixitas pariat faſtidium, & cætera accuratiùs & fuſiùs exponi poſſint.

STATVS igitur Societatis hiſce annis varius fuit & incertus: nam cùm multo tempore nullum reſponſum acciperemus de Legatione ad Quabacondonum, vnde pendebat quæſtio, num P. Viſitator eſſet diſceſſurus, necne? num Procurator Romam mittendus? nihil certi aut fieri aut conſtitui potuit, atque ita factum eſt, vt adhuc vna cum hiſce Chriſtianis in iiſdem anguſtiis hæreamus.

Sumus de Societate omnes numero 137, diſtincti in 23 Reſidentias, in quibus quædam mutationes factæ ſunt. Ex Arimenſi noſtri ob mandatum Quabacondoni ſeceſſerunt in locum magis tutum, medio miliari a munitione diſiunctum. Ex Omurana quoque eadem de cauſa receſſerunt in alium locum, ab Vrbe vno miliario diſtantem. Reliquæ omnes Reſidentiæ pristi-

ſtinum retinent Statum, quanquam ob vicinum Quaba-
ndonum noſtri ſe domi ſtudioſiùs contineant. Et quamuis
his motibus non defuerint, vt ſolent, turbationes & cala-
itates, nihilominus omnes noſtri incolumes & ſani reman-
runt, exceptis duobus, quos Deus ad meliorem vitam euoca-
t: è quibus fuit frater Laurentius, vnus ex primis Chriſtia-
s tempore P. FRANCISCI XAVERII piæ memoriæ Aman-
ccii olim baptizatis, qui cùm multo tempore ſocius noſtro-
m fuiſſet cum magna ædificatione & fructu proximorum, tan-
m poſt vigeſimum annum & ampliùs in ſocietatem receptus
t. Fuit is primus omnium fratrum Iaponenſium, qui Socie-
tem ſunt ingreſſi; & quamuis eſſet idiota, & litterarum igna-
s, parentéſque haberet admodum pauperes: tamen ab eo, qui
nobilia mundi & contemptibilia elegit, vt per eos efficeret
irabilia, aſſumptus eſt inſtrumentum ad conuertendam ditio-
em Meacenſium. Permulti enim eius ſermonibus permoti
hriſtianis ſe adjunxerunt, atque ex iis principes ferè viri, quos
unc habemus, vt Darius, Iuſtus Vcondonus, Auguſtinus, Sa-
ndonus, Icondonus, aliique plures, etſi id temporis non eſſent
ſi priuati equites & viri nobiles; nunc autem ad tantam proue-
i ſunt dignitatem, vt ipſi quoque Quabacondono ſint formi-
ibiles.

ALTER verò eorum, qui vita defuncti ſunt, fuit P. Geor-
us Carauaialis, qui cùm in inſula Firandenſi multos ſuſtinuiſ-
t labores, audiendis per Quadrageſimam gentis illius confeſ-
nibus, ac inſuper poſt Paſcha in quadam inſula vicina eoſ-
m labores audiendis multis pauperibus Chriſtianis repeti-
ſſet, dolore capitis lethalique febre oppreſſus ad quintum
aij, anni XCII, expirauit, cùm in Iapone decem, in So-
etate autem viginti tres annos conſumpſiſſet. Quadrageſi-
um ſecundum ætatis annum attigerat, magnus profectò o-
rarius, admodum pius & religioſus, quod facilè liquebat ex
otidianis eius ſermonibus, qui ferè erant de rebus piis &
nctis.

INTER motus verò & viciſſitudines huius biennii, adju-
nte diuina gratia, ſuus quoque noſtris conſtitit fructus domi,
m in virtutis religioſæ quàm litterariæ exercitationis curſu:
enim res omnes conſtitutæ fuerunt, vt ſcholaſtici noſtri, &
umni ſeminarii, ne vna quidem prælectione alióve exercitio
terario deſtituti fuerint, multique idonei effecti ſint ad
peſſenda altiora ſtudia. Sed neque Magiſtrorum penuria

laboramus, nam præter multos Iaponenſes fratres noſtros ad docendum idoneos plurimi quoque præſtò ſunt Europæi, literis externis probè exculti, & linguæ Iaponicæ non ignari, ſic vt Magiſtrorum munere facilè perfungi poſſint. Labores quoque noſtros non parum imminuit prælum Typographicum ex Europa allatum, quo multos libros latino & Iaponico idiomate expreſſimus.

Ex hoc eodem fonte varii deinde virtutum riuuli manarunt in alios. Vt enim multi erant idiomatis patrii gnari, ita ſeſe inuicem cohortationibus, collationibus, aliiſque id genus actionibus ad omnem religionem inflammarunt, ac minimum ſemel quoque anno exercitiis ſpiritualibus animum excolere conſtituerunt. Breuiter ſic affecti ſunt noſtri, vt ſi Deo placuerit optatam pacem & tranquillitatem Eccleſiæ ſuæ reſtituere, & portam patefacere Euangelicæ prædicationi, minimè dubium ſit, maximam hominum conuerſionem ad Dei Optimi Maximi gloriam conſecuturam.

Et quamuis Chriſtiana religio, ob mutationem ſtatuum, à Quabacondono factam, in magnas redacta ſit anguſtias, ademptaque nobis loquendi agendique libertas priſtina; tamen ex Ethnicis, qui ſedes ſuas fixerunt in ditionibus Dominorum Chriſtianorum, atque ex iis qui ad audiendum à noſtris Catechiſmum ex diuerſis partibus concurrerunt, denique ex iis qui in miſſionibus Patrum fratrumque noſtrorum Chriſto adiuncti ſunt, hoc biennio ſacris aquis expiata ſunt duodecim millia gentilium: inter quos fuit gener Auguſtini, Domini Cuſimenſis. Et antequam Pater Viſitator reuerteretur Meaco, cùm boni Chriſtiani optimè ſperarent de felici inſtitutæ Legationis exitu, certiſque rumoribus didiciſſent, magna humanitate Patrem Viſitatorem à Quabacondono eſſe receptum, vt dicetur, cæperunt iterum aperire templa feſtoſque agitare dies, tanto fidelium concurſu, vt facilè appareret, flagello perſecutionis, non tam exſtinctam, quàm potiùs mirum in modum in pectoribus illorum inflammatam eſſe pietatem; inſtar fluminis, cuius decurſus, quo cohibetur magis, hoc maiore impetu, diffractis omnibus repagulis, in alueum erumpit.

Quamuis verò paulo pòſt neceſſe fuerit occludere Eccleſias, quotquot exſtabant in locis publicis, per quæ tranſibant Gentiles, non tamen ideo miniſteriis noſtris exercendis omnis erepta occaſio. nam confitentium numerus ſolito fuit maior, ſic vt Pater vnus vna Quadrageſima audiuerit Confeſſiones generales plures

lures quadringentis. Vnde apparet, quàm graue & moleſtum
oret onus audiendarum Confeſſionum, tam ordinariarum
uàm extraordinariarum, (nam & infirmis à tribus, quatuor,
x miliaribus, per imbres & frigora huc ventitantibus,
iu noctuque hoc officium continenter præſtatur) niſi Do-
ninus noſter conſolationis ſpiritualis atque etiam ſanitatis
orporalis dono illud affatim leniret. nam beneficio huius
acramenti non exigua acceſſio ad Chriſtianorum gregem fa-
ta eſt.

Quod ad vniuerſalem Iaponiæ ſtatum attinet, aliàs ſcriptum
t, Quabacondonum vendicare Imperium in totam Iaponiam.
t certè nunquam vllus tam latè fines imperii ſui propaga-
it, ac iſte: ac indies illos nouis auget ſucceſſibus, vt perfe-
am conſtituat Monarchiam, vt poſteris nomen relinquat im-
ortale. Neque enim ei ſatis eſt ad faſtigium omnis dignita-
s conſcendiſſe, ex abiectiſſimo vitæ ſtatu, qui erat, ſecare li-
na, humeriſque ea in forum deferre, vænumque exponere, vt
aberet panem quotidianum; (quemadmodum ipſe ſuo ore
on ſemel confeſſus eſt) verùm etiam amplificatione regni
rauiſſimiſque bellis conatur æternam ſui relinquere apud om-
es memoriam. Itaque hoc anno prorſus conſtituit bellum
iouere Sinenſibus, ſecumque in aciem educere omnes Iapo-
iæ Principes: & quamuis id videatur pænè impoſſibile, dex-
eritate tamen ſua id effecit, vt omnes, repugnante nullo, ſe
ompararint ad expugnandum regnum Corai, vt inde cum
mnibus Dominis Chriſtianis vno curſu tranſmittat in Sinas: &
uod peius eſt, dicitur cogitare de mutandis ſtatibus ditionis
imo, & ſtatus Corai relinquere velle dictis Principibus Chri-
ianis: ſed, vt ante paucos dies cognouimus, non poterit hoc tem-
ore Quabacondonus hæc ſua conſilia perficere, talemque mu-
tionem inſtituere.

Quomodo verò Quabacondonus hoc toto biennio erga nos
geſſerit, deinceps exponam. Magna fuit rerum viciſſitudo.
rincipio enim, cùm videretur ei P. Viſitatoris aduentus fuiſſe
atiſſimus, planè ſperabamus meliori loco fore omnia, ſed vo-
s non reſpondit euentus: nam falſis quorundam informationi-
is deceptus Quabacondonus, planè ſuſpectā habere cæpit Le-
tionem, vnde nos in magnum vitæ periculum coniecti fuiſſe-
us, niſi diuino nutu mitigatus fuiſſet hominis furor, vti dein-
ps prolixiùs declarabimus.

### *DE P. VISITATORIS DISCESSV PER MEAcum & ſtatu rei Chriſtianæ in illis locis.*

COGNITO aduentu P. Viſitatoris, munerumq́ue Proregis Indiæ, quæ ſecum attulerat QVABACONDONVS, qui id temporis diſtinebatur bello Cantano, mandauit per Aconodangium, qui eum de noſtro aduentu certiorem reddiderat, reſque noſtras agebat, eum proficiſci Meacum. Quod ille ita perfecit, vt viro cuidam primario imperarit, vt exeunte Nouembre, paratis nauigiis exciperet Patrem, & Meacum tranſportaret, vbi circa medium Decembris redeuntem expectaret è bello Cantano Quabacondonum; qua de re etiam literas ad eundem Patrem dedit. Qui dum Nangaſaci reditum illius Domini expectat, QVABACONDONVS Meacum rediit, Aconodangio Canti relicto, vt vices ſuas obiret, exequereturq́ue, quæ in iſtis regnis mutanda decreuerat, vbi Aconodangius æquo diutius hærere coactus eſt, & ita quoque impediti ſunt, qui Patrem debebant Nangaſaco perducere Meacum. Atque interea non dormierunt aduerſarii, qui conati ſunt QVABACONDONO perſuadere, Legationem illam eſſe totam commentitiam & merum figmentum Patrum, vt ita in gratiam eius redirent: quæ calumnia eouſque animum hominis occupauit, vt verbis etiam indicarit, ſe parui aut etiam nihili facere iſtam Legationem. Quare Cambiondonus, vt Eucunocamindonus, aliiq́ue Domini Chriſtiani ſcripſerunt Patri, vt paucis de Societate, plurimis autem Luſitanis comitatus Meacum veniret; ſi ſecus faceret, fore, vt QVABACONDONVS ſuſpiciones ſuas augeat, & minoris legationem faciat. Idem iudicabant Dominus Protaſius, & Dominus Sanſius, cæterique Domini de Scimo. Ratio eorum erat, quòd cùm hoc ipſo tempore in aulam regiam aduenerit Legatus Regis Corrai trecentis ſtipatus aſſeclis, non videbatur conuenire, vt Vicerex Indiæ iuſto careret comitatu; eoque magis, quòd Pater eſſet ex numero eorum, qui exulare iuſſi eſſent è Iapone, & Quabacondonus ob ſuſpiciones obortas non parum eſſet abalienatus. Luſitani certè, qui cum Patre appulerāt, libentiſſimis animis ſe comites adiunxerunt, omneſq́ue cū quatuor Dominis Legatis Iaponicis, qui Romam ierant & redierant, annumeratis etiam famulis & aliis, numerum confecere viginti ſex perſonarum.

Dum

Dum verò Pater Viſitator in dies expectat, quos Aconodagius rat amandaturus, deducendi Patris cauſa; duo gentiles Domini, uorum alteri nomen erat Iconocami, alteri Cangonocami, porus Nangaſachani præfecti, non dubitarunt Quabacondonũ inrpellare de profectione Patris, & nouum impetrarunt manatum de eo Meacum tranſportando, atque id fecit Cangonoamus, vt venaretur gratiam D. Protaſij. Cùm enim D. Proaſius primarius ſit competitor Cangonocami, ac proinde pro io inimico habeat Dominum Sancium eius limitibus proxiium, idcirco hic Dominus, quantumuis gentilis, magno teneır deſiderio colendæ pacis & amicitiæ cum Chriſtianis, probè telligens ſic facilem ſibi quoque aditum fore, ad cociliandos los duos Dominos: quæ res non exiguum pōdus habet ad alenam tranquillitatem, & ſartam tectam conſeruandam incoluitatem ſui ſtatus. Atque his de cauſis, vnà cum IconocamoDoino propugnaculi de Cocura, aulico Quabacondoni gratiſsiıo, negotium de euocando P. Viſitatore ſuſcepit, literaſque deit, tum ad ipſum, declarans voluntatem Quabacondoni, tum ad ios Officiales, qui agebant Nangaſaci, atque etiam ad ditionis ıæ gubernatores, vt Patri tranſeunti omnia officia humanitatis eferrent, neceſſarioſque equos, currus, homines, aliaque attriuerent.

Has literas recepit Pater in fine Octobris anni nonageſimi, uibus perlectis, diu multumque deliberauit de ratione inſtiiendæ profectionis: nam ſiue terra ſiue mari, ingrediendum iter ſſet maximè tam multis, magna proſpiciebat incommoda, ſumtus, pericula: itaque conſtituit vt pars terra pars mari, vſque ad ɔcum dictum Scimonoſchicho, proficiſceremur. Cùm verò rimo die tranſeundum eſſet per terram Omuranam, à Domio quodam gentili cognato Rioſogi, cuius ditio ſita erat inter )rimenſem & Arimenſem, tam impenſè rogatus eſt, vt iſthac iter aberet, vt coactus fuerit eius precibus annuere, & primo die in us ædes diuertere, & ecce vt impetrauit, non modò obuios ittit Equites, qui Patrem venientem excipiant, verùm etım ipſe ad medium milliare magna humanitate & lætitiæ gnificatione occurrit. Sub veſperam autem cùm Pater eum fficij cauſa inuiſeret, voluit in præſentia Equitum ſuorum, ːque etiam coniugis ſuæ, aliarumque Dominarum, (quæ taıen non videbantur) breuem à Patre audire ſermonem. uius ſermonis concluſio erat, non eſſe niſi vnum Deum ɔnditorem mundi, & Dominum omnium: quo tantopere fuit

fuit commotus, vt dixerit Nobilibus ſuis, optaſſe ſe longiorem fuiſſe ſermonem, animoque ſic affectum, vt ſi Quabacondonus reconciliatus eſſet Chriſtianis, non dubitaret eorum ſacris initiari. Cuius bonæ voluntatis non multo pòſt illud certum indicium dedit, quòd Patri cuidam noſtro, & adiuncto fratri, poteſtatè dederit prædicandi Euangelij per omnes ſuæ ditionis partes, vbi inter multos ſacris Baptiſmi aquis elutos, ſeptemdecim numerati ſunt primarij Domini totius populi, reliquus verò populus relictus cum magna propenſione & affectione idem faciendi.

Poſtero die digreſſus inde P. Viſitator Sangam verſus, vbi primaria ſedes eſt Rioſogi, duobus miliaribus à Sanga traiecto vno maris brachio è naui exiit, quo vnius miliaris interuallo obuiam proceſſurus venerat filius Cangonocami. 22. annorum adoleſcés, magna hominum manu ſtipatus, tantaque humanitate Patrem tractauit, vt non potuerit maiori: nam duos dies Sangæ hærendum illis fuit, vbi à diuerſis Dominis tam beneuolè conſalutati & inuitati fuere, vt ſi Chriſtiani fuiſſent, non potuerint ampliori beneuolentia excipi. In abitu quoque equos, homines, omniaque alia ad iter opportuna eis perliberaliter ſuppeditarunt in quintum diem. Et quod pluris faciendum, dictus Dominus, cum Gubernatore, cæteriſque eius loci viris principibus duos voluerunt audire ſermones. Alterum de falſitate Legis ipſorum, & de Vnitate Dei Domini noſtri; alterum de animi immortalitate, quo vtroque ſermone ita capti ſunt, & in tantam doctrinæ Chriſtianæ admirationem venere, cùm dubia aliquot in eandem materiã propoſuiſſent, vt promiſerint ſe tempeſtate præſente ſedata, in Chriſtianorum religionem, atque etiam filius ipſius Cangonocami, tranſituros: quare & obnixè rogarunt P. Viſitatorem, vt in reditu à Meaco iſthac velit tranſire.

Cangonocamus morte defuncto Rioſogi, exemplo Quabacódoni, Bonziis magnam intulit cladem direptis eorum annuis vectigalibus, euerſis idolorum templis & monaſteriis, objiciens eis impietatem & meras impoſturas. Si quæ autem templa vel monaſteria non euertebantur, ea ſublatis redditibus per ſe incolis deſtituebantur, & verò etiam longiùs progreſſus publicis edictis vetuit, ne quis vllam eleemoſynam vel donum iis offerret pro incãtationibus, aliiſque id genus ſuperſtitionibus ad ſanitatem efficiendam confectis; & ne defunctorum cadauera ritu ſuo conſueto amplius ſepulcro inferrent. Quare Bonziis tantus terror iniectus eſt, vt multi eorum militiæ nomen dederint, vel aliud genus vitæ complexi ſint. Vnde facilè cognoſci poteſt, cuiuſmodi ſit ſta-

tu:

is hominum huius regionis, & multo liquidiùs ex eo, quòd gen-
les, etiamſi nullum viderent perſecutionis exitum, nihilominus
men multi Nangaſachum vſque venerint audiendi Catechiſmi
crique lauacri percipiendi cauſa. Inter quos vnus fuit, cuius cō-
x eſt neptis Cangonocami, eique admodum chara, atq; is mul-
s precibus modò vrget nos, vt ſecum eamus ad baptizandam ſuā
niugem, vt quæ, paucis quibuſdam de Euangelio à ſe cognitis,
agno deſiderio lauacri teneatur. In alio eiuſdem ditionis loco
ater quidam ſpacio octo dierū centū capita ſacris aquis aſper-
:: & ne plura aſpergeret, nouis nunciis Meaco allatis retarda-
s fuit. Eodem tempore in ditione Iſafai Baptiſmo luſtrati
ut 130.

Sanga excedens Pater, cum itineris comitibus ad integrū mi-
are filio Cangonocami eiuſque aſſeclis, vbi fines eius dominij
tigerunt, obuius venit gentilis quidam ex propugnaculo Coru-
enſi, qui nomine Toſcirodoni coniugiſque eius Dominæ Ma-
ntiæ Patrem inuitauit, vt ad propugnaculum ſuum, quod parū
via aberat, deflecteret; & quamuis Pater per fratrem, ob iter ma-
randum & numerum ſociorum, ſe purgaret; tamen importunis
ecibus victus, poſtero die, cauſa dicendi ſacri, eò profectus eſt,
mmaque ibi beneuolentia & charitate receptus eſt. Verùm vt
eius aduentu ſummam perceperint conſolationem, ita ex eius
ſceſſu intempeſtiuo (nam mox à prandio diſceſſit) ſummum mę-
rem. In diſceſſu eadē officia Toſcirodonus, quæ ſuperiores Do-
ini, ei detulit.

Cùm perueniſſent Chinzuchum, quod Cocuma abeſt vnius diei
nere, magno gaudio acceptus eſt à quodam antiquo Chriſtia-
, nomine Coſmo, admodum opulento & honorato inter Faca-
nſes, qui non alia de cauſa Facata diſceſſerat, quàm vt ædes ſuas
ferret P. Viſitatori: Idem fecere alij quidam Chriſtiani in reli-
a itineris parte, donec peruentum eſſet Cocuram, quæ eſt arx &
unitio Iconocami, & trium dierum interuallo longiùs aberat.
i Chriſtiani etiamſi in regione gentilium viuerent, tamen palā
uebant vt Chriſtiani, & pro talibus habebantur; habebāt enim
ædibus ſuis altaria ornata imaginibus, Roſaria, diſciplinas, &
niles res Chriſtianorum proprias; quæ res magna Patribus no-
is Luſitaniſque magnam attulit conſolationem. Cùm autem
n longè abeſſemus ab arce Cocurana, ecce ad duas leucas ob-
am P. Viſitatori procedunt duo equites Chriſtiani; quos ſecutus
t proximè filius duodennis Iconocami, cum primarijs totius
læ, vbi magno honore Pater exceptus, & à Gubernatore nomi-

ac Iconocami inuitatus eſt ad cœnam, quem locum ſine fructu ſpirituali non præteriit; nam & è principibus viris quidam aures præbuerunt catechiſmo, atque imprimis gentilis quidam Iconocamo admodum familiaris, qui cùm ſemel vnà cum Bonzio ſermoni cuidam interfuiſſet, Bonziuſque, digreſſo Catechiſta, multa in Euangelium effutiret, cùm coràm non potuiſſet, obturbato vultu ei obiecit ſummam ignorantiam & ſtuporem mentis; debuiſſe eum in præſentia Catechiſtæ rationes, ſi quas haberet eius doctrinæ contrarias, obieciſſe, & non eo abſente in angulis apud indoctos de tantis rebus blaterare; itaque ſi reformidaret lucem diſputationis, quieſceret à calumniis. Quibus verbis ita perterrefactus eſt Bonzius, vt ne hiſcere quidem auſus fuerit. Idem gentilis, vt finem faceret audiendi catechiſmi, ſocium ſe cum ſex aliis adiunxit Patri, vſque ad Schimonoſchichi; & denique baptizatus eſt.

Relicta itaque Cocura Pater tenuit Schimonoſchichum, quod erat ex altera parte poſt traiectum in mari trium leucarum ſpatium; vbi inuenit reliquam ſociorum partem, quæ iter maritimũ tenuerat, ac duorum dierum quiete interpoſita, vento tam proſpero abnauigarunt, vt intra quinque dies inuecti ſint in portum Muranum. Et quia à Ioachimo Riuſa commẽdati erant loci Gubernatori, is magna beneuolentiæ ſignificatione nos accepit: Deúſque gratia ſui luminis ita illum inter ſermones noſtrorum illuſtrauit, vt nomen dederit religioni Chriſtianæ; & ſacris aquis ablutus ſit cum aliquot aliis.

In hoc portu intellexerunt Iconocamum & Cangonocamum iam Meaco exceſſiſſe verſus ſuas ditiones: de cuius exceſſus cauſa cùm non conſtaret, num voluntate Quabacondoni; an verò quòd reformidarent infelicem belli exitum, contigiſſet; P. Viſitator animaduertens ſe illorum Dominorum, à quibus vocatus erat, auxilio deſtitutum, & ſimul fauore Aconodangij, qui nondum Meacum redierat, Muri duos menſes permanſit, donec cognoſceret Aconodangium non tam citò rediturum. Initio non parum videbatur moleſta & grauis hæc mora nec ſatis æqua ſors, cùm homine careremus qui nobis aditum ad Quabacondonum patefaceret, ſed dies docuit poſtea ſingulari Dei prouidentia id factum eſſe, propter ingentem fructum ad diuinam gloriam inde conſecutum.

Verùm vt planiùs intelligatur, quem ſucceſſum habuerint Muri res noſtræ, ſciendum eſt, morem eſſe vniuerſalem Iaponiæ, vt Vaſalli omneſque ſubditi ineunte anno reuerentiam pręſtent ſuis Do-

ɔminis, eoſque pro ſuis patronis agnoſcant. Nunc, quoniam uabacondonus vult omnibus modis ſine vlla exceptione mo- n illum retineri, omnes Domini Iaponenſes ordinariè quo- e anno iter ſuſcipiunt quantumuis remotiſſimum ad præſtan- m illam cærimoniam, extraordinariè verò, quotieſcunque currunt plena vel lætitiæ vel mæroris negotia, & ſemper eum inere aliquo afficiunt. Tantus eſt terror Quabacondonani minis.

Cùm ergo in anni principio P. Viſitator adhuc degeret Muri, ltique Domini illac iter haberēt, curioſitate allecti, vt res Eu- ɔæas cognoſcerent, inuiſerunt P. Viſitatorem, & quatuor Do- nos Iaponenſes cum comitibus eorum Luſitanis, quos diſſe- ites de rebus variis magna voluptate audierunt, qui in Coſmo- phica mappa, quam ſecum attulerant, & ſpeciatim in Deſcri- one Italiæ, quæ magno artificio forma grandiore in Cina erat ɔicta, demonſtrabant totius profectionis ſuæ ordinem, & quas bes tranſiſſent, maximè autem Romam, quæ affabre erat ex- ſſa; & quicquid ex Italia attuliſſent, vt horologia, aſtrolabia, li- ɔs admodum venuſtos & expolitos, ſic vt præ admiratione om- obſtupeſcerent. Valde etiam hi Domini vrgebant, vt in inſtru- ntis, quæ attulerant, luderent; cùm impetraſſent, incredibili uptate perfundebantur. Itaque multi ex ipſis nouam inierunt icitiam cum noſtris, ex quibus vnus fuit Morindonus Aman- ciorum Rex, qui eſt inter Iaponiæ Principes poſt Quabacon- ıum proximus, & plurimum recreabatur familiaritate iſtorum ıtuor Dominorum, tam Muri quàm poſtea Meaci, deferēs eis gnum honorem & reuerentiam.

At fructus, qui hac occaſione conſecutus eſt in iſto portu, in nis apparuit in Rege Bungenſi, filio & hærede Regis Franciſci memoriæ, qui etſi huius perſecutionis initio, timore Quaba- loni, demonſtrarit ſe nobis contrariū, occidendo quoſdā Chri- nos, & alia quædam in eoſdem moliendo, vti ſcriptum eſt an- ſuperiore: nunc omnino ſigna aliqua dedit pœnitentiæ, & sfactionis, & perſeuerandi in hac diſpoſitione animi; nondum em ſecuta perfecta ſatisfactione, (nam idcirco Dominus Man- , qui ex parte boni Regis Franciſci patris eius Romam vene- ad ſuam Sanctitatem, nullum voluit illi de Legatione ſua rre reſponſum) cùm hoc tempore Murum tranſiret, occaſio- a habuit ſalutandi Dominum Mantium, de cuius reditu ſe- vehementer eſt lætatus, magnoque honore ei delato auit eum, vt ſuus velit eſſe mediator & ſequeſter apud

Patrem,

Patrem, paratum ſe ad quamcumque ſuſtinendam ſatisfactionē quam ille impoſuerit, & ſi Pater licentiam dederit, ſe paratum i propria perſona delicti veniam poſtulare. Dominus verò Mantius magna prudentia expoſuit ei negotij magnitudinem & difficultatem, addiditque non ſe audere de hac re immediati agere c Patre, ſe primò collocuturum cum P. Franciſco Paſio, ſocio ſuo cuius opera ſciret totum hoc negotium leniri poſſe. Miſſus ergo eſt eques quidam ad P. Franciſcum, vt is cum D. Mantio hanc rem tractaret. Et quoniam res hęc diu multúmque optata fuit propter multos Chriſtianos, qui ſuperſunt in regno Bungenſi, inſtarque miraculi fuit, Regem Bungenſem tam iniquo tempore vrgere ſu reconciliationem, & quidem cum talibus conditionibus; non admodum difficilis fuit P. Viſitator in admittenda eius petitione eoque magis, quòd promitteret; ſe pacificato Quabacondono toti mundo demonſtraturum, verum ſe eſſe Chriſtianum; neque vlla re inferiorem futurum ſuo Patre. Si autem Quabacondonus perſecutione non abſtineret; aiebat ſe in regno ſuo occultè retenturum quatuor ſocietatis Patres, & libertatem omnem permiſſurum Chriſtianis; atque interea ita compoſiturum omnia, vt defuncto Quabacondono totum Bongum priſtino imò meliori ſtatui reſtituatur. Quod per ſuam immenſam miſericordiam Pauperum pater confeſtim ad gloriam ſuam & afflictorum Chriſtianorum conſolationem concedere dignetur.

Tandem Rex ipſe in propria perſona adiit P. Viſitatorem, eique tantum honorem & reuerentiam, cum ſumma humanitate coniunctam, detulit, vt qui coràm inibi adeſſent, ſtarent attoniti, iterum confirmauit promiſſionem antè in fauorem Eccleſiæ factam, magnaſque gratias egit P. Viſitatori, quòd ſe Eccleſiæ reconciliaſſet. Non minores egit Domino Mantio, cui ob officium hoc negotio præſtitum putabat ſe ita obligatum, vt vix exſaturaret ſe reddendis gratiis. Accedit, quòd idem Rex, cùm Pater poſtea Muro profectus eſſet Ozacam, Meaco diſceſſerit tantùm inuiſendi Patris cauſa, vt exitus planè declarauit, cùm mox à viſitatione rectà reuerterit Meacum.

Eadem occaſione Fatandonus, cùm per Murum iter ſuum inſtituiſſet, plurimum affici cœpit erga Chriſtianam religionem. I hic Dominus conſanguineus Domini Michaëlis, qui quoniā a optatus eſt à quodam Domino gentili, nondum initiatus eſt n ſtris ſacris, licèt res fidei libentiſſimè audiret. Rex quoque Zucifmanus gener Ecunocamiundoni promiſit ſe cum tota ſ ditione (quæ continetur vna Inſula non admodum ampl

ſuæ

auc Chriſti iugum ſubiturum.

Nec minoris momenti fuit fructus, quem cæpimus ex filio ābioindoni 23. annorum iuuene, nomine Damiano, cui attribu- eſt pars regni Bugenſis, & ob virtutē in magna gratia eſt Qua- ıcondoni. Hic Dominus multis iam annis erat ſacris aquis ab- tus, cùm eſſet pœnè puer, & quia oborta iam perſecutione in re- ıs fidei Chriſtianæ parum erat inſtitutus, in eum errorē ( quàn- muis ſemper confiteretur ſe eſſe Chriſtianum ) dilapſus eſt, vt ıtaret Baptiſmum non eſſe ad ſalutem neceſſarium, ſatis eſſe, ſi ıis conuenienter rationi quacunque in ſecta viuat. Neque po- rat de hoc dubio conferre cum Patribus, quòd omnes in partes imanas ſeceſſiſſent. Aliquando de rebus diuinis agebat cum hriſtiano, quem ſecum habebat: ſed nunquam animo tranquil- fuit, donec tranſiens portum Muranum Patrem inuiſit, vnique ſtrū̃m hoc dubium propoſuit, cuius ſolutione ita fuit conten- s, vt deinceps mirum in modum afficeretur ad rerum diuinarū lloquia, totumque triduum, quo Muri diuerſatus eſt, conſum- ıt cum noſtris vel in domo ſua vel in noſtra. Illud verò ſumma luptate eum affecit, audire quæ à quatuor Domini Iaponenſi- ıs de ſummo Pontifice, eiuſque curia, rebuſque omnibus Euro- ǝis narrabantur, tantumque confirmatus eſt in fide, vt magno ıdio rogaret Patrem, vti mitteret fratrem aliquem, qui coniugē am alioſque primarios Catecheſi Chriſtiana imbuat, & ſacris, ırante licet perſecutione, initiet myſteriis. Tantum inerat huic omino Euangelij propagandi deſiderium à bonitate diuina ei mmunicatum. Atque hic eſt fructus, quem DEVS ex gentili- s colligi voluit occaſione longioris moræ in Murano portu.

Iam verò omittendum non eſt, non defuiſſe hoc tēpore Chri- anos; qui ex variis iiſque remotiſſimis locis, vbi inter gentiles ıebant, Murum confluerent; res certè digna, pro qua ſummæ atiæ Deo agantur, quòd inter tot malorum occaſiones nō per- ſerit eos peruerti: Neque alia de cauſſa Murum venerant, quā ex conſpectu Patrum lætitiam aliquā haurirent, eiſque peccata ı confiterentur; iſque fuit rei ſucceſſus, vt præ gaudij ſpiritua- abundantia nec abſtinere potuerint à lacrymis, patriamque ım ſinguli magna conſolatione repetiuerint.

Magni quoque faciendum eſt, quicquid eodem tempore actū cum Econocamidono, cùm Murum pertranſiret. Eſt enim hac caſione confirmata pax, inter ipſum & Amacuſandonum, qui ıiectus Auguſtino, tamen ſtatum ſuum retinuerat. Quæ res tā- n habuit momentum, quantam quæuis res alia Muri tranſ-

acta. Dũ verò hæc aguntur Muri, Pater Organtinus quotidie deteriora noua ſcribebat Meaco, qui eò profectus fuerat, vt aditum patefaceret Legationi P. Viſitatoris, nã non modò demonſtrabat Quabacondonus ſe non expetere eius aduentum, ſed etiam verbis indicabat, ſe malè eſſe erga illum affectum. Nam quodam die Cambioindonus mentionem noſtri faciens hoc conuicio repulſam paſſus eſt: Quomodo tu audes, inquit, verba facere de Patribus? an neſcis te quia Chriſtianus eras, illoſque amabas, ad minorem, quam ego cogitabam, ſtatus dignitatem eſſe euectũ? Quo verbo ita compreſſit Quabacondonus hominis os, vt deinceps nihil in rem noſtram loqui coram eo auſus fuerit. Etſi pro amore, quo nos complectitur, non ceſſat alias inire vias, negotium noſtrum promouendi; & tantum denique effecit apud gentilem quendam Dominum, nomine Maſcitaiemon, vt is animo prorſus conſtituerit, cauſam Patris agere apud Quabacondonum, quod & fecit; aſſenſitque Quabacondonus, vt Pater veniret quidem, ſed tantùm cauſa viſitandi ipſum ex parte Viceregis INDIAE.

Interim Pater Muro proſequens iter ſuum peruenit Ozacam, vbi triduò expectauit naues, donec, ſecundùm ea, quæ a Cambioindono Gubernatori Ozacenſi erant præſcripta, omnes res in ordinem redigerentur. Numerus Chriſtianorum, qui hoc breui tempore Ozacam confeſſionis faciendæ cauſa confluxerunt, tantus fuit, vt continenter diu noctuque, inſtar proceſſionis; alij diſcederent, alij recentes aduenirent. Magno certè dolore afficit animos noſtrorum, videre Chriſtianum populum, tam nobilem tãque florentem ſub Principibus Chriſtianis, nunc dominatu Gentilium planè oppreſſos iacere, facultatibus ſuis exutos, liberis & parentibus per bella orbatos, Dominis eorundem in triſte exiliũ abactis; vt miraculi locò ſit, eos in fide ſemel ſuſcepta perſtitiſſe. Id verò ſuper omnia nos affligebat, videre tot nobiles matronas, liberis & maritis deſtitutas, ab omnibus præſidiis humanis deſertas, fame mori. Ditiones ſanè, quæ antè fuerunt Vcondono, Tangandono, Sangandono, & Iachindono ſubiectæ, nunc non videntur abſimiles vineæ, in qua poſt vindemiam non ſuperſunt niſi pauculi & paruuli racemi, ijque poſt frondes reconditi. Inopes quidem ſunt ab opibus huius ſæculi, ſed non inopes à virtutibus Chriſtianis: dici non poteſt, quàm res ſolatij plena ſit, videre eorũ in religione conſtantiam, & in perferendis iniuriis, quibus à gentilibus laceſſuntur, patientiam, & denique in ſtudio pietatis, caritatis, orationis, lacrymarum, ieiuniorum, & flagellationum corporis

ris, obluctantibus licèt Ethnicis, perſeuerantiam. Nam & mi-
mi pueruli quaque hebdomade pro pace & tranquillitate Ec-
eſiæ Chriſtianæ recuperanda coguntur ieiunare. In quadam di-
one, quæ aliquando paruit Iuſto, inuenimus Chriſtianos, licèt
nnes eſſent operarij, qui manu & arte victum quærebant, ita in
am ſententiam conſpiraſſe, vt non modò ipſi non deſciſcerent à
e, verùm etiam non paterentur vllam gentilem inter ſe viuere.
ua in re cùm Domini eorum, licèt gentiles, viderent omni-
eos eſſe obfirmatos, nulla ampliùs moleſtia affecerunt. Ex
s autem duo erant quaſi primarii, alter Ioachimus, alter Ro-
us, de quorum conſtantia, vt res ſit manifeſtior, aliquid ſub-
iam.

Gubernator quidam omnino decreuerat eos peruertere. Spe-
bat enim ſi hos duos à fide abalienaſſet, reliquos eorum exem-
um facile imitaturos, itaque omnes artes adhibuit ad eos per-
rtendos, ſed inani conatu, minatur exitium extremum, ſi ma-
ant obſtinati in propoſito, iubet fabricari duas cruces, in quas
antur: at reſponderunt intrepidè, ſe non modò libenter vitam
ſicuros pro Chriſti fide, verùm etiam Deo acturos gratias, pro
nmo beneficio, quòd permiſerit ipſos tali genere martyrii oc-
mbere. At Deus, ob maius Chriſtianorum reliquorum bonum,
n permiſit, vt Gubernatoris iſtius machinationes exitum ſuum
nſequerentur: nam ab alio quodam Domino gentili Iuſti fami-
ri monitus eſt, cogitationes iſtas eſſe iniquiſſimas. Fuerit olim
idam noſter frater Simeon ſepultus in Tagaſucho, huius ſepul-
um poſtea gentiles diſturbarant, & oſſa abiecerant: qua re co-
ita Ioachimus quaſi alter Tobias, neminem reformidans, ea
ſum collegit, & frementibus licèt gentilibus in arcam conclu-
n terra ſepeliit. Rochus verò, cùm ſit curator Sacaiani Xenodo-
i, caritatem ſuam exercet in leproſis recipiendis, qui ex va-
locis ſubinde ventitabant, & multos ex illis ſacratis ab-
t vndis.

Sed neque Iuſtus Vcondonus ſuperari ſe ab aliis paſſus eſt, in
icio ſalutandi P. Viſitatorem. Nã inde ex regno Cangæ, 50 leu-
à Meaco diſiuncto, mox vbi de Patris aduentu inaudiit, Mea-
n aduolauit, vbi P. Organtinus aliquãdiu eum detinuit, vt ne-
tium noſtrum, cùm apud alios Dominos, tum apud Quabacõ-
num, cui erat gratiſſimus, in bona gratia poneret. Rebus autem
ifectis iter tenuit Oſacam, vbi tanto aduentus eius noſtris fuit
undior, quanto minùs temporis ( nempe horæ vnius ) ela-
m erat, quo Pater appulerat. Incredibile dictu eſt, quantam

fortitudinem animi & alacritatem ſpiritus vir ille ibi demonſtrarit. Affirmauit enim ſe occaſione huius perſecutionis & exilij in tantam Dei veniſſe cognitionem, vt inter maxima Dei beneficia numeret, quòd ſe auulſerit tam longè ab officiis & negotiis aulæ regiæ Quabacondoni, in qua reperiſſet artes & practicas periculi pleniſſimas: ſe nunc ſumma frui quiete & Deo ſeruiendi commoditate. Vnde & ſeriò egit cum P. Viſitatore de deſiderio ſuo relinquendi ſæculum, & viuendi in ea parte Iaponis, vbi minimum eſſent noſtri: ſe facultates ſuas omnes relicturum filio. Sed Pater nõ putauit hoc tempore conſilium illud eſſe ſalutare, nam præter vxorem habebat liberos admodum tenellæ ætatis, & ab eo pendebant omnes cognati & amici. Deinde, ſi contingeret Quabacondonum aliquando è viuis excedere, fieri poterat, vt ab eius Succeſſore, qualiſcunque is eſſet, ad altiorem dignitatis gradum proueheretur, (ſummo enim loco & gratia erat apud omnes magnos Iaponiæ Principes) atque ita viam patefacere poſſet ad maiorem Dei gloriam maximæ animarum conuerſioni. Quibus rationibus ceſſit.

Ozacæ P. Viſitator ingreſſus naues, quæ erant fratris Quabacondoni, applicuit ad Tobā, quę vna leuca Meaco abeſt, vbi inuenerāt & equos pro hominibus, & carros pro impedimētis deportandis, atque etiam coſcos Iaponicos, quod eſt genus quoddam ſedilium opertorum, quæ feruntur humeris, atque hæc omnia in gratiā Patrum miſerant Cambioindonus & Nemaſcitarindonus.

Die inſequente, Luſitani ſplendido amictu pulcroque ordine ſe in viam dederunt: vbi verò Meacum ingreſſi ſunt, maxima hominum facta eſt concurſatio, ac propè infinita, optantium videre hominum genus tam peregrinum, tam ornatum: creſcebat admiratio, quòd paucis antè menſibus (vt indicauimus ſuprà) Meacum ingreſſus erat Legatus regis Corrai, ſtipatus, pro more ſuæ gentis atque etiam Sinenſium, multis quidem aſſeclis, ſed nullius momenti vel æſtimationis: putabant enim eundem ritum eſſe Europæorum. Itaque hac noſtra legatione tam illuſtri ita attoniti fuerunt, vt dixerint, a tempore, quo Meacum ſtetit, nihil tale conſpectum eſſe.

Hoc ordine & pompa deductus fuit P. Viſitator, vt deſcendere ad palatium quoddam valde commodum, quod fuerat Quabacondoni, antequam totius Iaponiæ capeſſeret Imperium: alij verò quidam eius ſocii in vicinas ædes & domicilia recepti. Quabacondonus vt cognouit, qua natione hominum comitatus adeſſe P. Viſitator, viſus eſt totus immutari, ſiue propter hoc, ſiue ſin-

gulari

ulari Dei nutu id acciderit. Nam priùs ne verbo quidem huius
gationis meminerat, & porrò non obſcurè indicabat, ſe parui
am facere: nunc verò tam frequens de illa ei cæpit eſſe ſermo, vt
deretur non poſſe loqui de re alia, tantopere ad eã afficiebatur,
iebatq; ſe Patrẽ recepturũ, quãta maxima poſſet ſolennitate Ia-
oniæ. Quare & Gubernatori Vrbis & Amaſcitaimoni manda-
im dedit, vt Patri eiuſque ſociis omnia neceſſaria ſubminiſtra-
ntur, & milites Palatij cuſtodes ad arcendam turbam conſti-
ierentur, ne qua moleſtia noſtri afficerentur. Quod duo illi Do-
ini Patri retulerunt, dum officij cauſa eum inuiſerent, & ſi-
ul expoſuerunt, quàm gratus eſſet Quabacondono illius
duentus.

Mandauit quoque Quabacondonus, vt variis cauſis & nego-
is, quæ in Palatio tractabantur, finis imponeretur, idque age-
it, ne quid in palatio fieret, quod oculos Luſitanorum offende-
poſſet, ipſiúſve Legati. Voluit etiam purgari & ornari omnes
areas, per quas Legato erat tranſeundum, & quia dies erãt plu-
j, iuſſit vias inſpergi multa arena. Et quamuis ob regnum Oua-
nſe ei diſcedendum fuerit, maluit tamen diſceſſum illum in o-
auum diem rejicere, vt maiori apparatu admitteret Legationẽ.
onuiuium inſtruxit ſumptuoſiſſimum, cui ſeruire debebant,
uotquot Principes viri id tẽporis in aula verſabantur. Munera
ioque parari iuſſit, quę in ſua præſentia poſtea diſtribuerentur.

Tandem die præſcripto, nem pe Dominica prima Quadrageſi-
ę, vocatus fuit Pater ad arcem, in qua eum Quabacondonus ex-
ectabat, quanta poterat maieſtate & apparatu, veſtitus vnà cum
nnibus Dominis ſuis veſte ordinaria, excepto habitu, dignita-
cuiuſque & officij proprio, quem quiſque deferebat ante Dai-
qui verus eſt Iaponiæ Dominus, & ad quem propriè pertinet
pertiri hos honores; ſic vt Quabacondonus amictus ſtaret ha-
tu Quabacù, (quaſi dicas latinè, Arca theſauri) qui eſt quaſi Ge-
ralis Dairi, licèt re vera ipſe ſit is, qui omnibus imperitat. Reli-
ius apparatus ſimilis erat ei, qui vſurpari ſolet in ſolemnibus a-
ibus Dairi.

Verùm vt faciam ſatis eorum deſiderio, qui in ſpecie cupiunt
gnoſcere res in recipienda hac legatione geſtas, ſubjiciam quę-
m magis particularia. Maſcitaimon certior factus de numero
rum, qui in conſpectum Quabacondoni erant prodituri, qui
ceptis Patribus erãt viginti ſex, ſingulis miſit equũ more Iapo-
o inſtructum, Patri verò, eiuſque ſociis duobus, tres coſcis, vel
las, longè præſtantiores iis, quæ miſſæ erant Tobam, quibus vti

ſolebant Bonzii magnæ auctoritatis & dignitatis. Primum locum autem tenebant in toto hoc ordine munera Viceregis Indiæ, gemina arma Mediolanenſia inaurata & admodum venuſta, binæ macheræ grandes cum ornamentis argenteis ex parte deauratæ: duo ſclopi eleganti opere fabrefacti nunquam in Iaponia viſi, eiſque adiūctus gladiolus, qui ſclopo ſeruiebat, egregie munitus, peripetaſmata quatuor cum viſendis & precioſis figuris, & denique militare tentorium perquam excellens & illuſtre.

Hæc vbi ritu Iaponico oblata fuêre, mirificè placuerunt Quabacondono, & nunc hoc nunc illud curioſè colluſtrans, plurimū collaudauit, reſque tam nouas & inuiſas atque ex tam longinquis regionibus allatas impensè eſt gauiſus.

Sequebatur deinde interuallo non modico equus Arabicus vnus (nam alter in itinere obierat) holoſerico argenteoque ornatu fulgens, qui rara ſua ſpecie & ingenti magnitudine (nam eius reſpectu equi Iaponici videbantur quaſi pulli) omniū oculos in ſe conuertebat. Ducebatur manu a duobus famulis Indicis, ſerico amictu & capite more ſuæ gentis turbinato ſplendidis, quos ponè ſectabatur famulus tertius, vtrinque autē ſtipabatur equus a duobus Luſitanis, qui, quoniam certabant inter ſe ornatu & venuſtate veſtium, magnum ſplendorem huic ſpectaculo addiderunt. His ſuccedebāt quatuor Domini Iaponenſes induti veſtibus, quas a Principibus Europæis acceperant; præibant autē eos aliquot pueri a pedibus, ſed equites proximè inſequebatur P. Viſitator cū ſociis duobus, habitu cōſueto; nepe veſte inferiore lōgā & pallio amictus. Deniq; omnes Luſitani eo ordine & ſplēdore, vt in cōſpectū cuiuſcunq; Europæi Principis prodire potuerint.

A Palatio, vnde digreſſus erat Pater, vſque ad arcem, quò tēdebat, omnes viæ erāt refertæ hominibus, ſtudio vidēdi captis ea, (vt ipſi loquebantur) quæ a cōdito Meaco nunquam viſa eſſent. Tandē peruentū eſt ad aulā, in qua Quabacōdonus, habitu quo dictū eſt, in prænobili throno vtrinq; pannis cooperto expectabat; ſub quo erat alter ordo trium primariorum Dominorū, e quibus primus erat Bōſius quidam cognatus Dairi, & dextram Quabacondoni tenebat; alter ſiniſtrā occupabat; tertius dextram primi, ſe loco paululum inferiore, quāuis nepos eſſet Quabacōdoni, eiuſque ſucceſſor declaratus. Tertium deinde ordinem, ſed gradu inferiore, tenebant Domini octo, ſecundū dignitatē quoq; ſuā collocati. Quartus ordo, alio gradu depreſſiore, è quibuſdā minoribus Dominis cōficiebatur. Extrema denique gradu infimo habebant multi alii Equites, Omnes autē ſedes, vna cū pauimēto aulæ

cor

onſtratæ erant anaclynteriis vel periſtromatis more Iaponico, ium digitorum ſpiſſitudine. In parietibus nihil apparebat præter aurum & elegantiſſimas picturas.

Pater verò non antè ad ſalutandum Quabacōdonum acceſſit, uàm per Luſitanum quendam ei obtuliſſet Viceregis epiſtolam clusam arculæ, quæ intus aurea tela, foris ſerico viridi, laciniis uratis argēteiſque diſtincto roſulis, veſtita erat; ſcripta erat epiſtola in membranis vndique minio illitis; appenſum erat ſigillum ureū theca attalica opertum. Atque hoc ritu oblata eſt epiſtola uabacondono. Magni enim faciunt cerimonias externas Iaponi, & pluris æſtimant litteras cum ſimili cærimonia oblatas. Qua re & ſingularem commiſſionem Vice rex dederat Patri.

## *SENTENTIA AVTEM EPISTOLAE erat hæc.*

DOMINE, etiamſi propter regionum diſtantiam nulla hactenus interceſſerit inter nos cōmunicatio, nihilominus ex litteris Patrum, qui in tuis iſtis regnis degūt, cognoui s fortiter à te geſtas, inſignes victorias, famā nomēnq; immorle Excellentiæ veſtræ, cuius rumor iam remotiſſimas quaſq; reiones penetrauit. Deinde quomodo imperio ſuo omnes Domios, quotquot verſantur in quatuor Iaponiæ partibus, ſubiugat; res ſanè in hunc vſque diem nunquam audita, & ſumma admitione digna, ad diuini erga te nutus ac fauoris ſingulare arguentum. Quare hoc nuncio audito magna ſum voluptate affeus, maximè, dum à Patribus quoque intelligo, quanto fauore s proſequatur Excellentia V., cuius beneuolentia & permiſſio, ſecundùm rationem inſtituti ſui, omnibus Euangelium, hoc t veram ad ſalutem viam, annunciant. Hi enim tanquam veri ligioſi totum mundum obeunt, vt omnibus hominibus, ambuntibus in tenebris errorum, veritatis lucem patefaciant, & ad licitatem æternam traducant. Et quia rogarunt me, vt ſcribem ad Excellentiam V., ſimulque mitterem Legatum ad agendas gratias, id nunc pro mea ſingulari affectione per P. Viſitatom præſtare volui, cui hoc onus impoſui, quòd iam aliàs in Reis Excellentiæ V. fuiſſet, inibique cognitus eſſet, hacque præte epiſtola enixè peto ab Excellentia V., vt in poſterum tam P. ſitatorem, quàm alios omnes Patres in Iaponia agentes, maio- velit fauore & beneuolentia proſequi, qua re mihi gratiſſium faciet. Mitto autē Excellentiæ V. in amicitiæ teſtimonium

duos enſes, binos ſclopos nouæ formæ, bina arma, equos duos cum ſuis ornamentis, quatuor periſtromata auro picta, vnamque machæram, quæ poteſt ſeruire pro ſclopo, & militare tabernaculum. Ex India, anno 1587.

*D. DVARTES DE Meneſes.*

HÆC erat ſumma Epiſtolæ, ad phraſin Iaponicam accommodata; cuius exemplum idiomate & charactere Iaponico epiſtolæ erat coniunctum, & attalicæ thecæ inclutum. Oblata epiſtola, Quabacondonus diu multumq; magna attentione & curioſitate omnia conſiderauit; poſt prælectam autem tranſlationem Iaponicam, P. Viſitator, duce cærimoniarum Magiſtro, per medium Dominorum conſeſſum aſcendit vſque ad thronum Quabacondoni, & aperiendo caput more noſtro, ter reuerentiam ei exhibuit, & mox in ſuum locum deductus eſt, vt e regione Quabacondoni ſederet. Deinde acceſſerunt duo reliqui Patres, qui præſtita ſimili cæremonia, ſeſſum recepti ſunt iuxta Patrem, ſed gradu paulo inferiore. Poſt hos deinceps ſecuti ſunt quatuor Domini Iaponenſes, cum omnibus Luſitanis, qui quini & quini, præſtita eadem reuerentia, ſinguli ſuis locis ſunt collocati. Omnibus his humanitatis officiis, nouiſque gentis ritibus, mirum in modum cum Quabacondono recreati ſunt omnes qui aderant Iaponiæ Principes. Ac mox iuxta morem Iaponicum multiplici ceremonia prodiere Sacanſuchi & ſcan (ritus is eſt huic genti celeberrimus) inuitantes hoſpitem, offerendo illi potum & cibum, manu propria vel aliena; pro cibo autem offertur aliquid exiguum ad prouocandum appetitum, tum Sacanſuchi paruulum craterem inauratum & elaboratum, quem honoris cauſa Dominus cuiuſdam regni ferebat, porrexit Quabacondono, qui cùm parum bibiſſet, traditus fuit de manu in manum tribus proximis Dominis. Quo peracto, crater recenti vino impletus eſt; & Quabacondono bibente, P. Viſitator iuſſus eſt è loco ſuo adire thronum, vbi propria manu ei porrexit Sacanam, quæ res eſt exigua, non abſimilis fructui, vt ea veſceretur, atque hoc ſummi fauoris & honoris loco in Iaponia ducitur; vnde ne quidem primis illis regni Dominis cum detulit. Pater autem magna cum reuerentia aliiſque cærimoniis ſacanam accepit, atque item craterem. Dur

hæ

ec aguntur, apparent equites duo cum duabus grandibus men-
;, in quibus erant centum laminæ argenti; acceſſit & tertia,
qua erant quatuor veſtimenta ſerica, hæc omnia ex parte
uabacondoni oblata ſunt P. Viſitatori, qui nouis cum ſingu-
ri reuerentia gratiis actis, in ſuum locum rediit. Idem fecê-
duo reliqui Patres, quibus cum Quabacondonus per Sacan-
chum Sacanam dediſſet, vnicuique obtulit menſam vnam
m 100. argenti laminis, & duas veſtes ſericas. Deinde acceden-
ous Dominis Iaponenſibus cum omnibus Luſitanis, cuique de-
t vnam veſtem, & quinas argenti laminas: duobus verò fratri-
s, qui interpretum loco aderant, dedit 30 laminas & vnam
ſtem. Summa fuit duorum milium quadringentorum nona-
nta quattuor ducatorum. Nam quæque lamina valebat qua-
or ſcutatis & tribus iuliis. Quibus muneribus, iuncto hono-
, quo data ſunt, exiſtimatus eſt Quabacondonus præter mo-
m fuiſſe munificus & liberalis, eo quòd in nulla vnquam lega-
one tantam liberalitatem demonſtraſſet.

Peracta hac tota cæremonia, Quabacondonus vnum è tribus
ominis ſibi vicinis, nomine Acciuteum, vocauit, & ſimul alium
endam è tertio ordine, per quos (vt ſuum tueretur honorem,
m in Iaponia illud dignitatis maioris ſignum eſt) indicari iuſſit
tri Viſitatori, ſe plurimum eius aduentu recreatum: & cùm
niat è regionibus admodum remotis, ſe libenter ei oſtenſu-
m ædificia Meacenſium, niſi ſuperioribus bellis ita vaſtata fuiſ-
nt vt penè pudeat, ea exteris oſtendere; licèt ſperaret planè
meliorem formam breui reſtituenda, addebatque ſe vehe-
enter deſiderare, vt in poſterum maior inter ſe & Viceregem
nſuetudo firmaretur. Ad quæ reſpondit Pater, non poſſe ſe
æ Eccellentiæ pro tanta beneuolentia tantiſque beneficiis
rem rependere gratiam, iiſque facilè declarari magnitudi-
m imperii ipſius, & nomen æternum, ſeque huius rei apud Vi-
regem plenam facturum teſtificationem. Deinde iterum eoſ-
m Dominos ad Patrem miſit, vt pro muneribus oblatis gra-
s agerent, tum quòd pretioſa, tum quòd in Iapone noua &
uiſa eſſent. Quo facto, ſurrexit, & propiùs accedendo Pa-
m, ei dixit, vt cum Dominis iſtis Iaponiæ principibus recrea-
nis cauſa nonnihil hæreret: & ſic recepit ſe intro.

Ac mox illatæ ſunt tabulæ quædam quadratæ, recens fabrefa-
e, quarum vſus ſolet eſſe in ſimilibus conuiuiis; etiamſi in hoc,
erit numerus æquo maior. Nã primũ allatæ ſunt tres tabulæ,
arũ quæq; habuit tria fercula diuerſa, & in fine omnibus por-

rigebatur potus. His ſucceſſerunt quinque aliæ tabulæ, cum al
iiſque variis cibis. Magnum erat conuiuarum, & eorum qui me
ſæ miniſtrabant, ſilentium, tamque parum comedebant, vt p
cærimonia, non pro neceſſitate viderentur comedere. Quod
ordinem attinet, primum locum tenebant octo Domini ſecu
di ordinis ſupradicti, vnà cum Patribus. Tertii ordinis D
mini non comedebant quidem, ſed tamen habebant quanda
dignitatem ſecundùm locum. Vltimo loco comedebant Luſit
ni cum quatuor Dominis Iaponenſibus.

In fine prandii prodiit cum veſtitu ordinario Quabacond
nus, relicto habitu Quabacù, & ſedit vicinus loco, in quo ſed
bant Patres, cæpitque magna familiaritate loqui cum P. Viſit
tore, multaſque proponere quæſtiones, quarum reſponſis miri
cè ſe recreari oſtendit. Tum applicuit ſe Luſitanis, à quibus
tem multa eſt percontatus. Sigillatim autem diutius egit cu
Dominio Mantio, cum magni amoris ſignificatione, dixitq
ſe cognatum eius reſtituiſſe Domino Fiungenſi, & ſi vellet i
manere in aula, ſe ei omnia officia delaturum, & vt faceret, v
hementer vrſit. At quia aliæ cogitationes erant D. Mant
tam prudenter & comiter reſpondit, vt ipſe Quabacondon
eius rationes approbaret. Petiuit deinde multa etiam minu
à Domino Michaële; vt de nomine eius & cognomine, an
ſet cognatus D. Proraſii? ita vt coactus fuerit dicere, parente
ſuum genus ducere ab Arima. Vnde ſubiecit Quabacondon
Mihi videntur iſti Domini de Scimo valde familiares eſſe P
tribus & Viceregi Indiæ. Interea remotæ ſunt menſæ, reu
tenſque ad locum Patris Viſitatoris, iuſſit vocari quatuor D
minos Iaponenſes, vt audiret eorum Muſicam, quam in E
ropa didiciſſent, allatumque eſt confeſtim ingens cymbalu
barbiton, aliaque muſica inſtrumenta, tantaque attentione
voluptate ludentes auditi ſunt à Quabacondono, vt tertiò i
ſint eandem repetere cantilenam. Deinde ſingula inſtrumen
in manus accepit, & multa ad ea pertinentia quæſiuit. Dei
que dixit, maiorem in modum ſe lætari, ipſos eſſe Iaponi
ſubindicans, ſe velle eos retinere in aula ſua; quæ res & P. Vi
tatorem & ipſos Dominos Iaponenſes non paruo dolore af
cit. Et poſt diuturnum colloquium P. Viſitatori dixit, ſe ve
deinceps magnam cum Vicerege colere amicitiam, magni
facere munera, quæ miſiſſet. Itaque mandat, vt in magno qu
dam atrio tentorium explicaretur, & equus Arabicus p
duceretur, qui ſuo inceſſu & forma corporis ita placuit, vt
dere

eretur omnibus donis illum anteferre. In ſumma, toto eo die
a ſe affectum oſtendit, vt nihil illi gratius contingere potuiſſe
eatur. Poſtremò duobus Cunghis mandauit, vt Patri &
uſitanis palatium ſuum ſpectandum præberent, cuius ele-
antiam, ordinem, & opes valde ſunt admirati. Nam etſi Domi-
orum palatia pauca habeant tabulata, imò communia domi-
lia conſtent vno tantùm ſolario, ob crebros terræmotus, &
uia tota ſunt lignea: Quabacondoni tamen palatium, quia plu-
bus contignationibus conſtat, omnibus ædificiis ſupereminet.
t generatim loquendo, tantus eſt nitor omnium, quantus
x credi poteſt, mira proportio & ſimilitudo vnius cum alio,
uſitata architecturæ ratio. Stant quatuor aut quinque palmos
altatæ ædes ſupra terram ob nimiam ſoli humiditatem, aſſeres
ixi terræ conſtrati ſunt tatamis (id ſtorearum genus eſt) octo
lmas longis, latis quatuor, & tres digitos ſpiſſis; ſic vt non opus
t ibi ſedibus, ſcamnis, lectis; ſed nec curant iſtas noſtras com-
oditates, quia quicquid tandem agant, recumbunt in his
oreis.

Conſpecto palatio Quabacondonus P. Viſitatori abeundi po-
ſtatem fecit cum magna beneuolentiæ ſignificatione, dicen-
o ſe eum iterum inuitaturum, & ſub noctem iuſſit ad ſe vocari
uendam fratrem noſtrum, cum quo in mediam vſque noctem
rmonem produxit: & inter alia affirmauit, ſe cogitare de mune-
nobiliſſimo ad Viceregẽ mittẽdo, ſic vt ſperaret ſe in omnibus
oſſe excepto ſolo equo & epiſtola euadere ſuperiorem: & ſubi-
o curauit confici memoriale omnium rerum, quas mittere cogi-
rat, etſi poſtea in aliquibus mutarit. Poſtera luce à prãdio eun-
m cum D. Mantio reuocari voluit, vt ipſum docerent rationẽ
rigendi horologii, quo Pater eum donarat. Sicque abiit dies, &
oſt mille quæſtiunculas conſilium ſuum de occupanda Cina eis
tefaciebat, addebatque Patres Bonziis eſſe valde exoſos, quòd
uſa eſſent, vt templa eorum euerterentur, & omni autoritate
ud populum exuerentur.

Curauit deinde vocari varios opifices, mandando illis, vt res
uerſas cõficerent oblatione regia dignas, decernebatque tem-
s, quo opus abſoluerent; ac vt ſtatim initiũ facerent, dedit eis
cem laminas auri, & centum argenti, quæ efficiunt ſummam o-
ngentorum ſexaginta ducatorum. Sed & iteratò egit cum D.
antio, vt cũ ſociis ſuis in aula maneret; placuerant enim ei mu-
a inſtrumenta, & profectio eorum tam longinqua; verùm
e ſapienti ſua reſponſione Quabacondonum reddidit

conten-

contentum. Deniq́ue dimiſit hominem, commendans ei, vt indi caret P. Viſitatori, ſe die inſequenti iter inſtituturum verſus re gnum Ouarenſe, quatuor dierum interuallo a Meaco diſiũctum vbi hærendum ſibi ſit dies aliquot; ipſe autem, quandoquiden nauis depulſa ſit, commorari poſſit aut Meaci aut Vſacæ, aut id magis placeret, redire Nangaſachum, ſe ſuo tempore miſſu rum reſponſum & munera pro Vicerege. Hic eximius fauor honor eo maius pondus habuit apud omnes, quo minùs fu expectatus, & plurimum iuuit Iaponiorum conuerſionem. nar ii Iaponii, qui nondum audiuerunt, vel certè auditam non be ne cognouerunt Euangelii prædicationem, vt mirum in modu paſcuntur honoribus, ita exiſtimant fidem noſtram hoc antece lere ſectis reliquis, quo amplior honor à Dominis Iaponicis d latus eſt eius Miniſtris vel prædicatoribus. Qua de cauſa confeſtim rumor per omnem Iaponem percrebuit, Patres eſ ſuæ libertati reſtitutos; tantiſq́ue lætitiis inceſſerunt Chriſtian vt inceperint erigere Cruces, aliáque edere ſigna ſummæ tra quillitatis. Etſi qui intus & in cute Quabacondonum noran probè intelligerent, eum nihil cogitare de Patribus reſtituendi nam & principio exceperat, vt ne Legatus de hac re ſecum ag ret, nec aliud videbatur Dominis Chriſtianis, quàm nocere p tiùs poſſe, quàm prodeſſe ſermonem de hoc argumenro inſtit tum. Quare neque verbum pater de hoc fecit, expectans, don ipſe indicaret quid ipſe in animo conſtituiſſet. Videtur autem n tu diuino factum, vt cum hac Legatione nondum fieret reſtituti tam multa bona, eaque maximi momenti, inde ſunt conſec ta. Imprimis enim furor Quabacondoni, qui poſt perſecuti nem indies magis augeſcebat, plurimùm fuit compreſſus, dei de, vt iam dicetur, cùm in præſentia eius, Patres falsò delati ſent, ab acerba quadam clade inferenda abſtinuit, dicens, nil tentandum, dum Legatus adhuc verſatur in Iapone; poſt ve eius diſceſſum ſe velle, quæ cogitaſſet exequi. Quamuis poſt meliùs informatus à Ioanne Rodrighez fratre noſtro, munerib quoque variis à Patre miſſis, Chriſtianorumq́ue Dominorum ſe mone inflexus alienationem omnem depoſuerit; ac palàm n ſemel affirmaret, Patres eſſe immunes ab omni culpa, ipſos ha legationem procuraſſe; poſſe Nangaſachi remanere decem ſ cios P. Viſitatoris, quare cauſa tota Patrum caret omni pe culo, & Domini Chriſtiani multo, quàm antè, ſunt ſec riores.

Alter bonus effectus, qui hinc conſecutus eſt, fuit commu

tra

nquillitas, nouuſque animus omnium Chriſtianorum. Cùm
m viderent Quabacondonum placatum, prorſus confidebant,
opter legationem, & Viceregis dona; & exſpectationem noui
ponſi, nullum progreſſum furoris futurum: maximè autem
aduentu Iacondoni in hæc regna de Scimo clariùs eluxit diui-
prouidentia: nam ingens & Patres & Chriſtiani adiiſſent
æ periculum, ſi P. Viſitator Nangaſachi non remanſiſ-
, cui, quoniam cum nomine Legati multos ſecum publi-
habebat Patres & Chriſtianos, nihil moleſtiæ illatum
.

Quo verò tempore commoratus eſt Meaci, magnus ad eum
t concurſus, tum Dominorum tum Equitum, qui curioſita-
allecti, ventitabant viſendorum Luſitanorum cauſa, ma-
nè autem colloquendi cum quatuor Dominis Iaponenſibus,
ltique obſtupefacti commemoratione rerum, quas narra-
nt, eos in ſuas ædes inuitabant. Hæſit P. Viſitator Meaci ip-
viginti duos dies a Quabacondoni diſceſſu. Quo interuallo
tus numerus hominum vtriuſque ſexus ex diuerſis partibus
nfluxit, vt videretur continuata proceſſio, & certè nutu
uino factum videbatur, quòd hoc tempore abeſſet Quabacõ-
nus: ſi enim præſens fuiſſet, facilè potuiſſet in notitiam
nti concurſus venire, ac ſuſpicari non eſſe adhuc ſecutam Pa-
m reſtitutionem. Et quanquam, vt Chriſtiani ſuam conſola-
nem acciperent, in ordinem ita redacta ſint omnia, ne ni-
a eſſet concurſatio in platea, in qua habitabant; nihilominus,
n viſendi Patris ergò inde à 15. 20. & 50. aduolarent leucis,
ntum accreuit numerus, vt à ſummo diluculo vſque ad mediũ
equentis noctis opus fuerit Confeſſionibus eorum audiendis
are. Ac quamuis quotidie tria Sacra in tribus locis fierent, tã-
n tantus conueniebat communicantium numerus, vt locus
n caperet omnes, nec omnium deſiderio fieri ſatis poſſet. Lu-
ni certè non parum demirati ſunt, deflagrante adhuc perſe-
ione inter medios Ethnicos, tantum eſſe Chriſtianorum ar-
rem: maximè cùm Quabacõdonus, euerſis templis & domibus
riſtianorum, manifeſtum ſe hoſtem Chriſtianorum Patrumq;
abundè ſatis declaraſſet.

Pater Viſitator, etiamſi in propria perſona nullum ipſe, præ-
Quabacondonum, inuiſiſſet, mandabat tamen viſitari & alios
minos. Sicut è contrà fuit ipſe viſitatus à diuerſis Dominis
nicis: cumque iuſſiſſet viſitari Dainangandonum nepotem &
edem Quabacondoni, ita grato animo accepit hoc officium,

vt etiam

vt etiam munere Iaponico compenſarit. Curauit quoque inuiſi
Morindonum nouorum regnorum Dominum, qui poſt Quaba-
condonum & Fachicondonum 13 regnorum dominum (cuius
coniux eſt filia adoptiua Quabacondoni) habetur potentiſſi-
mus. Idem præſtitit aliis multis Dominis, quorum quidam cum
in propria perſona inuiſerunt, congratulatique ſunt, quòd tan-
ta humanitate & honore eſſet a Quabacondono receptus, in-
dicantes ſe magno deſiderio teneri noſtræ reſtitutionis. Et
certè ſi tunc fuiſſemus reſtituti, multi magni Domini propter
opinionem, quam habent de fide noſtra optimam, Chriſto ſe
aggregaſſent. Nonnulli occultè aures præbuerunt Catechiſticæ
doctrinæ, interque eos filius Maiendamatę Saimon trium regno-
rum Domini, & Quabacondono admodum familiaris. Qui iu-
uenis ſecum habet Darium Patrem Iuſti Vcondoni, quorum,
nempe columnarum Chriſtiani populi, induſtria Maiendamata
Saimon cæpit affici erga religionem Chriſtianam, & audito Dei
Verbo, tantum profecit, vt planè cogitaret de ineunda noſtra re-
ligione; verùm quia erat inter viros Principes totius aulæ, &
magnæ mutationis periculum timebatur, ſi res in publi-
cum veniſſet, in aliud tempus magis opportunum eius baptiſ-
mus eſt prorogatus, venítque ipſe ſalutandi cauſa ad patrem, eiuſ-
que ſe diſcipulum ingenuè profeſſus eſt. Idem fecit magnus qui-
dam Dominus regni Vnoſci, qui opera Vcondoni adductus ad
noſtros audiendos manus quidem dedit, ſed eadem de cauſa,
qua prior, initiationem ſuam diſtulit. Sed & alii minorum gen-
tium equites veritati ceſſerunt, & ſacris vndis tincti ſunt. Quòd
ſi prædicationi via liberior patuiſſet, multo maior neophytorum
numerus fuiſſet. Sed propter impendentia diſcrimina ſenſim pro-
grediendum erat.

Venit quoque honoris cauſa ad Patrem Nabunangæ gener
Findanocàmon, qui paulo ante inchoatam perſecutionē factus
erat Chriſtianus; & tunc quidem tantùm erat Dominus vnius
Partis regni Iſce, nunc verò Quabacondonus in Oiu. decem am-
pliùs partibus eius Dominatum auxit, atque idcirco inter ma-
ximos Iaponiæ Principes numeratur. Singularis amicus eſt V-
condoni, & bis ſalutatum venit Patrem, promiſitque, cùm per tē-
pus licebit, magnam in ſua ditione hominum conuerſionem, ſe-
que aduocaturum multos Patres. Itaque ex omni parte patefacta
eſt ianua ad conuerſionem vniuerſæ Iaponiæ.

Hoc ipſo anno Quabacondonus Meaci rem planè nouam ag-
greſſus eſt. Vt enim illuſtrem nominis ſui relinqueret memo-
riam

, totam Vrbem ingentibus foſsis circumdedit, & vt Mea-
renouaret, voluit Bonzios ſuis ſedibus vel paræciis deſertis
ium ſimul domicilium, prope dictas foſſas, cõmigrare. Quod
datum etſi fuerit durisſimum, nec facilè ab vllo vnquam alio
utioni commendari potuiſſet, tamen paucorum dierum in-
illo celerrimè, cum magno Bonziorum dolore, perfectum.
res dejecit omnino Bonziorum animos, tam propter acce-
n contumeliam, quaſi è ſocietate hominum eſſent extur-
& inſtar peſtiferorum aut leproſoram in ſeparatum locum
pacti; mille ipſorum ſectis in vnum quaſi chaos redactis: tū
n, quòd ereptis iam antè annuis redditibus, nunc parœciis
que deſtituti, omni prorſus præſidio atque eleemoſynis pri-
ur. Quare nonnulli eorum, cùm templa ſua reædificare
poſſent, nouum vitæ genus complexi ſunt; alii verò in ma-
anguſtias redacti ſunt, exiguumque hominum habent con-
um, & paucas eleemoſynas: Quibus rebus, mirum eſt, quàm
na pateſiat via ad conuerſionem Meacenſium, vbi initio ma-
erat in Euangelio diſſeminando difficultas, propter ſummā
ziorum cum ethnicis coniunctionem.

m multa particulatim cum magna ædificatione commemo-
poſſent de Chriſtianis, qui in illis regnis commorantur.
cùm annuæ hæ multam ſuppeditent materiam ad ſcriben-
, illis neceſſe eſt ſuperſedere. Tantum deſcribam, quam
nem tenuerint in ſpiritu fouendo & conſeruando Chri-
i in ipſo perſecutionis æſtu, confecerunt inter ſe quaſi
ldam Sodalitium, Dominicis diebus in vna aliqua do-
conuenere, magnamque partem diei conſumpſere in per-
andis rebus ad ſalutem animæ pertinentibus, nunc le-
o librum aliquem ſpiritualem, & conferendo de lectio-
udita, nunc ſimul orando, Deóque commendando popu-
Chriſtianum, Patrumque liberationem: celebrando item
ſdem domibus feſta totius anni primaria; & per Quadra-
nam feriis ſextis diſciplinam faciendo, idque ad effuſionem
uinis, maximè Hebdomada ſancta. Memoriam enim re-
it Calendarii, cuius exempla idiomate Iaponico impreſſa
miſimus. Ac Meaci quidem eiuſmodi viſuntur ſeptem vel
Congregationes, non virorum modò, verùm etiam,
ſeparatim, feminarum, quæ his exercitiis vtuntur. Vt
n poſſint in illis perſeuerare, Dei prouidentia factum eſt,
guli cœtus quoſdam habeant zelo præſtantes, quaſi con-
tionis Capita, quos cæteri magno amore & honore
comple-

complectuntur. Quidam cæteris doctiores etiam concionatum eunt, & Christianam doctrinam tradunt, atque ita non ſolùm iuuant Christianos, verùm etiam inſtitutione ſua multos nouos faciunt Christianos quotannis. Inter hæc capita præcipuus eſt Iuſtus Vcondonus in regno Cangano, qui non ſolùm Spiritalibus, ſed etiam temporalibus, contemptis periculis & damnis, ſuis opibus afflictos adjuuit. Is nūquam ſe a làtere Patris, quamdiu Meaci fuit, dimouere voluit. Eadem caritatis officia exercet Iuſti pater Darius in regno Ieteu, qui etſi ſexageſimum ætatis annum exceſſerit, tamen pedibus media hyeme iter pluſquam quinquaginta leucarum per denſas niues confecit, vt viſeret Patrem Meaci vbi etiam vſque ad abitum remanſit. Idem in regno Sacai præſtat Iacobus Fabianus Rioques, qui ædes ſuas conuertit in templum vno altari inſtructum, eoque precandi cauſa Christiani conueniunt, & dum vicini eius Ethnici ei dicunt, ſi res perueniat ad aures Quabacondoni, fore vt in crucem agatur, reſpondet, hoc ipſum omnino ſe deſiderare. Nec minùs eodem in genere Ozacæ laboratur ab Auguſtino Ecunocamindono, & in regno Vauam a Paulo Zamanachi, vbi licèt exul inter medios viuens Ethnicos Christianis ſacris plures quadraginta initiauit, & in religione etiamnum conſeruat. In regno Omi eſt Christianus nomine Boct qui eodem ſpiritu impulſus è domo ſua fecit Eccleſiam, & veteres Christianos in fide conſeruat & fouet, & multos veteribus nouos adjungit. Idem in regno Ouari præſtat quidam antiquus Christianus, dictus Cōſtantinus, & in regno Mino, cœcus nomine Tobias, qui magno cum fructu, ad mortem vſque, etiam in media perſecutionis, ingenti numero auxit Eccleſiam in diuerſis locis. In ditionibus Tacazuchi, quæ fuerunt Iuſti Vcondoni, loca quædam omnino integra manent & inuiolata à defectione, cum magnis conſtantiæ argumentis. In regno Amangucciorum adhuc viuunt Gregorius & Petrus antiquiſſimi Christiani inde à P. Xauerii & Coſmi Turriani temporibus, qui vtcumque ſuſtentāt Christianorum reliquis. Itaque Deus omnibus Christianis per Iaponiam diſperſis, vbicumque patres ſedem figere non poſſunt, ſua reliquit remedia & adiumenta. Neque parum rem Christianam iuuat, quòd diuina gratia opitulante, quidam Christiani non deſtituuntur fauore Quabacondoni, vt Auguſtinus Ecunocamindonus, & pater eius Ioachimus Riuſa, & Quambioiendono. Breuiter, omnes primarii Christiani generatim in hac perſecutione diuinam experiuntur prouidentiam & curam, licet enim exulent, aliiſque Dominis ſeruiant, omnes tamen prop-
hø

·c , facultatum incremento præter morem remunerati ſunt. uare neque vllus eſt Iaponiæ Dominus alicuius momenti, qui n habeat ſecum aliquos Chriſtianos magnæ autoritatis: vt o- ttam alios ad excelſum dignitatis gradum euectos. Ex vtro- e ergo Chriſtiani, & quòd manifeſtiſſimam cernant Dei proui- ntiam, & quòd Patres in Iapone remanſerint, ſummam perci- unt conſolationem.

Elapſis 22. diebus, omnibus Dominis Chriſtianis viſum eſt, ex- lire vt P. Viſitator, quandoquidem tanto honore exceptus eſ- , non præſtolaretur reditum Quabacondoni, ne tanti lucri for- iacturam faceret, ſi enim in reditu ſuo eoſdem fauores non cō- uaret, futurum vt tota legatio veniat in contemptum. Pater que miſſo quodam in regnum Ouári, ad petendam à Quaba- ndono licentiam, tranſiit per Ozacam, vbi octo dies eſt com- ratus, & nouus concurſus factus plurimorum fidelium, qui de- le in diſceſſu Patris mirè collocrymarunt. Quid facient, ſi abſ- hatur ab eis & Pater Organtinus, quem maiorem in modum, diuturnitatem temporis, quo eorum curam habuit, amant & erentur? Hic Pater remanſit cum fratre Ioanne Rodriquez, & Patris Viſitatoris interpres, ſecundùm ordinationem Quaba- ndoni, palàm erat notus. Verùm quantumcūque Pater ille ver- etur in magno periculo, tamen Pater Viſitator voluit eū Chri- inis, propter importunas eorum preces, ſed poſt aduentum fra- s Ioannis Rodriquez, relinquere.

Digreſſus Ozaca Viſitator, paucis diebus attigit Firandū, Eth- i cuiuſdam patriam, qui ſemper fuit capitalis Chriſtianorum micus. Ibi degit Domina Mezia, D. Bartholomæi Omurādoni a, matrimonio copulata cum vnico filio & hærede Domini andenſis Ethnico & noſtræ religionis inimico, quæ licet 17. æ- is annum non excedat, tamen tanta valet prudentia, & in fide nſtantia, vt multos etiam famulos Chriſtianos hactenus in re- ione fouerit; imò & totius patriæ Chriſtianis omne detulerit trocinium; etſi ea de cauſa magnæ illi perferendæ fuerint cala- tates, & maximè poſt defunctum ſuum patrem, Dominum Bar- lomæum. Nam omnes ſemper artes ad eam peruertendam ad- uit, occaſione huius perſecutionis, infinitis iniuriis & contu- liis onerando Chriſtianos, ipſique prohibendo omnem cū Pa- bus communicationem, Confeſſionem, & Miſſam at illa, vir- e pluſquam maſcula à Domino ei communicata, prudentiſſi- ſemper obluctata marito eſt, nonnunquam audacter reſpon- do, ſe malle millies oppetere mortem, quā in minimā rē ſacrę

noſtræ Legi contrariam conſentire. Vnde habebat domi Oratorium pulcris & deuotis imaginibus ornatum, in quod orandi cauſa frequenter ſe recipiebat. Solabatur quoque ſe reliquiarum ſacrarum thecis, & granis benedictis, & reſponſis noſtrorum Patrū ad ſuas litteras, ad quos crebrò ſcribebat, nec ſolùm ad Patres Firandenſes, ſed etiam ad P. Viſitatorem & P. Viceprouincialem: Ad Patres verò Omurenſes non ſolùm ſcribebat, ſed etiam eleemoſynas pauperibus diſtribuendas mittebat. Denique patientia ſua Chriſtianaque prudentia id in animis hominum effecit, vt ama[...]retur à quàm plurimis, ac etiam maritus iam eò deductus ſit, v[t] non dubitetur, breui fore Chriſtianum. Exemplo huius bonę Do[...]minæ in eadem conſtantia perſiſtit Domina Grazia filia Acheci (qui occidit Nabunangam, & paucos dies imperium totius Ia[...]poniæ obtinuit, cùm priùs eſſet rex Tangi) quæ, etſi vxor ſit cu[...]iuſdam Domini gentilis inter Iaponios ferociſſimi, vt tamen co[...]gnouit alicubi agi de rebus fidei noſtræ, ita commota eſt, vt, cùm ipſa non poſſet, mitteret ſuam quandam feminam, quæ lection[i] Catechiſticæ intereſſet, ex eaque poſtea audiret, quicquid dictum eſſet; tantūq; profecit, vt, cùm aliter non poſſet, per literas ad Pa[...]tres datas facultatem impetrarit, Baptiſmum accipiendi à prædi[...]cta femina Chriſtiana; quod fecit, non ſine ingenti vitæ pericul[o] ſi marito innotuiſſet. Magnæ certè nobis voluptati eſt, videre fe[...]minas tanta pietate animique fortitudine inter medios Ethni[...]cos præditas, & in primis hanc Graziam, quæ nunquam vel Pa[...]trem vel fratrem vllum de Societate conſpexerat, nec aliud de re[...]bus fidei cognorat, quàm quod à femina illa didicerat, & ex lite[...]ris Patrum, tractatibuſque ſpiritalibus, quos ad eam miſerant F[...]rando Pater cum quatuor Dominis Iaponenſibus abiit Nangaſ[a]chum, vbi magna lætitia excepti ſunt à Patre Viceprouinciale, [a]liiſque Patribus & fratribus, qui ibi degebant: inde verò duoru[m] dierum interuallo P. Viſitator ad viſitandum Collegium Canz[u]canum conceſſit. Quæ verò reſtant de ſucceſſu Legationis, inte[l]ligentur ex rebus particularibus Collegij & Reſidentię Arimēſis.

## DE COLLEGIO CANZVCANO, QVOD NVN[C] *eſt in Amaiuſa, & de alijs Reſidentiis ditionis Arimenſis.*

IN aduentu Patris, ad hoc Collegium ingens gaudium Patr[i]bus & fratribus obortum eſt, qui numerum quadrageſimu[m] tunc excedebant: cùm in coniuncto ſeminario cenſerent[ur] alumni circiter nonaginta. Et quia Dominus Protaſius Arimc[...]

don

nus ex graui morbo, quo decubuerat, adhuc languebat, nec po-
at tam citò Patrem inuiſere, miſit certum hominem, qui re-
nciaret, ſe quamprimum per vires poſſet affuturum. P. autem
itator de eo conueniendo cogitans, non exiſtimabat id tem-
is publica & ſolemni Cærimonia, (quemadmodum alioquin
ebat) lignum S. Crucis, enſem, pileumque, quæ S. D. N. Xiſtus
er Dominos Iaponios ei miſerat, eſſe porrigendum, tum quòd
itudine dicta detineretur, tum quòd Quabacondonus nihil
n de tyrannide ſua remiſerat: quare ſi res hæc innotuiſſet, faci-
oterat D. Protaſius in aliquod venire diſcrimen. Verùm ipſe
lo modo voluit rem hanc ſine debita ſolemnitate perfici, ma-
è quòd tunc Arimæ nulli eſſent externi, conſideretque planè
ditos ſuos non eſſe rem publicaturos. Deinde aiebat minimè
uenire honori ſuo & exiſtimationi, ſi dum ſua Sanctitas tanta
euolentia & gratia ipſum proſequitur, mittendo theſaurum
preciosum ligni S. Crucis, non omni, qua poſſit, celebritate,
n reciperet; quare & volebat omnes equites & Dominos ſuæ
onis primarios conuocare, & magnum quaſi feſtum inſtituere
ſolenni proceſſione & magnifico apparatu. Sed quia res erat
culi pleniſſima, facileque poterat ad aures Quabacōdoni per-
, poſt varios diſcurſus & nuncios hinc inde factos, decretum
vt actio hæc inſtitueretur quidem cum ſolemni cærimonia,
ntra Eccleſiam: proceſſiones autem cum feſtis publicis non
brarentur, niſi poſt P. diſceſſum, idque eo nomine quòd Do-
us Protaſius ſanus Meaco reuertiſſet. Cùm ergo Arimenſis
eſia, alioquin ampla, referta eſſet populo; multique alij eſſent
rticu, & circum aram maximam, tabulæ impoſita ſtarēt do-
æ Sanctitatis ad D. Protaſium, præſentibus quoque quatuor
inis Iaponenſibus veſte pretioſa amictus, cum organorum a-
mque inſtrumentorum ſtrepitu inchoata eſt Miſſa ſolennis,
s operante Patre Viſitatore; cui ſeruiebant Seminarij alum-
einde habita concio eſt, in qua declaratum eſt, quis ſcopus
uor Dominorum Iaponenſium in hac Legatione fuerit; cur
us honor in vrbe Romana eis delatus, nempe vt nouellorum
ſtianorum animos ſua Sanctitas magis ad pietatem accen-
: nec aliam cauſam eſſe, cur honoris cauſa Domino Pro-
, per nepotem ſuum Dominum Michaëlem, hæc mune-
ſiſſet. Prolixè quoque expoſitum fuit, quanto in pretio
æ Crucis lignum ſemper fuerit, ſic vt n i.ſum nunqua
, niſi ad Principes magnæ dignitatis. Aderant
tuto tempore, vti erat conſtitutum, Iaponenſes Domi

Dominus Michael ſolenni ritu ferebat ſuæ ſanctitatis breue,in
poſitum arculæ valde elaboratæ, & precioſo velo contectæ, ſtip
tuſque alijs dominis. offerebat D. Protaſio agenti in Sacello m
iori,qui magna reuerentia & ſubmiſſione proſternendo ſe ante
Sanctitatis Breue,(quod ſummæ reuerentiæ apud Iaponios in
cium eſt)arcula manu apprehenſa;& in caput ſublata,Breue acc
pit, & Patri cuidam ponè aſtanti dedit,qui illud clara voce lati
legit, Patre Viſitatore interim, cum pluuiali ſplendido, quod
Sanctitas in Iaponem miſerat,cum Diacono, ſubdiacono, ali
miniſtris proximè aram ſedentibus.Lecto breui latino, lectum
eiuſdem exemplar idiomate Iaponico à quodam fratre. Com
ruit deinde Dominus Michaël ante Patrem, tenens manu gla
euaginatum;Dominus verò Mantius cum galero;Dominus M
tinus cum vagina gladij argentea inaurata, & denique Domi
Iulianus cum Breui,nam lignum ſanctę Crucis relictum eſt in
tari.Poſt hæc ſubitò Dominus Protaſius cùm prodiiſſet, & ge
ante Patrem flexiſſet in altaris gradibus;Pater ſe erexit, & reci
tis primùm aliquot orationibus ex Rituali Romano, reueren
accepit ſanctæ Crucis lignum, quod erat inſertum fuſili ex a
Cruci,in cuius ſummitate erat Crucifixus & catena aurea, q
cùm monſtraſſet, Dominus Protaſius iterum in terram ven
bundus ſe abiecit. Pater deinde illud capiti eius impoſuit,
poſtremò in collum his verbis iniecit: Accipe Lignum ſan
Crucis, &c. quæ ſunt in eodem Rituali. Secundò Pater acc
enſem è manu Domini Michaëlis, & Domino Protaſio porre
dicens: Accipe gladium, &c. Denique galerum capiti eius
poſuit, dicens:Accipe pileum, &c. Tum Dominus Protaſius re
tita eadem reuerentia, more Iaponico ſe ſubmittendo, acce
benedictione à Patre,ſe erexit,& in locũ ſuum rediit,enſem tra
Domino Leoni, pileum verò D. Sancio, fratribus ſuis. Vagin
verò enſis præcipuo cuidam genero ſuo;qui manibus,toto ſol
nis huius actus tempore, hæc omnia tenuerunt.Et breue ſuæ S
ctitatis eodem tempore locatum erat in Domini Protaſij c
ſpectu. Tanta autem fuit lætitia Equitum, Dominorum, & a
rum,qui maximo numero ad hanc actionem cõfluxerant, vt
viderent à Chriſti Vicario, tam nouo & inaudito honoris ge
Dominum Protaſium affici,non potuerint ſe continere à lac
mis,nonnulli quoque & Deo Domino noſtro ac Patri Viſita
gratias egerint. Dum autem Pater, completo diuino officio,
aliis Patribus & altaris Miniſtris ſe recipit in Sacrarium; D
ni quatuor Iaponenſes adierunt Dominum Protaſium ei
gr

atulaturi, qui viciſſim magno affectu gratias egit Domino Mi-aëli, tribuſque reliquis, quòd labores tam longi itineris ſuſti-iſſent; tantumque theſaurum à ſummo Pontifice, cum tanta nominis amplificatione, attuliſſent. Similiter Pater Viſitator m aliis Patribus ei gratulati ſunt, ipſe verò totis artubus exul-bat, multoque animi ſenſu grates agebat pro fauore, ipſius o-a per ſanctiſs. D. N. præſtito. Abierunt inde omnes vnà ad pa-ium Domini Protaſij, muneribuſque Pontificiis in locum per-lè ornatum, more Iaponico, maioris honoris cauſa, repoſitis, gnati omnes magna contentione agebant gratias & P. Viſita-i, & Domino Michaëli Dominuſque Protaſius palàm affirma-t, ſibi in ipſa receptione ſacri ligni Crucis nouas vires acceſſiſ-& ad aliam vitę rationem inſtituendam obligatum. Et mox cu-it fieri arculam auream, in quam ſancta Crux imponeretur; abat enim eā, ſi nuda deferretur, non ſatis reuerenter tractari. P. Viſitator tandem Canzucam reuertit, relictis Dominis Iapo-ſibus apud D. Protaſium, quorum cauſa multa ſpectacula, a-que publica lætitiæ ſigna, edita ſunt. Poſt hæc P. Viſitator pro-tionem inſtituit ad Dominum Sancium Omurandonum, D. rtholomæi filium, cui eadem cærimonia & ſolemnitate tradi-ſacrum lignum & enſem, quæ ex parte ſuæ ſanctitatis Domi-s Michaël attulerat. Iaponenſes adierunt D. Protaſium ei con-tulando: recepitque eadem reuerentia & gratiarum actione, D. Protaſius.

Regreſſus deinde P. Viſitator ad Collegium, cum P. Vice pro-ciale viſitationem inchoauit; magnamque conſolationem ac-it ex conſpectu tot fratrum, in remotiſsimis iſtis partibus lō-ab orbe Chriſtiano diſiunctis verſantium, tantoque ſpiritus ore ſpiritalique animi voluptate Deo ſeruientium, vt ſpeciem nè præberent Collegij Europæi.

Hoc tempore, è principibus viris, qui venerunt ſalutatum Pa-m, fuit Dominus Ioannes; qui (quoniam Meaco nunciabatur ab acondonum non cogitare de Patribus reſtituendis, foreq; eſſarium, vt Collegium Canzucanum, ob portus marini cele-atem, è medio tollatur) operam ſuam offerebat pro conſeruā-Collegio, in ditione ſua; poſſe enim noſtros ibi, cùm ſint extra ninum concurſum, minore periculo, magis occultè verſari. mino verò Ioanne Canzuca egreſſo, Meaco per literas cogni-eſt, Iconocamum in reditu ſuo valde abalienatum à Patri-, eo quòd P. Viſitator nulla ſui ratione habita, pro offerēda Le-one elegiſſet Cambioiendonum parum ſibi amicum. Idē di-

cebat Cangonocamus; quanquam non apertè id diceretur, ſe
tantùm ſermone circumferebatur. Quandoquidem illi ex part
Quabacondoni Patrem vocaſſent, & tam officiosè comitati eſ
ſent, non debuiſſe honorem hunc aliis deferri. Quare P. Organti
nus, huius totius rei conſcius, curauit eos viſitari, optimaſque ra
tiones reddi, cur electi non fuiſſent: nempe, quia Meaco abfuiſ
ſent cùm P. Viſitator adueniſſet, neque vllum mandatũ reliquiſ
ſent, quid agendum eſſet, ac proinde non ſolùm nulla ratione ni
ti poſſent, ſed etiam culpę alicuius rei eſſent. Cùm enim iuſſiſſen
vocari Patrem ex vrbe, eo non expectato, nullaque commiſſion
relicta, diſceſſere, fortè quòd exiſtimarent, Legationem Quaba
condono, cuius ingenium norant, non fore admodum gratam
Verùm vt viderunt, tanto applauſu & triumpho receptam, gra
uatè atque etiam indignè tulerunt, tantam rem ſua opera &
auxilio non eſſe perfectam. Quocirca nec vllam admittere vo
luerunt excuſationem, maximè Iconocamus, qui disertè mina
batur, ſe nomen noſtrum apud Quabacondonum delaturum
quòd necdum a conuerſione nouorum Chriſtianorum abſtinere
mus, omnibuſque miniſteriis noſtris, vt alias, fungeremur. Rumo
res vndique ſpargebat, & alios Dominos, Quabacondoni amico
& familiares, noſtræque fidei hoſtes, ſibi adiungebat, vt nobis ac
cuſatis, res noſtræ, omniumque Chriſtianorum Dominorum ir
diſcrimen vocarentur. Inter cæteros peruerterunt Amaſcitaimor
intimum Quabacondoni amicum, qui Legationem præſentarat
eique perſuaſerunt Legationem fuiſſe falſam, & commentun
merum Patrum, vt ſic in gratiam redirent, & integritati ſuæ re
ſtituerentur. Egerunt quoque cum Iacu-no capitali noſtro inimi
co, qui fuit primus exilij noſtri autor, ſemperque minatus eſt, ef
fecturum ſe, vt ne vnus quidem è Patribus in Iapone remaneat
qui, vt Quabacondono eſt admodum charus, & ſumma vtitur di
cendi libertate, ita in magnam trepidationem omnes Chriſtiano
coniecit. Hæc cùm agerentur Meaci, & quotidie à Dominis Chri
ſtianis recentes nuncij afferrentur cum ſeria admonitione, vt no
occultaremus, diſſolueremuſque Collegium, Nouitiatum, & ſe
minarium, ne occaſio daretur maioribus periculis, omnes eramu
in magno mærore & afflictione, crebriſque orationibus, ſanctiſ
ſacrificiis, & caſtigationibus corporis rem Domino commenda
bamus, multiſque conſultationibus vtebamur.

Interim Iconocamus etſi cum aliis noſtris inimicis à peruer
illa mente non diſcederet, tamen hærebant, neſcientes an gra
futura eſſet accuſatio Quabacondono, videbãt enim Auguſtinu

Ecun

nocamindonum valde addictum Quabacondono: & Iacui-
,licèt noſtris infeſtiſſimus, eodem Auguſtino,ita Deo proui-
ite, vtebatur patrono & Protectore apud Quabacondonum.
tamen tandem inimici noſtri ſuis ſermonibus Legationem
abacondono ſuſpectam reddiderunt,dicentes: Noſtros nun-
m è Iapone diſceſſiſſe. Quo audito, mutato vultu ſubiecit,ſe
nes occiſurum. Sed quia tum progreſſus non eſt in hoc ſermo-
, nec quæſiuit, vnde id ſcirent, vel quo loco eſſent res noſtræ,
ad aliud argumentum tranſiit, nihil præterea auſi ſunt
cere.

conocamus & Cangonocamus,prædicti gubernatores Nan-
achentium ditionis Vcamenſis,antequam Quabacondono de
is loquerentur, magna celeritate mandarunt ſuis Officiali-
, vt tollerent omnes Cruces, quæ erant in ditione Vramenſi,
od & fecerunt,re primùm P. Rectori Nangaſachenſi indicata,
entes,ſe non poſſe non exequi,quod eis mandatum eſſet, ſub-
ros ſe cruces, ſed nullam aliam Chriſtianis irrogaturos iniu-
n. Qua re cognita Chriſtiani, ſe potiùs mortem oppetituros
erunt,quam paſſuros vt Cruces dejicerentur. Sed P. Viſitator
. Prouincialis ad cauenda maiora mala exiſtimarunt permit-
dum eſſe,vt tollerentur,& decenter conſeruarentur, donec in
m locum melioribus temporibus reſtituerentur. In hac turba-
ne etiam rumor percrebeſcebat, nos fuiſſe Quabacōdono de-
os,ipſumque ſummo furore accenſum mādaſſe Iconocamo &
ngonocamo vt irent Nāgaſachum, vt funditus euerterent illā
cleſiā,& quotquot inuenirentur in Scimo. Alii dicebant,illos
bernatores venire,vt in exilium mitterent Omurandonum &
mandonum; imò non deerant, qui dicerent eos aduenire, vt
umq; è medio tollerent. Veritas autem, quam ex literis P. Or-
ntini cognouimus,& ex aliis, erat hæc: nos verè fuiſſe accuſa-
,& Quabacondonū iuſſiſſe Iconocamo & Cāgonocamo,vt ſu-
ò proficiſcerētur verſus partes Nangaſachēſiū:vnde quiuis oc-
ionē hauſit,effutiēdi cōtra nos,quicquid liberet. Interim vari
riſtiani ex diuerſis partibus cōfluebant, vt preteritorū rationē
derent Patribus. Exiſtimabant enim iam appropinquare tem-
profundendi ſanguinem pro fide. nam videntes Quaba-
ndonum, poſt exceptam tanto applauſu & honore Lega-
nem, in veterem eumque majorem recidiſſe furorem, co-
bant omnia iam peſſum itura, nec vllam ſupereſſe ſpem
rationis. Verùm Patres freti fiducia ſingulari, quam in Deo
edicto collocarāt, experiētiaq; crebra auxilii diuini in ſimili-

bus tempeſtatibus, non dubitabant, ſe hoc quoque licèt præſen
ti periculo liberandos. Atque hac pace & ſerenitate animi, qua
maximè in Superioribus elucebat, mirum eſt, quantum animat
ſint cæteri Chriſtiani: Siquidem in rebus ſocietatis cernebant, n
minimam quidem factam mutationem. Dum hæc aguntur, Mea
co adeſt Omurandonus & auus Arimandoni, cum multis literi
Patris Organtini, & omnium Dominorum Chriſtianorum illa
rum partium, qui ardentiſſime rogabāt P. Viſitatorem, vt res So
cietatis omnes in locum tutum transferret, & Eccleſias in ean
formam redigeret, vt ſimiles eſſent profanis domibus, aut cert
eas clauderet; vt ſi Quabacondonus veritatem rei examinandan
ſuſciperet, Patres deprehenderet innoxios, intelligeretque eo
viuere in occulto, quaſi exules, atque ita occaſionem caperet ir
placandæ. Scribebant iidem Domini præterea Iacuinum duriſſi
mè eos reprehendiſſe, & comminatum eſſe; ſi poſt reditum Ari
mandoni & Omurādoni non exterminarent ſubitò P P., rex di
tionibus ſuis ſe eos deſerturos, non poſſe ſe, quantūuis vellet, ei
fauere, cùm Quabacondonus prorſus abhorreat à Patribus, & re
ligione ipſorum. Eaſdem minas eiecerat in Gominū inſulæ Got
næ, & Tonum Firādenſem, ambos Ethnicos, quòd Patres in ſua
prouincias deportaſſent. Vnde & Dominus Gotanus per nunciur
admonuit Patres, vt diſcederēt; poſſe eos tēpeſtate ſedata redir
Quæ res illarum partium Chriſtianos in magnas afflictiones
lacrymas coniecit. Idem tentauit Tonus Firandenſis, mittens al
quos, qui ex ſe Domino Hieronymo & Dominæ Iſabellæ perſua
derent, non eſſe iā tēpus vel retinendi Patres in ditione ipſorum
vel profiteri Chriſti religionē, niſi velint iacturā facere totius ſta
tus. Sed Hieronymus in fide firmus & cōſtans, etſi ſciret, vnde nū
cii iſti venirent, percontatus eſt, nū iſta monuiſſent nomine To
ni? cumque reſpondiſſent, Non: Si, inquit, non veniſtis Toni no
mine, non aliud habeo dicere vobis, quàm me meoſq; fratres in
de ab aui mei tēporibus fuiſſe Chriſtianos, & tales nos velle mo
ri; nec, quia Chriſtiani ſumus, vnquam deſtitimus fideliter ſeru
re Tono. Breuiter, non ſolùm non dimiſit Patrem, quem in pa
tria ſua detinebat, ſed etiam cogitabat recipere eiectos à Got

Hac temporum iniquitate Pater Viſitator, & Pater Vicepro
uincialis varia conſilia, tam cum aliis Patribus, quàm cum Do
minis Arimæ & Omuræ, habuerunt, vt remedium aliquod affe
rent tum hominibus, tum terris ipſorum. Et ad demonſtrandan
quanta conueniebat, fidelitatem, Pater Viſitator eos ſecre
certiores reddidit omnium, quæ Meaci gerebantur, indeque

Dom

ominis Chriſtianis ſcribebantur; addebatque nos potiùs para-
s eſſe mori in Inſula aliqua deſerta, quàm in diſcrimen deturba-
perſonas, eorumque fortunas; ſi autem illis aliud videretur,
.tres eorum ditione exceſſuros. Verùm, quantam virtutem
m dicti Domini in hoc turbine Eccleſiæ oſtenderint, verbis
primi non poteſt. Si enim aliàs in perſecutione, nunc certè
nnem expectationem noſtram, eorum virtus ſuperauit, faci-
ſque edidere æterna dignum memoria, ab omnibus Europæ
incipibus magni æſtimandum. Nam ambo audacter reſpon-
runt; ſe etiamſi capitis periculum adirent, nullo modo paſſu-
s, vt vel minimus frater, eorum terris excederet. Nec non poſ-
ſe id permittere ſine graui præiudicio ſuæ exiſtimationis, &
anifeſto diſcrimine totius Chriſtianitatis, eoque magis, quòd
.tres dimiſsi non poſſent habere locum in quem ſe reciperent.
æterea, ſicut Patres toto ſuperiore quadriennio cum periculo
:æ & fortunarum in eadem ditione remanſerunt, à quo ta-
en diuina gratia ſunt liberati; ſic & nunc remanſuros; eodem
eo protegente; eoque ampliùs, quòd ſicut aliàs fiduciam ma-
am collocaſſent in Cruce miraculoſa, quam Dominus noſter
oſtendit Arimæ, (vt ſcriptum eſt proximis annis) ita multo
agis nunc debere confidere, ſe virtute precioſi ligni S. Crucis,
Vicario Chriſti miſſi, à nouis periculis liberandos. Ne tamen
manæ prudentiæ & circumſpectioni omnem viam præcluſiſſe
lerentur, iudicarunt expedire, vt ex vrbe Canzucana, vbi portus
maris, & locus ſatis publicus, Collegium cum Domo proba-
nis, transferrentur in locum ditionis interiorem, ſiue coniun-
m ſiue ſeparatim, offerebatque D. Protaſius loca, quæ ad id
lerentur magis opportuna, adiuncto auxilio & hominum, &
norum neceſſariorum. Exiſtimauit quoque Nouitiatum remo-
ndum à propugnaculo Omurano, propter frequentem concur-
n Ethnicorum, duoque alia loca, quò migrari poſſit, nomi-
uit. Deinde, vt aliquot primariæ ædes, particulatim autem A-
næ & Omuræ, & aliquæ Eccleſiæ, per quas Ethnici iter habe-
nt, ſic accommodarentur, vt foris non præberent ſpeciem
cleſiarum, in quibus Patres deliteſcant: ſic enim vacuos futu-
s omni periculo, & populum in ſua deuotione perſeueratu-
n; non neceſſarium eſſe iſtum externum apparatum ad reti-
ndam pietatem, ſatis eſſe, ſi Patres non abſint, quorum opera
itentur, & ſacramenta eis adminiſtrentur.
Denique, vt magis eluceat conſtantia horum Chriſtianorum
ncipum, ſciendum eſt; etiamſi nos retinendo in ſuis ditionibus

contra Quabacondoni mandatum in diſcrimen vitæ & fortunarum ſe conjecerint, tamen, quamdiu Legatio expectata eſt, opinio increbuit Quabacondonum ſtudio diſſimulaſſe omnia, donec peracta Legatione nos in priſtinum ſtatum reſtitueret. Verùm, cùm nunc poſt perfectam Legationem id factum non ſit; imò dixerit, ſe trucidaturum omnes quotquot de noſtris eſſent in Iapone, & ſanctam legem noſtram radicitus euulſurum, noſtri quoque recenter de crimine confictæ legationis ſint delati, certum eſt periculum in nobis retinendis eſſe magis manifeſtum. Et tamen, his non obſtantibus, Domini illi noluerunt conſentire in noſtrum exceſſum Sed quia Patribus viſa eſt res maximi periculi, tam multos ſimul verſari in loco, ita ab hominibus frequentato, actum eſt de transferendo Collegio & Nouitiatu in Amacuſam. Quod cùm D. Protaſius nulla ratione probaret, opus fuit P. Viſitatorem Arimam proficiſci, & deducere hominem à ſententia; qui tandem aſſenſit vt Collegium transferretur Amacuſam, ſed ea conditione, vt minimum ſeminarium in ſua ditione remaneret. Omurādonus verò noluit conſentire, vt Nouitiatus transferretur Amacuſam, niſi adjuncto pacto, vt præter Patres, qui curam gerebant Chriſtianorum, Omuræ quoque manerent illi, qui dabant operam linguæ Iaponicæ addiſcendæ.

His ita conſtitutis, P. Viſitator certiorem reddi curauit Dominum Ioannē Amacuſandonum, qui etiam inſtabat atq; etiam, vt Collegiū cū Nouitiatu & ſeminario in ſuam ditionem immigrarēt; nam præterquam quòd ſummo amore proſequeretur Patres, quibus hoc perfugium offerebat, hoc quoque operæ precium facturi eramus, vt inter ipſum & Auguſtinum pax magis confirmaretur.

Ac quia difficile erat, ſubitò inſtituere migrationem hāc trium maximorum domiciliorum, (in quolibet enim, de noſtris, alumnis, & famulis, numerabantur centum capita) maxima diligenti[a] vſi ſumus, tum in aptando Seminario in loco quodam, dicto Fachirao, tribus paſſuum milibus ab Arima diſiuncto, tum in locando Collegio & Nouitiatu in vrbe Amacuſana. Nam, cū egeremu[s] multorum auxilio & brachio iſtorum Dominorum, D. Protaſiu[s] omnes homines neceſſarios ſubminiſtrauit, ſic vt quotidie oper[æ] eſſent nunc ducentæ, nunc trecētæ, ſæpe etiam mille. Vnoq; circiter menſe eò productum eſt ædificium, vt omnes mirarentur; i[n] quo inerant duæ aulæ grandes, quæ continerent 90 alumnos, c[um] ſuis cubiculis pro decem Patribus & fratribus aliiſque neceſſarii[s] locis. Qua in re Arimandoni imprimis eluxit ſingularis in no[s]

ior & ſtudium. nam & ipſe id temporis in propugnaculo Ari-
:nſi & Scimanbarano operam dabat certis ſtructuris erigendis,
:gnumque ſuorum hominum numerum continuò occupabat.
Mandato Quabocondoni; & tamen, neglectis rebus ſuis, in
ſtras totus erat intentus.

Eodem tempore Amacuſæ, ex ædibus, quas illi Tonus dederat,
ios antè habebamus, extructum eſt Collegium capax hominū
ocietate 60, ac præterea 60 alumnorum ſimul & famulorum.
.nc Collegii & Nouitiatus fabricam Dominus Ioannes, vt a-
ore eodem in Societatem, ita pari celeritate & numero opera-
n, quo D. Protaſius, ad culmen perduxit. Interea res Arimenſes
Omurenſes ita ſunt compoſitæ, vt manentibus licèt Patribus
llæ ibi Eccleſię fuiſſe viderentur; Chriſtianiſque indicatum eſt,
ic moderationem neceſſariam fuiſſe, vt D. Protaſii & Omurā-
ni res tutiore loco eſſent: & quamuis ſolaremur eos, ſpe ſedan-
breui tempeſtatis, nō potuerunt tamen illi ſe à lachrymis abſ-
ere. Vt verò omnibus conſtaret ſincerus animus D. Protaſii, &
riſtiani magis animarentur, voluit ipſe cum multis equitibus
s erigere ingētem Crucem, intra arcem ſuam Arimæ, inſtituit-
: vt quaque Dominica vnus è Patribus ſacrum Miſſæ in pala-
ſuo faceret, & exhortationem ad populum haberet. Imò non
iel dixit, ſi opus ſit, prouinciam ſuſcepturum concionandi E-
tibus ſuis & aulicis.

Non deerant hoc tempore noui nuncii Meaco allati de re-
: Quabacondoni, certóque referebatur nos eſſe accuſatos, no-
nque ſuſpicionem de Legatione illi obortam; curaſſe quoque
bi ad Viceregem epiſtolam valde ſuperbam & arrogantem, in
iue affirmaſſe, ſe noſtros omnibus ſuis regnis exterminaſſe, eo
od imperia doctrina peruerſiſſimæ legis ſuæ Iaponios imbuiſ-
t, minatum denique ſi in regnum ſuum redirent, ſe eos mem-
itim conciſuros.

Creuit metus aduentu Iconocami & Cangonocami ad vrbem
ingaſachanam, quorum vterque dicebatur in comitatu habere
o millia militum. Meaci quoque multa conſilia agitabantur
er Iacuinum & alios apud Quabacōdonum. Quidam aiebant,
Nangaſachi Eccleſia euertatur, & Patres amandentur, fore,
naues Luſitanorum non redeant, pereantque maximi mo-
nti commercia: Alii negabant id futurum, inter quos erat
nus Firandenſis, & Iacuinus, qui poſtea jactauit, ſine dubio
leſiā Nangaſachenſem redigēdam in cineres, rē à Quabacō-
io nō alia de cauſa differri, quā quia ibi adhuc ageret Legatus,
eo verò

eo verò digreſſo, nec illam nec vllas alias in his partibus perman
ſuras. Itaque cùm omnes eſſent contrarii nobis, nullus audeba
cauſæ noſtræ ſuſcipere patrocinium vnumque remedium & refu
gium ſupererat, omnem ſpem & fiduciam reponere in prouiden
tia diuina. Nihilominus Pater viſitator & Pater Viceprouinciali
decreuerunt ad breue tempus cum aliquot Patribus conſulto
ribus & aliis Nangaſaci hærere, tum quia impendebat tempus
quo appellere ſolet Nauis, & expectabatur aduentus Iconocam
& Cangonocami, tum, quia quamdiu ibi erat P. Viſitator no
mine Legati, poterant etiam palàm & ſine periculo remanere a
lii Patres, quaſi eius ſocii: Etſi priùs putauit adeundum Collegi
Amacuſanum, vt fratres ſolaretur, & in Societatem reciperet qua
tuor Dominos Iaponenſes, qui Romæ fuerant. Hi enim vt felic
exitu ſuam profectionem clauderēt, poſtquam à Deo electi ſunt
vt magna quædam opera in Iapone perficerent, & cum P. Viſita
tore Meaci magno honore affecti eſſent, muneraque Sanctiſ. D
N. D. Protaſio Arimandono & D. Sanctio Omurandono obtu
liſſent, planè decreuerunt, ſeculo deſerto ex Chriſti conſilio So
cietatem noſtram inire. Quod etiamſi ante profectionem Meacē
ſem facere conſtituiſſent, tamen tandem maluerunt primò om
nibus antè dictis negotiis finem imponere.

Cœperunt ergo magno ſtudio & ſubmiſſione animi obteſtar
P. Viſitatorem, vt ipſis aditum daret ad Societatem, quæ res ma
gnum gaudium & conſolationem omnibus attulit. Nam cū ho
tempore in ſummo diſcrimine noſtra omnia verſarentur, & ma
jores in dies calamitates capitibus noſtris impenderent; cognat
quoque eorum tam eſſent copioſi & potentes, vt nihil illis deeſſ
potuerit, admiranda apparuit Dei prouidentia in hoc eorum pro
poſito, & maximè in Domino Michaële, & Domino Mantio, q
nullis conatibus matrum, etſi infeſtiſſimarum, paſſi ſunt ſe à diui
no conſilio abſterreri: quin & Mantius fratri ſuo Iuſto, iuueni
annorum, auctor fuit, vt eandem viam ingrederetur: exemplo e
nim eius ita commotus fuit, vt non multo pòſt, expugnatis om
nibus difficultatibus & maternis minis, ac Icodoni ſui conſangu
nei, aliorumque, Mantium ſequeretur, libere reſpondens ſuis, ſ
paſſurum potiùs, vt in mille fruſta dilaceretur, quàm vt voto ſu
non faciat ſatis. Et Dominus Michaël, cū gratias ageret Domin
Protaſio, affirmauit, ſe potiùs ingreſſurum Societatem, quàm ſu
cepturum quoduis regnum vel dominium quantumcumque ma
gnum, vt eſt Arimenſe, ſi offerretur. Omnes autem quatuor dict
tabant, neque exiſtimationi ſuæ neque ſaluti animarum ſuarum
con

onuenire, ſi ingrati eſſent Domino Deo, & nō ſe, pro ſummo beneficio, (quòd ex omni Iaponia ſoli ipſi delecti eſſent, ad ſpectandas res tantas in Europa, tantóſque honores vbique recipiendos) totos viciſſim Deo offerrent: atque hoc ipſo facto omnibus teſtimonium relinquerent, quanta vidiſſent. Denique poſtquam dies aliquot exercitiis ſpiritalibus dediſſent, & facti ſui rationes expēdiſſent, P. Viſitator eos Amacuſam duxit, & ad 25 diem Iulii anni 1591 in S. Iacobi feſto ſunt in Societatem recepti, ſicut & octauo poſt die Mancii frater Iuſtus. Omnes autem nunc tale prębent de virtutis exemplum & ſpecimen, vt nō dubitemus eos aptiſſima fore inſtrumenta ad conuerſionem Iaponiæ.

His peractis Patres regreſſi ſunt in portum Nangaſacanum, quo ex Cina Luſitanorum Nauis ad 19 Auguſti diem appulit; in cuius aduentu intelleximus, quod optabamus cognoſcere, felicē ſtatum Eccleſiæ ſanctæ, Regiæ Majeſtatis, & Paternitatis Veſtræ, aliaque diuerſa noua de rebus Europæ & Societatis. Appulſa ad littus naui, ſtatim aduolarunt officiales Iconocami & Cangonocami, eamque noctu diuque cuſtodierunt, ne per ſcaphas aliquid ex ea efferretur: aiebant enim Quabacondonum velle coëmere omne aurum nauis, & idcirco mādaſſe, vt annotaretur, quot partes auri in naui eſſent. At Luſitani reſtiterunt, & iam dilapſis triginta diebus, cùm tædium continuæ illius cuſtodiæ deuorare nō poſſent, cōſtituerunt occultè ſubmittere Luſitanum aliquem ad Quabacōdonum, qui eum huius rei certiorem redderet. Interim allatæ ſunt litteræ, Iconocamum & Cangonocamum cum magna hominum manu tendere Nangaſachum, & quoniam de cauſa aduentus non conſtabat, magna erat in portu trepidatio. Quia verò P. Viſitator, poſt acceptas Meaco literas, timebat, ne magna huius tempeſtatis pars incumberet in Societatem & Chriſtianos: operam dedit, vt quamprimum mitigarentur animi Dominorum Gentilium, & imprimis Iconocami, miſitq; qui eum viſitaret, ſimulatque ad ſuam ditionem perueniſſet. Vbi verò Nangaſachum ingreſſus eſt, ſubitò miſit quendam Patrem, qui eum inuiſeret, & ſequenti die ipſe eum inuiſit, & licèt deprehenderit Cangonocamum humaniorem factum, Iconocamus tamen perſiſtebat in ſua animi alienatione, imò diſertè aiebat, nullum ſupereſſe remediū Patribus, & actum eſſe de nobis apud Quabacondonum. Erant id temporis ibi multi mercatores Meacenſes & Sacaiani, & variorū Dominorum Iaponiorum Procuratores, qui ad aurum coëmendum pluſquam triginta millia ducatorum attulerant. Hi cùm viderent, quò ſpectarent cōſilia dictorum gubernatorum, publi-

ceque diceretur; Quabacondonum velle comparare omne aur
ſed pretio longè diſcrepanti ab eo, quod obtulerant Mercatore
dictis fidem adhibebant. Quare Luſitani ſtatim ſe in nauem r
cepere.

Iconocamus verò varios nuncios ſubmiſit, qui cum Præfec
nauis de negotio auri tractarent:ſed per officiales ei indicatu
eſt, ſe hac in re nihil effecturum apud Luſitanos niſi opera P
trum, qui apud eos in magno precio eſſent, idque experiētia pr
batum; ad quod reſpondit ſe non egere opera Patrum, poſſe ſ
quicquid vellet, ipſum cum Luſitanis trāſigere. Verùm poſtqua
nec Præfectus nauis nec Luſitani eius votis fecerunt ſatis, nih
effici potuit, itaque molliri eius animus cœpit, & per vnum off
cialem, qui erat Chriſtianus, alioſque Chriſtianos, quos com
tes habebat, legationem admodum benignam inſtituit ad P. Viſ
tatorem, rogans vt ne operam ſuam in hoc negotio denegaren
Sed vt Pater, probè perſpiciebat, quò vergerent eius con
tus, & quid conueniret agere Luſitanos, ita negotium diceba
eſſe arduum & difficile. atque ita menſis integer Iconocamo
non ſine magna moleſtia, exiit. Pater autem ſciens Iconocamu
non habere à Quabacondono poteſtatem faciendi quicquā cor
tra nauem, licèt eam iactaret, eumque reformidare reſponſum
quod Luſitani à Quabacondono expectabāt, ita rē vniuerſam, n
hil concludendo, tranſegit, vt Iconocamo & Cangonocamo abū
dè fuerit factum ſatis. Nam ſanctè ei promiſerunt, ſe in poſteru
cauſæ Patrum patrocinaturos, commonefacturoſq; Quabacon
donum, conſeruari non poſſe conſueta inter Iaponios & Luſita
nos commercia, ſi Patres Iapone exigātur. Interea cognouimus
Luſitanum ſuprà dictum, cùm Meacum attigiſſet, certiorem red
didiſſe Quabacondonum de conatibus Iconocami & Cangono
cami in extorquendo omni auro, eumque re intellecta, magn
furore accenſum in vtrumque, amicoſque eos monuiſſe de impē
dente eis periculo, ipſi certè, vt didicerunt Luſitanum redire c
reſponſo contra ſe impetrato in fauorē Luſitanorum, cogitarū
de capeſſenda quamprimum fuga, poſt longā cum Viſitatore, qu
& poſtea ipſe Cangonocamus inuiſit, tractationem. Tandem Lu
ſitanus cum equite Quabacondoni Nangaſachum appulit, qu
eques magna humanitate Luſitanos allocutus eſt, & grauiter i
Iconocamum & Cangonocamū inuectus, apertè affirmans: Qua
bacondono vehementer diſplicuiſſe vtriuſque factū, vt volunta
ti ſuæ omnino cōtrariū: ſe omnē Luſitanis in mercib⁹ diſtrahēdi
relinquere libertatē, mandauitq; officiales, qui moleſtiam Nau

attuliſ

uliſſent, coniici in carceres,& condignas de eis pœnas ſumi.
ripſit etiam epiſtolam ad Iconocamũ & Cangonocamum, cu-
exéplum voluit dari Luſitanis, tam aculeatam & aſperam, vt
imet mandarint Officialibus ſuis vincula injici, parumque ab-
t, quin omnes in extremum exitiũ venirent. At poſt perpeſſas
ltas ærumnas Quabacõdonus eis noxã condonauit, ſed ita, vt
rtus Nangaſachanus in poſterũ cederet primariis à populo, qui
untur Ottonas, qui cùm omnes ſint Chriſtiani, non potuit nõ
c nobis eſſe gratiſſimum; nempe ſeruitute hominum gẽtilium
inceps, quod non ſine ſingulari Dei prouidentia accidit, vindi-
is. Quanquam & aliud ex hoc euentu, diuino nutu, conſecu-
n eſt bonum; nam Officialis quidam Iconocami exiſtimans
n actum eſſe de vita ſua, ob beneuolentiam a Patribus præſti-
n, manus dedit Chriſto, & ſacris aquis tinctus eſt. Idem fecere
idam alii, & facerent plures, ſi libertas prędicandi fuiſſet, itaq;
paucis, ad auertenda maiora mala, contenti fuimus.
Cùm deinde tempus adueniſſet, quo Luſitana nauis ſoluere ſo-
in Cinam; Quabacondonus voluit reſpõſum mittere ad Vice-
gẽ, & quoniã adhuc habebat ſuſpectã Legationem, nõ ſolũ epi-
lã ad Viceregẽ dedit admodũ arrogantẽ, vt diximus, verũ etiã
pita quædã in Patres adiecit, ſimilia iis quæ publicauit, dũ pri-
nos è Iapone exulare iuſſit, cõfingẽs, ſe eiicere P. quòd tradu-
ẽt legẽ impiã, & tẽpla Camis & Fotoquis idolorũ ſuorũ euerte-
, aliaq; facerẽt, cũ bonis moribus & legibus Iaponię pugnãtia.
Organtinus tũc agens Meaci effecit per quoſdã Chriſtianos, vt
emplar epiſtolę, & capitum illorum obtineretur, & ad P. Viſita-
ẽ mitteretur. Vox cõmunis omniũ Chriſtianorũ iuxtà ac gẽtiliũ
t, naue depulſa, de nouo publicanda eſſe dicta capita, vt ita oc-
io daretur tollẽdis è medio Patribus, qui in Iapone remãſiſsẽt.
uare D. Chriſtiani Meaco ſcribebant, non opus eſſe aliud face-
quàm vt ædes cæteris maiores euerterentur, & Patrum fratrũ-
e prçcipua pars migraret in Cinam, pauci autem occulti rema-
rẽt, alioquin tam ipſos, quàm Dominos, qui eos in ditionibus
s detinent, in maximum diſcrimen vocandos. Pater Viſitator
lecto exẽplo epiſtolæ, & capitum dictorum, ſcripſit P. Organti-
, vt, quacunque ratione poſſet, efficeret, vt Quabacondonus
ſtolam mutaret; & ſi alius non ſit, qui velit ei de ea re loqui,
ter ſaltem noſter Ioannes Rodriquez legationis interpres eum
at, & dicat, Patrem intellexiſſe, quid ad Viceregem ſcripſerit,
nque vehementer dolere eſſe illo modo ſcriptam, planeque
ſtituiſſe, quandoquidem eam offerre non audeat, nec ſecum

quidem eam deferre. Dum P. Organtinus quærit hominem, q
cauſam noſtram agat, ecce Deus mouet cor Gubernato
Meacenſis, Guennifoin, gentilis, Quabacondono valde addic
& nomine prudentiæ, modeſtiæ, & fidei celebrato: etſi nonn
hil abalienatus eſſet à nobis, quòd P. Viſitator ab initio ſibi n
fuiſſet commendatus; etſi Pater officio ſuo in eo ſalutando n
defuerit. Cùm ergo nomine P. Organtini frater quidam ei loqu
retur, fortè ei aderat alius gentilis amicus planè ignotus, q
dum audit fratrem commendantem Gubernatori res Societat
vicem dolens noſtrorum, cœpit obſecrare Gubernatorem, vt v
lit Patrum cauſam agere, eſſe homines probos, quibus mu
aduerſentur, eóſque deferant falsò apud Quabacondonum, nu
patrocinentur.

Commotùs hoc ſermone Gubernator reſpondit, ſe liben
obſecuturum, ſed magnam fore difficultatem in mutanda ep
ſtola, quòd eſſet iam conſcripta & ſignata, erat autem à quoda
Bonzio compoſita. Quodam ergo die, cùm Quabacondonus cu
dicto gubernatore, præſente Quambioiendono & aliorum fan
liarium, loqueretur, petebat, num omnia eſſent expedita, quæ
rant mittenda ad Viceregem, reſpondit autem Gubernator, eſ
nec aliud ſupereſſe, quàm vt mitterentur. Replicabat Quabaco
donus ſe vehementer ſuſpicari, Legationem fuiſſe fictitiam,
Patres ſe fefelliſſe, ac proinde dubitare, num vlla munera ve
amandare ad Viceregem. Tum Gubernator ſubjunxit, facilè p
ſe cognoſci rei veritatem ex interprete Legati & aliquibus Lu
tanis, quos ſua Excellentia poſſet curare ad ſe vocari. Et m
Quabacondonus, Rectè, inquit, loqueris, & confeſtim cura
eos accerſiri. Venit ergo Ioannes Rodrigez frater noſter, cũ du
bus Luſitanis, qui cum eo remanſerant, quibus, antequam ing
derentur per Gubernatorem eundem, & alium gentilem, vol
indicari, ſe vehementer dubitare de Legatione, ac proinde lib
diceret, quomodo res contigiſſet, & quod argumentum habere
à Vicerege verè profectam eſſe, deinde ſi remitteret ei mune
quis redditurus eſſet ei de ea re reſponſum. Reſpondit frater co
fidenter, quod ad Legationem attinet, non poſſe eam in dubiu
vocari; cùm res fuerit omnino publicè geſta, vt quòd Legatus
tõ comitatu aduenerit, tot regna tranſierit, tanto tempore in
na hæſerit, equos aliaſque res Indorum proprias, quæque n
potuerint occultari, adduxerit: & ſi Vicerex illa non miſiſſet, qu
fieri non potuiſſet, vt alia via illa mitterentur: deinde, quòd
gatus publicè è naui cum quatuor Dominis Iaponenſibus è n
deſc

eſcenderit. Addidit præterea Excellentiam ſuam poſſe ex multis
uſitanis rem explorare, qui tunc temporis in pòrtu & naui fue-
int. Ad hæc non potuiſſe confingi Legationem tam ſplendidã
tam publicam; nam ſi ad aures Viceregis, vti omnino venire po-
erat, perueniſſet, valde grauiter tuliſſet rem tantam nomine ſuo
onfingi. Gubernator quoque aliquid quod in rem noſtram face-
t, adiungebat. Atque ita factum eſt, Deo iuuante, vt Quabacon-
ono fuerit ſatisfactum, ipſeque affirmarit, agnoſcere ſe, ita ſe rẽ
abere. Idem confirmabant alij Domini, qui præſentes aderant.
uod verò ad munera attinet, quæ Quabacondonus cogitabat
eſtinare ad Viceregem, ſubiecit idem frater, etiamſi ſatis ſit in
re teſtimonium omnium Luſitanorum, verè tradenda eſſe Vi
regi; tamen, vt certiùs de re conſtet, poſſe eum mandare, vt ſo
j aliquot Legati in Iapone obſides permanerent, donec ex India
ſponſum de redditis muneribus afferatur. Ad quod reſpondit,
tioni conſentanea eſſe omnia, & idcirco ſubitò dedit illi adi-
m, multaque percunctatus eſt, cum ſignificatione approbatio-
s reſponſorum, & addidit, ſe hactenus nunquam bene de his
bus informatum, Patres eſſe extra culpam; exilio cauſam dediſ-
quoſdam ab iis inſtitutos Chriſtianos, qui exigua prudentia &
nio feruore contenderant omnes ſuos ſubditos adigere ad ſuſ-
piendam Chriſtianam religionem, (videbatur autem digitum
tendere in Iuſtum Vcondonum) qui multis perſuaſerant non
lùm vt ſacris noſtris initiarentur, verùm etiam vt idola Chamis
Fotoquis euerterent, & ſubditos omnes ad ouile Chriſti pel-
cerent. Verùm ille ea in re nullam culpam agnoſcit, ſed ma-
nam potiùs gloriam ſuam, vt re vera eſt. Quærebat quoque,
m omnes in India eſſent Chriſtiani? Reſpondit frater, Indiam
ſe regionem maximam, in eaque varias eſſe ſectas, & liberum
ique eſſe aditum ad Chriſtianam, & ideo Patres in omnibus In-
æ partibus, nullo contradicente, eam diuulgare. Ex quo reſpon-
conſolationem aliquam accepiſſe videtur, nam ſubiecit, in Ia-
onia cuique liberum eſſe, ſequi ſectam quam velit. Sed quia Ia-
onia ſit regnum Chamis, cui omnino repugnet doctrina Chri-
ana, non poſſe eam bonam eſſe pro Iaponia, licèt bona ſit pro
dia. Addidit, placere ſibi commercia Luſitanorum, velle ſe mit-
re quoſdam ſalutatum Viceregem; permittere ſe quemque eam
ligionem colere, quam ſuſcepiſſet; parum referre, etiamſi ali-
ot minorum gentium homines in Iaponia ſint Chriſtiani. In-
alia deinde quæſiuit à fratre, quare vnus è Patribus Legati of-
io functus fuerit, cùm tamen omnes fuerint exilio mulctati;

Reſpondit, Patrem aliàs fuiſſe in Iaponia tempore Nabunang antecesſoris, cumque poſt reditum in Indiam didiciſſet, ſuam Excellentiam perueniſſe ad Iaponiæ ſceptrum, & Patrum eſſe fautorem & Patronum, viſum eſſe faciendum vt Iaponiam cum hac Legatione, quandoquidem iam aliquam Iaponiæ notitiam experientia ipſa collegiſſet, repeteret: Cum autem ex India diſcederet, nondum ei conſtitiſſe de Patribus exilio multatis. Denique poſt longum ſermonem, cum magna ſignificatione lætitiæ, iuſſit afferri aliquot dona, quæ ad Viceregem erant mittenda; voluitque Luſitanum indui armis, quòd erant quoque mittēda. Atque hinc omnes maiorem opinione ſpem conceperunt, feliciorem fore rerum noſtrarum exitum, quàm vnquam fuerit expectatum. Gubernator inde fratri dixit, Quabacondono totam eius relationem placuiſſe. Subiunxit ſe non eſſe ſimilem eorum, qui fingerent ſe eſſe fautores; & poſtea facerent omnia contraria. Hac occaſione expoſuit illi rerum noſtrarum ſtatum, demonſtrauitque neceſſarium eſſe conſcribi aliam epiſtolam ad Viceregem. Promiſit ſe fautorē futurum, & effecturū, vt epiſtola mutaretur, modò aliqui Patres pro obſidibus Nangaſachi remanerent, ſed à prædicatione diuinę legis abſtinerent. Sic, inquiebat, neceſſariò faciēdum eſt, ſi me vultis habere patronum, ſi enim ſecus fiat, conjicietis me in diſcrimen apud Quabacondonū, & ex amico reddetis hoſtem infeſtiſſimum. Habete patientiam modò; nam ſublato Quabacondono, poteritis legem veſtram propagare.

Idem frater poſtea fuit ſalutatum Iacuinum, nullo ſigno indicans ſe ſcire illum noſtræ religioni capitalem ſemper hoſtē fuiſſe, licèt exteriùs ſemper oſtenderet ſe eſſe P. Viſitatoris amicum. Hic Iacuinus faſſus eſt, Quabacondonum poſt colloquium fratris valde mutatum, nec ſe mirari eum ſuſpectas res noſtras habuiſſe, cùm multos ſecum habeat, qui peſſimè de rebus noſtris loquantur. Monuit, vt P. Viſitatori ſcriberet, fortiter ferret ad tempus omnia. Sperari breui meliora, temperaret ardorem Chriſtianorum degentium in Scimo, Patreſque iuberet ſe domi continere & à prædicatione abſtinere; Quabacondonūm velle præſtari ſibi obedientiam, eſſeque hominem ſimplicē, qui paulatim magis magiſq; placaretur. Multa alia quoq; conſilia dedit, vt & ipſe animum mutaſſe videretur, reque ipſa declarauit ſe rectiùs affectum ad fidem Chriſtianam. Non parum hanc Iacuini mutationem promouit beneuolentia Nangaſachi præſtita eius Procuratori, gentili quidem, ſed homini à natura probo, qui toto pectore recepit ſe cauſam noſtram Iacuino probaturum, vt & fecit, eique

dixit

ıit, ſi Patres non maneant Nangaſachi, nullam Iaponiis am-
ùs fore negotiationem cum Luſitanis, omnia commercia fi-
m habitura, nauem non redituram: quo ſermone planè miti-
tus eſt.
Sub hoc tempus obiit vnicus duorum annorum filius Quaba-
ndono, qua morte magnum accepit vulnus, Chamis quoque &
toques, orationeſque Bonziorum in minore æſtimatione eſſe
berunt. Poſt diuturnum verò luctum & magnificas exequias,
tus manſuetior, reuocauit ferè omnes, quos in exilium aman-
at. Et nos cum Icondono magna ſpe lactabamur. Interim Gu-
nator capta occaſione ſermonem renouauit de epiſtola ad Vi-
egem mittenda, addens, Legatum ſibi ſcripſiſſe, ſe valde dolere
argumentum epiſtolæ, ſi eo modo perferat ad Viceregem, fore
ratiſſimam, & quoniam ſua Excellentia vellet retineri cõmer-
amicitiamque Viceregis, neceſſe eſſe, vt alia epiſtola longè à
ore diuerſa exaretur. Acquieuit Quabacondonus, & ſubitò vo-
aliam exarari. Sed quia Bonzij priorem ſcripſerant, conſilium
tauit: cumque poſtea cum gubernatore aliiſque Dominis col-
uium haberet, petebat, paratáne eſſent omnia pro Vicerege; &
onſum eſt, non ſupereſſe aliud niſi vt alicui conſignentur &
tantur, tum ille quærere, an conueniens ſit Nangaſachi ali-
os ex eis relinquere obſides, & quot eſſe poſſint. Reſpondit Gu-
nator, ſibi videri relinquendos decem vel viginti, quoque plu-
relinquerentur, eo melius eſſe. Tum ille, ſibi quoque idem vi-
i, & conuertendo ſe ad reliquos Dominos, ſpecie ſciſcitandi,
nes ſimul reſpondere, idem ſibi videri. Vnde apparuit, iam eſ-
lacatum: & ad continuanda commercia cum Luſitanis, ob-
ndumque ex ſua legatione reſponſum, voluiſſe Patres rema-
e Nangaſachi: Sed vt oſtenderet, ſe non eſſe inconſtantem, &
gis haberet ſubiectos, conſilium ſecutus eſt de retinendis ali-
t Legati ſociis.
Paucis pòſt diebus frater Ioannes Rodriquez à Quabacondo-
vocatus eſt, vt commendaret ei munera & literas ad Vicere-
, multiſque verbis eum ambulãdo beneuolè allocutus eſt, af-
ans, ſe velle habere magnum cum Vicerege cõmercium: Luſi-
os & Iaponios fore vnum & idem, Patres in rebus actis vacare
a, ſed quia Iaponia ſit regnum Chamis, non bene illi conue-
cum lege noſtra. Omnino ſe optare vt magna inter vtroſque
egotiatio, Luſitanos degere poſſe in quacunque Iaponię par-
libuerit. His & ſimilibus verbis amicè eum à ſe dimiſit.
ernator quoque ei tradidit epiſtolam pro Patre Viſitato-

re, qua indicabat, quandoquidem Quabacondonus mandaſſe
vt decem è ſociis eius in Iapone remanerent, in poſterum felici
rem fore rerum noſtrarum progreſſum, prorſus commendans, 
hoc tempore rumor aliquis excitaretur.

Hoc ſucceſſu minimè expectato plurimum recreati ſunt om
nes Chriſtiani, videbamurque illis quaſi reſtituti. Nam intellig
tes epiſtolã illã terribilem, contra Patres ſcriptam, eſſe mutatam
decemque ſocios ex mandato Quabacondoni debere mane
Nangaſachi, planè colligebant, neminem deinceps accuſatione
in nos vllam moliturum. Itaque noua lux omnibus videbatur o
orta & diuinæ prouidentiæ potentiam admirabantur, quòd q
tempore nullum mali remedium ſupereſſe viſum eſt, extremaq
tempeſtas, digreſſo Patre, omnium imminebat capitibus, ſere
tas vultus Quabacondono redierit. Ita factum eſt, vt fides in n
uorum Chriſtianorum pectoribus multum ſit corroborata, & n
in trãquillitate magna & pace, ac in primis P. Viſitator, vitam
gerimus. Etenim cùm neceſſarium eſſet eum in Indiam reuerte
ne Quabacondono aliqua nouæ offenſionis in Chriſtianos occ
ſio ſuppeditaretur, ipſe verò & nos omnes in magno eſſemus m
rore & anguſtia, ſi in tam afflicto ſtatu res Chriſtiana manſiſſ
magno beneficio affecti fuiſſemus, ſi vel vnum Patrem Nanga
chi nobiſcũ retinere licuiſſet. Verùm Deus totis his quinque a
nis perſecutionis in nullis, quantumuis magnis, afflictionibus
turbis nos ſuo ſolatio deſtituit. Primùm enim omnibus Patrib
& fratribus firmiſſimam communicauit ſpem, omnium pericu
rum & difficultatum breui finem fore, ſimulque animũ & pec
dedit, millies potiùs morte occumbendi, quàm Chriſtianum g
gem deſerendi in Iaponia: accedit, quòd in æſtu tribulationu
& nouis rumoribus ingruentium grauiorum tempeſtatum, ta
in pace & ſecuritate viuebamus, vt ipſe P. Viſitator obſtupeſce
neque aliud eſſe poterat, quàm ipſius Dei opus. Alterum ſolati
fuit, quòd benedictus Deus hoc ipſo tempore tantam animi f
titudinem Dominis Chriſtianis contulit, vt nunquam dubitar
nos retinere in ſuis ditionibus, etiamſi vitæ & fortunarum c
nium ipſis adeundum eſſet diſcrimen. Quare ſemper iniecta
bis ſpes eſt, non permiſſurum Dominum Deum, vt cauſa tuen
rum Patrum, illi iacturam faciant vel vitæ vel dignitatis ſ
Certè Dominus Protaſius, aliique Domini, crebrò dictitabãt,
ſiderium pro amore Dei adeundorum periculorum, non tam
minuere in eis ſpem & ſecuritatem, quàm augere potiùs. ac
bant alij, cùm Patres amore ſalutis Iaponiorum cum peric

æ ſuæ remanere velint, conuenire, vt ipſi quoque ad conſeruā-
s Patres in idem periculum ſe conjiciant. Tertium ſolatiū fuit,
òd quo plus creſcebant minæ perſecutionis Quabacondonia-
, de euellendo radicitus ſemine fidei Chriſtianæ, hoc ampliùs
eo propitio fidei exiſtimatio apud gentiles, deſideriumq; Chri-
ana ſacra ſuſcipiēdi, creuerit, nec dubiū eſt, quin res ſit omnino
pernaturalis, ſi ſpectemus, quāto timore & tremore omnes ſer-
int Quabacondono. Nam etiam à maximis Dominis, quantū-
ſanguine & genere coniunctis, mox atque in exilium abacti
nt, ſummopere abhorruerunt, nec vllus inuenitur, qui vel mini-
eis fauoris aut amicitiæ ſigna exhibeat: nobis verò licet exter-
& alienigenis, & tantopere apud ipſum Quabacondonum ex-
s, maiorem quam vnquam honorem & reuerentiam præſtite-
nt. Quartò voluit Deus nos etiam conſolari, quòd Ethnicorū
orundam animos ad nos iuuandos & è periculis liberandos
citauerit, vt Gubernatoris illius Meacenſis, & Procuratoris Ia-
ni, & aliorum, & quod amplius, quòd ipſum Iacuinum impule-
ad ſuſcipiendum noſtri patrocinium apud Quabacondonum,
retinendam amicitiam Auguſtini Ecunocamindoni, ac Patris
s Aicumindoni, Arimandoni, & Omurandoni, omniumque a-
rum Dominorum in Scimo. Vnde etiamſi nobis malè vellet, a-
etque cum dictis Dominis, vt noſtros ſuis ditionibus exturba-
nt, nihilominus propter illos ab accuſatione noſtrorum abſti-
it. Sicut & alij non auſi ſunt nos accuſare, quòd viderent Iacui-
m ipſum ad gratiam Auguſtini conſeruandam non ſolùm non
eſtum eſſe Chriſtianis, verùm etiam eorum patrocinium ſuſce-
ſſe. Verùm quia gratum fore Veſtræ Paternitati exiſtimo ſecun-
epiſtolæ reſponſum, a Quabacōdono ad Viceregem datæ, ſub-
ngam illius exemplum.

*EXEMPLVM EPISTOLAE QVABACON-
doni ad Viceregem Indiæ.*

DOMINE, Recepi literas, quas Dominatio Veſtra è tam lō-
ginquis regionibus ad me miſit, in quibus aperiēdis & per-
legendis viſus ſum mihi videre longitudinem leucarum ter-
marique. Regnum hoc Iaponiæ, vti ſcribebas, cōtinet ampliùs
xaginta Status vel ditiones, in quibus ſuperioribus tēporibus
gnę fuerūt perturbationes & bella, nulla pax vel tranquillitas;
lti enim impij & ſcelerati homines patriæ proditores in vnam
ſpirarunt ſententiam de neganda ſuo Regi obedientia. Quæ

res inde ab adoleſcentia me vehementer afflixit & contriſtaui cœpique a longè cogitare de ratione ſubiugandę huius gentis,te tiuſque regni pacificandi:fundamentiq; loco tres poſui virtutes nempe comitatem affabilitatemque ſermonis in conſuetudin hominum, prudentiam conſideratam in rebus iudicãdis, & egre giam animi fortitudinem & præſtantiam:quarum præſidio tota hanc gentem ſubiugaui, & omnia regna in hanc vnius Imper formam redegi,extinctis impiis & ſceleratis,promotis verò & ad iutis operarus, qui in colendis agris laborant. Atque ita reſtitu his regnis pacem & tranquillitatem, pauciſque annis Iaponi Monarchiam adeò firmaui & conſtabiliui, vt nunc ſit inſtar in gentis rupis,quæ loco moueri non poteſt. Vnde factum eſt, vt i omnibus quatuor partibus regni habeant Regem multa pruden tia conſpicuum, & rex viciſſim omnes ſibi ad nutum morigero Atque hoc ordine & exercui & declaraui potentiam boni Capi tanei, cui hæc regna ſubiecta ſunt, nempe, quia tollit è medi omnes ſceleratos,& euellit radicitus omnes latrones terra mar que graſſantes.Ita fit,vt populi,familiæ,omniaque regni loca mi rabili pace & quiete fruantur.Præterea omnino decreui inuade regnum Cinenſe: & intra paucos dies naues conſcendam, nequ dubito me victoria potiturum. Vbi ergo illud occupauero, po terit V.Dominatio faciliùs omnium rerum mecum habere com municationem. Quod ad Patres attinet,Iaponia eſt regnũ Ch mis, quem putamus eundem eſſe cum Scin, qui eſt omnium r rum principium. Hic Scin eſt ſubſtantia, ipſumque Eſſe veru omnium rerum,omneſque res ſunt vnum & idem cum Scin, & Scin reſoluuntur. Qui in Scina vocatur Iutto, in Teſcincu ve Buppo. In obſeruatione deinde legum huius Chamis conſiſt tota politica gubernatio Iaponiæ: quæ ſi negligitur, nullum d crimen eſt inter Dominos & ſubditos: ſi verò ſeruatur, perficit vnio & concordia, quæ debet eſſe inter Patrem & filium, ma tum & vxorem. Itaque tota tam interna quàm externa gube natio hominum, regnorumque, ſita eſt in conſeruatione hui vnionis & politiæ. Iam Patres quidem ſuperioribus annis h regna ingreſſi ſunt, vt aliam legem ad ſaluandos homines præ carent: cæterùm quia nos inſtituti & firmati ſumus in legib Chamis,aliam nullam legem deſideramus:varietas enim opini num & legum cedit in detrimẽtum & præiudicium regni: Quar obrem iuſſi Patres excedere è Iaponia, eorumque legem prom gari vetui, neque volo, vt deinceps in hoc regno nouam aliqua Legem annuntient. Hæc licèt ita ſe habeant, tamen vehement

deſid

ſidero, vt ſtabilis inter nos maneat cõmunicatio, ſic enim hoc
gnum terrà marique liberum erit à prædonibus. Omnibuſque
gotiatoribus merces aduehentibus poteſtatem facio omnia ſi-
vllo impedimento vendendi. Rogo V. Dominationem, vt hoc
em approbet. Munera, quæ huc miſiſti ex iſtis partibus Sur,
nnia recepi, ſicut in literis tuis erat perſcriptum. Ego quoque
iſtis regnis alia quædam tranſmitto, cum memoriali munerũ,
nominibus eorum, qui dederunt. Cætera referet Legatus: qua-
uec ero longior, Data vigeſimo anno Tenſcii, ad vigeſimum
intum ſeptimæ Lunæ.

*In fine erat ſigillum & ſubſcriptio.*

Hæc eſt poſterior illa epiſtola, quam frater noſter Ioannes Ro-
iquez ſermone ſuo extorſerat. Prior enim erat valde, vt dixi, ar-
gans; vnde ipſe Quabacondonus, cùm iterum hanc cum illa
nferret, & quia lingua Cinenſi ei ignota ſcripta erat, declarari
peret dixit: Epiſtola illa fuit æquo acerbior, & difficile fuiſſet
m offerre Viceregi, quare Legato meritò diſplicuit. Quod ad
nc ſecundam epiſtolam attinet, cognouimus, multo futuram
iſſe mitiorem & commodiorem, ſi non fuiſſet compoſita à Bõ-
s legis Chriſtianæ hoſtibus; & quoniam nemo auſus fuit queri
ud Quabacondonum de hac re, neceſſe fuit nos hac epiſtolæ
ma eſſe contẽtos. Omnes deinde miraculi loco habuere, quòd
iſtolam iam ſigillo firmatam mutaſſet: nam ritu Iaponiorum
ectato, moribuſque Quabacondoni, id videbatur impoſſibile,
diceretur, Quabacondonum coactum mutare, eo quòd Lega-
s parui eam feciſſet. Verùm Deus eſt mirabilis in omnibus.
uod dicitur in epiſtola, ipſum effeciſſe, vt in omnibus obedien-
preſtetur Regi, nomine Regis, intelligitur Dairi, qui eſt genui-
s & verus Dominus Iaponiæ, nunc autem tantùm nomen ob-
iet Regis, vt alias ſcriptum eſt, tantamque habet autoritatem,
antam illi concedit Quabacondonus.

Quod ad virtutes tres attinet, de quibus gloriatur, duæ tantũ
quo modo in eum conueniunt, Prudentia & fortitudo animi;
tertia affabilitas eius talis eſt, vt nullus ei loqui poſſit, niſi ſe
commodet ad eius morem; neque ratio vlla poteſt ei afferri,
i velit. Quod verò dicit ſe adjumento eſſe agricolis, & totum
gnũ pacificatũ eſſe; verũ eſt quidem nulla nunc eſſe in Iaponia
ælia, ſed pacem vniuerſalẽ ob merum timorẽ illius; ſed & illud
rtũ eſt, nunquã agricolas in ſtatu tam miſerabili fuiſſe; nunquã
iam omnes alios homines, ſiue ſummæ ſiue infimæ conditionis
t, tanto ſeruitutis iugo oppreſſos fuiſſe, ac nunc ſunt; nec

vident quemadmodum extricare ſe ex eo poſſint. Verùm ille no
uit egregiè laudes ſuas prædicare & amplificare.

Scripta fuit dicta epiſtola in folio octo palmos longo, &
quatuor lato, quam ſtudio curauit confici ad imitandam quad
tenus chartam pergamenam, qua in ſuis literis Vicerex vſus fue
rat. Intus, folium multis floribus aureis erat depictum, & in cu
lulli formam cōplicatū; impoſitaque eſt epiſtola ſacculo holoſe
rico rubeo, auro & argento variè contexto, hic verò incluſus e
pixidi more Iaponico, quæ ob pretium & artificium tam fuit ad
mirabilis, vt omnib9 Europæis tenuitas & excellētia operis poſſ
eſſe ſtupori; Intus operta erat, & foris, quadā ſpecie Sandarach
quę in Iapone dicitur Vroſci, cōfecta ex auro cōtuſo, & in puluer
minuto, diſtincta argenteis aureiſque floſculis ita ipſi Vroſci in
ſertis, vt nemo capere poſſit coniunctionem, niſi qui totius pix
dis ſtructuram pernouerit, cuius ſpecies mirū quàm venuſta ſi
& ad aſpectum iucunda. Habebat deinde vtrinque aliquot roſu
las, cum aureolis catenulis, encauſto nigricātibus & reſticulis p
xidem aſtringentibus. Hæc verò pixis rurſus alio ſacculo elegan
ti tecta eſt, & immiſſa in aliam pixidem perbellam, & clauſtr
artificioſiſſimis munitam.

Vnde liquet quanto honore Quabacondonus afficere voluer
Viceregem. In eadem pixide erat & alia charta, epiſtolæ ſimilis, i
qua deſcripta erant munera, quæ offerri debebant, & nomina ar
tificū, veterumq; magiſtrorum, qui cōflarant arma ex ferro pe
uetuſto, quod in Iaponia magno æſtimatur. Miſit autē duo gen
ra integrorum armorum arte diſcrepantia, quæ etſi ob tenuita
tē, Europęarum lancearū ictus ſuſtinere nō poſſent, tamen magn
pretii fuere. Erant enim plena roſis, floribus, & variis animalib
aúreis ad viuum ab optimis quibuſque Iaponię artificibus elab
rata. Quælibet armatura habebat ſuam peram ſericam, inſerta
arcæ, quales Iaponii ex humeris geſtant dum eūnt ad bellum. T
ctæ erant hæ duæ arcæ ſandaracha tam lucida, vt eſſet inſtar ſp
culi; clauſtra eius erant inaurata, tam pulcre elaborata, vt potu
rint ſeruire cōſeruandis ſacris Reliquiis. Adhæc miſit Nanguin
tā, (quod inſtrumentum eſt bellicum, ſimile hellebardæ, ſed lo
giore haſtili) perinde ornatam ac pixis epiſtolæ, ſed alio genere
figurarum & artificii. Vagina quoque huius inſtrumenti affab
ex auro fuit elaborata. Miſit quoque ingentem bipennem, vnum
que gladium, ea magnitudine, qua fere Iaponii vtuntur, & min
rem gladiolum, qui ſit loco pugionis. Hæc dona vt erant ſatis el
gantia & ad aſpectū perpulcra, ita apud Iaponios pretioſa. Mul

illis hîc æſtimantur quingentis, mille, bis, quater, & aliquando
xies mille ſcutatis.
Hoc ferè tempore, cùm Quabacondonus cogitaret de aggre-
endo bello Cinenſi, varios Dominos & belli Præfectos conuo-
uit, quibus voluntatem ſuam expoſuit: qui etſi in contraria
ſent ſententia, tamen omnes, nulla obiecta difficultate, decre-
m eius comprobarunt. Nam dixerat ſe hoc bello non abſten-
rum, etiamſi proprius filius ad vitam reuocatus illud depreca-
tur, imò ſiquis ea in re moueret difficultatem, ſe confeſtim eum
medio ſublaturum. Quare aliquot menſibus vbique nihil aliud
at videre, niſi apparatus nauiũ, armorum, munitionum, aliarũ-
ue rerum neceſſariarum in bellum. Catalogum confecit Qua-
acondonus omnium Dominorum, ſuorum ſubditorum, quos
oluit omnes ſecum bello intereſſe dempto nemine, adiuncto &
nſo numero eorum, quos quiſque ſecum adduceret. In omni-
us his regnis de Scimo nominauit quatuor, eoſque ſibi valde
ddictos, quos non ſine omniũ admiratione voluit eſſe quaſi ca-
ita omnium horum nouorum Regnorum, etiamſi alia multo his
uatuor eſſent potentiora. Ex quibus, Deo ita diſponente, duo
ere Chriſtiani, nempe Auguſtinus Ecunocamindonus, Domi-
us dimidiæ partis regni Fingenſis, & Cainocami filius Quam-
oindoni, Dominus maioris partis regni Bugenſis. Ethnici verò
uo fuêre, Toranoſuque, Dominus alterius partis regni Fingen-
s, & Auguſtini capitalis inimicus, & Iconocami, Dominus alte-
ius partis regni Bugenſis, ac inimicus eiuſdem Auguſtini & Cai-
ocami. Mandauitque Quabacondonus vt omnes Domini Chri-
iani de Teſcimo comitentur Præfectos Chriſtianos. Fuit ibi Do-
inus Protaſius cum duobus milibus militum. Omurandus cum
ille, Dominus Suſcimæ gener Auguſtini, qui iam erat factus
hriſtianus. Deinde ordinauit vt Auguſtinum comitarentur Do-
ini Firandenſis & Gotanus, qui licet gentiles, habebant tamen
ultos Chriſtianos ſubditos. Itaque Auguſtinus traheret ſecum
xercitum quindecim milium militum, præter nautas, lixas, a-
aſque operas pro conuehendis impedimentis non minore nu-
ero conductas; qui in regno Corai etiam ceperunt arma, &
ilites facti ſunt. Eidem Auguſtino Quabacondonus, ſingulari
uore, primum locum dedit in impreſſione facienda in regnum
orai, nimirum vt ille ſolus cum copiis ſuis illud ingrederetur,
æteris Dominis expectantibus in Suſcima, quæ 18 leucis abeſt à
Corai, donec ab Auguſtino monerentur. Quæ res magnam a-
ud omnes Auguſtino procreauit inuidiam & dolorem, ſed,

vti iam dicetur, fuit Auguſtino valde honorifica. Alterum præfe-
ctum Chriſtianum Cainocamum, 23. annorum iuuenem, volui
vt comitaretur Rex Bungenſis cũ ſex milibus militum, ita vt cum
quatuor milibus, quæ iam habebat, eſſent decem milia, præte
nautas, aliosque, qui onerã deportarent. Fuit hoc nobis omni-
buſque Chriſtianis ſolatio maximo. E dominis Gentilibu
Quabacondonus voluit Dominum Rioſogi adiuncto Forano
ſuque venire cum octo milibus, Regem quoque Saſſumæ ad-
iuncto Iconocamo, cum totidem. Interque omnes primarium
locum conſignauit Auguſtino. Reliquos milites Iaponiæ om-
nes ſuos eſſe comites voluit; numerus autem omnium, vt e
Catalogo deſcripto liquebat, erat trecentorum milium homi-
num; è quibus milites erant ducenties mille. Ordo autem hi
præſcriptus erat, vt iter inſtitueretur per regnum Corai, quæ eſ
quaſi inſula, cuius vnum caput contiguum eſt Cinæ, & licèt ſe-
paratum regnum, Cinenſi tamen regi eſt ſubiectum & tributa-
rium. Et quoniam hoc regnum vno brachio maris a Iapone a-
uulſum eſt, conſtituit Quabacondonus regnum Corai ſibi ſub-
jicere, quòd abundet commeatu, vt inde faciliùs trajicere poſſi
in Cinam. Dum omnia parantur, conſtitutum eſt, vt in præci-
puo portu Scimenſi, qui Firando duodecim abeſt leucis, & dici-
tur Nangoia, excitaretur ingens & vaſtum propugnaculum; ſe e-
nim ibi velle commorari, & expectare cum tota claſſe, donec no-
ua afferantur de progreſſu quatuor Præfectorum vel Capitaneo-
rum. Voluit & alterum propugnaculum exſtrui in Fuchinoſchi-
ma, quæ alia eſt inſula inter Nangoiã & Suſcimam. Addidit ter-
tium in Suſcima, decem & octo leucarum intercapedine à Co-
rai, vt ita tranſitus efficeretur commodior. Horum propugna-
culorum fabricandorum curam impoſuit quatuor illis belli Præ-
fectis, cæteris verò Dominis de Scimo eorum comitibus man-
dauit, vt eos iuuarent, qui omnes ita maturarunt opus, vt ſex mẽ-
ſium ſpatio omnia abſoluerint. Nangoianum cinctum fuit du-
plici muro, ex quadro lapide & pulcro, vti Meacum, latiſque &
profundis vndique foſſis. Murus interior minor cæteris erat i
quadrum centum brachiorum, in cuius complexu tot domus fa-
bricatæ ſunt, tum pro Dominis, eorum ſociis, tum pro officini
mercatorum, hoſpitum, & ſimilium, vt cum viis ſatis amplis &
rectis efficerent opidum ſatis bellum. Sed quod magis admira-
tione dignum eſt, Meaco Nangoiam vſque quacumque trãſeun-
dum erat, pro cuiuſque diei itinere omnes Domini, ex Quaba-
condoni præſcripto, è fundamentis noua & egregia palatia i
ſu

ı ditione erexerunt, ſic vt dierum viginti interuallo quauis no-
: cum omnibus ſuis in eiuſmodi palatio pernoctaret. Et quo-
ım hæc fiebant eo ipſo tempore, quo parabatur expeditio in
gnum Corai, tanta fuit oppreſſio totius Iaponiæ, vt res eſſet,
uabacondono interim nihil expendente, planè intolerabilis.
terùm verbis exprimi non poteſt, quam prompti ſint omnes
obſequio ei præſtando; id quod apparet in his magnificis fa-
icis breui tempore excitatis, quæ in Europa non niſi multo
mpore & impenſis magnis perfici poſſent. interim crebro ho-
inum ſermone ferebatur, inſtitutum Quabacondoni infeli-
m exitum habiturum, rem eſſe coactam, & fore ſeminarium
ultarum in Iapone diſſenſionum; nullus enim erat, cui non
llum diſpliceret: omneſque Domini ſpe tenebantur, fore tan-
m aliquem vindicem libertatis, ſed nemo inuentus eſt, qui
imus operi manum adhibere vellet. Itáque neceſſe fuit omni-
s, licèt cum mœrore & gemitu, rem proſequi. At Quabacon-
nus omni cura vacabat, & ad animandum ſuos, iactitabat ſe
agnas facturum regnorum mutationes, ipſiſque donaturū re-
um Corai & Cinenſe; Dominóq; Protaſio tria regna addixit;
ille cum omnibus aliis Dominis ei quidem gratias egerūt, ſed
men potius optabant particulā aliquā retinere ſui ſtatus in Ia-
ne, quàm adire omnia regna ab illo promiſſa.

Quoniam autem Quabacondonus promulgarat ſe tertia
ına huius anni affuturum Nangoiæ, cœperunt ex omnibus par-
us Iaponiæ, copiæ verſus has oras mouere. Hîc renouatæ ſunt
lectiones noſtræ. Quamdiu enim Quabacondonus Meaci hę-
, poteramus in hac ditione de Scimo ſine periculo verſari: ſed
ſtquam cepit tendere in has partes, impoſſibile viſum fuit, poſ-
res noſtras ſaluas & incolumes conſeruari, & in metu non par-
eramus. Nam Domini Chriſtiani nos commonuerant, vt
oniam Quabacondonus tam eſſet vicinus, omnes qui agerent
Collegio, Domo probationis, & Seminario, aliò commigra-
t. Et quotidie Meaco ſcribebatur, vt dejiceremus domus & Ec-
ſias Omuræ, Arimæ, & Canſaci, Patréſque Europæi reuerte-
nt Nangaſachum in habitu ſæculari Luſitanorum, fratres autē
ponii ſeparatim ſe reciperent in alias atque alias Chriſtiano-
m ædes, vt hac ratione omnes manerēt ſalui & incolumes. Ve-
m vt hoc remedium nimis erat durū, & difficultatibus multis
noxium, ita paruam afferebat conſolationem. Denique Pater
ſitator tractans de hac re cū Ecunocamindono, Domino Pro-
ſio, & Omurādono, antequā proficiſcerētur in regnum Corai
inue

inuenit eos eadem, qua priùs, animi fortitudine in ſententia ſu perſtitiſſe, nec aliud conſulere vel permittere, quàm vt Patres ma neant occulti, & tantùm deſerant ædes Arimenſes & Omuranas in quibus Toni voluerant quoſdam ſuos cognatos habitare. Vi ſum etiam fuit: imminuendum eſſe numerum Seminarii, ac è no naginta manerent quinquaginta, nempe latinæ linguæ ſtudio in noſtris ſcholis. Nangaſachum cum Patre Viſitatore vene runt aliquot Patres & Fratres, qui vocabantur Fungenſes & F randenſes. Nam Pater ſub nomine Legati poterat eos apertiùs ſe cum retinere.

Sub hoc tempus Quabacondonus, vt ſpectaculo aliquo re crearet Dominos, quos ſecum habebat, & ſimul declararet, quan ta animi confidentia & quiete aggrederetur expeditionem Ci nenſem, atque etiam famam celeberrimæ cuiuſdam Venation olim factæ a magno Pręfecto Domino Ioritono, qui totius Iapo nis Imperium tenuit, obſcuraret; conſtituit vnam aliam omnin regiam ex variis auium generibus inſtituere. Qua de cauſa mult magnis Dominis aliiſque ſtipatus abiit in regnum Oiarenſe, vb aucupium tam felicem habuit ſucceſſum, vt capta ſint pluſquar triginta millia auium omnis generis; inter quas multi erāt falco nes. Quamuis vt plus recrearent Quabacondonum, & aucupiu eſſet ſolemnius, adjunctæ ſint plures aliæ mortuæ volucres, qu Iapones certis condimentis vnà cum plumis norunt in diuturn tempus conſeruare. Finito hoc aucupio, magno apparatu Meac Quabacondonus reuerſus eſt. Pręibāt, qui millia illa auicularu in arundinibus inauratis deferebant. Hos proximè ſequebant multi equites ſplendidè veſtiti, portantes magnum numerum fa conum aliarumque volucrum. Poſt hos permulti equi elegant ornati freno ducebantur. Hinc ſubibant duæ Coſcis vel lectic ornatu prænobili: poſt quas deportabatur Quabacōdonus in l ctica alterius formæ, quæ in India dicitur Palangia, factoq; er in Cina ſingulari artificio, & ei oblata à Patre Viſitatore, cù ageretur de mutanda epiſtola prima ad Proregem ſcripta, qua vehementer ei placuiſſe inde conſtat, quòd in omni celebri acti ne, ea vtatur. Poſtremum locum tenuerunt innumeri Princip & Domini vario tum ſuo tùm equorum ſuorum cultu & orna ſplendidi, ad oblectandum magis Quabacondonum, qui triu phantis inſtar Meacum cum infinito hominum clamore plau que ei gratulantium per vias turba ingreſſus eſt.

Cùm autem iam tempus appropinquaret, quo in Cinam na gandum eſſet, primùm Quabacondonus decreuit nepotem ſuu

Ina

angondonum declarare ſucceſſorem & totius Iaponiæ Domi-
um,vt vices ſuas tempore belli obiret. Mandauit itaque vt Dai-
in dictũ Nepotẽ dignitatẽ trãsferret Quabacõdoni, aſſumpto
omine Taicuſama, id eſt, Magni Domini. In eum autem modũ
æc tranſlatio peracta eſt, vt etiamſi nepoti ſuo cum nomine red-
tus maximos attribuerit, ipſe tamen is manſerit, qui priùs fue-
t. Indicto die huius tranſlationis, iuſſit adeſſe omnes Iaponiæ
incipes, vt obedientiã huic nepoti promitterent. Qui magna cũ
ompa adiens Dairi, vt dignitatem illam ab eo ſuſciperet, dona-
s fuit propugnaculo Meacenſi & palatiis Quabacondoni, vt in
habitaret.

His peractis ad initium tertiæ Lunæ iter ingreſſus eſt per Nã-
oiam, cùm iam mandaſſet, vt Auguſtinus tranſiret in Regnum
orai, & alii Præfecti expectarent in Suſcima. Vigeſimo ergo ſex-
die tertiæ Lunæ peruenit Nangoiam, vbi, annumeratis cæteris
ominis, inuenta ſunt ducẽta hominum milia, exceptis iis, qui à
æfectis quatuor ducebantur. Interim Auguſtinus cum ſuis &
ſtingentarum nauium claſſe appulſus eſt ad Coraium. In cuius
ercitu cæteris antecelluit D. Protaſius, etſi enim bis mille tan-
m milites ſibi adjunxiſſet, tamen armorum nauigiorumq; ſplẽ-
ore omnes in ſui admirationem concitauit. In ingreſſu regni
oraiani duo propugnacula vi expugnarunt, in quibus Coraiani
agnam fiduciam collocarant, erant enim excelſis communita
uris, & robore militum, & tormentis muralibus, binos palmos
dimidiatum longis, quæ globorum vice ejiciebant ſagittas li-
eas ferro bifurcato cuſpidatas fragore maximo: ſed quoniam
anis ictus eſt huiuſmodi telorum longiùs diſiunctis, Iaponii in-
ructi fiſtulis æreis, apud Coraianos ignotis, ſtatim eos à muris
egerunt, & ſcalis ex arundine craſſa in hanc rem confectis, at-
ue in mænia conjectis, ſtatim conſcenderunt, & vexillum in iis
õſtituerunt, repugnãtibus quidem Coraianis ad breue tẽpus, ſed
ox turpi fuga dilabentibus, cùm 5 milia hominum ex eorum
arte cecidiſſent, ex Auguſtini verò 100 dũtaxat deſiderati eſſent,
Sunt & aliæ miſſiones minores inſtitutæ, vt fuit illa fratris cu iuſdam ablegati in Cicungo, vbi intra paucos dies centum circit & quinquaginta capita piacularibus aquis tinxit. Verùm quia an nuæ iſtæ nimium excreſcunt, omiſſis miſſionibus veniam ad Semi narium, vt V. Paternitas intelligat, quid ex inſtitutione alumno rum ſit expectandum. Certè magnam omnes de ſe futuræ frug ſpem promittunt. Nam, (vt taceam ea quæ alias de iis conſcrip ſunt) hoc biẽnio, qui literis operam dant, magnos progreſſus h buere in perdiſcenda lingua latina, & ſummopere affici cœperu erga illam, ſicut nonnulli, iuxta cuiuſque inclinationem, etiam a alia exercitia, vt pingendi, laminas æreas ſecandi & incidendi a exprimendas imagines, quas artes & facilè aſſequuntur, & ſubt liter imitantur, vt minimè dubitemus, V. Paternitatem plurimu recreandam, ſi aliquot eorum opera viderit. Mira quoque faci tate condiſcunt digitis pulſare omnis generis inſtrumenta Mu ca. Nam poſt reditum quatuor Dominorum Iaponenſium, q nunc de Societate noſtra ſunt, breui tempore artem omnem ta perfectè aſſecuti ſunt, vt harmoniam eandem efficerent, quam i ipſi, qui in Europa multo ſtudio didicerant. Nihilominus vt il noſtra Muſica, quia aſſuefactas habent aures ad propriam, vid tur diſſona; ita nobis illorum. Et inprimis magis afficiuntur a ſambucam & ſimilia inſtrumenta, approbantque vſum organo in diuinis officiis. Feriis natalitiis, cùm Rector Seminarij pro co ſolatione alumnorum & latinæ linguæ exercendæ cauſa ordina ſet, vt actione aliqua Natalitia Chriſti, mixtis Iaponico idiom te intermediis, præſentarẽt, id tanta dexteritate & grauitate pe fecerunt, vt multis excuſſerint lacrymas. Et qui in Europa iſtiu modi viderant, confeſſi ſunt, hos iuuenes Europæis minimè fui in agendo inferiores. Iaponiis res ita placuit, vt viderẽtur ſibi e in altera vita. Vnde apparet, quanta ſit expectatio de iis qui alu tur in Seminariis, quorum numerus cùm potuerit augeri, (vti ia ordinatum eſt) ſuppeditabit copia operariorum, parochorum ſacerdotum pro Iaponicis Eccleſiis. Vnde nõ dubitamus ſuę Sa ctitati magnum afferri ſolatium, quando videt, quàm vtiliter co locatæ ſint ſummæ illæ impenſę in hęc ſeminaria tam remota ctę, vt quę cedant in ſalutem totius Chriſtianitatis iſtius, & in m ximam nouellorum fidelium ædificationem.

Iam verò poſt aliquantam Perſecutionis quietem & tranqui tatę

atē, de qua hactenus egimus, ecce noua ex improuiſo in his par-
ibus Scimanis oboritur tempeſtas, eaque priore maior & pericu-
oſior. Nam Quabacondonus, victoriis Iaponicis elatus, non ſatis
abuit, ex infimo vitæ ſtatu, ad Summum dignitatis conſcendiſſe
aſtigium, ſed etiam, inſtar Nabuchodonoſoris, diuerſas literas
edit ad Reges & Principes vicinos, cum mandatis minarum ple-
is, vt ſe pro Domino agnoſcant; ni fecerint, ſe funditus eos dele-
urum. Ex hac inaudita arrogantia, & immanitate tyrannica, tum
ia mala, tum hoc conſecutum eſt: Portus Nangaſachanus inde
o anno vno gubernatus erat a Chriſtianis, populi totius capiti-
is: his occaſione quadam Quabacondonus ſubſtituit duos gu-
ernatores Ethnicos, quorum alter, vt capitali odio inſectabatur
hriſtianos, ita Quabacondonum ſuis calumniis impulit, vt mā-
aret per ipſum & alios euerti Eccleſiam & domos noſtras, mate-
amque omnem tranſportari Nangoiam. Hoc mandatum datū
Quabacondono vbi cognouimus ex Dominorum Chriſtiano-
m literis, in magna cum omnibus Chriſtianis anxietate & affli-
ione fuimus, propterea quòd nullum remedium, nullum locum
ppellationi relictum videremus. Et quamuis quatuor Luſitani, re
telle ta, nomine reliquorū omnium, maturarent iter ad Qua-
condonum, tamen in exitu è portu deprehenderunt; iam Fera-
ādum nouum gubernatorē gentilē cum aliis 150 hominibus à
uabacondono miſſis aduentare, qui paucis diebus, nullo loco
ecibus relicto, omnia noſtra penitus euerterunt. Patres, cū ma-
o omnium Chriſtianorum luctu, receperunt ſe in certas ædes
iſericordiæ, quas in dicto loco Chriſtiani ante paucos annos
citarant. Quamuis autem Luſitani omnem mouerint lapidē
ud Gubernatorem, vt executio prorogaretur, donec conueniſ-
nt Quabacondonū, nihil tamē impetrare potuerunt. Hac noua
preſſiona, etſi omnes in magnum mærorem & timorem cōiecti
emus; tamē nō deſtituit ſeruos ſuos Deus variis cōſolationibus.
Prima conſolatio fuit, quòd Quabacondonus ob ægritudinem
atris Nangoia rediret Meacum: cuius abitu nō nullū Chriſtia-
s acceſſit refrigerium. Nam quādiu ille erat pręſens, Patres cum
nnibus Chriſtianus in magno verſabantur periculo. Eo enim
genio eſt, vt cui ſemel malè vult, ei quotidie reddatur infeſtior,
que is eſt, qui vel rationibus aures accommodet, vel contradi-
ntem toleret. In profectione autem Meacenſi quædam ei in-
iſta euenerunt, quibus Deus (vt opinio eſt Chriſtianorum) ca-
gaſſe eum videtur, ob mala in ſanctam Eccleſiam cōmiſſa. Quo
im die ſententiam tulit, de euertendis ædibus noſtris, Ec-

cleſiaque Nangaſachenſi, mater eius Meaci, non conſpecto priu filio, exſtincta eſt. Qui caſus magnum ei dolorem incuſſit. Alte caſus infauſtus fuit, quòd Nauis, qua vehebatur, impegerit in ſco pulos, ipſeque facto naufragio nudus in eoſdem ſcopulos ſalui vix euaſerit. Nauarchus diſciſſo ventre ſe ipſe interemit: Quaba condono aliis nauibus ſuccurſum. Gentiles, vti admodum ſun ſuperſtitionibus dediti, caſum hũc habuerunt pro malo augurio quod non parum eum afflixit & conturbauit. Tertius caſus fuit quòd multa mala noua nunciarentur ex regno Corai; vt quòd Co raiani reſumptis animis præualuerint contra Iaponios, immiſſaq in eos ingenti claſſe trecentas naues ceperint, vectores mactarint & mox octo propugnacula, quæ cuidam Quabacondoni nepoti erant commiſſa, multis eorum cõtrucidatis, recuperarint. Ad hæc quòd Iaponij magna laborent penuria commeatus, variis morbi affligantur & extinguantur, multi fuga elapſi Iaponem repetant omnes verò deſperent de felici exitu huius belli. Quæ noua ma gno pudore & dolore Quabacondonum affecerunt. Quartus fuit quòd nepotem ſuum, quem renuntiarat ſucceſſorem Imperij, in uenit à ſe abalienatum, vti & ipſe abalienatus erat ab illo, pro pterea quòd dum ipſe, id eſt antiquus Quabacondonus, in profe ctione Meacenſi, Ozacæ, donec matri Meaci parentatum eſſet ſubſiſteret, nouus Quabacondonus ſalutandi cauſa Ozacam aliq quin vicinam non occurrit; quod toti Iaponiæ permirum viſur eſt, nec dubitauit magnæ diſcordiæ fore ſeminarium. Quintus ca ſus Quabacondono peregrinus & valde acerbus fuit, quòd cele berrima Campana delubri Midorani, (quod quatuor leucis Mea co abeſt) quæ maximum ſemper ediderat ſonum, ab aliquot die bus, quantumcumque fortiter pulſaretur, nullum ſonitum reddi diſſet; reſque fuit certiſſima. Nam totus ferè populus Meacenſ re cognita, eò excucurrit. Aiunt, aliàs idem accidiſſe, & eſſe præſa gium magnæ viciſſitudinis ſecuturæ, ac propter infauſtum bel Coraiani exitum, omnes certò augurantur, imperium Quabacó doni breui collapſurum: & certè apparet, ad caſtigandum illum Deum voluiſſe illum occæcari, vt præcipuos quoſque viros totiu regionis amandaret in bellum Coraianum, atque ipſe domi om neruo belli deſtitutus remaneret. Quare magna ſpes affulget Pr marios omnes Dominos, non quæſita eius facultate, poſtlimini in ſtatus ſuos redituros, & publicos eius inimicos futuros, n quieturos, donec omnia, quæ hactenus alta mente repoſta tenu re, perficiant.

Altera Conſolatio, quam Deus nobis in hac calamitate impe tiui

iuit, hæc fuit, quòd, quo tempore domus noſtræ æquatæ ſunt ſo-
o, præcipuique Iaponiæ Principes à patria longè abſunt, omnes
hriſtiani maiori quàm vnquam beneuolentia & amore nos ſunt
roſecuti inuiſendo nos, & dicendo, etiamſi ſublata ſit ipſis Eccle-
a, non tamen ſublatam è cordibus ipſorum fidem; ſe iam probè
ntelligere, Quabacondoni imperium minari ruinam, poſtquam
ellum inferre auſus eſt ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Virgini Ma-
æ, cuius Aſſumptioni Eccleſia erat dedicata. Accedit & illud no-
tione dignum, quòd multi Domini, qui poſt diſceſſum Quaba-
ondoni Nangoiæ remanſerant, videntes ſe iam eſſe paulo libe-
ores, deſiderio quoque ſpectandæ Nauis Luſitanę allecti, appu-
rint Nangaſachum eo temporis puncto, quo templum noſtrum
ijciebatur, omneſque nobis condolebant, affirmantes magna
iuria nos affici. Fuit inter eos Findanus Camendonus Nabu-
ngæ gener, qui paulo ante obortam perſecutionem Chriſti le-
bus ſubſcripſerat, & nunc vnus eſt è potētiſſimis Iaponię Prin-
pibus. Bis venit ſalutatum Patrem Viſitatorem, cæteroſque Pa-
es, cum ſumma amoris & reuerentiæ ſignificatione, & qualibet
ce duas horas eoque ampliùs nobiſcum manſit. Eadem amoris
humanitatis argumenta oſtendit erga Nauis Prefectum, & re-
quos Luſitanos. Vaſtatione autem Eccleſiæ Chriſtianæ tantum
eſt vt fuerit animo perturbatus, vt etiam omnibus aulicis ſuis
ẽt Ethnicis, in domum ſuam collectis, palàm confeſſus ſit ſe eſ-
Chriſtianum, & quanquam per iniquitatem temporum non
ſſet re ipſa declarare, quod pectori inſediſſet, ſe tamē in ditio-
ſua velle magnam inſtituere hominum conuerſionem. Vt autē
telligerent, eum grauibus cauſſis adductum, vt nomen Chriſto
ret; cæpit commemorare omnia quæ in expoſitione Catechiſ-
audiiſſet, probans idola Chamis & Fotoques nihil eſſe, non
ſſe eſſe Deum niſi vnum: animam noſtram eſſe immortalem; &
genus alia, quibus auditis omnes ſunt admirati. Id nobis rela-
n eſt à primario quodam eius Aulico optimo Chriſtiano. Idem
ominus magna amicitia coniunctus eſt Iuſto Vcondono, qui
ngoià ſcripſit, quantopere commotus & contentus Nangaſa-
o exceſſerit, ſe paulatim de noſtris rebus tractaturum.

Alius Dominus gentilis magni nominis & auctoritatis apud
ponios, nempe abſolutus regni Ingani Dominus, tempore eiuſ-
n vaſtationis Nangaſachum ingreſſus, magno deſiderio arde-
cognoſcendi res Fidei noſtræ, tum quòd Nangoiæ multa de
n audiſſet, tum quòd admiratus eſſet vitam cuiuſdam Chriſtia-
nomine Manzij Sangondoni, cum quo vixerat, eo tēpore quo

exulabat Sanga. Huius pia voluntas, conſpecta euerſione rerũ no
ſtrarum, nõ ſolum nõ elãguit, verùm etiam, cùm nullam haberet
noſtrorum notitiam, palàm per certos homines indicauit, ſe ve
hementer cupere aliquid cognoſcere de religionis Chriſtianę my
ſteriis. Primùm dubitauimus, num ſyncerè vel ſimulatè nuncios
ſubmiſiſſet, experiundi cauſa an contra mandatum Quabacondo
ni auderemus verbum Dei prædicare. Itaque ei reſponſum eſt, Pa
tres (vti ipſe noſſet & cerneret) verſari in exilio, Eccleſias à Qua
bacondono euerti, nõ eſſe iam tempus idoneum, quo tãtus Prin
ceps auditis ſermonibus ſe exponat præſenti periculo, nec poſſ
tam ſecretò fieri, quin emanet mox foras. Ad hæc Dominus ille
Quantum, inquit, attinet ad Quabacondonum, vacuus ſum om
ni metu, cuique homini incumbit, indagare optimas rationes &
modos perueniendi ad ſalutem; quare prorſus volo veſtris ſermo
nibus aures præbere. P. Viſitator, poſt plures tergiuerſationes, vi
dens abeſſe fraudem, miſit ad eum fratrem Vincentium Iaponiũ
qui oratione ſua ei breui perſuaſit, vt vellet eſſe Chriſtianus, mo
& vehemẽter vrgere cœpit ſacrum lauacrum, nec ceſſauit, done
obtinuiſſet. Nos certè ex tanti Domini tantaque bonitate natu
ræ præditi conuerſione, tali tẽpore facta, non potuimus non ma
ximam percipere voluptatem. Sũmam doctrinæ Chriſtianę, om
neſque orationes ſecum ferre voluit, promiſitque ſe aliquãdo cu
raturum, vt regnum ſuum vno die Chriſto eiuſque ſponſæ Eccle
ſiæ vinculo fidei coniungatur. Iuſtus Vcondonus cognita eius cõ
uerſione, vehementer eſt admiratus, dicebatque magni faciendã
ſe non ignorare qualis & quantus ille ſit, & ſubitò inuiſurum,
amicitiam cum eo initurum. Et fuit eidem D. commendatum, v
inter intimos amicos ſuos reciperet Iuſtum, qui ei in multis adiu
mento eſſe poſſet. Aiebat præterea ille, nulla alia ex re maius diui
næ virtutis argumentum ſe collegiſſe, quã quòd quo ampliùs ex
agitati ſumus a Quabacondono, hoc magis in gentilium æquè a
Chriſtianorum pectoribus exiſtimatio & dignitas Chriſtianę pro
feſſionis creuerit. Hoc ipſo tẽpore Iuſtus iam dictus aduenit Na
gaſachum, vbi Nauis Præfectus cæterique Luſitani omnes magn
celebritate illum exceperunt, & Quabacondonus, antequam ab
ret Meacũ, nõ paruo honore aliiſq; humanitatis officiis eũ proſ
cutus eſt. Nã ſæpe post recõciliationẽ, cum eo diuerſis de reb
conſilia inibat. Vnde coniecturam faciebant omnes, illum bre
in aulam recipiendum. Sed Iuſtus, vt homo prudens, nunquã vo
lebat huius rei mentionem facere, affirmans (vt ipſe loquebatur
nec animæ nec corpori profuturum, ſi modò mutaret Statum

Nã

Jā quoad animā, inquiebat, nō poſſem in omnibus rebus Qua-
accndono ſine periculo obſecundare, cùm ipſe velit omnes ſuo
iodo & agere & loqui: Quoad corpus verò, ſi non me geram ſi-
iiliter aliis, majori periculo me exponerem excidēdi ex eius gra-
a. Deinde dicebat, humanitus loquendo, vitam Quabacondoni
on poſſe eſſe diuturnam. Itaq; his aliiſque rationibus, quas da-
at de rebus Iaponicis, ſanctáque eius conuerſatione, omnes ma-
iopere recreati ſumus.

Tertia cōſolatio a Deo nobis communicata fuit, quòd omnes
nnino tum Patres tum reliqui Chriſtiani confidimus, perſecu-
onem iſtam non longiùs progreſſuram, idque multis de cauſis.
ima eſt, quia cùm ſit tam infauſtus expeditionis Coraianæ ſuc-
ſſus, omneſque deſperent vel potiùs certiſſimè ſciant, Quaba-
ondonum non poſſe hoc bellum proſequi, videtur præſentiſſi-
um illius capiti imminere exitium, vel certè tāta rerum omniū
Iaponia perturbatio & confuſio, vt neque tempus neque locus
ſuppetat de noſtris rebus agendi vel cogitandi. Etenim fama
fortunati iſtius prælii efficiet, vt omni exiſtimatione, qua ha-
enus ſeſe ſuſtentauit, excidat: deinde neruo belli, hoc eſt, priſti-
s ſuis viribus, admirabilique potentia, (omnes enim eius præci-
ti Præfecti eiuſque intimi amici in regnum Coraianum profe-
i ſunt) prorſus deſtituetur. Deinde cùm Iaponii intenti ſint in
nnem occaſionem vindicandi ſe ab hoc acerbiſſimo ſeruitutis
go, non videntur tam idoneam & opportunam rei bene geren-
præterminſſuri facultatem. Accedit, quòd Morindonus cæteri-
ie Domini horum nouorum regnorum de Scimo, etſi partem
puli ſui abduxerint in Corai, expectantes belli exitum, tamen
iones ſuas hominibus aliiſque rebus bene communitas & cō-
tutas reliquerunt, atque vti exercitus in Corai dira vexatur
ne, neque ſpes vlla belli producendi affulget; ita minimè pro-
bile eſt eos diutius ibi cum periculo vitæ permanſuros, ſed ad
i regna pedem relaturos.

Altera cauſa cur res meliore loco deinceps futuræ videantur
, quòd tam præclara munera Quabacondonus mittat ad Pro-
gem Indię, ſimulque velit obſides in Iapone remanere decē ſo-
os Patris Viſitatoris. Vnde Gubernator gentilis Nangaſachanæ
bis, ille, qui noſtra omnia euertit, intelligens gubernatorem
eacenſem nomine Quabacondoni ordinaſſe, vt tot ſocii re-
nerent, iuſſit per quoſdam, P. Viſitatotem de cætero eſſe
urum: ſe nullum contra Chriſtianos vel patres mandatum
buiſſe, niſi vt domus cum Eccleſia è medio tollerentur, & ne

doctrina Chriſtiana amplius diuulgaretur. Itaque poſſe Patres i
aliis ædibus Nangaſachi ſecundùm ordinem datum commora
ri. Cùm ergo Quabacondonus expectet reſponſum ab hac lega
tione, non videtur ampliùs noui aliquid contra nos molturu
idemquè videtur Iuſto aliiſque Dominis Chriſtianis.

Tertia cauſa eſt, quòd, etiamſi hæ domus cum Eccleſia Nan
gaſachana eſſent ornamentum quoddam totius huius Chriſtia
niſmi; tamen, graſſante perſecutione, Chriſtianis nobiſque ſum
ma impendebant pericula. Nam cùm Quabacondonus hun
portum ſibi vſurpet, quò omnes mercatores Ethnicorumq́u
Dominorum Procuratores confluant, non poteramus nos cu
Eccleſia ædibuſque tam magnificis permanere citra inuidia
eorum, qui nobis malè volunt, vt qui facile hinc arripere occa
ſionem poterant, nos accuſandi, & in odium trahendi apud Qua
bacondonum. Nunc vero, cùm vident nullum veſtigium Eccle
ſiæ vel ædificiorum noſtrorum ſupereſſe, in nos miſericordia cō
mouentur; putántque nos iam verè eſſe exules, abiectos & depre
ſos: quare nec occaſionem habebunt aliquid dicendi de nobi
quod iracundiam Quabacondoni in nos concitare valeat. His a
liiſque de cauſis prorſus diuinæ prouidentiæ confidimus, ſper
múſque vel finem fore perſecutionis, vel Quabacondonum no
ampliùs tot tantaque mala perpetraturum.

Tandem verò harum calamitatum nube depulſa, cùm tempu
aduenilſet è portu nauigandi in Indiam, Pater Viſitator pri
valedicere voluit Patribus fratribúſque Arimenſibus & Amac
ſanis, cæteríſque illarum partium Chriſtianis: cumq́ue manda
ſet vt in certum diem omnes Patres & fratres conuenirent in Se
minarium, vt eorum colloquio per quinque ſaltem dies frueren
tur, nobis omnibus ignaris diuino nutu factum eſt, vt certi Chri
ſtiani, viri religioſi in regno Bungenſi, conſtituerint in has parte
de Scimo transferre oſſa vel reliquias S. martyris Ioran, qui ad
annos quatuór (vti ſcriptum eſt) pro fide Chriſtiana mortem op
petierat Bungi. Nam vti pro martyre habebatur ab omnibus fi
delibus; ita iudicarunt minimè conuenire, vt corpus eius maner
apud Ethnicos, ſed potiùs apud Chriſtianos, & maximè vbi dege
rent Patres, ne debita veneratione deſtitueretur. Quare ex dicti
Chriſtianis quidam Eques bene notus impulſus religione, noc
concubia clanculum Sanctas reliquias ſepulcro exemit, & poſt
cum duobus aliis ſociis arcæ incluſit, deportauitque ad Semina
rium, in quo Rectoris officio fungebatur P. Petrus Ramon. Pe
opportunè autem, & ad maiorem Martyris honorem, Deo it
diſpo

ſponente accidit, vt duobus vel tribus ante aduentum Patris
iſitatoris, & ſociorum eius, diebus eò peruenerint. Nam Patres
udentes de tam optato tot bonorum conuentu planè conſti-
erunt, omni veneratione, quantam locus tempuſque permit-
bat, Sanctas reliquias recipere. Et quamuis non videretur con-
niens, ritu ſolenni, diuina officia peragere, (vt fieri ſolet in ho-
rem aliorum martyrum) eo quod Vicarii Chriſti deeſſet ap-
obatio: tamen quia notum & manifeſtum fuit eius martyrium,
debatur cum aliqua lætitiæ & honoris ſignificatione recipien-
m. Rex enim ipſe, qui eum iuſſit occidi, confeſſus eſt P. Viſita-
ri, ſe id feciſſe, quòd nimis ardens fuerit in munere Euangelii
ædicandi, baptizandi, mortuos ſepeliēdi, aliiſque pietatis ope-
bus, quæ Patres ei commendarant, exercendis. Omnibus quo-
ie explorata inſignis eius caritas, eximia patientia, animique
rtitudo reddita eſt: cùm linea veſte indutus, & cruce, qua vti
nſuerat in ſuis miniſteriis, armatus, morti obuiā proceſſit. Lo-
s denique, in quo erat humatus, nō erat ignotus, ſicut nec mo-
s, quo inde a Chriſtianis (vt dictum eſt) erat ſublatus, & ad Se-
inarium tranſlatus. Impoſitum ergo eſt corpus honoris cauſa
arcam perbellam, omneſque Patres & fratres, cum Seminarii
umnis, ſolemnes veſperas de S. Cruce (erat enim pridianus dies
altatæ S. Crucis) cecinerunt. Inſequenti die, poſt decantatum à
Viſitatore Sacrum Miſſæ, deportatū eſt ſanctum corpus in pro-
ſſione, tam a noſtris, quā a Seminarii alumnis, qui omnes li-
a amicti candelam accenſam manu geſtabant, & pſalmos con-
ebant, & depoſitū in loco valde decenti & ornato. Quo hono-
Chriſtiani omnes, qui inibi aderant, & plurimū conſolati ſunt,
martyrii deſiderio vehementer animati.
Hinc P. Viſitator conceſſit Arimam, vt valediceret filio & vxo-
D. Protaſii, aliiſque illius vrbis Equitibus Chriſtianis. itaque
agnus fuit ibi hominum concurſus factus, qui inter extremum
le ita tenerè collacrymarunt, vt Patri & admirationem & con-
ationem ingentem attulerint. Arima profectus eſt Amacuſam,
i cum Patribus & fratribus, qui ex Reſidentiis Inſularum Schi-
i, Fumoto, Zonzura, & Oiano iſthuc confluxerant, octo dies
ierſatus eſt; cumque illis aliiſque Chriſtianis promiſiſſet ſe
rui rediturum, abiit Nangaſachum, vbi nunc diſceſſum nauis
ſitanæ expectat. Id nos in hoc diſceſſu ſolatur, quòd certò ſpe-
nus eum breui nobis iterum affuturum. Promiſit enim ſe hac
cauſa Meacum non tranſiturum. Fierique poteſt, vt rerum Ia-
nicarum is ſit exitus, vt prima quoq; naui redire ad nos poſſit.

Sub hoc tempus Ioachimus Riuſa & Benedictus filius eius, nū gubernator Sachaianus loco Patris ægri conſtitutus, aliiq; Chri ſtiani partium Meacenſium, nobilem quendam & venerabile virum Chriſtianum amandarunt ad Patrem Viſitatorem, tum cum ſuo nomine ſalutaret, tum vt exponeret, quantum indolu xint ob caſum Nangaſachēſem, atque etiam vt impenſe petere P. Organtinum cum alio P. & aliquot fratribus ad ſe mitti ſe c raturos, vt immunes ſint ab omni periculo. Pater audita petiti ne, non ignorans quanti intereſſet, Patrem Organtinum pro ſ latio auxilioque afflictorum Chriſtianorum in illis locis verſa approbante Iuſto, conſenſit; vt idem pater cum P. Franciſco t buſque Iaponiis fratribus illuc proficiſcerentur, & iam itine ſunt accincti. Speramus hāc miſſionem, Deo adjuuante, fore n parum ſalutarem.

Nos verò reliqui omnes inter ſpem & metum boni vel ma exitus fluctuamus. Nam cùm belli Coraiani res non admodu proſperè ſuccedant, & D. Auguſtinus, & Dominus Protaſius, ali que Domini Chriſtiani in intimis regni partibus adhuc degan haud ſcimus quid expectare debeamus; ánne fortè Domini de S mo propter ſummam annonæ caritatem, & commeatus inopia maximam, pedem ſint relaturi. Verùm cùm ſciamus omnes D minos Chriſtianos eſſe concordes, eiſque pridem acceſſiſſe Ca nocamum Dominum regni Bungenſis, cum ſuis & Bungenſib copiis, vt magna ſit omnium potentia, bene ſperamus, Deo pr pitio, fauſtum fore exitum, maximè cùm omnis victoriæ de cap Corai gloria in ſolos Chriſtianos eorumque virtutem redund rit; reliqui verò Domini gentiles magnam ſuarum copiarum j cturam perpeſſi ſint, alioſq; deterrimos ſucceſſus habuerint. V de apparet ſingularis Dei Opt. Max. prouidentia erga eos, qu pro ſuis agnoſcit. Quod ſupereſt, nos ex animo in ſancta bene ctione V. Paternitati eiuſque & omnium cariſsimorum noſtr rum Patrum & fratrum orationibus ſanctiſque ſacrificiis com mendamus. Nangaſachi, Calendis Octobris, 1592.

FINIS.

ORGAN

# ...RGANTINVS BRIXIENSIS R^do. P. CLAVDIO AQVAVIVA, PREPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV.

QVÆ res non mediocriter hoc anno M.D. XCIV. nos afflixerunt: primùm diuturna P. Viſitatoris & Reuerendiſſ. Epiſcopi, quem iam in Chinam perueniſſe ex literis Manilianorum cognouimus, abſentia: deinde, quòd nauis, quæ ſolet quotānis huc ex India appellere, & omniū harū Societatis do...rum, maximè autē Collegii, Nouitiatus, & Seminarii neceſſa... annonā aduehere, hac vice nō aduenerit. Nec minùs eadē na... afflixit omnes horū regnorū Dominos, mercatores, & alios id ...nus homines, qui iampridē illam ſerici, aliarūq; rerū pretioſa...m, quæ ex China, India, & Europa in Iaponē illa naui inferc...ntur copiam, non parum commodam & opportunam eſſe ex...ti fuerant. Et iā Meaci, vbi degimus, tanta eiuſmodi rerum la...ramus inopia, vt cōmiſeratione dignum ſit, audire quotidianas ...minū querelas de dicta naui hoc anno deſiderata. Verùm quia ...fidimus Deū more ſuo id cōuerſurum in maius aliquod bonū, ...n poſſumus non in omni eius beneplacito acquieſcere.

...MEACI, quod ex aliis literis V.P. intellexerit, duobus iam an... degimus, ego, & P. Franciſcus Perez cum tribus fratribus Ia...niis, Vincentio, Paulo, & Ioanne, cæteraque familia: numerum ...igimus trigeſimum; omnes, Deo propitio, viribus integri, atq; ...o imprimis: nam beneficio thermarū, quæ in his partibus ſunt, ...is Deo, non parum eas confirmaui.

Quod ad fructum attinet, hoc biennio ex meſſe, tam vete...n quam nouorum Christianorum, collectum, ſi conferamus ...m ſuperiorum annorum, in quibus libertate adhuc noſtra vte...mur, fructu, fateri debemus, eſſe maximum. Omnes enim Chri...ani præſente Eccleſiæ calamitate tantopere ad complectēdam ...tutem excitati ſunt & accenſi, vt meritò infinitas gratias Do...no agere debeamus. Diſtributi ſunt omnes in certos cæ... vel congregationes. In quaque congregatione omnibus

Domi-

Dominicis habetur ab iſtis noſtris fratribus concio; agitãtur qu
que conſilia & collationes de ſingulorum neceſſitatibus, tam co
poralibus quàm ſpiritalibus. In his ſancitum eſt, quemadmodu
ſinguli quoque menſe ſemel ſuo ordine ſacro Miſſę intereſſe po
ſint in diuerſis, quas hîc habemus, ædibus, atque etiam in ip
ædibus Chriſtianorum; idque ne notabilis aliquis numerus co
ueniret in domo, quam nos incolimus, caueréturque omnia q
hoc tempore citra periculum publicè fieri non poſſunt. Inſtit
mus opus quoddam non abſimile Monti pietatis, quem voca
quod valebit quoque ad præſtandum auxilium pauperibus inf
mis. Id quoniam placuit omnibus dictis Chriſtianis, factum eſt,
quo die initium eius datum eſt, plus quàm trecenti aurei coron
ti collecti fuerint; prorſuſque in Deo confidimus, paucis men
bus, vbi certò conſtiterit eius operis fructus, nos millenarium a
reorum numerum exceſſuros. Et ſi Deus vitę vſuram nobis pro
garit, curabimus vt ex hoc opere ingens exiſtat conuerſionis ge
tilium, maximè eorum qui Meaci degunt, & operibus miſeric
diæ plurimum commouentur, prouentus.

Ad numerum eorum, qui deſertis idolis CHRISTO nom
dederunt, hoc biennio adjuuante diuina gratia magna facta
acceſſio: atque in hoc quidem loco, vbi ego verſor, plus quàm ſe
centorum capitum, qui magna parte ſunt nobilitate generis c
ri; nonnulli etiam viri Principes, (de quibus fortè N. P. Vicepr
uincialis ſeparatim ad V. P. conſcribet) & non dubiam nobis p
licentur egregiæ ſementis ſpem ad proximam omnium haru
partium conuerſionem. In præſentia verò id ſummæ volupt
nobis eſt, oculis vſurpare in neophytis iſtis Chriſtianis tantũ a
dorem res noſtras cognoſcẽdi, diuinumque nomen latiùs, etia
contra Regis Iaponii edictum, propagãdi. Qua re ita abundè ſ
tisfactum eſt nobis, vt iam majorem prædicandi Euangelii libe
tatem non admodum poſtulemus. Meſſis copioſa eſt, immo c
pioſior quàm V. P. exiſtimare vel ſuſpicari poſſit. Vtinam diui
Majeſtati placeat ſuæ miſericordiæ oculos in ſummam huius v
neæ inopiam conjicere, multorumque excitare deſideria ad ea
excolendam, ſimulque V. P. commouere, vt magnam aliquam
perariorum manum extrudat: nam paulatim ſeniores, qui hact
nus hîc vixerunt, vita excedunt: reliqui verò vel ætate vel mor
fracti, vel laboribus debilitati, ne milleſimæ quidẽ parti homi
conuerſorum iuuandæ & inſtituendæ ſufficiunt.

Commemorabo hîc V. P. rem miram & auditu periucunda
Quabacundonus Iaponiæ Dominus, quoniam Nangoiæ, q
no

n magno interuallo à Firando & Nangaſacho abeſt, in inti-
m rerum noſtrarum Luſitanarumque, dum ibi per hos duos
oximos annos commoratus eſt, notitiam deuenit, longè quam
ehac benignior nobis eſt factus; vti non obſcurè ex verbis qui-
ſdam, quę cognouimus ab eo in fauorem noſtrum prolata, col-
imus. Nam aliquando increpans filium Riuſæ Chriſtianum,
i cum alio quodam item Chriſtiano vrbis Sacayanæ guberna-
a tenet. Vide, inquit, vt optimam gubernandæ vrbis rationem
as, ob hanc & illam cauſam, atque etiam quia lex veſtra ita
ſcribit. Certo quoque autore, qui præſens audiuit, didicimus,
njugem eius tam bene ad res noſtras affectam, vt quoties occa-
ſe offert ſermonem inſtituendi de nobis, ita loquatur, vt de-
ret ſe non longè abeſſe à regno Dei, & cōplectenda lege Chri-
na. Quando verò Iaponiæ Dominum vniuerſa harum prouin-
rum nobilitas Nangoiam comitata eſt, factum eſt vt quā plu-
i, conſuetudine Luſitanorum capti, ad religionem Chriſtia-
n affici cœperint, ac diſertè quoque dixerint fore ſe Chriſtia-
, ſi ibi audiendarum concionum cognoſcendæque veritatis
i fieret poteſtas. Arridebant illis eorum mores, forma veſtitus,
naximè quòd è cingulo vel collo Roſaria, ſacrarum reliquiarū
norumque Dei thecas geſtarent: ſic vt eorum multi per Lu-
norum amicos quàm plurima Roſaria, atque etiam Reliquia-
, ad quorum ſimilitudinem alia multa hîc poſtea fabrefacta
t, extorſerint: alii verò etiam denis vel duodenis ſcutatis vnum
ſarium coëmerint. Imprimis autem placebant illis Cruces.
que factum eſt, vt tam Nangoiæ quàm hîc Meaci ſuſpenſis è
lo crucibus & Reliquiariis inceſſerint, nō ipſi ſolùm, ſed Prin-
es viri omnes, vſque ad Regem ipſum eiuſq; nepotem nouum
abacondonum. Maximam partem veſtitu vtuntur Luſitano:
rſus, vt quando aula aliquantæ eorum multitudini fortè ob-
n prodit, non facilè dignoſcere poſſit, ſintne Iaponii an Luſi-
i: & quidam ad hos imitandos etiam totam orationem Domi-
am & Angelicam ſalutationem memoriæ mandarunt. Si ſer-
de Luſitanis incidat, ſemper de iis bene loquuntur; dictitātq;
homines prudentes & humanos, animo liberali & magno.
ertè, quando P. Viſitator tanquam Legatus cum vigintiquin-
Luſitanis viſendi Regis cauſa huc venit, Iaponii omnes tan-
ere eorum comitate, humanitate, morumq; ſuauitate obſtu-
cti fuerunt, vt ab illo tempore ſemper declararint, ſe nō me-
criter erga illos affectos eſſe. Neq; dubito nutu planè diuino
tionem hanc nomine Proregis à P. Viſitatore obitam fuiſſe,
nam

nam cùm antè pro hominibus ſuſpectis, vilibus, & abiectis nos h
bérent, nunc opinionem illam animis ſuis penitus exemerunt,
magnopere erga nos noſtráque omnia affici cœperunt. Mea qu
que ſententia Rex iſte non longè a ſuſcipienda luce Euangeli
abeſſe videtur; maximè cùm eius nepos & ſucceſſor vehemen
ter omnia noſtra admiretur & amet; me quoque ſingulari am
re, iam olim in minoribus notum, complectatur; quod re ipſ
miſſis ad me hoc biennio ducentis orizæ ſarcinis, præclarè dem
ſtrauit. Idem ſentio de huius vrbis gubernatore, cuius filius ch
riſsimus, eleganti ingenio ſuauiſsimiſque moribus adoleſcen
ante menſes duos, ſacris aquis ablutus eſt, cùm ageret annum
tatis decimum quintum. In eandem voluntatē propendent qu
omnes horum Regnorum Principes & Domini. Quia in re clari
ſimè orationum V.P. totiúſque Societatis præſens ſubſidium e
perimur & ſentimus. Hac verò optima ſpe erecti, ex animo opt
mus noſtras quoque preces Domino Deo noſtro gratas eſſe
acceptas, quibus quotidie diuinam eius imploramus opem,
multos dignetur operarios mittere in meſſem ſuam. Nec rarò
eam cogitationem venimus, vt omnino arbitremur benedictu
P. N. IGNATIVM magna ex parte hoc ſæculo à Deo excitatu
eſſe, vt ope induſtriaque ſociorum ſuorum vel hoc vnum Iapon
regnum ad CHRISTVM perduceret, cui rei argumento eſſe pot
ſingularis illa Iaponiæ iuuandæ cura, à Patribus, qui ei in ſociet
tis gubernatione ſucceſſerunt, & ſigillatim à P. Euerardo & P.
demonſtrata, dum liberali & munifica manu ſupplementa nece
ſaria hactenus ſuppeditarunt. Quam curam & ſolicitudinem p
ternam maiorem in modum deſideramus in animo P.V. augeſc
re & dilatari, quando Eccleſia hæc Iaponenſis, ita electa, ſuo qu
dam iure efflagitare & promereri id videatur. nam cùm totos ia
ſeptem vel octo annos tam grauiter oppugnata & concuſſa ſit, d
gniorem eſſe eiuſmodi auxilio nō ſolū ratio dictat, ſed Domin
quoq; noſter ſācta ſua doctrina & vita informat. Ergo lętitia e
ultet P.V. hoc nouo & optabili nuncio, & illico nobis ſuccurr
in hac enim re ſitum eſt omne ſolatium noſtrum, omne gaudiu
& omne harum animarum ſalus & præſidium.

IMPERIVM Iaponiæ eſt penes hunc regem Quabacond
num, & quod a Iaponia condita auditum non eſt, ne veſtigiū q
dem pedis in tota inſula ſupereſt, quod illi non ſit abſolutè ſu
iectum. Tanta autem pace & tranquillitate imperat, vt ſi ſucc
ſores eius eandem gubernandi rationem imitentur, periculu
nullum turbādorum regnorum impendere videatur. Ac ſanè m
d

i, quæ ille ad pacem & concordiam iſtorum Iaponenſium ſar-
n tectam ſeruandam tuendámque adhibet, magna ſunt & ef-
acia. Vnum eſt, quod poſt datam fidem publicam neminem ex
ſtibus è medio tollat; quòd non fecerat eius anteceſſor Nuba-
nga; is enim regno aliquo ſub iugum miſſo, omnes eius regni
ominos trucidabat: at hic rex non vitam modò, ſed etiam an-
os redditus, quibus honeſtè & mediocriter vitam ſuſtentarent,
conceſſit; qua in re acquieſcunt omnes, & libenter obſequū-
. Alterum eſt, quòd ruſticos, quorum opera & opibus ferè ſuſ-
tabantur regna, ad ſummam inopiam redegerit, vt vix neceſ-
ia eis ſuppetant ad tolerandam vitam: arma quoque omnis
eris illis ademerit. Tertium eſt, quòd contentiones omnes,
itiones, pugnas, & conflictiones ſeueriſſimè vetuerit. nam
otquot huius criminis rei deprehenſi fuerint, omnes vtrinque
rte multantur. Si qui fuga elapſi fuerint, in pœna vices ſub-
it cognati. hi ſi deſint, ſerui. Si ſerui non ſint, vicinia in qua
erunt. Si multi ſint noxii, multi quoque mactantur, & in cru-
n aguntur: ſed eadem lege fit, vt multi ad necem rapiantur in-
xii. Hac ſeueritate effectum eſt, vt rariſsimæ pugnæ & di-
cationes nunc ſint in Iaponia. Quartum eſt, quòd in iuſti-
administranda ſumma æquitate, nulla habita ratione ne-
cognatorum, neque veterum belli ducum, neque ſtirpis re-
, neque Bonziorum quantumuis illuſtrium, vtatur. crimén-
, mox vt admiſſum cognorit, condonat nemini. Cùm mu-
ibus impensè addictus ſit, nulli tamen permittit concubi-
. Ea de cauſa paucis ab hinc diebus exulare iuſsit Bonzium
ndam admodum locupletem, cognatione atque etiam gra-
dignitatis Imperatori proximum. Cumque ad aures eius per-
iſſet, omnes hos Meacenſes Bonzios vti concubinis, parum
uit, vt capite multarentur, niſi Gubernator Meacenſis ſpo-
ndiſſet, ſe effecturum ne quid in eo genere amplius ab eis pec-
etur. Mandauit igitur is Bonziis omnibus, vt quoque menſe
ejurando fidem darent ſe honeſtè victuros ſub pœna mortis;
erioribus verò cuiuſque cœtus, ſeparatim, vt promitterent ſub
na mortis ſe eorum, quos ſuſpectos in hac re haberent, no-
a delaturos. Quo factum eſt, vt omnes, ſi externa ſpectes,
gno in metu viuant. Quintum eſt, quòd nullos milites,
os Dominos ſinit in otio degere. Si vacatio ſit à bellis, oc-
at eos excitandis magnificis ædificiis, nouis propugnaculis
endis, vel veteribus renouandis & muniendis, aliiſque
ribus magnis ad ornamentum Iaponiæ, & nominis
ſui

ſui gloriam moliendis. In præſentia certè proximè Meacum i
vna arce firmanda conſtat tria millia hominum, & in vrbe Bozac
ca plus quam centum millia diſtineri: qui labor nullum relinqu
vel locum vel tempus proditionibus machinandis. Sextum eſt
commutatio regnorum. Vicinorum enim regnorum Domino
tranſtulit in partes remotiores Iaponiæ. Septimum eſt, quod mi
litibus, præter ordinaria ſtipendia nomine militiæ illis in perpe
tuum adſcripta, tempore gerẽdi belli quotidianum commeatu
omnem ipſe ſubminiſtret. Vnde fit, vt quicquid vult, eorum o
pera efficiat. nec hactenus bellum vllum geſſit, quo non ex an
mi ſententia hoſtem debellarit. vno excepto recẽti bello Chine
ſi, quod longiſſimè eius vires excellit. Etſi in Coraiano regno ad
huc copias magnas alat, vt tuendi honoris ſui cauſa Chinenſes a
poſcendam pacem cogat. Octauũ medium eſt, quòd parũ æqu
ſit hominibus, animo & ſpiritu plus æquo elatis, quóſq; conjectu
ra prouidet poſt mortem ſuã noua in Rempublica molituros v
regna turbaturos. Nonum eſt, quòd à Meaco quatuor vel quinq
dierum interuallo, circumcirca, nullum habeat ducem belli v
præfectum potentia vel induſtria clarũ. Decimũ & poſtremũ eſt
quòd redituum annuum duorum millionum auri conſtituerit. H
legibus & inſtitutis planè confidimus firmam horum regnoru
pacem roboratum iri, viamque opportunam ſimul parandam a
omniũ Dominorum conuerſionem. Quem nouum & fauſtu
nuncium ideo ad V. P. hoc ſcripto perferre volui, vt eo celeriu
opus maturaret, liberalique manu multos operarios idoneos a
tam amplam meſſem & iam iam paratam emitteret. Quod ſupe
eſt, me majorem in modum V.P. ſacroſanctis ſacrificiis & oratio
nibus commendo. MEACO, 29. Septẽb. ipſo Dedicationis S. Mi
chaëlis Archangeli, 1594.

R. P. V.

Seruus & filius in Chriſto,

ORGANTINVS.

ORGA

# )RGANTINVS BRIXIANVS REVERENDO IN CHRISTO PATRI N. P. CLAVDIO AQVAVIVA PRÆPOSITO GENERALI.

PAX CHRISTI.

BREVEM hoc anno de ſtatu Iaponiæ Meaco epiſtolam ad V. P. ſcripſi, cuius breuitate minimè cõtentus N. P. Viceprouincialis mandauit, vt fuſiùs vberiuſque omnia quæ accidiſſent perſequerer: quanquã videor mihi ſummo ſtudio vniuerſa congerenti multa neceſſariò prætermiſſurus, tũ quia ıædam minuta memoria exciderunt, tum quia nos, vti conſuedine quotidiana detriti, non perinde ac exteri rerum hîc geſtan magnitudinem æſtimamus. Deſcribam autem ſingula eo or- e quo contigêre, vt litteræ annuæ vel generales faciliùs intelpoſſint.

Verſamur in hac ditione Meacẽſi Patres tres, fratres quatuor, e quinque clericis reliquaq; familia, omnes ſumus numero 36 ina gratia ſani & incolumes. quiſque pro talento ſibi concre- o in hac vinea ad populũ Dei, inter medias tribulationes, quas ɔctauum iam annum ſuſtinemus, ſeruandum & augendum hanus gnauiter laborat. Status apud Meacẽſes idolorum, hoc eſt nplorum, domorum, & cæremoniarum Ethnicarum, ſi externã ciem conſideres, nunc eſt, ſi vnquam aliàs, florentiſſimus, & ſi ?. oculis corâm aſpiceret, non ſolùm vehementer admiraretur, etiam ſanctè affirmaret fieri non poſſe, vt ab his gentilibus ta- ædificiorum moles excitarentur, & tamen hæc omnia breui ıfidimus in veri Dei cultum transferenda. Nam cùm ſectarum onicarũ neruus pænè totus ſit inciſus hoc eſt, neq; ſtudia amıs inter eos vigeant, neque vectigalibus cõſuetis, quibus nomẽ utoritatem apud plebeios tuebantur, deinceps fruantur, non .d reliquum eſſe videtur, quàm vt templa & delubra idolorum ɔque adimantur, in eiſque ſacroſancta Dei lex annuncietur, ac nes gentiles ad Eccleſiam CHRISTI aggregentur. Id modò ex- :iat animos noſtros. V. P. non amandare operarios conuenie- ptoximæ ſpei noſtræ, quam habemus de cõuerſione omnium

horum regnorum ad fidem CHRISTI Domini noſtri mox co
ſecutura.

Quod ad afflictionem noſtram attinet, qua tanto iam te
pore exercemur, ſi fas eſt in conſpectu Dei, imbecillitatis noſt
conſcii, ita loqui, nonnullo in mœrore ſumus; quod ex multis i
diciis non dubiam coniecturam faciamus, Dominum noſtru
velle nos tandem hac ſeruitute, vel, vt rectiùs dicam, libertate ſ
ritus, fructuque ſpiritali, quem perſecutiones pariunt, eripe
Quæ perſecutiones, ſi ritè cognoſcantur, & merito ſuo æſtime
tur, inſtar antidoti ſunt omnium infirmitatum, valentque ad n
purgandos, illuminandos, & intimè cum CHRISTO vniend
Premimur quidem afflictionum onere, ſed fructu erigimur, pr
ſentiaque Chriſti animamur, & excitamur, ne onus abjiciam
imò ſimillimi eius eſſe potiùs exoptemus. Atque vt ſigillatim c
tera commemorem, immenſam & multiplicem Deus O. M. er
nos miſericordiam hoc tempore demonſtrauit. Prima eſt, qu
flagrante ipſa perſecutione Euangelium tam longè latéque in
regnis ſit propagatum & celebratum; nullus enim in his proui
ciis angulus eſt, in quo non ſparſum ſit ſanctum CHRISTI n
men; nullus locus vbi non Patres Societatis ad perdiſcenda fi
noſtræ myſteria auidè expectentur: nec denique vllum regnu
tam remotum, in quo non putemus aliquot Chriſtianos fact
ſiue multos, ſiue paucos. Etiam alii plerique omnes clariùs i
telligere pergunt, quanto interuallo noſtra ſancta Eccleſia R
mana à diabolicis ſuorum ſectis & conuenticulis diſtet; nomin
tim autem quanta ſit in Eccleſia noſtra dogmatum voluntatu
que conſenſio, contrà verè quanta ſectarum Iaponicarum diſſ
ſio. Secunda miſericordia eſt, quòd beneficio perſecutionis hu
nomen quoque Societatis noſtræ longiùs percrebuerit per Iap
nem, dum notant & demirantur conſtantiam & perſeueranti
noſtram in tantis calamitatibus pro ſalute animarum perferēd
quodq; Deus nos variis licèt caſibus jactatos, tamen nunquā
ſeruerit, ſed potiùs fecerit cum tentatione prouentum. Ter
quod præclaram nobis occaſionem præbuerit dexteritatis fo
tudiniſque augendæ, & prudentiæ acuendæ, ac, ſi diuturnior
pergat, omnium virtutum confirmandarum. Quarta, quòd
portunitas data ſit multis operariis, tum noſtris tum Iapon
ſibus, informandis, litterarumque & virtutum ſupellectile ne
ſaria egregiè inſtruendis, vt patefacta à Deo via, & ſigno ſubla
omnino parati ſint ad certamen cum idolis ineundum, ad di
minandum vſquequaque doctrinam Euangelicam, ad ampliſſi
meſſ

meſſem iam in omnibus regnis albeſcentem & maturam colligē-
dam, & in horreum Domini deportandam. Hanc in expeditio-
nem præſtò iam ſunt in Iaponia Patres triginta nouem, fratres
tres ſupra octoginta, vt mittam reliquos, qui ſeruiunt, & cleri-
cos; quorum plurimi breui idonei erunt vt noſtræ Societati ad-
ſcribantur: Omniū autem, qui in tota Inſula nobiſcum viuunt,
numerus attingit ſexcēteſimū. Quinta eſt, quòd perſecutor eiuſq;
in regna Iaponiæ ſucceſſores certorū hominū ſermone iam ſatis
didicerint, non eſſe nos eos, qui eſſe ſiniſtra aliorū informationē
exiſtimabamur, ſed ab extremis mūdi partibus per mille pericula
tantùm ſalutis animarum procurandæ, tradendæq; Euangelicæ
doctrinæ, cauſa aduolaſſe. Sexta eſt, admiranda Dei potētia & cha-
ritas in Eccleſiam Iaponicā ſponſam ſuam apertè demonſtrata in
eo, quòd, nobis licèt cohibitis & impeditis, tamē quadraginta gē-
tiliū milia interim Chriſti jugo ſe ſubdiderint: inter quos ſunt nō-
nulli viri Principes, harum prouinciarum quaſi columnæ. Nihil
ſcribo de inſigni fructu ab omnibus Patribus & fratribus, ab Eu-
ropa Indiaque huc delatis, in vulgari lingua ediſcenda facto; cùm
major eorum pars idiomate Iaponico, quod maximi æſtimandū,
iā concionari poſſit. Ergo cū ſic eant res noſtræ, quomodo poſſu-
mus optare aliud, quàm viuere in tribulatione cùm Christo?

Inter ſigna verò, quibus Deus indicat breui patefactum iri
oſtium magnum ad demetendos ampliſſimos Iaponiæ campos,
Primum illud eſt, quòd Tyrannus nonnihil videatur nobis pla-
catus; nam ſuperioribus diebus gubernatori Meacenſi dixit, pa-
rum referre ſi Amameoxani fiant Chriſtiani, vtpote homines vi-
les & plebei; modò nobiles non fiant. Deinde conſenſit vt ego
Meaci quietè perſiſtam. ad hæc Patribus Nangaſachi degētibus
poteſtatem dedit reædificandi Eccleſias & domos, quas ante biē-
nium, perperam à quibuſdam informatus, euerti mandarat.
Multis quoq; verbis declarauit ſe facti pœnitere, & valde beneuo-
lum oſtendit iis Chriſtianis, quos initio huius calamitatis repre-
hēderat, & à ſuo cōſpectu ſummouerat, ſic vt gubernatori Sacaya-
no Auguſtini germano dixerit; caue diligēter, ne quid agas quod mi-
hi diſpliceat; lex enim veſtra poſtulat ſimplicitatē, veritatē, & dili-
gētiā in miniſterio Dominis præſtādo, declarabatq; in totius au-
læ præſentia ſibi placere officia Magdalenæ, eiuſq; mariti & filiæ,
ſuę cōiugi, quæ tū quoq; aderat, delata; ipſūq; deinceps aulę Prę-
fectū eſſe voluit. Eandem beneuolentiam quoque iam dictæ filiæ
demonſtrauit, quādo ægrę omnia genera remediorū quæri iuſsit
ad reſtituēdam ei priſtinam valetudinē. Deinde Iuſtus Vcōdonus

apud eum in tanta gratia eſt, vt inter tres præcipuos belli duces annumeretur. Morte Chuan Gayo cognita, qui vnus fuit è præcipuis Chriſtianis initio perſecutionis exilio multatis, vehementer indoluit. Iam fauor & beneuolentia, qua proſequitur Auguſtinum, pacati in nos animi ſignum clariſſimum eſt. Vxor quoque huius Regis eadem erga nos eſt voluntate. nam quoties ſermo de noſtris rebus incidit, bene de iis loquitur, declarans nimirū legem Chriſtianorum veram gentilium falſam: tantamque affectionem paſſim erga noſtra oſtendit, vt ſi fidei noſtræ myſteria audiret, non dubitemus eam fore Chriſtianam.

Alterum ſignum eſt, quòd omnes præcipui totius Iaponiæ Domini mirificam propenſionem in ſanctam legem noſtram declarent: vt nihil ambigamus, quemvis eorum Chriſtianum futurum, ſi eis doctrina Chriſtiana annunciaretur; nam Chriſto nomen dederunt hactenus, quotquot eam annunciari audierunt. Fidem eius rei facit multiplex beneuolentia, qua omnes, & ſpeciatim Quabacundonus cum præcipuis ſuis aulicis, atque huius vrbis Gubernator, cum omnibus aliis qui publico aliquo munere ſub eo funguntur, ac nonnulli etiam genere clari, nos complectuntur.

Tertium ſignum eſt, quòd omnes bene de nobis & religione noſtra loquantur, contemptim verò & abiectè de Iaponiorum ſectis. Et certè, ſi non exſtarent magnifica iſta templa à Rege exſtructa, quamplurimi, vt opinor, ſacrum baptiſmum, vti quidam iam cœperunt, poſtularent.

Poſtremum & ceteris efficacius ſignum eſt, quòd nunc omnia Iaponis regna vni Regi pareant ſublatis omnibus bellis, latrociniis publicis, portoriis, otioſorum ludis, & cōpotationibus ebrioſorum, quæ grauiſſimis pœnis ſine vlla ſpe indulgentiæ caſtigantur. Quæ res multorum animos parauit, ad præbēdas aures rebus noſtris audiendis, & fidem ſanctam complectendam. Iam inexplebilis illa Regis ſitis aurum argentumque per fas & nefas corradendi, quamuis iniqua & tyrannica, tamen ex euentu valet ad coërcenda omnia iſtorum Iaponenſium vitia, imprimis laſciuiam carnis, in qua iam crebri lapſus non ſunt: nam impenſis in publicas fabricas faciendis, aliiſque intolerabilibus tributis pendēdis, ita exhauriuntur, vt carni nulla inſoleſcēdi facultas relinquatur. Poſſumus etiam inter magna miſericordiæ diuinæ erga hanc gentem ſigna reponere, quòd Deus tam multos & idoneos operarios ex horum regnorum natiuo ſolo vocare dignatus ſit ad noſtram Societatem, quaſi paratæ iam meſſis, in qua operam ſuam

locare

sare debeant,prognoſticon. Quòd ſi V. P. totidem alios nobis
jungeret ex Europa, iam expectationi noſtræ omnino factum
et ſatis. Principale denique ſignum huius,quod primo loco di-
ndum erat,eſt Reuerendiſſimi Epiſcopi Iaponię huius Eccleſiæ
ſtoris aduentus.

Vt verò veniamus ad fructum in Meacenſi ditione hoc anno
llectum, commemorabo quædam,quæ V.P. magnam afferent
luptatem. Meaci quaternas habemus ædes, magnitudine me-
ocri. Sed vnas tantùm incolimus, loco perquam commodo &
culto. reliquas ſeruamus in varios caſus, qui tẽpore huius per-
utionis incidere poſſent. Oblatus fuit mihi in vrbe locus ex-
endis ædibus maioribus,quæ tamen Eccleſiæ nomen non ha-
rent, valde opportunus,eundemque ante annos quatuor etiam
bernator vrbis mihi permiſerat,ſed propter periculum, quod
bis impendere potuiſſet ex loco publico, conditionem accipe-
olui. Licèt enim cum bona venia huius Regis hîc verſemur,
nen quia Euangelii promulgandi poteſtas adempta eſt, con-
iit nos eo in loco degere, vbi nulla occaſio detur ſuſpicioni-
,quemadmodum hactenus fecimus. His ergo in ædibus om-
miniſteria noſtra exercemus, hoc eſt, confeſsiones audimus,
ionamur, & baptizamus magno fructu. Illud verò ſtudioſiſsi-
cauemus,ne cætus ſit æquo numeroſior, & accuſationi mate-
præbeatur: Et quoniam omni Dominico conueniunt,in quo-
dam quoque Chriſtianorum ædibus ſacrum Miſſæ viciſsim
iunt, ſecundùm ordinem cuique pręſcriptum: ita vt omnes
libet menſe ſaltem ſemel diuinis interſint. Vt autem omnis
t confuſio, omnes Meacenſes Chriſtiani in certas congrega-
nes diſtributi ſunt, quæ ſingulæ tantum habent numerum,
ntum Eccleſiæ ſingulæ capiunt; in quibus conueniunt ad ha-
dum Conſilium de pauperibus & infirmis, aliiſque rebus ad
eſsitates tam corporales quàm ſpiritales omnium ſpectanti-
eoque ſe conferunt fratres noſtri prædicandi Euangelii cau-
magnus exiſtit fructus: quia & in fide confirmantur, & in vir-
um exercitatione plurimum proficiunt. Omnia autem per-
ntur magno ſilentio, ne nouæ afflictioni præbeatur oc-
o.

Hoc anno ſacris baptiſmi aquis, Deo adjuuante, luſtrati ſunt
nines circiter quingenti, omneſque à Deo vocati, & admo-
capaces doctrinæ Chriſtianæ illis traditæ. Ac hactenus ma-
animi ardore in vita Chriſtiano nomine digna perſeuerant.
or eorum pars eſt genere nobilis, quidam etiam illuſtres &

magnæ expectationis. Inter eos primus eſt huius Gubernatori
filius nomine Quiuxichi Leo, annum ætatis agens decimum-ſex
tum, & nepos eius nomine Mondo Michaël, ambo præcipui
cubiculis Quabacondono Hi cum forte ad ædes noſtras perue
niſſent duce homine Chriſtiano prænobili, qui nepotis Nabunā
gæ Sambrodoni Domini regni Minoani vices gerit, & ratione
audiſſent, quibus dem ōſtrabatur vnū eſſe mundi opificē, ſibi ple
nè ſatisfactum eſſe reſponderunt: poſtero autem die, cùm ali
multa de animæ natura aliiſque rebus attentè percepiſſent, ſyn
cerè confeſſi ſunt, ſibi veritati conſentanea omnia videri quæ di
xiſſemus; conſilioque inter ſe breuiter capto, Leo iunior reſpon
dit, quandoquidem efficacibus iſtis rationibus conuicti eſſent, v
num eſſe omnium rerum conditorem, minus ſe facere non poſſe
quàm profiteri ſe paratos ad ſuſcipiendum ſacrum aquæ bapti
ſmum. Quo reſponſo accepto, equidem conſiderata iuuenum co
ditione, ſuſpenſus hæſi, ignarus quid facto opus eſſet; verebar e
nim ne ſi eos baptizarem in aures Regis aliorúmve emanaret: A
illi collatis iterum inter ſe conſiliis reſponderunt, cælanda
quidem ſibi videri rem, quoad fieri poſſet; ſi tamen diuulgaretu
Dominum ſuum Quabacondonum gauiſurum, nec Gubernato
ri diſpliciturum, eò quòd iam a multo tempore ſe amicum nob
declaraſſet. Itaque baptizati ingenti lætitia geſtientes domu
redierunt, gratiæque baptiſmi acceptæ clariſſima ſigna deince
dederunt. nam in hanc vſque horam conſtantes in fide perſtit
runt, multaque admiranda egerunt, quæ ſi V. P. vidiſſet & pr
baſſet, admiraretur, ſimulque ſumma conſolatione afficeretu
Tantō ſtudio tamque breui tempore memoriæ mandarunt or
tiones, vt intra duos dies eas recitare potuerint: & orationib
ordinariis minimè contenti, multa alia ad doctrinam Chriſti
nam attinentia perdidicerunt. Sæpenumero ad ſacrum Miſſ
audiendum ventitant, & ſeruorum noſtrorum gregi, ne agno
cantur, ſe intermiſcent. Longiùs deinde moderato quodam fe
uore progreſſi, beneficio inſtitutionis Chriſtianæ vitam ita co
rexerunt, vt in aula non minima ſuſpicio excitata fuerit eos Chr
ſtianos factos, licèt omnes indicarint ſe magnopere ea de re l
tari: ipſi tamen, vt erant iuuenes prudentes, ſemper conati ſun
quoad poſſent, rem cælare, nō neglectis interim quotidianis ſu
precibus: vtq; arcanū illud ſanctiùs conſeruaretur, curarunt om
nes famulos ſuos, quos adiunctos habebant, quoties ædes noſtr
adibant, ſacris noſtris initiari. quod factū eſt cū ſumma ipſoru
voluntate & voluptate: qui & in hunc vſque diē in ſuſcepta fi

perſ

rſeuerant; ſibique impenſè gratulantur & de conuerſione ſua, de talibus Dominis; qui eos non tractant vt olim, durè & aſpe-, tanquam ſeruos: ſed humanè & leniter tanquam filios. De one certè tam præclara commemorata ſunt, vt obſtupuerim. terea vnum erat, ante Chriſtianam religionem ſuſceptam, iuuentute ſua Gubernatori patri & matri eum valde immori-rum fuiſſe; à ſacro autem lauacro tantam inſecutam muta-onem, vt vtrique parenti in omnibus ſuauiſſimè obſecunda-: eaque re maiorem, quam explicari poſſit, parentes conſola-onem cœpiſſe: neque dubito, quin iam odorati ſint eum inſti-tione Chriſtiana ad illam morum modeſtiam perueniſſe, ma-mè cùm occaſione data nonnunquam, ſed magna dexterita-, inuehatur in Bonzios ethnicos. Superioribus quoque ebus quiddam fecit, vnde certò conjicere poſſunt eum eſſe riſtianum. Habebat eius mater in pretio idolum loco abſ-iſo ſatis reconditum. Huic Leo arrepto ex ira primò coro-m capitis abſtraxit, deinde naſum præcidit, ac denique peſ-è pro eo ac merebatur tractauit. Mater re cognita primùm m querimonia rem detulit ad nobilem feminam, quæ in do-o erat; tum ambæ ad Gubernatorem; qui prudenter reſpon-t: Si quid in hac re peccauit Quiuxichi, multo certè grauiùs ccauit vxor mea colens & adorans idola omnis potentiæ ex-rtia. Et effuſè ridens, apertè declarauit ſe factum filii pro-re. Interueniens quoque huic ſermoni nobiliſſimus Chri-anus Gubernatoris amicus dixit: Hinc liquet, eum vobis riorem eſſe idolo; indicans Leonem impenſiùs ab eis amari, àm idola omnia; & verè ita eſſe inficias ire non poſſunt, cùm nibus exploratum ſit, Leonem ab vtroque parente ob raram eximiam indolem tantum non adorari; nam cum totius cor-ris ſpecie liberali coniunctam habet inſignem prudentiã mul-mque rerum intelligentiam; & quod eo amplius eſt, quamcun-e rem bonam vel malam eſſe ſemel perſpexerit, eam pro tali noſci & haberi vult: Itaque tanto interuallo ab eius ſapientia eſt pater, vt vix audeat cum eo loqui, ne in conſiliis & delibe-tionibus rerum ſæcularium vſu quotidiano celebratis filio in-rior videatur. Et quoniam in aula hoc nomine omnium in ore oculis eſt, Gubernator aliquando in hæc verba de eo locutus t: Hic filius meus ætate confirmata aut deterrimus erit morta-um, aut optimus, vel etiã vnus ex illis Sciucque, hoc eſt religio-, nõ qui cõmunẽ vitam agunt, ſed Sanquiogin, qui ſolitariã & emiticam. Ego ſanè, qui perpaucos hactenus noui adoleſcentes

 tantis

tantis naturæ donis præditos, in ſpē venio, ſi Deus ei donum pe-
ſeuerantiæ conceſſerit, eum, ad Dei gloriam, præclaram opera
in proxima Iaponiæ conuerſione, pro nominis & generis ſui d
gnitate, locaturum. Quoties ad ædes noſtras ventitat, aut dat
peram doctrinæ Chriſtianæ addiſcendæ, aut de rebus diuinis lo
quitur, aut dubia proponit. Idem facit eius nepos Michaël, magn
huius Eccleſiæ, vt apparet, columna futurus. Iam tertiò de pe
catis confeſſi ſunt. Nuper cum ambo in arce vel caſtello Fuſcim
degerent, & ob oculos fortè haberent innumerabilem hom
num turbam, Michaël dixit Leoni: Magno profectò bene
cio a Deo affecti ſumus, quòd, tot hominibus ſponte in infernu
ruentibus, nos duo ſoli ſingulari quadam gratia & fauore ſeru
ti ſimus. Quomodo autem dignas pro eo rependemus gratia
Non alia re certè, quàm ſancta & inculpata vita, exercitation
que virtutis. Si vellem perſequi omnia, quæ nobis conſtant de
ſtis adoleſcentibus, æquo longior eſſem. Deus pro immenſa ſu
miſericordia largiatur eis conſtantiam. Nulla eos iam alia coqu
cura, quam quemadmodum multas ſacrificiant animas; & ia
vnum nepotem ſuum nomine, Ficoici Paulum, ad CHRISTV
perduxerunt, qui perſeuerat cum ipſis ratione ſupra deſcript
Certè, ſi plena libertate frueremur, maxima aulæ pars, pio ill
rum exemplo mota, nomen ſuum Chriſtianæ diſciplinæ daret:
iam id ſe exoptare indicauit eius frater ętate maior; quem nōdu
recepimus, tum quòd Leone ſit inferior, tum vt maius in eo ac
cendatur deſiderium, quo accenſo facile inter diſcipulos Chriſt
locum obtinebit.

Habemus in hac vrbe catechumenum, animo & opere Chri
ſtianum, quē, quòd nepos ſit Nobunangæ & regni Mino Domi
nus, ſacris aquis tingere non audemus; nonnihil enim veremur,
Quabacundono res ſuboleat, cum afflictiones noſtras redin
tegraturum. Interea adiunximus ei ſocios duos homines nobile
ſpectata virtute Chriſtianos, qui nunquam à latere eius diſcedāt
optimamque eius voluntatem & deuotionem ſartam tectam
conſeruent. Et hic erit vnus ex præcipuis noſtræ Eccleſiæ co
lumnis, qui totum quoque regnum ſuum CHRISTO adjiciet
Adoleſcens eſt magnæ expectationis, & libenter bonis conſi
liis acquieſcit Chriſtianorum, qui cum ipſo degunt, maximè
duorum antè dictorum, Ioannis & Iacobi, quos, vti prudentia
& virtute præſtantes, gubernatores conſtituit, vt eorum con
ſilio omnibus in rebus vti poſſet: agitque cum illis valde fa
miliariter & ſimul reuerenter, ac frequenter quidem de rebus
Chriſtia-

hriſtianis, abſentes verò, tanquam optimos Chriſtianos, col-
ıdat. Sic ardet animus eius in his initiis, vt nocte vna omnes
ationes perdidicerit, cum duobus aliis nobilibus, qui ad ædes
is venerant, & operam dabant orationibus memoriæ infigen-
. Manibus fert roſarium D. Virginis & agnum Dei benedi-
m, multis precibus ab eo hinc impetratum & miſſum: recitat,
ſi Chriſtianus eſſet, quotidie; præclaréque vitæ piæ exemplo
mibus, inter quos verſatur, eſt magnæ ædificationi: Habet a-
m fratrem ætate minorem indole præſtanti, ad CHRISTI
oque fidem aſpirantem, ſed huius quoque baptiſmum eadem
cauſa in aliud tempus prorogauimus. Eidem iam dicto Do-
no, præter duos quorum antè mentionem fecimus, adſunt alii
atuor hoc anno numero Chriſtianorum aggregati, quorum
nſuetudine magna voluptate vtitur, illiſque ferè ſolis confi-
, conſiliáque ſua communicat; etſi in ædibus non deſint mul-
lii nobiles, qui deſiderio ſuſcipiendi baptiſmi teneantur.

Hac æſtate Chriſtianus factus eſt quidam vocatus Guemba
innes, frater Yetchudoni Gratiæ mariti, qui poſt expenſam &
cuſſam diu doctrinam Chriſtianam, cum quinque aliis nobi-
us ſuis, decreuit ſacrum ſuſcipere lauacrum. Dominus eſt ca-
li cuiuſdam. reditum annuum habet vicenorum millium ſcu-
orum, quos illi annumerat frater. Promiſerat ſe nemini pa-
cturum ſuam conuerſionem: ſed voluntate mutata mox om-
us nobilibus ſuis patefecit, qui & Domini exemplum, vt di-
m eſt, ſecuti ſunt. Egerat & cum aliis in aula ſua degentibus,
rei nouitate obſtupefacti ſunt. Patri ſuo, qui cognorat eum
um Chriſtianum, non voluit aliud dicere, quàm quemque in
us ad ſalutem pertinentibus eſſe liberum; Mater eius Chri-
no nomini infeſtiſſima eſt, & omni idololatriæ addictiſſima.
c legationē ad eum iræ & furoris plenam inſtituit, ſed ille ni-
e a ſemel ſuſcepto propoſito dimoueri oſtendit. Gratiæ fi-
n quendam, quem initio perſecutionis, cum aliis, qui eius
m gerebant, baptiſaueramus, adoptauit: qua re cognita Guē-
donus Ioannes vehementer lętatus eſt. Speramus hunc ſuo
pore, quoniam prę claris ornatus eſt donis, ſtabilem hu-
Eccleſię petram futurum. Ipſa quoque Gratia maiorem
odum lętata eſt de hoc baptiſmo, Iuſti Vcundoni opera pro-
ito.

n vrbe quoque Bozacca nobiliſſimum quendam virū, cuius
filiis & opera Moridonus, ſeptem Regnorū Dominus, in mul-
graui bus negotiis vtitur, ſanctis aquis noſtris perfudimus.

Fuit hic à Deo vocatus ſingulari animi ſenſu & feruore; nam cū
affirmaremus nos regio edicto à baptiſmo adminiſtrando & c
techeſi breuiter tradenda prohiberi, quorum vtrumque ille à n
bis poſtulauerat: reſpondit primò, ſe ob multas, graues, & con
nuas occupationes, quibus a Domino ſuo diſtineretur, aliter f
cere non poſſe; deinde, vt tutò & ſine metu noſtro id fiat, ſe cu
domino ſuo Mori acturum, ac facultatem etiam petiturum, vt
ceat ſibi eſſe Chriſtiano, quod impetrauit, perfecitque feliciù
quàm nos optare audebamus: neque enim ſolùm id dixit domi
ſuo, verùm etiam recepit ſe, ſi cauſa ſua tempeſtas aliqua in n
excitetur, ſe primùm in aciem proditurum, & cum Patribus, ſi e
defendere armis non poſſit, occubiturum. Ad hæc promiſit, ſe P
trem vnum cum ſocio fratre in ditionem ſuam euocaturum, eff
cturumque vt Chriſtiani fiant, non ſolùm quotquot imperio ſ
parent, ſed quotquot ex aliis ditionibus eadem gratia vti volu
rint. Spopondit quoque ſe hanc rem Mori celaturum, Eccleſiā
& ædes Patribus ibi commoraturis ædificaturum, vt Chriſtia
quoq;, qui Amaguccii degunt, & hinc non longè abſunt, cōfeſſi
nibus in Eccleſia faciendis aliiſque ſpiritalibus adiumētis capi
dis vacare poſſint. Certè Chriſtiani illi magnā voluptatem ex h
nuncio ceperunt, tanti enim hunc virū faciunt, vt non dubiten
ſe, ſi ſub eius tutela & patrocinio ſint, facilè omnia tela Ethnic
rum à ſuis ceruicibus depulſuros.

Menſes duo exacti ſunt, cū Baptiſmi aquis Bozaccæ expiat
eſt iuuenis in primis nobilis, nepos Bigenni Saixodoni, qui triu
regnorum, nempe Bigen, Mimaſaca, & Bithchu Dominus e
Auguſtino amiciſſimus, & quaſi filius huius Regis adoptiuus.
hac via ad baptiſmum peruenit: Inciderat in vrbe Bozaccana cē
ta quadam occaſione in colloquium veteris cuiuſdam Chriſti
ni, nomine Romani, dogmatum Chriſtianæ religionis (vixerat
nim aliquot annos cum noſtris) ſcientiſſimi: percontatur R
manum, ſit nec ne vnus Creator & opifex mundi? Cùm vnum
ſe affirmaſſet, & longa oratione probaſſet, tandem rationib
ceſſit, confeſſus non poſſe eſſe niſi vnum omnium rerum condit
rem. Progreſſi deinde longiùs diſputare cœperunt de anima r
tionali, an eſſet, &, ſi ſit, an eius natura ſit eadem cum diuina?
qua quæſtione cùm veritatis lumen non ſatis perſpiceret, ad p
latium ſuum reuertit. Sed Deo placuit, vt id temporis frater n
ſter Vincentius eſſet in ædibus Auguſtini, qui iuuenem ad
vocari iuſſit: Ad diſputationem de anima ventum eſt, tota n
in ea vſque ad primum poſteri diei diluculum conſump

anima

imam eſſe clariſſime demonſtratum eſt; iuuenis manus dedit, ûm reliquis omnibus capitibus, quæ Catechumenis propo-ſolent, aſſenſiſſet, Chriſtianæ legis ſe ſuſcipiendæ baptiſmi-e deſiderio palàm teneri profeſſus eſt. Verùm frater noſter m diceret, non antè illi patere poſſe aditum ad baptiſmum, am multa alia dogmata Chriſtianæ fidei comprehendiſſet, æ-acquieuit, magnopereque vrgens vt quamprimum illa dog-ita traderentur, tandem omnibus ritè cognitis, baptizatus. Iam cùm iuuenis ſit tanta nobilitate, rogauit eum frater, vt n totam occultaret, ne ſi in aures Regis effluat, ipſi nobiſque quod impendeat periculum. addixit ſe facturum; verùm cùm atia in ſacro baptiſmo recepta mirificè ſe accendi & corrobo-i ſentiret, poſt vnum diem elapſum, cœpit liberrimè omnibus s ſociis rem totam diuulgare. Digreſſus poſteà Bozacca, per gnum Bigen, ſolum ſuum natiuum, indies magis magiſque ſe iriſtianum eſſe profeſſus eſt, nec religionis noſtræ myſteriis di-idandis ſatiari potuit, ita vt omnes illi Domini obſtupeſce-it, & imprimis mater Saixodoni, quæ quaſi cum toto illo Re-o ſectæ cuidam inter Iaponias pernicioſiſſimæ Focquexu dictæ hæreſcit: ad quam nunquam hic iuuenis ſe adiungere voluit, ſemper eam reſpuit, omniaq; eius errata & nequitias detexit: nec vllus eum ob nobilitatem generis eam ob rem reprehen-re auſus fuit, imò multi eum de rebus diuinis loquentem cu-liſſimè audierunt. Miſimus illi hinc coronam vnam, & vnum num D e i. Intra decem dies expectamus eius reditum Bo-ccam, & inde huc Meacum, vt plenius in ſacræ fidei capiti-s erudiatur, eſt enim præclaris naturæ & gratiæ donis prædi-, & in legum Iaponicarum noticia longè prouectus. Confidi-is in D e o, eum aliquando ſuo exemplo & auctoritate antè minata regna conuerſurum. Pater eius nomine Tandaye, Do-ni dictorum regnorum (quæ filius nunc poſſidet) defuncti fra-, eſt huius ſui nepotis præcipuus conſiliarius, & quoniam om-s ſunt ſumma amicitia deuincti Auguſtino, non arbitra-ir nos optima ſpe noſtraa quam habemus de illorum reg-rum ad Christvm acceſſione, à Domino noſtro defrau-ndos.

Donatus præterea eſt Baptiſmi gratia hoc anno alius quidam ximæ expectationis adoleſcens, nomine Moan Paulus, con-guineus Chiuſambri Fidadoni Pauli duorum regnorum Do-ni, magna ſua & noſtra ſatisfactione, quo enim plures con-nes audiebat, & plures quæſtiones de rebus fidei mouebat, hoc

hoc maiores in dies progreſſus faciebat in cognitione Chriſtia
næ veritatis: Et quia in Iaponicis legibus verſatus erat, clariſſim
animaduertebat, & magno feruore exponebat, quantũ inter no
ſtrã Iaponiorumque leges diſcrimẽ intercederet; Itaq; hac ratio
ne per aliquot dies de veritate fidei inſtitutus magna voluntate ſ
ſalutaribus aquis ab omnibus antè actæ vitæ ſordibus abluendu
tradidit. Ac ilico nobiſcum agere cœpit, de fratre aliquo noſtro a
regna Fidandoni mittendo; non dubitare ſe, maximam parter
illorum Dominorũ ad CHRISTI caſtra deflexurũ, ſi ab eo le
Chriſtiana ibi exponeretur. Et valde probabile eſt ita futurun
tum quòd illorum Regnorum Dominus ſit Chriſtianus, ac om
nium quidem, qui in hac aula verſantur, optimus tũ etiam quò
iuuenis, quo de agimus, magnis extremæ Iaponiæ Dominis ſan
guine coniunctus ſit, ſuaque in agendo dexteritate & ſingula
feruore omnes incitaturus videatur vt Chriſtiani fiant. Vnde
cognato Fidãdono, ei fuit præcipuum quoddam illorum regno
rum caſtellum, cum ampliſſimis vectigalibus attributum.

Huius verò Pauli iam dicti in catechiſticis concionibus audie
dis ſocius fuit Vgãdonus Ioachimus inter Cieghos dignitate fa
cile Princeps; qui Cieghi ea ſunt authoritate, vt liberrimè no
ſolùm in omnium magnorum Dominorum, verũ etiam in ipſiu
regis conſpectum prodire audeant. Apud omnes quoque in ma
gna ſunt exiſtimatione, non tam propter dignitatem quam ge
runt, quàm propter eximiam prudentiam, & antiquitatum om
nium Iaponicarum notitiam, quas ſolent iſtis Dominis, magn
cum ipſorum voluptate, commemorare. Hic ergo Cieghus, qui
in legibus ſectiſque Iaponiorum erat omnino exercitatus, magn
attentione conciones audiuit, quæſtionéſque varias doctrinę ſu
conuenientes tanta vi propoſuit, vt fratres noſtri, niſi diuina gra
tia adiuti fuiſſent, (nec enim legum Iaponicarum penetralia, v
ille, inſpexerant) vix facere ſatis potuerint. Ac profectò tunc co
gnouimus, nullum hactenus extitiſſe Iaponium, qui tam accura
tè & ſubtiliter ſuas diſputationes propoſuerit, & tam facilè veri
tati conceſſerit, ac hic Cieghus; qui ante baptiſmum tanto lumi
ne illuſtratus eſt, vt finem non faceret prædicandæ legis noſtra
Deóque agendi gratias, quòd ſe ad tam ſublimem & certum ſalu
tis ſtatum vocare dignatus eſſet. Speciatim autem lumen illu
innotuit ex eo, quòd poſt cognita aliqua de Chriſto dogmata c
lacrymis hæc verba protulerit: Quòd Deus factus ſit homo amor
noſtri, deinde, vita eius, & mors cum reſurrectione, & reliqua qu
acciderunt vſque ad miſſionem Spiritus ſancti, ſunt res, human
ctiar

m rationi & intelligentiæ congruentes, eo quòd inde infini-
ona, ad promouēdam ſalutem noſtram, profecta ſint. at quòd
nines ſe faciant Deos, cuiuſmodi ſunt omnia iſthæc noſtra i-
, non aliud liquet eſſe, quàm meram arrogantiam, falſitatē,
credibilem impoſturam, quippe cùm nec lumen, nec vitam
artiri poſſint mortalibus. Ad hanc orationem omnes ſumus
upefacti, & Vcondonus, qui ex angulo quodam verba iſta in-
erat; ſatiari nequibat agendis Deo gratiis, quòd improuiſo
um miraculum in illuſtranda mente huius hominis verè cœ-
lidiſſet. Hunc ergo, cùm infimis precibus ſacramentum ba-
ni à nobis extorſiſſet, vnà cum dicto iuuene, magna noſtra &
s lætitia, baptizauimus. Baptizatus continenter domum no-
n frequentauit, quotidie doctrinam Chriſtianam addiſcens,
e in gratia & feruore ſpiritus proficiens, nec non præparans
prædicandum omnibus amicis ſuis Euangelium. Et quoniā
ibus nobilibus notus eſt, nunc magno cum fructu inter eos
tur; nam quoſdā iam eius opera ad Chriſtum adductos pia-
ibus aquis aſperſimus, atque inter primos, eius filium, qui
no cuidam harum partium Domino ſeruit. Is verò, qui opi-
e omnium iſtorum Cieghorum habetur virtutum ſtudioſus,
omni rerum huius ſæculi cupiditate alienus, in magna gra-
autoritate eſt apud omnes; qua fretus, luminis aliorúmque
iorum cariſmatum in baptiſmo receptorum rete liberiùs ad
tionem animarum ejicit, idque magna æquè dexteritate &
icia. Alius quoque ex eiuſdem dignitatis Cieghis initium fe-
idiendi conciones noſtras, & iam non obſcura indicia dedit
iſmi proximè conſecuturi. In hac vrbe Meacenſi viuunt qua-
nta vel eo plures Cieghi, omnes eadem dignitate ornati, ac
ngregationes diſtributi. Vna quoque eorum pars magnum
t diſcipulorum numerum, qui & ipſi de Cieghis ſunt. Ioachi-
ſuprà nominatus cuiuſdam harum Congregationum caput
erturque multos haberi auditores, qui ſuo tempore omnes
ISTI ſcholam ingredientur. Dico ſuo tempore, quia nec-
illos habet pleno iure ſibi obnoxios, ſed breui habiturus eſt;
im nūc ludo præeſt, cùm quartum annum agat ſupra octo-
ium, non videtur diu victurus. Non poſſum verbis ſatis ex-
re V. P. quantam in hoc Ciegho deprehendamus habilitatē
nnia bona. Eximia pollet in dicendo gratia, quæcunque è
logia Chriſtiana proponuntur, comprehendit facillimè, &
oriæ diligenter infigit, vt cum aliis communicet, quod ſedu-
cum ingenti omnium admiratione facit. Vtinam DEVS
donum

donum gratiæ, quo tam feliciter vtitur, in eo augere dignetur. Dominus noſter vitam illi conceſſerit, ſperamus eum in hac vrb Meacenſi magna perfecturum, atque etiam in Quanto, vbi mu to tempore eſt diuerſatus. Iam a Moan Paulo euocatus eſt ad ſu arcem, vt populum illum paret ad audiendum res diuinas, atqu etiam, vt ſperamus, ad recipiendum baptiſmum; eamque ob re vrgemur P. Viceprouincialem, vt pro miſſione Quintana mitt nobis vnum Patrem & vnum fratrem.

Baptizatus deinde eſt vir nobiliſsimus nomine Figedonus I cobus, cum coniuge ſua Lucia, & filia Anna, quod ſua exhortati ne effecerat Santocu Romanus proprius eius filius, & duob vel tribus annis continuarat, accepta occaſione à morte Gaioch uam ſoceri Figedoni, qui dum eſſet in extremis, per dictum R manum, (qui id petierat) obſecrauit Figedonum, vt ſi ſingul aliqua conſolatione ſe ante mortem afficere vellet, ſalutari lau cro animum adiungeret, hoc donum ſe oblaturum in conſpec Dei. alia verba prætermitto. Motus hac obſecratione Figedon reſponderi illi iuſſit, ſe libenter eius deſiderio obſecuturum: quo vt dixi, fecit, exemplumque eius ſecuta eſt familia, & ob nobilit tem eorum complures alij. qui omnes in præſentem vſque die conſtantes in fide perſeuerant. Poſſem multa de illis recenſe vt de inſigni caritate & ſimplicitate, qua nos tractant, deque ſu mo ſtudio in moderanda familia tota, ne quid à recto de ctat: quæ non aliud eſſe videtur, quàm domus religioſorum.

Bis hoc anno P. Franciſcus Perez inuiſit Chriſtianos regnor Mino & Vocari cum magno omnium fructu: verè vt dici p ſit, Chriſtianorum illorum pietatem ſanctaque opera tam m nifeſtis argumentis augeſcere, vt ſint quoddam gentilium ſp culum, eorumque exemplo multi, & ex iis quidam nobilit generis clari, Chriſtianorum numero ſe aggregarunt.

In regno Mino Socondonus Ludouicus & Sceitocudon Iacobus, viri principes, velut binæ columnæ totam ill Chriſtianitatem ſuſtinent, ſubminiſtrandis æquè temporalib cùm opus eſt, ac ſpiritalibus præſidiis, ſuaque autoritate exemplo faciunt, vt res noſtræ magno loco ſint apud genti omnes.

Ad conſeruandam vnionem, quoque menſe binis in ædi conueniunt, & a prandio de diuinis rebus colloquuntur, ac ciatim de remediis tuendæ confirmandæque pietatis, ac miſ cordiæ continuandæ in pauperes Chriſtianos, aliiſque de re optimis. Itaque cùm animaduerterent magnam omnino

ceſ

ionem fieri ad rem Chriſtianam, locumque nouæ meſſi penè
paratum vehementer rogarunt me, vt vellem iſthuc fratrem
quem mittere. Cæterùm cùm plures hîc non ſint quam qua-
r, miſi illis hominem magna fide & prudentia, qui non ſecus,
m fratres noſtri, multis iam annis conciones ad populum
uit fructu maximo. nam inter alia vocatus à Toranoſucun-
o in ditionem ſuam, ſermone ſuo & conſuetudine familiari
dragínta hominibus, & inter eos multis eximia nobilitate,
tor fuit complectendæ Chriſtianæ vitæ & doctrinæ, nec antè
bit, quàm omnes in eandem ſententiam, iuuante Toranoſu-
dono homine in fide ardentiſſimo, pertraxerit. Quòd ſi eo-
res ita procedere porrò pergant, neceſſarium erit eis v-
n Patrem concedere, quem iam non habemus: nec vide-
eis negari poſſe, maximè cum Sanburodonus iam eò miſ-
iis donis ſit præditus, vt dixi. & omnino iudico, ibi ſtatim
ficandam eſſe Eccleſiam, vt P. Franciſcus Perez mihi quoque
ificauit.

ub hoc tempus magna lætitia illarum partium Chriſtiani
cti ſunt, exemplo cuiuſdam viri nobilis, antiqui Chriſtiani,
cùm ſupra annos triginta inter medios gentiles illibatam fi-
vitamque Chriſtiano homine dignam tenuiſſet, tandem vi
bi in lectum deiectus; vbi intellexit iam nominatum Patrem
uiſu, vrbe regni Mino præcipua, degere, ſe eò deferri voluit, &
ctis per confeſſionem anteactæ vitæ peccatis, optimè cõpa-
s, ingẽti ſua & fidelium omnium conſolatione animam Deo
lidit, honorificoq; funere elatus eſt: quæ res non modò Chri-
nis, ſed etiam Ethnicis non exiguæ ædificationi fuit.

Nec minor fructus conſtitit in regno Voari, vbi Chriſtiani
nes errata ſua ſacerdoti patefecerunt, & ad fidei piorumque
tum exercendorum conſtantiam ſe mutuò animarunt. Quã
em non mediocriter proſunt exempla Tangedoni, & generi
Sciozaimondoni, ac feminæ vnius Chriſtianę nomine Aloy-
quæ inter Chriſtianos illos eſt inſtar vnius fratris noſtri, &
curam ſuſcepit iuuandorum omnium qui in vrbe Quius
antur.

t verò cognoſcat P. V. quemadmodum Deus quoque ſe
mmunicet humili loco natis, & ſancta ſua gratia ad magnã ani-
nobilitatem euehat: Fuerunt ibi iuuenes duo, qui tantam in
conuerſione fidem & in vocatione conſtantiam declararunt,
multis licèt probris, iniuriis, & perſecutionibus à cognatis di-
ati, ne minimum quidem langueſcentis animi indicium dede-
rint,

rint, quod Chriſtianis omnibus magnæ voluptati & ædificatio
fuit. Vnus eorum erat filius fabri lignarij, hominis Ethnici, in eo
rum ſodalitatem adſcripti, qui ratione ſuæ ſtirpis & genealogi
officium gerunt ſtatis anni temporibus idolis Iaponicis miniſte
rium ſuum præſtandi, quare & legi Chriſtianæ infeſtiſſimus eſ
Verùm apud DEVM non eſt acceptio perſonarum. Filius iam di
ctus, cùm decimum-quintum vel decimum-ſextum annũ agere
& litteris Iaponicis imbueretur ab homine Chriſtiano eximi
doctrina & virtute prædito, tanti Magiſtri egregio exemplo pe
motus eſt, vt cognita Chriſtiana catecheſi, etiam diuinum bapti
mum ſuſciperet. Res, licèt ſecretiſſima, nõ diu latuit patrem, qu
ira æſtuans, vt inſigne ſcilicet negotium eius magiſtro faceſſeret
iuuenem omnibus veſtibus nudatum domo exturbauit, iuſſitq
ne in eam, niſi eiurata lege, quam profeſſus eſſet, pedem ampliu
inferre auderet. Exturbatum, conſilioque paterno minimè ac
quieſcentem, Tangodonus in ſuam domum recepit, in qua a
multos dies permanſit. Interim dictus faber impotenti animo cõ
minabatur, ſe per magnum quendam Dominũ, inibi commoran
tem, nomen Chriſtianorum apud Regem delaturum, effecturum
que vt omnes è-medio tollantur. Sed tãdem certi Chriſtianorur
amici ſuo interuentu & rogatu licèt ægre hominem impulerunt
vt filium non ſolùm in ædes ſuas reciperet, ſed etiam in religion
Chriſtiana perſiſtentem impunè haberet. in qua hactenus, con
temptis paternis conuitijs, fortiter perſtitit. Alius adoleſcẽs eiuſ
dem ætatis & ſcholæ baptizatus eſt à dicto Magiſtro, quem pate
re cognita, tam durè accepit, vt coactus fuerit fugam capeſſere, &
auxilium implorare Chriſtianorum Minoënſium, qui per quadra
ginta dies eum humaniſſimè tractarunt. Pater animaduertens n
reuerti filium, etiam atque etiam dictos Minoënſes obteſtatus eſ
vt filium remitterent, ſancteque promiſit ſe permiſſurum, vt in fi
de Chriſtiana perſeueret; ita remiſſus eſt, & à patre magno hono
re & gaudio ſuſceptus. Cùm ergo illis Chriſtianis factum eſſet ſa
tis, P. Franciſcus Perez rediit, & ex itinere inuiſit Chriſtianos re
gni Vomi, qui viuunt ſub patrocinio Boco Ioannis, & alteriu
cuiuſdam, nomine Sancij, qui, vti ſunt magna virtute & zelo præ
diti, omnibus illis Chriſtianis duces & autores ſunt, vt conſtante
in religione Chriſtiana perſiſtant, eoſque non ſecus quàm filio
in timore Dei gubernant, quaque Dominica in ædes ſuas conuo
cant, procurantque vt ſuo tempore omnes de peccatis confitean
tur. Hi duo ſunt illi, qui exortæ perſecutionis initio, magno vit
ſuæ periculo me ad ſeptuaginta dies domi ſuę aluerũt. Deus bene

dicti

ictis abundè compenſet eis omnes ærumnas, quas in gloriam
ominis ſui ſponte ſuſtinuerunt.

Hoc anno bis inuiſi Chriſtianos agentes in vrbe Bozacca, Sa-
ii, & Tacaencuqui, atque etiam eos, qui habitant in montibus,
uctu non pœnitendo, qui tamen maximè in illis montanis, vt-
ote hominibus rudibus & ſimplicibus, eluxit: nam in illis quaſi
ſibiliter eximii gratiæ diuinæ effectus ſe produnt, omnes admi-
bili concordia inter ſe conjuncti, humiles, obedientes, deuoti,
s quotidie Eccleſiam ad conſuetas orationes perſoluendas
euntes. Quibus exemplis vicini gentiles plurimum commo-
ntur, & paulatim ad eandem legem complectendam per-
cuntur. In ditione Tacaencuqui, Deo propitio, fauore
iorundam veterum Chriſtianorum ibi degentium, noua Eccle-
hoc anno excitata eſt, in qua ipſo Circuncifionis die cum om-
um lætitia & gratulatione primum Miſſæ ſacrum celebraui.
ſpexi quoque loca, in quibus nonnullas afflictiones & certa-
na, maximè ſub perſecutionis initium, eram perpeſſus, inter-
e gemitus & lacrymas affluebant noua ſolatia videnti exurge-
rurſus Eccleſiam, licèt priori minimè parem, & ſupereſſe ad-
c aliquas primorum Chriſtianorum reliquias. Cùm verò po-
a didiciſſem, gubernatorem ditionis huius conſtitutum nobi-
n quendam virum, bonum & humanum, omnino decreuimus
m vere proximo viſitare, omnemque lapidem mouere, vt fiat
hriſtianus: & ita futurum, ex optimis naturæ eius donis, augu-
mur. Et ſi factum fuerit, non dubitamus, magnum fidelium nu-
rum eius exemplum ſecuturum.

In hac viſitatione accidit res quædam memorabilis, quæ
ud ſcio, majorémne nobis dolorem an voluptatem con-
iarit. Cùm Rex Taiconſama mandaſſet Ioſce Benedicto fi-
Riuſæ gubernatoris Sacayani, vt in ædibus recens in nouo
pido Fuſcimenſi fabricatis tres vel quatuor mulieres ſibi ad-
geret, eo quòd locus ille eſſet peramœnus, & ad delicias
tus, reſpondit Yacum qui præſens aderat, neutiquam id
i poſſe, propter eius coniugem Agatham excellenti virtute
minam, quæ vti natura vehementior & ferocior eſſet, ita
iquam æquo animo eam rem ſit toleratura. Sed cùm Rex
ſum inſtaret, Ioſce, ne hominem offenderet, verba quæ-
n purgandi ſui cauſa protulit, quæ ſecundùm externam
ciem ponderata in deteriorem partem à Chriſtianis accipi
erant, quaſi aliud quiddam reconditum geſtaret in pecto-
Mihi profectò, re per Agatham cognita, prima fronte

viſa eſt periculi pleniſſima, anſamque datura acerbiori in nos excitandæ perſecutioni, quàm hactenus ſuſtinuerimus. nam ſi coniunx marito in hoc negotio, vt eſt Chriſtianæ diſciplinæ tenaciſſima, cum minis ſeriò obſiſtat, mox ad aures Regis perueniet, qui ſi intelligat illas minas ab ea ratione Chriſtianæ legis intentatas, verendum eſt, ne eueniat nobis, quod S. Petro quando martyrium ſubiit, hoc eſt, ne agamur in crucem. Quam ob rem anxius, interque ſpem & metum ſuſpenſus, ac quid facto vel conſulto opus eſſet ignarus, rem totam patefeci Rioqui dicti Benedicti ſocero, dixique vt compararet ſe ad mortem, quandoquidem filia ſua AGATHA conſtituiſſet nequaquam tolerare, quæ REX marito ſuo imperaſſet. Ille verò actutum reſpondit: Parabo me libenter: immo hæc verba ſubiecit: VINCENTIVM filium ſuum, in bellum Coraianum abeuntem, dixiſſe ſibi; ſi occaſio ſe offerret ſuſtinendi martyrii, nulla ſe interpoſita mora, nomina omnium in familia ſua degentium, etiam minimorum puerulorum, in ſcedam relaturum, eamque Iudicibus oblaturum, cum adiuncta cõfeſſione, omnes illos eſſe CHRISTIANOS: non poſſe ſe anguſto fractóque animo eſſe, vbi de honore DEI vindicando tuendóque omnium Iaponiæ CHRISTIANORVM bono agitur. Quæ reſponſio exiſtimare poteſt P. V. quantam nobis attulerit voluptatem, maximè cùm experientia quotidiana in hoc genere ita ſe hactenus nobis probarit, vt minimè dubitemus facta verbis reſponſura. Cæterùm quia res erat tam ardua & grauis, diu multumque expendimus, quid facto opus foret, vt DEVS, ſuſcepto noſtro ad oppetendam pro nominis ſui gloria mortem voto & deſiderio, ſuam quoque voluntatem nobis in negotio tam lubrico patefaceret: reque DEO per duorum dierum preces aſſiduas commendata, in quibus vniuerſa vtriuſque Ioſce & Rioqui familia expiatis per confeſſionem noxis pane cœleſti ſe communierat, in mentem venit, rem in hunc modum tranſigendam.

Nempe, vt propoſito ab omnibus facto non offendendi DEVM, AGATHA, dum IOSCE Fuſcimum ad incolendas nouas ædes ſe confert, inuiſeret Iacuinum, eique diceret: quandoquidem marito ſuo deinceps viuendum eſſet Fuſcimi, ſe quoque eò conceſſuram, vt ei cohabitet; nulla ſiquidem ratione conuenire, vt cum illo degant aliæ mulieres, ſed nec vllo iure eum à Rege conſtringi poſſe, vt in gratiam eius alia vtatur coniuge, alioqùin nullam ſe quietem marito ſuo IOSCE relicturam, quare & dictum Iacuinum, vti ſummum eius amicum, & maxime

a autoritate apud Taiconſamam, marito omne ſtudium im-
ndere debere ad eum ab hac calamitate liberandum. Placuit
c conſilium omnibus; & quoniam repugnabat nullus, felix
:rabatur conſecuturus exitus. Si V. P. præſens adfuiſſet,
ando hunc caſum ventilauimus, maiorem in modum ad-
rata fuiſſet ardorem, prudentiam, & conſtantiam AGA-
HÆ vxoris IOSCE, quæ ad confirmandam fidem eius,
od animo deſtinarat, in hæc verba prorupit: Si ego odo-
us fuero, te alia vſurum coniuge, vt Chriſtianæ religio-
amans, te commonebo: ſi verò monitis meis poſthabitis
n in domicilium tuum admiſeris, ego mox præſtò adero, &
n extrema ipſius tuaque contumelia manibus in capillos
iectis eam inde exturbabo, etiamſi certò ſciam me eam ob
n à Rege, cui ſummopere hoc meum facinus diſplicebit, in
cem agendam. Itaque pro virili parte tua procura, vt
n aliud fiat quàm iam antè dictum eſt. Vtinam Dominus
ſter impediat, ne hic Rex quidpiam tale Ioſce imperet,
re tota ſilentio ſuppreſſa omne periculum remoueа-
.
IAM verò, vt V. P. intelligat, quàm meritò doleamus, non
andari huc Roma & ex aliis Europæ partibus operarios, com-
morabo rem conſolationis pleniſſimam, atque vtinam ma-
am V. P. calcar addat, ad parandum aliquem numeroſum o-
ariorum nouorum exercitum. Ante aliquot annos Bozaccæ
ris baptiſmi aquis ablui Nobunangæ generum nomine Chu-
ibrodonum, vel Findadonum Leonem, hominem in legi-
Iaponicis exercitatum, inſigni prudentia præditum, fama-
& exiſtimatione nominis inter omnes Iaponiæ Dominos
gè Principem, tum ob ſingularem in bellis gerendis felici-
em & fortitudinem, tum ob raram eius in omnes liberalita-
. Hic tum ob maximam mutationem & viciſsitudinem in
norum ſtatibus ex bellis conſecutam, tum ob Patrum noſtro-
exilium, non potuit perinde, ac nos optabamus, noſtris me-
i afflictionibus; vt enim omnibus Dominis dignitate anteibat,
omnium quoque in oculis ferebatur. Verùm enimuero in
i profeſsione conſtans ſemper permanſit, nec quicquam de
tino in Patres amore detraxit, inuiſens eos, quoties locus
pportunitas minima ſe offerret. Cùm ergo Rex non ignora-
eum tam præclaris naturæ dotibus inſignitum, ad tantam
us dignitatem eum euexit, vt inter præcipuos Iaponiæ Do-
os numeretur, plus autem omnibus ſit amatus, eo quòd

in illo omnem ſpem defixerit Iaponicæ Monarchiæ conſeruan-
dæ in ſuis ſucceſſoribus. Quod ſuperioribus diebus manifeſtiſ-
ſimè declarauit; nam cùm nuncium accepiſſet, illum ex gra-
uiſſimo morbo ad mortem vſque decumbere, lacrymans dixit,
Si diem obeat Findadonus, iam omni ſpe excidi Monarchiæ i
meis continuandæ. Quare & inuſitatam diligentiam adhibui
in valetudine eius procuranda: mandauitque duobus præcipui
Dominis, vt eiuſdem rei curam in ſe ſuſciperent, & quotidie ſ
de eius ſtatu certiorem redderent. Cum dicto Leone quaſi con-
tinenter verſatur Iuſtus Vcundonus, nam multo iam tempo-
re arctiſſima inter ſe neceſſitudine ſunt deuincti, hic enim il-
auctor fuit vt Chriſtianæ religioni nomen daret, & nunc ope-
ram dat Iuſtus, vt ad primum ſtatum, quo Chriſtianis initia-
tus eſt ſacris, eum reuocet, quemadmodum & fecit; Nam di-
ctus Findadonus crebrò de me in ſermonibus quotidianis pe
contatur; & permoleſtè ſe ferre declarat, me adhuc deliteſcere
vrgetque vt cum huius vrbis Gubernatore agam de loco, in qu
nobis ædes cum Eccleſia excitentur, ſe quoque eadem de re cur
eo acturum; Regi deinde expoſiturum, ex praua quorundam in-
formatione nos eſſe exilio multatos, non conuenire in nos cap
ta illa accuſationum ob quæ delati eramus; ſibique prorſus vide-
ri, Regem facilè omnia condonaturum. Hæc omnia mihi retu-
lit Vcondonus, qui illud quoque addidit, ſe, ſi ex morbo conua-
leſcat, apud eum effecturum, vt vnus Pater cum fratre in ſua re-
gna amandetur, ibique commoretur, & Chriſti Euangeliũ annun-
ciet, ſeque litteras ad ſuum cognatum Moan Paulum ſupra nom-
natum daturum, vt iis acceptis voluntatem ſuam exequatur, hc
eſt, vt vniuerſus ſtatus fiat Chriſtianus.

PATER autem ſtatus vel ditio eius in longum itinere d
cem, in latum verò ſeptem dierum; inter opida autem habet
num nomine AIZV magnitudine præſtans, denis ædium mi
libus inſtructum. Ab oriente attingit mare, ita vt facilis in
ſit traiectus, ſi triginta vel quadraginta dies impendas, in noua
Hiſpaniam. Videt ergo V. P. quanta ſit hìc diſpoſitio & præpar-
tio diuina gratia opitulante facta ad conuerſionem omnium
ſtorum regnorum. Et ſi DEO placuerit integram huic Domin
reſtituere valetudinem, nec aliud impedimentum interuen-
rit, procurabimus eodem propitio, vt omnia quæ antè d-
cta ſunt fiant; mihique videtur, Patrem Viceprouinciale
ad hoc vnum Patrem cum fratre vno miſſurum. Quòd
Dominus noſter pro immenſa ſua miſericordia proſperos r
ſucce

ceſſus dederit, curabimus quoque eò mitti Ciegum Vgo-
onum, cuius ſuprà mentionem fecimus, is enim Fin-
doni cognatus eſt, & in iis regnis diu verſatus, omnibuſque
tus.
CVM huc ſcribendo perueniſſem, aduolat Iuſtus Vcondo-
, totus lætitia exultans, & nuncians Findadonum in re-
fidei eſſe quaſi hominem recens à morte ad vitam excitatum,
ue ideo ad eam rectiùs confirmandam impenſè petere, vt il-
VINCENTIVS frater noſter mittatur, à quo omnia ne-
aria cognoſcere poſſit. Poſt biduum ergo eum mittam. Po-
are cœpit, vt omnes ſui amici ad CHRISTI Eccleſiam
ungantur; Vbi de peccatis ſuis confeſſus fuerit, de quo iam
ondonus ſtatuit eum commonefacere, non dubitamus Spiri-
ſancti gratiam in eo operaturam tanta efficacitate, vt vnus
, pro exiſtimatione qua pollet apud regem, ſit nos priſtino
ui reſtituturus. Vcondonus in locanda hac opera non ſinit ſibi
minimam opportunitatem eripi, & in eam ſpem adducimur,
, vt DOMINVS noſter tam diuturnam mortificationem
annis toleratam breui commutet in ſummam conſolatio-
n, & ex eo magnum ſuæ ſanctæ fidei prædicatorem & mini-
m efficiat. Ex hiis verò omnibus iam memoratis V. P. facilè
eſt quaſi oculis coràm intueri maturum & proximum fructũ,
m hæc vinea ſua & dilecta Iaponiæ ſponſa promittit,
hanc tribulationem, in qua etiamnum verſamur, ſigni-
tum.
VB finem harum litterarum, viſendi mei cauſa, huc venit a-
eſcens ille regni Bigen, dictus Saquiodonus Paulus, quem
centius frater noſter concionibus ſuis Bozaccæ à ſuperſtitio-
us iaponicis retraxerat. Aliquot horas cum eo collocuti ſu-
. & ex rerum narratione facilè collegimus, eum magnam
Regnis occidentem ſpectantibus Eccleſiæ columnam futu-
. Pauca ex illis, quia memoria digna ſunt, & conſola-
em tum V. P. tum noſtris allatura videntur, hîc annota-
Dictus adoleſcens à ſuſcepto Baptiſmo domum ſuam re-
it, in regnum Bigen. Poſt reditum infirmatur vxor, & in-
paucos dies moritur. Morte hac vehementer affligitur,
quòd femina eſſet admodum nobilis & prudens, eam-
ipſos vndecim annos habuerat, tum quòd à natali ſuo nul-
i tam acerbus caſus acciderat. Turbato in mentem veni-
cœpit, quid ſi tibi id obuenerit ob ſuſceptam nouam reli-
em? nec deerant alii, vt complures Bonzii, & nonnulli

conſanguinei, qui idem auribus eius inculcarent. Sed mox r
diens ad ſe, oculis in cœlum ſublatis, dixit in corde: M
gna eſt hæc dæmonis tentatio, quam DEVS ad probanda
meam conſtantiam permiſit: cumque ita ſit, nihil à me o
tinebit. Inuicto ergo animo, cohibitis lacrymis, proceſſit
funus defunctæ, omniaque eius pretioſa veſtimenta, ornam
ta, & quicquid ad eam pertinebat è cubiculo ejecit, dicens pr
ſentibus, quoniam illa alterius ſectæ fuiſſet, curarent eam h
mari à Bonziis: ſe, quoniam Chriſtianus ſit, nihil de eius
bus vſurpaturum. Hîc Bonzii contrà inſtare, niſi Chriſto
nunciet, ſectamque vxoris profiteatur, ſe ne digitum quide
funeri admoturos. Ille verò magna incenſus ira ex aduerſo
ſponſare, ne quidquam hac de re mutirent, facerent de cada
re, quod collibuiſſet, abjicerent, ſi vellent, in lutum, ſe
ſua ſententia non diſceſſurum. Bonzii igitur perſpecta eius co
ſtantia funus ad ſepulchrum, & cum eo omnia veſtimenta
cubiculo abjecta, extulerunt. Vt verò luculentiùs ſuæ in f
Chriſtiana conſtantiæ publicum exemplum daret, in conſ
ctu totius multitudinis, tum Bonziorum tum aliorum Do
norum Gentilium, veritus non eſt veſci carnibus, in eo ipſo
co, in quo vxor ſua vita deceſſerat, quod Gentiles ſacrile
loco habent, ſi fiat non ſolùm ipſo mortis die, ſed etiam eod
die per multa annorum curricula. Quam rem etſi omnes
mirarentur, nullus tamen fuit, qui reprehendere auderet. H
victoria plurimum erectus eſt & confirmatus, magnoque i
deſiderio flagrat inſigne aliquod facinus ad gloriam DEI
ſignandi, pro rependendo quadantenus ſummo vocationis
beneficio, vt ipſe loquitur, præ tot milibus hominum Ethni
rum ſibi præſtito. Ac vt clariùs liqueret, quanta Spiritus ſ
cti gratia imbutum fuerit illius pectus: ſemel atque iter
in multorum præſentia dixit, ſi noua aliqua in nos tempeſt
qua exulare cogamur, exorta fuerit, non ſe permiſſurum,
ditione ſua excedamus, & ſi opus ſit, tutela noſtri in ſe ſuſ
pta, Eccleſiam in ſui regni montibus atque ædes conſtruc
rum, vbi noſtri ſuis miniſteriis fungantur, & omnes ſuos ſub
tos doctrinæ CHRISTIANÆ præceptis inſtruant, qua
fieri potuerit ſilentio, ne ad aures huius Regis perueniat. Qu
ſi verò ea ex re vel minimum capitibus noſtris impéderet peri
lum, ſe primum fore, qui vitam pro CHRISTO ſit profuſu
ac de hac ſua voluntate & propoſito neminem debere ambig
Addebat deinde, ſe id facere non tam Patrum quàm L
am

iore impulſum, cui intelligeret, pro tantis beneficiis collatis, quantus quantus eſſet, prorſus obſtrictum. Crebrò quoque vehementer obſtupeſcens, verba illa identidem iterabat, mirari ſe non parum, qua ratione Chriſtianus fieri potuerit, cùm Regnum conſobrini ſui ſectæ omnium Iaponicarum terrimæ adhæreſcat, in eoque non degant plures tribus Chriſtianis. Nimirum perſpiciebat ille, nomen hominis Chriſtiani non induſtria virtutéve humana aut merito comparari, ſola DEI miſericordia, & idcirco quadam quaſi ſiti exſtimulabatur aliquid ad gloriam DEI faciendi; ac quoniam in præſenti aliud non incidebat, etiam atque etiam à me poſtulat fratrem aliquem, qui ſuo in ſtatu Chriſtum prædicaret, (in ſuos habet reditus vicenorum millium aureorum) omnéſque ad verum DEI cultum pertraheret: ſæpe quoque repetebat, quanta gratia à diuina majeſtate donatus eſſet, ac ſpeciatim riſſimæ cuiuſdam, quam in anima ſentiret, cognitionis ſui, ſic ut non videretur homo, qui id non intelligeret. adjungebat, quotuſquiſque non crederet DEVM eſſe conditorem cœli & terræ, eum eſſe mortis reum, ſeque in ea fide, ſi occaſio afferret, paratum mori. Neque me debere dubitare, ſi Rex millies ſibi imperaret, vt Religionem Chriſtianam ejuraret, quin millies potiùs pro eius veritate ſit iugulum porrecturus: neque illud nouum & admirabile poſſe videri, cùm ſæpenumero homines pro Dominorum ſuorum temporalium aut fortunarum ſuarum defenſione morti ſe objiciant. Alia denique eiuſdem generis tam multa ſubjecit, vt non dubiam ſpem habeamus, eum inter magnos DEI ſeruos annumerandum. Eſt adoleſcens viginti quatuor annorum, tum Domino ſuo tum omnibus aliis in hoc regno exiſtentibus imprimis carus; qui promilli non ſecus ac cōſobrino eius obſequuntur, & vt multis naturæ atque gratiæ donis ornamentiſque præ aliis conſpicuū ſuſpiciunt & admirantur. Vtinā Deus illi impertiat donū perſeuerātiæ quēadmodum ſperamus; noſtra certè induſtria in eo formādo nunquam deerit, donec euadat in alterum Iuſtū Vcondonū: quod facile erit, ſi Meaci, vel Bozaccæ, vel certè Fuſcimi degamus: inuitabimus enim eum crebrò in domum noſtram, curabimuſque vt accuratè in rebus diuinis ſanctaque fide noſtra inſtituatur. Cuius conſtantiam omniumque iſtorum regnorum conuerſionem etiam atque etiam petimus V. P. omniumque Patrum & fratrum ſocietatis precibus apud Deum eſſe commendatam: ſicut iiſdem optamus quoque nos commendatos, quia re vera multis ma-

gniſque cum difficultatibus ſæpe conflictamur, nec vnqua
deſunt infeſtæ dæmonum inſidiæ, variæ afflictiones & ærun
næ, quibus ſolo gratiæ diuinæ lumine & præſidio fulti ſuperior
eſſe poſſumus, MEACO, 14. Februarii, 1595.

V. R. P.

Seruus & filius in Chriſto,

ORGANTINV

FINIS.

ALOY

# ALOYSIVS FROES ADMODVM R.do P. CLAVDIO AQVAVIVA SOCIETATIS IESV PRÆPOSITO GENERALI.

ADMODVM REVERENDE PATER N. IN CHRISTO.

HOc anno 1595 è Societatis hominibus in Iaponia & China numerantur omnino centum octoginta nouem: ex quibus triginta nouem ſupra centum in quinque præcipuis domibus, & quindecim Iaponiæ reſidentiis, cæteri verò quinquaginta in China verſantur. Omitto alumnos ſe-narii, Catechiſtas, & quotquot ſeruiunt Eccleſiis, qui nume-n ſexcenteſimum ſexageſimum excedunt, & à Societate in gra-m iſtorum Chriſtianorum ſuſtentantur. Numerus autem no-orum hoc anno nō parum creuit, tum quòd nouum quoddam llegium inſtitutum fuerit, tum quòd aliquot tyrones in So-tatem ſint allecti. A poſtremis annuis tres tantùm è viuis eſſere, Sacerdos nempe vnus & fratres duo. Sacerdos qui-n ſpiritualibus exercitiis magno fructu hebdomade ſancta actis, aliiſque officiis pietatis præſtitis, vt dignè ſe com-aret ad feſtum, quod Societatis celebrare ſolet in glorio-um Apoſtolorum Petri & Pauli feriis, mox inſequenti no-à Domino noſtro, nullo antegreſſo morbo, ætate flo-iti triginta trium annorum, euocatus eſt ad præmium, vti ramus, laborum ſuorum capeſſendum cum ſeptem & de-n annis Societati operam locaſſet. Fratres verò duo, qui nt Iaponii, eodem religioſarum virtutum odore, quo vi-n ſpiritumque traxerant, Conditori ſuo animam reddide-t. In quorum locum Deo auctore Luſitani quinque &

decem Iaponii ſucceſſerunt, cum quibus in Societatem admiſſ
rurſum in Collegio Amacuſano inchoatus eſt Nouitiatus, ab a
quot annis, eò quòd nullus ampliùs reciperetur, deſertus & dep
ſitus. Et hoc breuiter ſufficiat de noſtris. Nam quod ad fructu
ſpiritualem attinet, quem diuina bonitas per noſtræ Societa
exercitia, mortificationeſque in ipſis, per miniſteria verò Soci
tatis etiam in proximis efficere dignata eſt, is facilè intelligetur
iis, quæ ſigillatim de domibus & Miſſionibus dicentur. Verù
primùm eadem breuitate attingam generatim ſtatum omniu
Chriſtianorum, vt clariùs ea, quę deinceps dicentur, intelligātu
& non opus ſit eadem ſæpius repetere.

Itaque Taicoſama (ſic enim nunc appellatur, qui hactenus,
conſtat P. V., dictus eſt Quabacundonus) adhuc obſtinatè per
ſtit in impia voluntate ſua, vt nolit promulgationi Euangelii l
cum dare; qua de cauſa, licèt multa perfici non poſſint, quæ fie
optaremus, ac verè fierent, ſi plenæ libertati eſſet locus: tame
longè altiori pace fruimur, quam vnquam, a tempore perſecuti
nis primùm inchoatæ, quæ in nonum iam annum perdurau
Nam poſtquam Tarazauondonus Gubernator Nangaſachan
tunc gentilis ab eo impetrauit, vt noſtri poſſent Nangaſachi r
ſtituere Eccleſiam, eorumque decem in Luſitanorum auxiliu
& ſolatium ibi commorari; ipſeque Taicoſama abiecta ſpe exp
ditionis Coraianæ reuertit Meacum: noſtri cum omnibus Chr
ſtianis in Scimo agentibus, majori tranquillitate & libertate v
fuerunt. Et quamuis Tarazauondonus, etiam poſtquam amicit
nobiſcum colere cœpit, & gratiam iam dictam à Taicoſama obt
nuit, ſedulò cauerit, ne inirentur cœtus, aut publicè diuina off
cia pro Chriſtianis Iaponiis celebrarētur; tamē permiſit in ædib
priuatis ſancta Sacramēta adminiſtrari, ac fieri quicquid in ſalu
proximorum neceſſariò faciendum erat. Itaque plus quàm cen
ties tricies mille confeſſiones auditæ ſunt, & ex iis decies mil
eoque amplius generales, ac eorum, qui prima vice confeſſione
inſtituerunt.

In omnibus quoque locis reſtitui cæpit doctrina Chriſtia
hactenus intermiſſa, ac quotidie ad eam audiendam pueri in v
num locum ſunt coacti. Quod multis in locis fieri non potera
quamdiu Taicoſama ſedem ſuam habuit in Scimo. Doctrinæ hi
ius tradendæ onus in quibuſdam Eccleſiis impoſitum eſt cert
quibuſdam viris virtute præditis, ac in ea probè inſtructis: iiſd
que incumbit cura omnibus feſtis omnes reliquos Chriſtian
conuocandi, & librum aliquem ſpiritualem in hunc fine

typ

is excuſum prælegendi. Ægros quoque inuiſunt, & ſuo tem-
e ad audiendas confeſſiones Patres noſtros inuitant, eiſdemq;
llò aſſiſtunt, vt piè in Domino moriantur; vtunturque libello
gua Iaponica de modo adiuuandi morientes edito. Qualibet
na Dominica menſis ordinariè conueniunt in Reſidentia, in
degit Pater, ac de rebus à quoque geſtis pertractant, collatio-
nque inſtituunt, quomodo vnuſquiſque muneri ſuo facere ſa-
poſſit. Vt autem doctrina Christiana maiores haberet progreſ-
opuſculum quoddam editum eſt 10 capitibus cõprehenſum,
uo ſuccinctè & perſpicuè declaratur, quid cuique Chriſtiano
dendum pariter & agendum ſit. Quod opuſculum tam huic
ti gratum eſt, vt hactenus nulla ex re ampliorem videatur cœ-
e voluptatem: vnde & fructus ex illo conſecutus eſt planè ſin-
aris & notabilis. Quamquam & ex aliis libellis eadem lingua
uſſis, nempe de modo confitendi, roſarium recitandi, aliaque
tatis Chriſtianæ officia exercendi, non multo minor fructus
ſtitit inter hos Chriſtianos.

Verùm illud præcipuum quoddam adiumentum ad huius vi-
e Dominicæ culturam attulit, quòd multis in locis iiſque pri-
riis inſtituta ſit conceptionis ſereniſſimæ Angelorum Reginæ
dalitas: quæ ſic Iaponiorum animos commouit, tantoque ſen-
affectu illam complexi ſunt, vt nobiliſſimi quique & omniũ
ncipes honorificum reputent, ſi nomen illi dare poſſint. Quo-
a ſtudiosè laborant, non ſolùm in eam inſcribi, ſed ita quoq;
m inſtituere ſuam legibus & exhortationibus cõſentaneã, vt
diuini ſeruitij via quotidie proficiẽtes, ſe digniſſimos fideliſſi-
Imperatricis cœleſtis protectione præſtent.

Gentilium deinde conuerſio non tam exigua fuit, quin diuina
ente gratia decem millium capitum numerum ſuperauerit; etſi
hac parte admodum conſideratè & circumſpectè nobis agen-
n fuerit, ne ſuperuacaneo aliquo & imprudenti ardore in diſ-
nẽ vocaremus, quod tanto nobis labore conſtitiſſet. Inter hos
em non defuere viri Principes, aliique inſignes Domini, vt ſuis
is ſpeciatim dicetur, quorum opera, aſpirante eius gratia, qui
ad Eccleſiam vocauit, ſuo tempore ſperamus ingentem ad no-
m ſanctam fidem acceſſionem eſſe futuram.

De Imperio temporali nihil noui accidit, niſi quòd Taicoſa-
poſt reditum ſuum in vrbem Meacenſem, quoniam cõſilia de
editione Coraiana nõ ſucceſſerant, nepotem ſuum (iam antè
eo factum Quabacundonũ) eo vſq; ſuſpectum habere cœperit,
quem antè multis publicis ſolennibuſq; cumularat honoribus,

quibus

quibus verſutus ſenex incautum iuuenem videtur induiſſe in l
queos, eum non ſolùm imperio & dignitate, ſed etiam vita (ve
rem enim propriis manibus cum aliquot aulicis ſibi diſſeca
coactus eſt) crudeliſſimè exuerit. Nec videtur hic finem modu
que ſuæ tyrannidis facturus; nam cùm alios quoſdam Domin
ſimiliter ſuſpectos habere videatur, (quòd admodum ſit tacitu
nus & attonitus) prorſus veremur, ne illis eueniat, quod Quab
cundoni coniugi & liberis, hoc eſt, vt immaniter trucidentur. F
neſtus hic caſus certè non obſcurè indicat Taicoſamæ Imperiu
vt omnes huius inſtabiles mundi dignitates, non fore diuturnũ

De morte Quabacundoni in hac epiſtola nihil ſcribo: quia
vna alia prolixè ad V. P. de toto rei progreſſu & exitu ſcripſi.
ſtatibus horum Chriſtianorum Dominorum alia mutatio, diui
iuuante gratia, facta nō eſt. Inter paucos dies eorum reditum
Coraiana inſula præſtolamur. Expectamus quoque in ſingul
horas Auguſtinum cum Chinenſium Legatis, qui veniunt ad fi
mandam cùm Taicoſama pacem. Qua pace confecta confidim
Auguſtinum ad maiores honores euehendum.

Hæc breuiter ſunt, quæ generatim ſcribenda occurreba
Venio nunc ſingulatim ad Domos & Reſidentias noſtras: ex qu
rum deſcriptione facilè intelligentur cætera, quæ in his partib
acciderunt. Paucis tamen verbis comprehendam, quod poter
dici multis, ſic vt tantùm præcipua capita indicem: alioquin
eſſet longiſſima, & parum grata.

## DE DOMO NANGASACHANA ET OMVRA NA AC RESIDENTIIS EARVNDEM.

HOc anno hiſce locis admodum afflictæ fuiſſent res noſtr
niſi Dominus aliunde nobis miſerabiliter ſuccurriſſet. N
cùm nauis Luſitana æquo tardiùs anno 94 è Iapone ſo
uiſſet, & idcirco mercatores illius exiſtimarent eam non poſſe c
ſtituto tempore rurſum adeſſe, ac proinde nec diſtrahi poſſe me
ces in naui aduectas: non ſolùm conſueta conſolatione, eaq
omnium humanarum ſumma, quam accipimus in remotiſſim
his regionibus ex cariſsimorum Patrum & Fratrum noſtroru
Europæorum litteris, deſtituti fuimus: verùm etiam carere debu
mus tenui commeatu eadem naui aduehi ſolito, ad tantum hom
num numerum in Iaponia alendum: remedium quoque adempt
eſt, ad compenſandos ſumptus, quos turbulento hoc tempore f
cere cogimur in euertendis & reficiendis toties noſtris domic

.Verùm,vt iam dicebam, non paſſa eſt diuina bonitas neceſſa-
deeſſe iis,qui pro gloria ipſius amplificanda laborant. Permo-
enim quorundam Dominorum Chriſtianorum in Coraiano
lo agentium corda,vt aliqua eleemoſyna noſtræ ſuccurrerent
ppiæ,quæ in tantis anguſtiis noſtris, non exiguum certè attulit
rigerium.Vt primùm enim ad eorum aures perlatum eſt, nauē
to tempore non reuertiſſe, in qua ordinariè noſtra ſuſtentatio
ıchitur, moti cōmiſeratione conſultò decreuerunt rebus ipſis
lemonſtraturos,quanto amore nos complecterentur.Qua be-
ıolentia & beneficentia hoc ampliùs nos ſibi deuinxerunt,quo
ɔmptiùs hoc alieniſſimo tempore,quo ipſi extra patriā, in bel-
tantis impenſis,tamque diu,hoc eſt, tribus annis agentes, po-
s aliorum ſubſidio indigebant,nobis ſubuenerunt.

Primus verò horum Dominorum fuit Auguſtinus, qui litteris
:is ad Officiales ſuos in regno Fingenſi, mandauit P.Vicepro-
ıciali dari aliquot ſaccos orizæ, & aliquot alios P. Organtino
:aci.

Secundus fuit Quambioiendonus, qui vnà cum duobus aliis
tribus ſuis iuſsit nobis ſimiliter ſubminiſtrari aliquot orizæ
cos.adhæc P.Viceprouinciali mutuo numerari voluit bis mille
excentos aureos,ad leuandam inopiam, non antè reſtituēdos,
àm nauis inſequenti anno appuliſſet: ſi autem non cōparêret,
am nunc illos donare. Scripſit etiam,ſi pluribus nummis opus
ɔeret,ſe certiorē quamprimum redderet, curaturum ſe, vt ſup-
litentur.

Dominus item Protaſius,D.Sancius,& Tarazauandonus, qui
ı,laus Deo,Chriſto nomen dedit, ſinguli aliquot ſaccos orizæ
miniſtrarunt.

Idem fecit priuatus quidam homo Nangaſachi, qui cùm ad P.
:eprouincialem certam eleemoſynam attuliſſet, & Pater ab eo
ı magnam,quòd ſuam quoque haberet familiam,accipere re-
ſſet,ſubiunxit ille, ſe pro ſua familia habere mille & centū au-
s coronatos, illoſque ſufficere:itaque homini perſuaderi non
uit, vt pecuniam retineret. Sed neque poſtea, cùm Pater op-
:tunitatem haberet totius ſummæ reſtituendæ, quidquam re-
ere voluit,immo nonnihil ſuccenſuit,quòd de reſtitutione co-
aremus.

Cæterùm quid mirum eſt àChriſtianis tantum beneficium no-
præſtari, ſi ab ipſis gentilibus idem præſtitum eſt? Nam Qua-
:ondonus ipſe curauit nobis, vti anno quoque ſuperiore fece-
,aliquot orizæ ſaccos communicari.

Hac

Hac procul dubio eleemoſyna voluit Dominus noſter nobi
tempore ſuccurrere, vt tanto ardentiùs, pro inſtituti & officij
ſtri ratione, ſaluti animarum incumberemus: ſiquidem illud q
que ſingularis earũ promerebatur pietas, vti liquebit ex eo, qu
iam ſubiungam.

Aliàs ſcriptum eſt, occaſione commercij, quod iampridem
ponij habent cùm Luſitanis, Nangaſachum appellentibus, ma
mum hominum omnis generis ex variis partibus fieri concurſ
ad hunc portum: vnde, annumeratis iis, qui in exilium amand
huc habitatum veniunt, eouſque accreuit incolarum numerus
plures octo millibus hominum nobis confiteantur. Ac occaſi
huius concurſus, vrbs ſubiecta eſt Taicoſamæ, qui gubernati
eius commiſit Tarazauondono, quanquam hic ob alia mai
momenti officia ſedem ſuam hîc non habeat, ſed per duos e
vicem gerentes gubernet.

TARAZAVONDONVS igitur reformidans, ne apud Tai
ſamam accuſaretur, quòd permitteret Iaponiis aditum ad Ec
ſiam, recens pro ſolis Luſitanis reædificatam, ac item, quòd p
retur alia quædam ſimilia ab iiſdem fieri, pugnantia cum eiu
dicto, feriò commendauit Patribus, ne Iaponiis ad conuentus
cleſiæ publicos aditum darent: ſatis eſſe, ſi confeſſiones eorũ au
rent, aliaque in auxilium eorum præſtarent in ędibus priuatis.
commendauit ſuis Vicariis. Verùm licèt Patres ex parte ſua om
ſtudium adhiberent, vt voluntati Tarazauondoni facerent ſa
ſic vt etiam portas templi illis occluſerint: deinde, licèt à Vi
riis eius diligenter aduigilaretur, ac etiam pœna interpo
Chriſtianis prohiberetur, ne Eccleſiam intrarent, nihilomi
tanta fuit concurſatio, vt diſſimulari res minimè potuerit.
quando enim Eccleſiam occluſam offendebant, eam magno
mero, recitantes Roſarium, tamdiu obſidebant, donec abſc
tis ſacris Luſitani egrederentur: atque ita expectando foris, g
tilibus maiorem ſpeciem concurſus præbebant, quàm ſi Ec
ſiam paulatim ingreſsi fuiſſent. Vnde Ottoni, qui ſunt viri in
be Nangaſachana primarii, conſultò receperunt, ſe in pro
perſona velle diebus feſtis in viis quibuſdam eos obſeruare, ne
vnus ad plateam, in qua Eccleſia eſt, tranſiret. His tamen non
ſtantibus, tantus erat pietatis ardor in his Chriſtianis, vt nec T
coſamæ edicto, nec Vicariorum prohibitione, nec alia vlla po
coërceri poſſent vel abſtrahi ab Eccleſiæ ingreſſu. Res profec
quæ ingentem nobis attulit conſolationem. Atque hinc liqu
quantum ardor iſte condemnet Chriſtianorum frigus in Eu

quorum multi etiam calcaribus egent, vt adeant Eccleſiam, &
cio ſuo ſatisfaciant; cùm contra Iaponij non ſolùm opus ha-
nt hac in re fræno, ſed nec fræno ab aditu templi ſatis arceri
cant. Quamobrem neque defuerunt complures, qui vel hac
alia via conſequerentur quod vellent. Nec modus fuit impe-
di vel cauendi, non dico, vt ſuæ deuotioni ſatisfacerent in O-
oriis, quæ domi ſuæ habent, ſed ne publicè feriis ſextis per
adrageſimam, viſendo Eccleſias, quæ ſunt circum Nangaſa-
m, diſciplinis in corpora ſua deſæuirent; vel etiam alia virtu-
Chriſtianæ argumenta, maximè confitendo aut communicā-
exhiberent. Itaque factum eſt, vt Nangaſachi, & in reſidentiis
, pluſquam quindecim millium & quingentorum mortalium
cata per Confeſſionis Sacramentum ſint expiata.
Neque inferior pietas ab iiſdem Chriſtianis demonſtrata eſt
octe ſacratiſsima Natalis Domini. Nam non contenti ſacris
ſæ, in ſeptem eoque pluribus vrbis locis factis, ad cauendam
gnitudinem concurſus, qui videbatur conſecuturus, obſcuri-
noctis tecti, tanto numero & frequentia aduolarunt, vt Vica-
oſi Tarazauandoni, licèt gentiles, coacti fuerint aperire Ec-
iæ ianuas, & totos octo dies omnibus poteſtatem facere ingre-
di, quibus collibuiſſet. Ex qua libertate quanta ſit orta in po-
pietas & religio, vnicuiq; cogitādum relinquo. Duabus enim
lucem horis ferè complebatur Eccleſia, & cùm quotidie ſe-
ſacra dicerentur, tamen necdum omnibus patuit locus vel via
ngreſſum: ac tandem neceſſarium fuit, vt aliqua ex parte ſa-
eret deuotioni omnium, vt duæ tantùm quartæ partes eorum
que die ad Eccleſiam ventitarent. Nec tamen adhuc defuerūt
ti, qui neſcio quibus piis artibus vſi ſunt, vt ſancto ſuo deſide-
ſatisfacerent: nam deprehenſi ſunt die antegreſſa dormitum
ntuliſſe ad ædes cognatorum, vel alicuius amici illius quartæ
is, cui fas erat poſtero die Eccleſiam adire. Hic concurſus vſ-
ad feſtum Circumciſionis indies ita augeſcebat, vt opus fue-
um reſcindere, ne rumore & fama iuſto ampliùs, quàm ha-
us factum fuerat, increbreſceret. Sed nec hæc pietas, cala-
itis incurſu, (quod argumentum certiſsimum eſt ſolidæ virtu-
imminuta vel fracta eſt, vt liquidò apparet in hoc, quod ſub-
m, exemplo.
N Philippinis Inſulis, quæ mille & eo ampliùs milliaribus à
niaabſunt, reperiuntur quædam vaſa, dicta Boioni, quæ ibi in
io, apud Iaponios verò in magno ſunt pretio, eo quòd in il-
obiliſsimus quidam liquor, dictus Cia, optimè conſerue-
tur

tur. Nam quæ in Philippinis duobus aureis ſcutatis, in Iapo
multo pluribus æſtimantur, & inter præcipuas Iaponum opes
putantur, ac pro pretioſis lapidibus habentur. Itaque Taicoſa
certos homines duos in Philippinas ad comparanda eiuſmodi v
ſa, quotquot haberi poſſent, ablegauit, exiſtimans ſe tali negot
tione magnum facturum quæſtum. Verùm cùm certior reddi
eſſet, multos Iaponios Chriſtianos negotiationes exercere M
nilæ, quæ vrbs eſt Philippinarum, & inde multos Boionos aſp
tare, omne ſtudium adhibuit, vt omnia vaſa corraderet, eoſq
qui ea coëmiſſent, grauibus præterea mulctabat pœnis. Qua
re Taicoſama (vbi enim regnat lucri cupiditas, nullum effugi
eſt) tam ſeuerè animaduertit in eos, quorum notitiam habere p
tuit, vt magnum collegerit theſaurum. Hæc nimia ſeueritas re
dauit etiam in quoſdā viros primarios Nangaſachanos, qui M
cum captiui ſunt abducti. Sed antequam ſe in viam darent, ver
ne Taicoſama hac occaſione ipſos tolleret è medio, confiten
communicare voluerunt. Alij verò qui erant culpabiles, (ſi mo
in hac re aliqua culpa eſt) quia tamen tales non habebantur,
manſerunt, & quoniam verebantur, ne detegerentur, aliud p
fugium non habuerunt, in hac vita, pro innocentiæ ſuæ patro
nio, quàm vt ab auxilio diuino penderent, eoque orationes ſ
omnes referrent. Itaque conſpirarunt, vt præter pœnitentias, q
ordinariè domi fiebant, oratio, quæ dicitur, quadraginta hora
prolongaretur ad centum ſexaginta eoque amplius dies, idque
ne intermiſſione vlla, tam nocturnis quam diurnis horis, ſic vt
nuſquiſque præſtò eſſet, quando vocabatur. ac viri quidem cō
niebant in Eccleſia Miſericordiæ, feminæ verò in primaria c
mo, in qua inſtituta erat oratio quadraginta horarum. Denic
conſtantia eorum in tam ſancto exercitio à Domino noſtro i
petratum eſt, quod erat in votis. Taicoſama enim omnes è vinc
lis dimiſit, ſanoſque & incolumes ad ſuos remiſit.

Multa perſcribi poſſent de Sodalitate Miſericordiæ Nanga
chanæ, eiuſque fructu, quem facit, in ſubleuandis egenis, aliiſq
ſimilibus actionibus. Verùm nunc ſatis erit indicare, quàm hoc
pus pietatis Chriſtianæ omnibus probetur, quamque bene aud
tam apud Ethnicos, quàm apud fideles. Nam ſuperioribus ann
cùm Taicoſama iuſſiſſet ſolo æquari omnes Eccleſias, hæc ſ
Miſericordiæ ſubuerſa non eſt, ob bona opera, quę in illa fieba
vti affirmarunt Officiales Taicoſamæ.

Prætermitto etiam quot occaſiones diuini numinis offend
di beneficio Congregationis conceptæ Virginis MARIÆ ſ
ſubla

blatæ:quæq; remedia,cum aliis bonis operibus,curandis tantis alis ſint adhibita;eſſet enim narratio æquo longior. Itaque vt ɔncludam de rebus Nangaſachanis, dico, licèt à Chriſtianis in ɔc portu agentibus nullus alius eſſet conſecutus fructus, quàm iòd ſanctæ vitæ ſuæ exẽplo,laudabiliq; cõſuetudine bonis opeɔus ornata,mouerint gentiles aliunde Nangaſachum veniẽtes; aures præberent rebus ad ſalutem ſpectantibus, & vt precibus iam impulſi catecheſin Chriſtianam audirent, is ſatis magnus titiſſet,nec laudandæ diuinæ clementiæ materia defuiſſet. Hoc uidem anno nonageſimo-quinto in ditione Nangaſachana ſaɔ lauacro Baptiſmi abluti ſunt quadringenti-duodecim, atque ter illos Tarazauondonus,cuius conuerſio quantum valeat ad nplificandam rem Chriſtianam, facilè intelligi poterit ex iis, æ aliàs de eo conſcripta ſunt. Certè in conuerſione eius liidò apparet,quanta ſit ſancti Euangelii efficacia,quantumque hoc vno principio, quod in eius conuerſione eluxit, in poſten ſit ſperandum de aliis. Nam cùm ille in ſummo adoleſntiæ flore, nempe vigeſimo-ſeptimo ætatis, verſetur, quæ is voluptatum illecebra ſolet juuenes in extremam vitæ licenm, Euangelica omnino repugnantem, abripere: deinde ins nouis à Taicoſama augeatur honoribus, & tamen complendo ſanctam fidem noſtram ſe in diſcrimen conjiciat omniũ tunarum, clariſſimum in ſe diuinæ gratiæ operantis ſignum ,fore,vt aliquando hoc vberiores edat fructus, quo ætati maiori egregia virtute ornatæ major apud omnes auctoritas acſerit.

Quod de Nangaſacho diximus, idem poteſt dici de pietate riſtianorum in vrbe Omura, eóque veriùs, quòd ad vitam piè ctéque traducendam ſuorumDominorũ,nempe Domini San- DominæCatharinæ,aliorumque Dominorum,viuis exemplis itentur; de quorum virtute ſcribere nihil eſt neceſſe. cum exratior ſit omnibus, quàm ego exponere poſſim. Quare & nutus Confeſſionum inibi-auditarum non exæquat modò Nanachanum, ſed etiam ſuperat,fuit enim ſedecim millium.Quãım baptizatorum numerus inferior extiterit,nempe trecento- tantùm; nec mirum, quia tota illa ditio Chriſto nomen antè dedit; gentiles autem illi baptizati, ſedes ſuas recenter a fixerant. Qua in conuerſione illud memorabile accidit ex eorum numero adoleſcenti, quod hîc commemorabo. n dictus adoleſcens,ex hoſtium ſuorum, à quibus ad cædem rebatur, manibus elapſus, recepiſſet ſe in locum, vbi erat

Reſidentia pertinens ad domum Omuranam, ibique ilico ſe cōji
ceret in nauim, profecturus in regnum Coraianum, vbi Dominu
eius militabat; mox Pater qui degebat in Reſidentia ad locum ſ
contulit, & cum iuuene de fidei noſtræ myſteriis ita collocutu
eſt, vt non exiguum deſiderium audiendi catechiſmi oſtenderit
quo Chriſtianus fieri poſſet: Verùm quia iam-iam ſolutura era
nauis, venia à Patre poſtulata, abſceſſit. Vix nauim ingreſſus e
rat, ecce mox ventus mutatur, cogitur in tertium diem oppor
tunitatem nauigandi præſtolari. Sic audita Chriſtiana catechei
baptizatur; poſt baptiſmum verò rediturus ad nauim ab obuii
hoſtibus ſuis occiditur. Exemplum admirabile inſcrutabilis ſa
pientiæ æquè ac prouidentiæ diuinæ, vſurpantis tot tamque va
rios modos perducendi animam ad prædeſtinatum ſuæ ſalutis fi
nem. Sed audite nunc huius contrarium, quod accidit cuidan
Chriſtiano inter Ethnicos verſanti, qui inuſitata & admirabil
ratione mortem euaſit. Fuerat is, neſcio de quo furto, accuſatus
Et quia hoc crimen ſeueriſſimè caſtigatur in Iaponia, ſic vt d
eo, quantumuis minimo conuictus, morte, cum nulla veni
ſpe, mulctentur; nec tamen poſſent hunc Chriſtianum verè con
uincere, ecce mox gentiles eum obſident, & dum aliud non poſ
ſunt, importunè compellunt, vt ritu ipſis conſueto iuramentun
edat; qui erat, vt in folio chartæ ſubſcripto ſcriberet quod era
iurandum, deinde folio in palmam manus depoſito imponere
ferrum candens, manumque conſtringendo, in ſuum capu
vindictam & iram Chamis imprecaretur, ſi obiecti criminis re
foret. Quod ſi manus fortè amburatur, aiunt, experienti
probatum, eum noxæ eſſe reum; ſi verò a læſione cum foli
maneat immunis, eſſe innoxium. Cùm igitur hic Chriſtianu
in has anguſtias adductus eſſet, quippe, vel iurandum illi era
vel repudiato iuramento, quo ſe reum faciebat, vitæ diſcrime
adeundum, innocentiæ ſuæ confiſus dixit, fas ſibi non eſſe, vt po
te Chriſtiano, per falſum Deum Chami iurare, ſed tantùm per v
rum. Conſentiunt gentiles, vt per ſuum Deū iuret; ille ergo ſign
crucis in folio expreſſo, ferroque candenti impoſito, quia id fac
te cogebatur, magna animi præſidentia ferrum manu cōſtrinxi
Res mirabilis, nec manus nec folium amburitur. Itaque nō ſolù
ſolutus eſt pœna, quam gentiles illi minabantur, verùm etia
culpa, quam falſò illi impingebant.

De deuotione fideque magna, quam hi Chriſtiani habent
granis benedictis, aliàs ſcriptum eſt, quanto nimirum ſtudio il
expetant, quam diligenter conſeruent & intueantur: ſic vt in h
gene

:nere prorſus admiranda quædam acciderint. Ego breuiſsimè
io tantùm huius generis exempla perſtringam. Quodam in loco
mùræ Chriſtianus quidam habebat vnum tantùm granum be-
ctum: cuius vilis domuncula igne tota abſumpta eſt. Bonus ho-
o hoc infelici caſu angebatur plurimum, ac imprimis, quòd
m omni ſupellectile ſua etiam grani illius iacturam feciſſet.
tincto igitur igne, tanto deſiderio tenebatur recuperandi gra-
, vt totum diem in cineribus cribro incernendis conſumpſerit,
illud inuenire poſſet. Breuiter, viſum eſt Domino illum ſola-
in eodem domus loco tandem inuenit tam integrum, ac ſi
iis nunquam illud attigiſſet.

Idem accidit in domo cuiuſdam pauperculæ mulieris, quam
m flamma corripuiſſet, & illa conaretur quicquid poſſet ex igne
pere, oblita tamen eſt coronæ, quæ cum duabus ſphærulis be-
dictis in quadam conflagrantis domus parte ſuſpenſa erat. In-
idio reſtincto, mulier memor coronę vehementer doluit, ac
iagnum aliquod flagitium cōmiſiſſet, quòd illius, maximè au-
n duarum ſacrarum ſphærularum, memoriam depoſuiſſet.
ecce cùm omnia redacta eſſent in cineres, vtramque inter ci-
es, diu multumque quæſitam, intactam & ſaluam inuenit, cum
gna ipſius & reliquorum Chriſtianorum conſolatione. nec
um hoc miro euentu in ſua erga grana benedicta religione
ifirmata fuit.

## DE DOMO ARIMANA; DE SEMINA-RIO, ET RESIDENTIIS ARIÆ.

FRVCTVS in ſtatu Arimano, beneficio miniſteriorum no-
ſtrorum & Sodalitatum, quarum ſuprà mentionem feci-
mus, diuina gratia adiuuante, collectus fuit non pœniten-
; quotquot enim è noſtris operarii ibi verſantur, tantum pro-
erunt, vt ſeptem Sacerdotes viginti duo millia confeſſionum
ierint. Et quamuis D. Prothaſius cum flore ſuæ gentis agat in
no Coraiano, tamen Domina Lucia eius coniunx, & Domina
RIA eius mater, virtutum ſuarum exemplo magno adiumen-
in hanc rem fuerunt: ſic prorſus, vt è gentilibus, qui aliun-
n has partes commigrarunt, ab anno nonageſimo quarto bis
le trecēta & ſexaginta capita ſacris baptiſmi aquis tincta ſint,
ter mancipia multa bello Coraiano capta, è quibus partim
io ſuperiore, partim hoc anno, poſt Catecheſin auditam, bis
le eoque plura baptizata fuere.

Omitto Eccleſias in quibuſdam villis vel recens extructas, v
vbi ruinam minabantur reſtitutas. Taceo catecheſes & conci
nes, quarũ beneficio in cognitione Chriſtianæ legis, & CHRIS
IESV Domini noſtri, magnos progreſſus fecere. Non ſcribo qu
que de examine generali facto, pro iis, quibus aditus datus eſt
ſuſcipiendum auguſtiſſimum ſanctæ Euchariſtiæ Sacramentu
in quo actum eſt de pręparatione ac reuerentia ad hoc ſacrũ ep
lum neceſſaria: qua occaſione multi, ne à tam ſublimi m
ſterio arcerentur, vitam anteactam cum meliore commutaru
Nec agam de diuerberationibus quaque feria ſexta per Quadr
geſimam vſitatis, licèt enim populus Chriſtianus tanto ardo
concurrat, vt compleatur Eccleſia, tamen quia res eſt ordinari
non videbatur mei inſtituti de ea re tractare. Vnum tamen in h
argumento prætermittere non poſſum, quod vt rarum & extr
ordinarium eſt, ita facilè ſpecimen præbet eximii feruoris, q
flagrat his locis populus Chriſtianus. Quo tempore miniſtri T
coſamæ per ſtatum Arimenſem decurrebant, quidam Chriſti
nus, cùm fortè à quodam ad deſerendam fidem ſolicitaretu
metu perculſus quædam languidioris animi verba effutiit. H
poſtea ſeſe colligens, tantopere indoluit; vt nullo verbo ad quei
quam dicto, animo ad expiandum hunc lapſum per publicam p
nitentiam ardentiſſimo, autor fuerit cuidam, vt per vias public
elata voce clamaret: Talis, ob tale erratum commiſſum, loco p
nitentiæ facit diſciplinam. Itaque per omnes vias illius villæ, te
go denudato, ſe diuerberabat vſque ad ſanguinem: atque ita co
miſſi erroris noxam expians non minori ædificationi, quã
conſolationi omnibus Chriſtianis exſtitit. Poſſem id genus pl
ra commemorare exempla, ſed ne prolixitate tædium afferar
omitto.

De fructu & progreſſu in litteris æquè ac in virtute Iapone
ſium, qui in ſeminariis degunt, deque diſciplina eorum, qua er
diuntur, & bona ædificatione, quam omnibus præbent, anno pr
terito accuratè ſcriptum eſt. Quibus id tantùm nunc adjunga
humani generis hoſtem, dum videt in ſe parati arma per iſt
ſeminarii alumnos, multoſque in dies ſtrenuos operarios
ſuam perniciem in campum emitti; qui prædam ei ex imis fau
bus eripiant, omnes machinas ad euertendum ſeminarium adh
bere, ſicut non ſemel toto hoc perſecutionis tempore fecit. ſ
fruſtra; & irrito conatu. Ac denique videns nunc non ſolùm ill
ſaluum & incolume perſiſtere, ſed etiam ſe inuito indies eff
reicere magis, autor fuit cuidam famulo domus, cum po
fac

ilè ad magnas opes peruenire, ſi nocte in ædes ſeminarii ignem iceret. Patres enim ſimulatque viderent conflagrare ſemina-, fuga relictis omnibus dilapſuros, ac ita ipſum poſſe furto au-re, quicquid collibuiſſet. Ille vti erat ætate adoleſcens, & exigui ebri, ita exiſtimauit hoc conſilium admodum eſſe opportunũ, conſequenda ea, quæ tantopere deſiderabat. Nocte itaque cu-ulis injicit ignem: quæ quoniam lignea erant, & inter ſe con-a, cohibere flammam non potuerunt. Supellex tamen omnis ia remanſit, quia tempeſtiuè flammis erepta. Periculum fuit n exiguum; omnes enim ferè iam in lectis obdormierant, ex-tis paucis, qui nondum cubitum conceſſerant: & quoniã ſta-notarant ignem, clamore ſuo omnes excitarũt, vt periculum ugerint. Tunc Arima, quæ non lõgè aberat à Seminario, mox ltis ſtipatus equitibus accurrit gubernator, incendii magnitu-e motus; incendiarium ipſum, indiciis quibuſdam ab aliis do-s famulis cognitũ, comprehendit, & autore mali certò patefa-, ſcopoque incendii excitati ab eodem cognito, tandem morte lcatus eſt. atq; hoc ſolet eſſe lucrũ, quod miſelli homines ſuis ditionibus faciunt. Quod verò lucrum ex eodem facinore ac-erit ſatanæ mali inuentori, intellige ex eo quod ſequitur: Fe-enim funeſtus hic caſus, vt Seminarium tranſlatum ſit ad Re-ntiam Arienſem, locum omnium in his partibus maximum & iliſſimum, & ab altera quaſi parte Arimæ, dimidii milliarii in-ıallo ſitum, vbi annis ſuperioribus fuerat Collegiũ. Itaq; tota turba juuenũ, in veterem illam habitationem, auxilio Domi-oannis D. Prothaſii patrui, ibi degentis, quoad commodè potuit, accommodatam, deducta eſt, cum bona ſpe noui Se-arii loco commodiore aliquãdo erigendi, cùm D. Prothaſius llo redierit. Cùm verò tot Sacerdotes & fratres in ſeminario arentur, excurſione facta in vicinas villas & oppida, paſſim do-na Chriſtiana expoſita eſt, aliaque Societatis miniſteria vſur-; inductæ quoque B. Virginis Mariæ Sodalitates, tantuſque onfeſſionibus auditis conſtitit fructus, vt, à tempore quo Se-arium in Aria ſtetit, decies mille confeſſiones exceptæ fue-Atque hoc eſt lucrum, quod fecit aduerſarius noſter; neque n ſolũ non poterant hæc iam dicta fieri per noſtros ordinariè ntes Ariæ, ſed neque in ſeminario, ſi in loco priſtino, vbi nul-rat populi concurſus, perſtitiſſet.

ona autem huius fructus pars debetur bono exemplo piæ vi-omini Ioannis, & Dominæ Hieronymæ eius conjugis, qui addicti ſunt eleemoſynis in pauperes erogandis, aliiſque

ſanctis operibus præſtandis. Vnde Dominæ Hieronymæ ſatis
fuit Eccleſiam in honorem S. Hieronymi excitaſſe, & vectig
annuo dotaſſe in quodam loco Ariæ vicino, ſed preterea vnà cu
marito aliam exſtruxit intra Ariam, omnium, quæ viſuntur
Scimo, præſtantiſſimam; facilè vt liqueat, quàm prudenter in
gilent ſuæ ſaluti procurandæ. Eorundem autoritate multę diſſe
ſiones ſunt compreſſæ, & variæ occaſiones diuinā offendendi m
jeſtatem ſublatæ.

## DE COLLEGIO ET RESIDENTIA AMACVSÆ.

IN hoc Collegio ferè quinquaginta de noſtris vixere, & in t
bus eiuſdem Reſidentiis ſex alii. Quorum occupationes f
ctusq; ex illis in proximo collectus nō abſimilis fuit, diuina
ſpirante gratia, iis quæ iam dicta ſunt. Qui vt exiſteret vberior,
peram dedere noſtri primùm, vt exercitiis ſpiritalibus noua
mentem exſuſcitarent, deinde, vt illis mortificationes conſu
tas aliaque pia opera adjungerent, atque ita in rebus ad diuinu
cultum gloriamque pertinentibus idonea ſe inſtrumenta ſu
mo artifici Deo præſtarent. Itaque doctrinam Chriſtianam pu
ris inſtillare, concionibus homines adjuuare, mederi multis p
turbationibus & diſſidiis, homines è ſordibus peruerſæ vitæ
trahere, perpetuum fuit noſtrorum exercitium. Confeſſiones
cies ſepties mille eoque plures auditæ. Centum ſupra mille ſa
berrimis Baptiſmi aquis eluti. Plurimum ad hanc rem iuuêre
belli ſpirituales, quorum ſuprà mentionem fecimus, inter
Chriſtianos diſtributi. Profuêre quoque non parum Sodalita
iam dictæ. Nouorum item templorum ædificatione vehemen
creuit ardor fidelium: ſic vt multis gentilibus, quos hoc ſpiri
tum verbis tum vitæ exemplo, longè verbis efficaciore, permo
re ad audiendum Catechiſmum, auctores fuerint ſuſcipiendi B
ptiſmi: vti contigit in Reſidentia Voiana, vbi hoc ſtudio ſept
genti ad Chriſtum ſe aggregârunt.

Eadem doctrinæ, prædicationis, & confeſſionum miniſte
exercuimus in Firando, Goto, & Facata, ſic vt Firandi auditæ
ter mille confeſſiones, eoque plures, quod ſatis eſt pro num
ſacerdotum ibi degentium. Et vnus ex Firādenſibus Patribus
Goto nongentorum hominum peccata audiuit, baptizauit
tem ſexaginta. Item mutato habitu (locus enim erat gentiliu
poſtea conceſſit Facatam, ad viſendos, qui inibi ſunt, Chriſtian

& pau

paucis diebus, quibus apud eos commoratus, majori parti au-
s præbuit, centum Sacramentalibus aquis expiauit. Deniq; tan-
s fuit hominũ concurſus, vt ne in apertum diſcrimen venirent
nia, neceſſe fuerit inde diſcedere, & tempus magis opportunũ
ectare ad ſatisfaciendum eorum deſiderio. Atque ideò digreſ-
ad Inſulam, magna lætitia receptus eſt à Domina MARIA Au-
ſtini filia, cõfeſsionibus multorum locum dedit, & quadragin-
tres Ethnicos baptizauit. Habet hæc Domina in ædibus ſuis a-
n affabre exornatam, ante quam omnes feminæ domeſticę co-
ntur ſuas habere preces horis veſpertinis. Quibus abſolutis re-
antur litaniæ, poſt quas ſæpenumero faciunt diſciplinam. Ma-
o zelo id laborat, vt familia tota diuinis pareat mandatis, & vi-
Chriſtiano homine dignã inſtituat: vt verè locus ſit hic diuinæ
nitatis extollendæ, quòd tam munifica manu tantũ ſpiritũ vni
deſcentulæ viginti duorum annorum, cuiuſmodi illa eſt, im-
tiuerit.

Proximis his menſibus maritus ex Coraiano regno inter alia
it illi dono duos puerulos bello captos, quorum alter erat Se-
tarii Regis Coraiani filius, alter ex ſtemmate admodum nobi-
Verùm bona Domina miſerta pueritiæ & nobilitatis in ſtatum
ilẽ redactæ, non potuit eos oculis diutius ſuſtinere ſuis: ita-
vtrumque ſeruitute liberatum donauit Eccleſiæ, & alterum
dem filium, nempe Secretarii, amãdauit ad ſeminarium, vt ibi
itteris & pietate inſtitueretur; alterum verò, vt ætate tenerio-
, ſecum domi retinuit, donec per annos idoneus ad diſciplinã
inarii reddatur.

## DE QVIBVSDAM MISSIONIBVS EX SCIMO.

X partibus Scimanis, in quibus ſunt omnes Domus & Re-
ſidentiæ, de quibus hactenus egimus, hoc ipſo tempore ali-
quot inſtitutæ ſunt Miſsiones ad alia regna, ex quibus Do-
o meſsis placuit aliquot fructus colligere iam ſubjiciendos.
na fuit P. Gregorii Ceſpedes in regnum Corai, quæ licèt in-
ata ſit anno ſuperiore, quia tamen hoc anno cõtinuata eſt, re-
is adnumerari poteſt. Huius beneficio multæ occaſiones vitæ
atioris, quam bella pariunt, Chriſtianis ibi verſantibus ab-
ę ſunt, ac nonnulli principes viri Baptiſmi Sacramento initia-
filius Cicuſcindoni, (cuius ſtatus æqualis eſt Omurano vel
nenſi) cum aliquot primariis eius equitibus. Tantuſque ex

doctrina, concionibus, confeſſionibus, ſimilibuſque exercitiis c
ſecutus eſt fructus, vt omnium bonorum inimicus, tantum b
num inuidens nobis, commentus ſit modum, quo non modò t
tum hunc fructum impediret, ſed etiam omnino Auguſtinum
ſummum fortunarum vitæque diſcrimen adduceret. Immiſit
nim in quorundam eius æmulorum mentem, ac ſigillatim gen
lis cuiuſdam Domini, cuius ditio Auguſtini ſtatui proxima e
iam tempus præſto eſſe, in eam calamitatem eum præcipitan
à qua nunquam reſpirare poſſet, nempe, deferendi eius nom
apud Taicoſamam, quòd contra eius edicta Patri Ceſpe
concionandi, Confeſſiones excipiendi, multoſque ſacris aq
abluendi poteſtatem feciſſet. Verùm Auguſtinus ea de re co
monefactus, confeſtim Patrem in Iaponiam amandauit, & du
aduerſarii opportunitatem præſtolantur, diabolicas ſuas mac
nationes exequendi, ipſe quoque a Taicoſama in Iaponem,
concludendam confœderationem pacis cum Coraianis inita
reuocatur. Quodam deinde die in ſermonem cum Taicoſama h
bitum dedita opera induxit mentionem de naui Luſitana, q
illo anno non appulerat, vt paulatim eum non animaduerte
tem pertraheret ad id quod volebat, hoc eſt, vt Taicoſamam
modo informaret, vt nullus deinceps locus querelis, quæ
miſſione Coraiana deinceps incidere poſſent, relinqueretur. A
ideo aptiſſimo quodam modo expoſuit Taicoſamæ, ſe, cùm c
tior redditus eſſet, S. Excellentiā ſummo teneri deſiderio cogn
ſcendi cauſam, cur dicta nauis non aduenişſet, Nangaſacho e
caſſe quendam Patrem ſuum amicum, vnum ex iis, quibus S. E
cellentia poteſtatem ibi manendi fecerat, prolixeque cum eo
ea re pertractaſſe, & plenam ab eo informationem de tota ca
accepiſſe. Quod ita placuit Taicoſamæ, vt multis laudibus ce
braret Auguſtinum. Atque hac via non ſolùm maleuolis om
bus os obſtructum eſt, (cū enim Taicoſamę iam conſtaret rei ve
tas, ſi illi contrarium ingerere voluiſſent, ſibi magis quàm Au
ſtino nocuiſſent) ſed etiam honorem retulit à Taicoſama.

Altera Miſſio facta eſt in regnum Saſſumæ, ad preces e
rum Chriſtianorum, qui pro confeſſionibus ſuis paſtularan
Patre Viceprouinciali Sacerdotem. Itaque abiit eò Pater, & p
confeſſiones auditas, non antè regno exceſſit, quàm trece
capita Baptiſmi fonte perfudiſſet. In idē regnum, cùm fortè q
dam è fratribus noſtris tractandorum quorundam negotior
cauſa cum quodam Domino aliquando veniſſet, quo tempor
quatuor gentilibus, ob neſcio quæ delicta, extremum ſumeba

ſupp

ipplicium,dictus frater cæpit tractare cum reis de ſancti Baptiſ-
i ad ſalutem neceſſitate: Deus autem tantam eius verbis dedit
ficaciam, vt priùs omnes ſancto lauacro tincti renaſcerentur
tæ æternæ, quam defungerentur temporali. Et quia ſecundùm
ges Iaponicas è medio tollenda erat coniunx & liberi vnius è
ıatuor, licèt innoxii, ſupplicauit frater noſter Præfecto loci, vt
los vita donatos ſolo exilio multaret,& impetrauit. Amacuſam
einde deducti, ibi ſunt religioni Chriſtianæ initiati, licèt mater
ıucis poſt Baptiſmum diebus, cum magnis ſalutis ſignis,ad feli-
orem vitam commigrauit.

-TERTIA Miſſio inſtituta eſt in regnum Bungenſe, de cuius
lamitate copioſè ſcriptum eſt anno proximè exacto,atque ideo
on attinet illa hic repetere. id tantùm adiungam, ex omnibus
ıæ in hac mutatione rerum noſtrarum euenerunt, illud impri-
is notabile accidiſſe, quòd quo die anno 89 Rex Bungenſis ne-
ri ob fidem iuſſit bonum ſenem Ioannem, & corpus eius poſt
ortem,ad reliquorum Chriſtianorum terrorem,in crucem agi,
dem miſerrimè regno ſuo ſit ſpoliatus. Sic prorſus, vt videatur
ominus noſter perſpicuè indicare voluiſſe,talem pœnam cum
nto damno & contumelia coniunctum illum dicto lapſu pro-
eruiſſe. Ioannes verò nunc non ſolùm, poſt perpeſſam iniquè
rſecutionem, in cœlo, ſed etiam in terra eſt exaltatus, quod in
es non obſcuris ſignis diuinæ bonitati demonſtrare placuit. vt
im omittam, quanta deuotione Chriſtiani in eum iam in cœ-
regnantem ferantur, multis æquè gentilibus ac Chriſtianis
m ſæpius feriis ſextis lux quædam inſtar ſtellæ in aëre apparuit,
to vel decem cubitis eminens ſupra locum, in quo defixum
erat boni ſenis caput, ad aliorum terrorem. Illud quoque
on parum confirmat, in diuino conſpectu gratiſſimum fuiſſe
criſicium hoc à pio Ioanne DEO factum, quòd, euerſo
èt regno Bungenſi, Chriſtiani tamen omnes in Facata (vn-
ipſe oriundus erat, & vbi pro ſancta fide occubuit) non
odò in Catholica religione perſtiterint, ſed etiam nume-
mirabiliter augeſcant. Accedit, quòd eius ædes, quæ in
anus gentilis poſt mortem venerant, tandem in Eccleſiam
it conuerſæ. Gentilis enim ille luſtratus Baptiſmi aquis, aram
ea domo erexit, vt ſeruiret Chriſtianis templi loco. In hoc
dem loco Facatæ DEVS excitauit duos alios Chriſtianos, eo-
m ſpiritu, quo bonus Ioannes, præditos, qui in hac Bungi va-
tate tantundem faciũt,quãtum ille in extremo vitæ. Egenis ſi-
idem ſuccurrũt, ægros ſolantur, mortuos ſepeliũt, imbecilles

ad ſanctæ fidei conſtantiam animant; exhortationes faciunt, li-
bros ſpiritales prælegunt, gentiles Chriſtiana Catecheſi imbuũ,
pueros baptizant. Quibus rebus non ſolùm Chriſtianos in offi-
cio retinent, verùm etiam numerum eorum augent: nam
vbi antè bis mille, nunc ter mille capita Chriſtianorum cen-
ſentur.

Ex his omnibus clariſsimè liquet, quàm languida & imbecil-
lis ſit omnis ſapientia & potentia humana reſpectu diuinæ, qu
Rex tam potens, qui crucis ignominia conatus eſt infamare
perdere ſanctum, ipſe cum ſua inſigni infamia, beneficio crucis
cœlo & terra honorati, vt paulo antè dictum eſt, omnibus fort
nis euerſus eſt.

Cùm ergo miſeri illi Chriſtiani Bungenſes per dictas reru
conuerſiones in tanta calamitate eſſent, P. Viceprouincialis om
ni ſtudio conabatur illis aliquam afferre conſolationem. Ant
quam verò eò mitteret aliquot Patres, (regnum enim illud eſt
poteſtate Taicoſamæ, & ab eo per duos gentiles adminiſtratu
præmiſit vnum è noſtris fratribus, illius patriæ, habitu mutat
qui cognoſceret, poſsintne plures de noſtris ſecurè audiendis co
feſsionibus aliiſque ſolatiis adferendis ibi vacare; deq; tota re a
curatè referret. Fuit frater ille vbique receptus magna volupta
& caritate Chriſtianorum: & non ſolùm didicit poſſe ſecurè e
mitti Patres magno deſiderio hactenus expectatos, ſed etiam i
lorum opera amicitiam cum gubernatoribus gentilibus iniit, fa
cultatemque obtinuit concionãdi, baptizandi, & omnia alia m
niſteria noſtra exercendi: affirmaruntque ipſi gubernatores,
oculos ſuos ad omnia concluſuros. Vnde factum eſt, vt duoru
menſium interuallo, quo inter illos manſit, ſexcentis hominib
aditum dederit ad Baptiſmum, libros ſpiritales, globulos bened
ctos, & imagines, quæ ea de cauſa ſecum tulerat, inter illos diſtr
buerit. Certior deinde de omnibus redditus P. Viceprouinciali
amandauit eò ſubitò vnum Patrem cum eodem iam dicto fratr
Quo autem fructu ibi verſati ſint, liquet ex epiſtola Patris, quam
hîc ſubjiciam.

Hac, inquit, epiſtola breuiter itineris noſtri exitum perſcrib
Cùm perueniſſemus Corumam, incredibili humanitate à quo
dam Chriſtiano Sacaiano, nomine Iacobo, excepti ſumu
Hic cum alio quodam Meacenſi pacta conuenta iniit, de coger
dis omnibus feſtis in ædes ſuas Chriſtianis, ad habendas ibi pr
ces, & ſpiritalium librorum lectionem inſtituendam. Quod tar
ſtrenuè præſtant, nullus vt in eo loco degat, qui non ſit gnaru
omniun

mnium ad ſalutem pertinentium. Magno mihi ſolatio fuit vide-
e hos Chriſtianos, numeros trecentos: Confeſſiones eorum ex-
epi, &, quantum potui, in doctrina Chriſtiana inſtruxi.

CORVMA digreſſi, venimus poſt vnum milliarium ad domi-
am Iuliam viduam bonæ memoriæ regis Franciſci, quæ poſt filiũ
egno pulſum eò ſe receperat. Magnam voluptatem illi meus ad-
entus attulit, & cum omnibus ſuis feminis Sacramento Con-
eſsionis ſe per me DEO reconciliauit. Hinc Nacam profecti,
nuenimus certum hominem, qui ne deſereret fidem, exulabat à
atria, & curam habebat tradendæ doctrinæ Chriſtianæ. Poſt cõ-
eſsiones verò quorundam auditas, & ſeptem baptizatos, inde diſ-
eſsimus, peruenimuſque in alium quendam locum, vbi ſexagin-
a duas confeſſiones audiui, & quinquaginta duos ſacro lauacro
ſperſi. Dum hîc noctu diuque vacamus habendis concionibus, à
uindecim paſſuum millibus quidam Chriſtianus nomine Mat-
hæus aduenit, nos quærens, confeſſuſque, importunis precibus
ompulit nos, vt ſecum in patriam iremus, ibique confeſsiones
uodecim è ſuis exciperemus, & alios duodecim baptiſmo expia-
mus. Ex quibus duo poſt longam diſputationem habitam cum
eo ſocio tandem conuicti veritati Euangelicæ ceſſerunt, cum-
ue ſuis vxoribus & omni familia Sacramento baptiſmi Eccleſiæ
cœli fores ſibi aperuerunt.

Vt verò ad 6 Iulij tenuimus Amangucium, Chriſtiani magna
eneuolentia nos recepere, aperteque demonſtrarunt, quanto
eſiderio nos expectaſſent. Tanto enim ardore ad audiendũ Dei
erbum accurebant, vt opus fuerit ſæpius meo ſocio producere
rmonem vltra mediam noctem, dum ego vacarem confeſsioni-
us audiendis. Gentiles hîc baptizati ſunt circiter centum, ex iis
ui ad audiendam concionem aduolarant. Magnam conſolatio-
em boni Chriſtiani ex hac noſtra præſentia acceperunt, quia
ulto iam tempore nullum de Societate noſtra conſpexerant. A-
angucio iter inſtituimus verſus regnum Bigen, quod eſt filij
uambioendoni, vbi inuenimus trecentos Chriſtianos, ferè om-
s ex regno Bungenſi oriundos, huc delatos, quod regnum à Do-
ino Chriſtiano adminiſtraretur. Omnium confeſsiones exce-
, & viginti baptizaui. Denique attigimus regnum Bungenſe, vbi
nto deſiderio expectabamur; & primò quidem diuertimus Fa-
tum, vbi & nunc degimus, magna caritate à Chriſtianis habiti,
ui dicũtur eſſe ter mille, inter quos pro ratione officij noſtri cœ-
mus vacare audiendis confeſsionibus, concionibus habendis,
iiſque ad auxilium eorum ſpirituale præſtandis. Hæc ſunt,
quæ

quæ ſcripſit Pater in illam miſſionem ablegatus.

Quarta Miſſio facta eſt in regnum Cicunganum ad arcẽ quã dam Domini gentilis. Habebat enim ille, ob ſummam amicitia cum bono rege Franciſco cultam, in hac afflictione Bungenſi in arce ſua collectos multos equites & nobiles feminas Bungenſe qui quaſi ſacellum quoddam ibi conſecerant, in quod conuen rent, vel orandi vel de rebus ſpiritalibus tractandi cauſa. Itaqu ad petitionem horum bonorum Equitum huc a P. Viceprouin ciale miſſus eſt vnus Pater, qui confeſſionum aliorumque noſtro rum exercitiorum beneficio magnum ſolatiũ illis attulit, & plu res 40 gentilibus Chriſto regenerauit. Ex hoc propugnaculo d inde abiit Corumam, vbi iterum repetitæ ſunt confeſſiones. Ind multis precibus euocatus eſt ad nobilem quendam virum Cic ſcindonum, Coruma nouem milliaribus diſiunctum: quo cũ pa ter perueniſſet, nobilis ille multos gentiles conuocauit deſideri Catechiſmi audiendi iamdudum accẽſos: quem auditum ſic pro barunt, & menti impreſſerunt, vt 76 mox Chriſtianæ religion nomen dederint. Et vix baptizati, confeſtim varia idola Patri cõ burenda attulerunt: id enim ferè facere ſolent Iaponij, quampr mum conuertuntur. Speramus omnino, ſi coniecturam facere l cet, ex præſenti populi diſpoſitione, vbi Ciuſcindonus ex Corai no bello reuerterit, magnam Deo aſpirante fore conuerſionem Quam vt Deus nobis impartiri velit, ad ſui ſanctiſſimi nomin honorem & gloriam, diuinam eius bonitatem imploramus. AMEN.

Omitto, ne ſim longior, quæ facta ſint in Cicungo, Fingo, a liiſque locis, nam non minor in iis, concionum, confeſſionum catechiſmorum extitit fructus, quàm in ſupradictis. Quare con cludam Miſſiones illas in villa Cicũgo proxima. Itaque quo tem pore Societas in hac Regione Reſidentiam ſuam habebat, bapti mi quoque gratia donatus fuit huius villæ populus; & quamu deinceps Chriſtiano ritu & more vixiſſet, tamen magna penuri pabuli, tum doctrinæ ſacræ tum ſanctorum Sacramentorum, la borabat. Nunc ergo intelligens Patrem quendam octodecim ta tùm milliariorum interuallo abeſſe, ex ſummo confitendi deſide rio, moræ impatiens, cum magno periculo, penè totus ſe in viam dedit, (erant autem centum quinquaginta vtriuſque ſexus) & ad Patrem aduolauit, confeſſioneque facta, cum incredibili conſola tione & congratulatione domum repedauit. Ac non multo pò ſuæ virtutis & pietatis egregium ſpecimen dederunt. Domini enim quidam gentilis, neſcio qua de cauſa ira in illos accenſus

commi

minatus eſt illis, ni baptiſmo renuncient, ſe omnes enecturos. ...o impio mandato cognito, vnanimi ſententia & voluntate ...ſpirarunt, ſe vitam potiùs, quam fidem deſerturos, hominique ...ucis beneque conſideratis verbis, ac ſententiæ iam dictæ con... ...tancis, reſponderunt ſe eſſe inopes operarios, quibus incumbe... ...ſecundùm Iaponicas leges ſtatis temporibus Dominis ſuis ſer... ...re, quo in officio ſi deficerent, meritò multari poſſe. At cùm ha... ...enus nihil in eo genere à ſe peccatum fuerit; non videre ſe cau... ...n, cur mortem iure minari illis poſsit, quam hoc minùs com... ...eruiſſent, quo paratiores eſſent in poſterum ad ſeruiendum ea... ...m fide, quam hactenus præſtitiſſent. In cæteris, quæ ad conci... ...ndam animæ ſalutem attinerent, ſe prorſus decreuiſſe etiam cũ ...lle vitarum diſcrimine perſeuerare in veritate Euangelica. Ho... ...o vero ille gentilis audito tam libero reſponſo, non auſus eſt ...ngiùs progredi, nec vllám amplius illis afferre moleſtiam.

## DE MEACO.

QVAMVIS in his regnis noſtri ob præſentem Taicoſamam, qui nunc cum aula degit Meaci, non tam commodè operam dare poſsint iuuandis Chriſtianis, & idcirco ...nſideratiùs, quam in aliis Iaponiæ partibus, ad cauenda maiora ...ala, rem ſuam agant: tamen diuina ope non ſolùm incolumis ...huc exiſtit Meacenſis Eccleſia, ſed etiam amplificata eſt, vt pa... ...it ex iis quæ iam dicentur.

Degunt in Meacenſi hac ditione è Societate Sacerdotes tres, & ...tres quinque, vel, vt rectiùs dicam, continenter peregrinantur: ...n enim opem ferre debeant tot locis, & nunc hos nunc illos ...riſtianos totis his regnis ſparſos inuiſere, neceſſe eſt eos perpe... ...ò circuire. Quanquam negandum non eſt quoſdam illorum ſe... ...commorari Meaci, quod eſt caput Iaponiæ: nam eius guberna... ...Ghenefoin anno ſuperiore à Taicoſama impetrauit, vt P. Or... ...ntinus, noſtrorum in hoc Regno ſuperior, poſsit viuere Meaci ...cauſas alias præſcriptas, ſed ea conditione, vt nullam ibi habe... ...Eccleſiam, nec vllam baptizaret. Vnde factum eſt, vt ſub vm... ...licentiæ de vno Patre, & protectione dicti gubernatoris nobis ...nodum addicti, omnes reliqui de Societate in hac patria ver... ...tur & deliteſcant. Ex illis duo in ſectis Iaponicis ſunt verſatiſ... ...i, concionatorumque omnium præſtantiſsimi: cũ enim ex om... ...us locis ad hanc aulam varij confluant Domini, & quique Bõ... ...rum litteratiſsimi, opus habemus hominibus, qui, dum res po...
ſtulat,

ſtulat, cum illis conſerere manum poſsint.

Ob cauſas igitur antè allatas, in præſenti rerum ſtatu, id in primis enitendum eſt noſtris, vt quoad fieri poteſt, nõ magni c… curſus Christianorum in vnum locum fiant. Vnde intra Meacu… deſcriptæ ſunt ſedecim ædes, in quibus Christiani quoque die f… ſto tolerabili numero conueniant, ad commendandum ſe Deo i… precibus, & alia pia officia præſtanda; crebroque noſtri eòdẽ ve… titant, vel ſacri dicendi vel concionis habendæ cauſa. Atq; hac v… diuina maieſtas ſuum gregem paulatim multiplicat.

Multi quoque gentiles ad ædes noſtras, quas habemus Meac… occultè veniunt, audiendi catechiſmi cauſa, alij ex curioſitate t… tùm, alij deſiderio ſalutis procurandæ, ita vt cuique liberum ſi… facere quod collibuerit, vnde alij baptiſmum poſtulant, alij in i… fidelitate perſiſtunt, exiſtimantes æquo aſperiorem eſſe ſexti m… dati in Decalogo obſeruationem. Clariſſimè autem ex hoc eue… tu liquet, fidem eſſe donum altiſsimi, & non rem humanam. V… demus enim Euangelium ſanctum aliorum ingeniis ita conuen… re, ab iiſque probari, vt tamen voluntate illud non amplectantu… alios verò & ratione probare, & voluntate ſuſcipere; alios deniq… in priſtina cæcitate & incredulitate ob peccata ſua perſiſtere. D… uina tamen bonitas, quę ſemper ex malo bonum aliquod elicit, … omnibus hunc haurit fructum, quòd licèt extremi illi, volunta… illecebris præſentis vitæ allecta, & per prauos habitus à recto r… tionis iudicio deducta, veritati Euangelicæ obluctentur, tam… multum de veteri idolorum cultu & exiſtimatione detrahant, di… que aduertunt ſectas ſuas ex fabulis & mendaciis conſutas, ab i… abhorrere, & contrà ad res noſtras affici incipiant. Qua de cau… nunquam defuerunt, qui flagrante licet perſecutione in Meacen… regno ab idolis ad verum Deum confugerent, & maximè hoc a… no, quo ſexcenti homines ſuſcepto baptiſmo verum Deum agn… uerunt, è quibus multi ſunt equeſtris ordinis & illuſtres Domin… quemadmodum intelliget melius P.V. ex quadã epiſtola à P. O… gantino his verbis ad P. Viceprouincialem data.

Exiſtimo R. V. ex anni ſuperioris litteris cognouiſſe, quæ acc… derunt in hac ditione Meacenſi, nec dubito, quin magnam in… conſolationem acceperit, ſicut accipiet quoque ex hiſce præſent… bus. Quod enim ad ſtatum rei Christianæ attinet, is in dies l… tiores proceſſus habet. Sexcenti ſiquidem gentiles, & inter e… multi principes viri & illuſtres, ſacris aquis noxam originalẽ ab… terſerunt. Primus eorum fuit Sambutodonus nepos Nobuna… gæ, cuius erat legitimus ſucceſſor. Bimus fuit eo anno, quo N…

buna

manga & filius eius primogenitus, huius Samburodoni pater, ta defuncti ſunt: nunc verò Dominus eſt quaſi totius Regni Mi-, illi à Taicoſama dati pro imperio, quod illi poſt mortem pa-ri eripuit. Dominus hic annũ ętatis agit decimum-ſextum, ado-ſcens raræ indolis, ac proinde magnæ expectationis. Conſuetu-ne quorundam aulicorum Chriſtianorum (tantum valet pia & ncta conuerſatio) in hanc ſententiam venit; qui primùm effece-nt, vt afficeretur ad religionem Catholicam, tum vt catecheſi res præberet, denique vt caput ſacro baptiſmo cum tribus aliis ominis ſuis primariis ſubmitteret. Nunc tamen res data opera latur, ſi enim ſuboleret Taicoſama, verendum eſſet, ne vetus rſecutio recrudeſceret. Idem fecere filii duo Meacenſis Guber-toris Ghenefoin, cum duobus aliis cognatis. Quorum primus Taicoſama accipit quotannis pluſquam 50 aureorum ſcutato-m millia: alter verò ad maximam euectus eſt dignitatem, ex qua ilè gradus illi patebunt ad maiores.

Idem dico de fratre Hiciundoni Domini regni de Tango, co-ato Gratiæ, qui cum aliis quinque ſummatibus viris eſt bapti-us. Habet is in regno Tangano quadragies mille ſaccos orizæ vectigali annuo.

Neque hìc conſtitit res, ſed longiùs progreſſa eſt. Idem enim mplum ſecutus omnium belli ducum facilè princeps, ac cele-rimus ex iis quos Fidandonus Dominus de Voſciu habeat. Ha-hic Dominus in regno illo annuæ penſionis ſexagies mille au-s, tantiſque pollet opibus, ac qui ſecundas illius ſtatus obti-poſt Fidandonum. Tantam autem veritatis Catholicæ agno-ndæ lucem Dominus noſter illi communicauit, vt poſthabitis nibus periculis impendentibus vnum è noſtris voluerit. dedu-e in Voſciu, quo claro Euangelij lumine tenebræ eorum, qui llo regno degebant, caligine mortis obumbrati, diſcuterétur. ùm paſſus eſt ſibi perſuaderi hoc negotium neceſſariò in a-l tempus magis opportunum eſſe differendum. Miſſus fuit à coſama, poſt Fidandoni mortem non parum nobis noxiam, in ciu, eique regnum illud tanquam ſuum & proprium cómen-it. Antequam autem Meaco diſcederet, filio Fidandoni, ad m pertinet ſucceſſio in ſtatum, perſuaſit, vt vellet baptiſmum ipere, quod & proprio ore ſe recepit facturum. Ac ſpero, diui-gratia adiuuante, omnino ita fore.

Hìc ſpe alimur; ſed in eo quod ſubjiciam, ſpes in rem conuerſa Volo dicere, ex aula Mori Domini, tanta potentia præditi, vt è imperet regnis, & Taicoſamę gratiſsimi, vnum ex primariis

Dominis

Dominis ſanctoBaptiſmo initiatū,cùm inſtitutū animi ſui prin Domino ſuo ſignificaſſet.Non dubito eum Chriſtianis Amang cianis magno adiumento futurum, nec minùs laboraturum p conuerſione Mori,apud quem in tanta eſt autoritate.

Sacri item Baptiſmi aquis mundatus eſt conſobrinus quida Ciunangondoni, qui redditum habet triginta millium ſcuta rum.Cuius opera ſperamus tria regna, quæ habet eius conſob nus,aliquando Chriſtum reſpectura.Ac vt finem faciam, multi lij nobiles & Principes viri ſunt baptizati: ſic vt quaſi quotidie liquos,eoſque maxima parte nobiles & illuſtres,baptizemus;qu re non ſumus extra periculum,ſi res innoteſcat apud Taicoſam Tametſi enim diſſimulemus & obtegamus,quoad poſſumus,iſ conuerſiones:tamen quia ſacer hic ignis in variis partibus ſer longiùs,veremur,ne tandem in apertum erumpat. Vt vt accid nobis fas non eſt,aditu ouilis Eccleſiæ Chriſti prohibere eos,qu Spiritus ſanctus ſuo diuino afflatu ad illius ingreſſum impellit.

Hæc ſunt,quæ hucuſque ſcripſit P.Organtinus de iis,qui re ter ad ſanctæ fidei notitiam in regno Meacenſi adſpirarunt. V rùm vt aliquid etiam dicatur de antiquioribus Chriſtianis, t tantùm capita attingam, ex quibus cognoſci poſsit inſignis e rum virtus.

Superioribus menſibus mandauit Taicoſama nepoti cuida ſuo vnicè charo,recens apud Meacenſes vita defuncto, iuſta p ſolui,tam magnifico & ſolemni ritu, ac in Iapone vnquam ini tui poſſent.Mos autem apud Iaponios receptus eſt, vt ſtato qu dam tempore (quæ vna eſt ex funeralibus cærimoniis) omnes D mini,& alij, titulo aliquo honoris inſigniti, ſeorſim, prout vo bantur,honorem deferant ſtatuæ defuncti, & maximè incenſis doribus,vt fit in ſacrificiis,vaſculo ad id parato.Ad has igitur e quias inter cæteros inuitatus fuit primogenitus Genofoin Sa donus iam Chriſtianus,& ob dignitatem quam gerebat,vti de bat quoque hac cærimonia. Ea inchoata, aduertit ſe in mag hærere labyrintho. In mentem enim veniebat, ſi conſuetum h norem ſtatuæ deferre nollet,quando nomen ſuum è ſchedula ſ ordine à nobili quodam viro lectum fuiſſet, ſe apertum vitæ fortunarum diſcrimen aditurum: ſi verò deferret, videbat lapſu fore tanto grauiorem,quanto non iam humana, ſed diuina ma ſtas ampliùs offenderetur,deinde regno cœleſti excideret,&Ch ſtianis omnibus nō paruo offendiculo foret. Cùm ergo in ani decreuiſſet,neutiquam conſentire in illud ſecūdum, exiſtimau vt vtrique malo mederetur, ſibi foras egrediendum,vt ne,quan

non

omen eius legeretur, præſtò eſſet. Ceſſit, iuuante Deo, res feli-
ter. Nam nobilis ille, cuius erat ordine Dominos euocare, diui-
ns; vt apparet, cur Sacādonus ſe ſubtraxiſſet, nomine illius ſup-
eſſo, euocauit ſequentem. Nec notari eius abſentia ab aliis po-
it; ob ingentem turbam Dominorum ibi præſentium.
Nec minori laude dignus eſt, qui iam ſequitur. In regno Voa
Chriſtianæ religioni nomen dederant adoleſcentes duo anno-
n ſedecim. Quia de re certiores facti eorum parentes & cognati
ntiles ſic indignati ſunt, vt grauiſſimas minas eis intentarint,
eos abductos à ſancto itinere veræ terræ promiſſionis cæli, in
ſeram & cæcam Ægypti ſeruitutem reuocarent. Itaque mina-
ntur ſe eos, niſi deſerta & eiurata fide, pro genuinis filiis nō a-
ituros, nec curam illorum habituros: ſe quoque nunquam to-
aturos, vt homines ſuis in ædibus degerent, qui religionem cū
sChami pugnantem tuerentur, etiamſi eiuſdem ſtirpis & fami-
forent: neque enim ſe loco filiorum habere poſſe, qui à ma-
um ſuorum religione deſciuiſſent. Verùm beati iuuenes, qui
ertò patre in terra, meruerunt inuenire Patrem in cœlo, ani-
ti ab aliis Chriſtianis, fuga elapſi, ſe receperunt in regnum
no, vbi magna caritate excepti ſunt à Chriſtianis, & omnibus
us ad vitam neceſſariis inſtructi. Exactis autem quadraginta
bus, parentes, conſiderantes conſtans filiorum ſuorum propo-
im, & quòd ab externis hominibus alerentur, tandem mitiga-
cœperunt, & cor paternum declarare. Dolenteſque ſe tam feros
nhumanos in carnem & ſanguinem proprium fuiſſe, certos ho-
nes amandarunt, qui eos infimis precibus rogarent, vt domum
erterent, adiuncta promiſſione indubitata, ſe nunquam vlla in
propter ſuſceptam fidem, graues vel moleſtos futuros. Deni-
: victi importunis precibus, cum magno ſuorum gaudio &
tulatione victores eò redierunt, vnde impiis minis fugati
rant.
Veniam ad tertium caſum, non abſimilem ſuperiori, ſed hoc
labiliorem, quo in ætate lōgè imbecilliori accidit. Vixit Mea-
natrona venerabilis, genere nobilis, à bonis fortunæ diues, ſed
lto ditior & illuſtrior à bonis veræ pietatis, vti argumentis nō
curis, quamdiu in viuis fuit, præclarè oſtendit. Habebat hæc
no filio iam vita defuncto binos nepotulos, cum vna puella,
s domi ſuæ in timore Dei educabat. Mater harum, quia iu-
cula erat, alteras inierat nuptias, ſed cum homine Ethnico,
ita prima ſocru: itaque noui mariti colloquiis ita refrixit in
Chriſtiana, quam hactenus profeſſa erat, vt tandem eam

deſeruerit. Hoc ſcelus bona vetula matrona cum nepotibus tam indignè tulit, vt nunquam eam in ſuum conſpectum admiſerit, filij etiam pro matre agnoſcere noluerint. Interim bona vetula è viuis excedit, relinquit vtrũque nepotulum, alterum quatuordecim, alterum duodecim annorum, cũ ſorore paulo ambobus prouectiore, bene educatos & inſtitutos. Viſum eſt itaque nurui tempus opportunum reconciliandis ſibi filiorum animis, conſtituẽſque adire eorum ædes, præmittit, vt faciliùs eos placet, inſigne munuſculum, addens ſe mox ſecuturam. Audito hoc ingrato nũcio, filij nulla interpoſita mora, ne in conſpectum illius venirent domo excedunt, ſororcula autem ſe in abditiſſimum angulũ recondit. Cùm aduenisset mater, nec inuenisset filios, reſpõſum eſt quod acciderat. Tum illa etiam atque etiam obſecrare, vt ſi colloqui ſecum nollent, ſaltem exiguum hoc & rationi conſentaneum officium ſuæ genitrici præſtarent, vt in conſpectum ſuum ſe admitterent. Sed vanæ & irritæ fuêre eius preces. nihil enim aliud reſponderunt, quàm, ſe eam à tempore, quo ipſos deſeruiſſet, & ad idolorum cultum rediiſſet, pro genitrice vel matre minimè recognoſcere. Et quanquam iterum per cognatos, tamquã per interuentores, idẽ à filiis poſtularit, quod per ſe impetrare non poterat; tamen non potuit à priore propoſito eos deducere: quare & coacta fuit cum magno pudore & ignominia domũ nullo eorum conſpecto, redire. Ac meritò ſanè parentibus ſuis rebellant proprij filij, quando cum tanta perfidia impudenter (vti hæc infelix mater fecerat) renunciant ſuo Creatori.

Quòd ſi teneræ plantulæ in locis tam incultis producunt fructus tam nobiles, quid non facient ſenſu, ſapientia, & virtute ſolidiores? Vti vnus Iuſtus Vcondonus, & alij ſimiles? Certè hic Dominus vitæ ſuæ integritate tã multos hactenus permouit, vt meritò millies & iterum millies gratiæ agendæ ſint fonti gratiæ, à quo omnia bona in nos dimanant. Ille enim intelligens, quãtum referat ad amplificandum diuinum cultum, Dominorum animos habere deuinctos, vt faciliùs poſtea reliquũ vulgus lucrifieri poſſit, omnes curas & cogitationes in Principum virorum conuerſionem confert: quorum permulti iam occaſionem quærunt, vt declarent ſe palàm Chriſtianos.

Idem ferè affirmari poſſet de multis Chriſtianis Dominis è ſexu muliebri, vt de Domina Gratia, filia Achici, Domina de Tango, quæ in Chriſtianarum virtutum via mirabiles ſemper progreſſus fecit, nec habet ferè domi ſuæ alias mulieres, quàm Chriſtia-

nas,

nas. Clam quoque marito Hicundono duos filiolos ſuos baptizauit, & iam Hicundonum maritum ſuum ſermonibus ſuis eò perduxit, vt á ſancto Euangelio non ſit alienus; ſed quia iuuenis eſt ſolutioris vitæ, metu Taicoſamæ reformidat aures præbere Catechiſmo: præbiturus, vbi tempora fuerint meliora. Confido in hanc rem, aſpirante gratia Spiritus ſancti, non parum præſidij allaturam conuerſionem eius fratris, de quo ſuprà egimus, & preces Gratiæ vxoris eius.

Similia ſcribi poſſent de Domina Donna Mittia, ſorore D. Sāɉij, & coniuge Domini Firandenſis, de Domina item Maria, Auguſtini filia, & aliis Dominis.

Quamobrem mirum non eſt, bonum legis Euāgelicæ odorem, exemplis tam efficacibus excitatum, tam longè lateque ſpargi, vt etiam gentiles ipſi, non dico plebeij, ſed primarij vel bene ad Chriſtianam religionem afficiantur, vel certè bene de ea loquantur. Exempli cauſa: Præteritis menſibus mater Iuſti abierat viſitatum coniugem Taicoſamæ, ob dignitatem appellatam Mandocoroſamam: ibi in præſentia duarum Chriſtianarum feminarum, inter alias nobiles feminas, ei gratiſſimarum, cùm ſermo incidiſſet de Euangelio, Mandocoroſama dixit, ſibi ideó videri Chriſtianam legem omnium præſtantiſſimam, & omnibus Iaponiis ſectis anteferendam, quòd niteretur ratione: clareque indicabat vnum tantùm eſſe DEVM, Cami verò & Fotochi homines fuiſſe, non Deos. Et conuerſa ad Ioannem, vnam ex dictis feminis Chriſtianis, dixit: Nónne ita eſt Ioanna? quæ reſpondit ita eſſe, nec Chami alia re ab hominibus diſtare, quàm quòd Iaponij ineptè & temere illis diuinum honorem detuliſſent. Continuans deinde Mandocoroſama eundem ſermonem, ſubiecit, nulla re, ſuo iudicio, hanc veritatem magis confirmari, quàm quòd omnes Chriſtiani, nullo diſcrepante, idem aſſerant, quod de ſectis Iaponicis dici nequeat. His verbis animata alia Domina, coniunx Cigindoni, cœpit laudibus efferre, vel potiùs inchoatas laudes noſtræ ſanctæ legis continuare, concludens totam orationem, ſe vehementer optare, vt maritus ſuus Chriſtianus fiat, ſe eius exemplum ilico ſecuturam.

CÆTERVM, ſi quis teſtimonium hominum requirat, ad maiorem confirmationem optimæ exiſtimationis, quam gentiles habent de ſancta fide noſtra, credo, ſatis illi fore ipſum Taicoſama, qui ſuo ore crebriùs id confeſſus eſt. ac imprimis quodā die, cùm ſermonem haberet cum Benedicto Auguſtini fratre, & Gubernatore Sacaiano. In fine enim colloquij commendans illi iuſtitiā &

 ſinceri-

ſinceritatem in gubernando, ſic omnino inquit Taicoſama, volo ego, & à te iure ſuo poſtulat lex Chriſtiana. Aliàs quoque agens prolixè cum ſuis familiaribus Ethnicis, cùm quibuſdam illorum opportunum videretur tempus, eum arctioris amoris vinculo ſibi deuinciendi, cœpere eum per adulationem collaudare, quòd homines Societatis è Iaponia exturbaſſet, eſſe enim homines improbos, & impiam profiteri legem. Tum Taicóſama reſpondit: Vos ita dicitis, me eos exturbaſſe: ſed non fuit illa cauſa, quam allegaſtis. mihi enim nunquam aut Patres illi improbi viſi ſunt, aut lex eorum impia: imò ego affirmo, homines eſſe probos, & legem eorum bonam: ſed feci, quòd eſſent exteri & peregrini, ac lex illorum contraria eſſet Cami & Fotochi, qua ſectas noſtras omneſque priſcas Imperij noſtri cærimonias funditus euertebant, cum ludibrio & ignominia noſtrorum Chami.

Finem faciam harum annuarum conuerſione cuiuſdam cæci, quam idcirco commemorabo, quòd corroberet illud, quod paulo antè dicebam, à gentilibus etiam ſanctam fidem noſtram collaudari. Notum eſt in Iaponia cæcos, quorum inibi magnus eſt numerus, eſſe in æſtimatione non parua. Habent enim ex veteribus priuilegiis inter ſe quaſi quandam Monarchiam, cuius caput degit Meaci, & ab omnibus loco Principis colitur. Varios hic dignitatum gradus ſub ſe continet, ad quas cæci ſucceſſiuè aſcendunt conuenienter doctrinæ, de qua à capite ſuo examinantur, ac ſimul fauori, quem quiſque apud eundem promeruit. Itaque ad dignitates eiuſmodi prouecti, maiorem quoque exiſtimationem conciliant apud Dominos, ſic vt dicti Domini in ſumma veneratione eos habeant, eorumque conſilio & opera in negotiis & negotiationibus magni momenti vtantur. Et quoniam ita promoti imperium vſurpant in alios cæcos inferiores, fit vt huiuſmodi dignitates omni ſtudio aucupentur, & munerum etiam corruptelis procurent. Maximum omnium appellant Cinghio, qui præter ampliſſimos redditus, & locum inter omnes Dominos honoratiſſimum, habet Collegium quaſi diſcipulorum ſub ſe & ſua protectione. Vnus igitur iſtorum Cinghiorum Meaci conuerſus eſt magni nominis & exiſtimationis apud Dominos, aiunt illum ſub ſe habere tria cæcorum millia, magnaque prudentia præditus eſt & ſatis eruditus in Iaponicis ſectis. Cùm audiret catechiſmum, multa dubia magna ingenij viuacitate proponebat. Ex omnibus Chriſtianæ doctrinæ myſteriis maximè illi arriſit, & catholicæ veritati intentum reddidit, beneficium redemptionis noſtræ à Saluatore noſtro IESV CHRISTO præſtitũ, quòd exiſtens Deus

noſtri

noſtra cauſa ſe eo vſque demiſerit, vt fieret homo, & deinceps cum anto ſuo labore (vt impenſiorem erga nos ingratos demõſtraret amorem) à morte æterna vindicarit. Nec obſcurè externis ſignis leclarauit, quanta interiori reuerentia hic cæcus ob tantum beneficium ſanctiſſimum IESV nomen proſequatur, nam quoties nominatur, magnam exteriùs reuerẽtiam oſtendit. Affirmat quoque magnum ſe diſcrimen inuenire inter myſteria, quæ in legibus aponicis de Fotoqui prædicantur, & noſtra quæ de ſacro Euangelio & Chriſto Domino noſtro commemorantur; illorum finem & ſcopum eſſe arrogantiam & faſtum, reddereque homines ſceleratos, horum verò humilitatem, patientiam & caritatem, & breuiter mundi deſpicientiam, ſuique ſtudioſos reddere pios & ſanctos. Atque illud eſt, quod hic cœcus radio cœleſtis luminis illuſtratus feliciore, quàm corporis oculo in ſancta fide noſtra Catholica perſpexit. Vtinam Deus, pro ſua immenſa bonitate, per hunc dignetur multos alios illuminare non tam à corporali, quã ſpiritali animæ cæcitate, quæ illa miſerabilior eſt, cæcitate, ad diuinæ ſuæ maieſtatis gloriam, cui ſemper debetur omnis laus & honor in cælo & in terra per infinita ſæculorum ſæcula, AMEN.

Reſtabat, vt agerem de morte Quabacondoni; verùm quia, ſicut initio indicaui, de ea ſeparatim alia epiſtola conſcripta eſt, facio finem petendo à V.P. ſanctam benedictionem, & commendãdo illi totam hanc Chriſtianam Eccleſiã, vt in eam multos emittat operarios, facilè enim ex hac epiſtola apparet, quantum in hac meſſe laboremus, & quam ingens ſit, diuina adiuuante clementia, apparatus, qui ſe oſtentat. Nangaſacho, 20. Octobr. 1595.

V. P.

Filius indignus in Domino.

*Aloyſius Frois.*

# ALOYSIVS FROIS ADMODVM R. P. CLAVDIO AQVAVIVA,

## PRÆPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV.

PROXIMA ſuperiore epiſtola annua breuiter ſcripſi, vel, vt rectiùs dicam, obiter indicaui, quis fructus hoc anno 95. in hac Meſſe Christiana fuerit diuina adiuuante grati[a] collectus. Sed quia prætereà in eundem annum incidit luctuoſus & extraordinarius caſus de trucidatione noui Quabacondoni, v[t] in eadem epiſtola inſinuatum eſt: qui licè[t] temporalis ſit, tamen quia ex eo clariùs agnoſci poterit horum Chriſtianorum ſtatus, & ſingularis Dei erga illos prouidentia dùm tantis periculis eos eripit, ſimulque ob oculos ponit, quantum valeat dæmon in homine Ethnico, gentilitatis tenebris & flagitiis immerſo, viſum eſt mihi faciendum, vt exactam totius rei perſequerer hiſtoriam & narrationem. In qua illud notandum eſt, quoties mentio futura erit Taicoſamæ, intellige eum qui ſuperioribus annis ſe appellauit Quabacondonum. Hoc enim nomen vnà cum dignitate tranſtulit in nepotem, vt alia[s] ſcriptum, & ſuo loco hîc reperetur. Itaque nomine Quabacondoni in hoc ſcripto intelligitur nouus, ſenioris nepos.

DE INI[...]

## DE INITIO ET ORIGINE DISCORDIÆ INTER TAICOSAMAM ET QVABACONDO-num eius nepotem.

HÆc vna ſemper fuit cura Taicoſamæ, hoc vnum ſtudium,
firmare Imperium ſuum,& Iaponiæ Monarchiam in ſuæ
ſtirpis propagare poſteros. Cùm verò liberis careret,quo-
um in regnum ſucceſſione apud poſteros perpetuã ſui alere poſ-
t memoriam;cogitationes omnes conuertit in eam viam & ra-
onem,qua commodiſſimè præſtare poſſet,quod tamdiu in ani-
o agitaſſet,nempe vt tres nepotes, quos ex vno germano fratre
ıbebat,ad ſummas dignitates eueheret. Itaque primo, quem
nperii ſucceſſorem deſignauit,attribuit regna quinque; Secun-
ɔ tria circum Meacum,tertio duo. Noluit tamen ita eſſe muni-
ıus in ſuos,quin maiorem ſui ſtatus partẽ reſeruarit ſibi. Vnde,
æterquam quòd ſit Dominus ſupremus, cui omnes Iaponiæ
omini obſequi tenentur, retinet etiam ſibi tanquam propria
ıatuordecim aut quindecim alia regna,quorum annuos reddi-
s ipſe recipit,nullo alio Domino in ea delegato. Reliquam re-
ıorum partem (nam in tota Iaponia numerantur ſexaginta ſex
gna) variis attribuit,quorum alii fuerant eius aulici, alii duces
lli,alii fidi amici, adiecta tamen conditione,vt quotannis tri-
ıti loco magnam pecuniæ ſummam penſitarent. Quos verò
ominos in veteri ſuo ſtatu vel regno reliquerat, ob eorum
tentiam, vel quorum regna non ita facilè commutare pote-
t, eos exactionibus aliiſque oneribus ſic premebat, vt ægrè
put attollere poſſent, ac vererentur etiam ne omnibus for-
nis ab eo exuerentur. Atque hac occaſione in conſilium
nit indicendi bellum Coraianis, vt regno illo ſub iugum
ſſo, quod dimidia tantùm parte Iaponio minus eſt, illud
è Iaponia digreſſis aſſignaret, & ipſe hac arte omnia eo-
m regna in Iaponia vſurparet. Cùm ergo modo ſupradicto
Iaponicas inſtituiſſet, opportunumque tempus adeſſe iu-
caſſet, conſilia iſta ſua diu animo preſſa exequendi, patefe-
Dominis, ſe cogitare de bello mouendo Coraianis, eo ſi-
idem non ſolùm magnam acceſſionem fore ad eorum for-
nas & ſtatum, ſed etiam, poſt relatam ex hoſte glorioſam
toriam, famam amplificati Imperii, nomenque eximii eo-
n roboris in remotiſſimas quaſque orbis partes cum ſumma
de dimanaturum. Verùm vt animos ſuorum efficaciùs

in hanc expeditionem accenderet, antequam copiæ conſcrib-rentur, voluit Dominum Tenſæ, hoc eſt Iaponiæ monarcham declarare è tribus nepotibus maximũ, qui id temporis vigeſimum quintum, nunc autem trigeſimum-primum ætatis annum agit, eique nomen dedit Quabacondoni, (quod eſt nomen, vt ſæpius ſcriptum eſt, dignitatis) vt indicaret ſe imperio velle cedere, omnemque gubernationem in nepotem transferre, ac omnibus faſtidioſis illius curis depoſitis priuatam & tranquillam vitam agere: contentum quoque nomine Taicoſamæ, quod eſt proprium Domini Tenſæ, quando filio renunciat imperium. Cæterùm hæc omnia ficte & in ſpeciem tantùm ab eo facta ſunt, vt nepoti, poſt mortem, tanquam capiti, maneret Iaponiæ imperium. Nam idem Taicoſama re ipſa ſemper vſurpauit omnem poteſtatem & imperium, nepos verò nihil aliud habuit, quàm nomen Quabacondoni. quanquam cum ſuis quinque regnis iam dictis, quæ ceu propria ſibi vendicabat, quia nominabatur Dominus Tenſæ, nihilominus admodum potens eſſet.

Hoc ergo peracto, collectiſque maximis militum copiis, omnibus Dominis ad quos minùs erat affectus mandauit, vt vna cum populo ſuo cognatis & famulis operam locarent Coraiano bello, certiores eos reddens, tantò militum numero, qui erat ducentorum millium, nullo labore Regnum illud occupari poſſe. Quod fecit, vt omnes tandem iuberet in eo regno remanere, quos exoptabat è Iaponia abeſſe, vt eiſdem hac arte ſua regna adimeret.

Hæc erant conſilia, hæ machinationes Taicoſamæ, ſecundùm prudentiam humanam non parum callidæ & efficaces, ſic vt non dubitaret de felici exitu, maximè vt vidit tam breui tempore maximam regni partem cum vrbe regia, capite regni, in ſuorum Ducum poteſtatem veniſſe. Quanquam communi opinione hominum contrarius potiùs belli exitus timebatur. Et fortè fieri poteſt, vt quod ingenii humani ſagacitas commenta erat, ad extollendam & in futura ſæcula propagandam familiæ gloriam, id iuſtiſſimo iudicio eius, qui gubernat omnia, (vt frequenter in hac inconſtantiæ valle contingit) ſit principium & origo certiſſimæ ruinæ eius & exilii ſempiterni. Cuius rei non leuia habemus indicia & ſigna. Nam cùm milites Taicoſamæ non potuerint toto regno Coraiano tandem potiri propter maxima præſidia a Rege Chinenſium ſubmiſſa, coacti ſunt tandem omnes copias ad procliuem oram maris traducere

ui nunc duodecim ferè arcibus continentur, & in dies ſenten-
am de confecta pace expectant. Quam tamen Chinenſes
ore ſuo inibunt, hoc eſt, vt ipſi permaneant Coraianorum
omini, Iaponii verò poſt tantas Taicoſamæ impenſas, poſt
midiatam copiarum partem bello amiſſam, ác denique
oſt partem exiſtimationis Domini ſui iacturam factam domum
uerterint.

In hoc ipſo bello obiit quoque nepos quidam Taicoſamæ,
rurſum alius anno præterito in ſummo ætatis flore Meaci,
ui quoniam in cæca infidelitate ſua exceſſit, à rerum mun-
inarum, dignitatumque proſperitate, ad mortem æternam
perpetuos inferni cruciatus tranſiit. Deinde poſtremo men-
Auguſto ipſe Taicoſama, ſicut infrà dicetur, tertium nepo-
m, quem fecerat Quabacondonum, è medio tolli curauit. At-
ie ita euerſis fractiſque columnis, in quas fallaces omnes ſpes
us inclinatæ recumbebant, procliue eſt, vt omnia tandem inci-
ant retro ſublapſa referri, ipſeque vno temporis momento hu-
s vitæ vſura & vniuerſa monarchia exuatur.

Erat hic Quabacondonus ætate iuuenis, natura ingenua &
erali, multis dotibus & donis conſpicua, ingenio ſcilicet acri
ſolerti, prudentia rara, humanitate ſingulari, aliiſque morum
timorum ornamentis. Oderat quoque execranda quædam
gitia, inter hos gentiles vſitata, amabat contrà decus omne &
neſtatem, delectabatur valde conſuetudine hominum ſapien-
im & doctrina præſtantium, lectioneque librorum Iaponico-
m quos ſcripſiſſet. Demonſtrabat enim ſe magnificare res reli-
onis noſtræ Chriſtianæ, & palàm prædicabat.

Vno tamen inſigni næuo notatus erat, cuius tanta erat fœ-
tas, vt non mediocriter obſcuraret, quicquid boni vel pulchri
tura in eum contuliſſet, vel addidiſſet induſtria: ex quo non
terat niſi magnum aliquod malum magnaque ſtrages toti
pendêre Iaponiæ, eoque maior, quo exiſteas manarcha po-
itiùs efficere poterat, ad quæ patranda eum effrenata animi
ies impuliſſet. Vitium autem erat huiuſmodi: Videbatur
n lacte belluinum imbuiſſe animum, ita ad humanum
guinem profundendum erat facilis, ac in mactandis homi-
us æquo immanior. Iamque ita conſuetudo illa mactan-
occalluerat, vt ex ſummis eius voluptatibus hæc vel præcipua
eretur, ſi miſeri homines trucidarentur, & crudeliter dila-
rentur. Quare & in dies ſtata quadam hora, oblectationis
olatij ſui cauſa, officio carnificis fungebatur, in trucidandis

iis, qui iudicis ſentētia morti erant addicti. Et hunc in finem iu-
ta palatium ſuum, locum editiorem, rotundum, vndique mur-
tum excitauit, arena intus plenum, in cuius medio ſtabat men-
eleganti opere, in quam rei extendebantur eo modo, quo illi co-
libuiſſet, aut etiam in pedes erecti conſiſtebant, vt poſſet illos pr-
ſua libidine machæra dilacerare: voluptateque magna afficieba-
tur, quando membratim tanta arte corpus truncabat, vt nec au-
cula potuerit accuratiùs lancinari. Aliàs miſeros loco viui ſco-
eſſe voluit, in quos vel telis vel ſclopis collimaret, vt ſic è vita to-
leret. Nonnunquam, noui Neronis inſtar, occidit feminas, vt co-
poris intima penetralia ac ſedem fœtus humani inſpiceret. Bre-
uiter, tam beſtialis erat eius feritas, vt etiam Caligulæ, Domitia-
ni, aliique tyranni, generis humani portenta, illi ceſſiſſe videan-
tur. Nec vnquam in hiſtoriis, quas legi, iuueni, vllum iſtorū ta-
fuiſſe barbarum & immanem, vt manibus propriis humano ſan-
guine terram fœdaret, vel qui hoc opere ſe tantopere oblectaſſe
vel etiam ſe iactaſſet in tam infami exercitio, ac ille fecit: cùm
res hæc etiam dedeceat hominem in minima dignitate conſtitu-
tum. Quocirca nec exitus eius alius videtur eſſe potuiſſe vel de-
buiſſe, quàm fuit, ſecundùm iuſtam ſententiam eius, qui in iud-
cio ſuo nec fallere nec falli poteſt.

Cauſæ igitur, ob quas primùm ortæ ſunt ſuſpiciones futur-
diſcordiæ inter Quabacondonum & Taicoſamam, fuêre ſequen-
tes: Prima, quia cùm adoleſcens proclamatus eſſet Dominus T-
ſæ, adiiſſetque poſſeſſionem Imperii, vt dictum eſt, ac nihilom-
nus eius adminiſtratio & gubernatio eſſet in manu ſenis, ſeque-
batur illa infallibilis conſequētia, (regnare enim non ſuſtinet r-
ualem) Quabacondonum non diu æquo animo toleraturum i-
lam rationem agendi patrui ſui, eiuſque Conſiliarios & amico-
deſiderio amplioris obtinendæ potentiæ in Iapone, ad id eum
impulſuros: nec acquieturos, niſi quod vellent, obtinuiſſen-
Altera cauſa eſt, quia durante Coraiano bello, Taicoſama b-
decreuerat eò amandare Quabacondonum, & iam effecera-
vt ilico ſe in viam daret. Illud verò maximam diſcordiæ cauſa-
dedit, quòd Taicoſamæ aliquando verbum illud elapſum ſi-
Regno Coraiano ſubacto, Quabacondonum ad Chinam e-
pugnandam progreſſurum, ibique tandem ſe cum noui Qu-
bacondoni nomine pro meritorum magnitudine eum remu-
neraturum. Verùm non parum id animum iuuenis perturba-
uit, vtpote hactenus contentiſſimi Imperio Iaponico, & ca-
lidi ſenis promiſſis, imò hoc grauiùs pupugit, quo clariùs pro-
ſpici

ciebat manifeſtiſſimum eſſe argumentum, ſe regno pellēdum: quo ſi pedem ſemel extulerit, non facilem fore deinde redi- n. vitam reliquam tranſactum iri in ſolo peregrino, in labori- s & periculis, idque exiguo vel nullo fructu, quam alioquin ;am & iucundam in Iaponia duxiſſet. Accedit, quòd nemo n vel mediocri prudentia preditus ſtultitiæ loco habuerit, ſine- è manibus elabi certum, quod iam tenebatur, pro incerto, od promittebatur. Quare non parum grauatè tulit, quòd ſe in n expeditionem parare cogeretur. Et licèt profectio ea conſe- a non ſit ob infelicem belli exitum, tamen ita res ea exacer- it Quabacondonum, vt nunquam ex animo deponere poſſet od patruus in ipſum machinabatur.

Tertia cauſa, quæ rem totam ad exitum ſuum perduxit, & cō- diam amborum diſſoluit, fuit, quòd ſub hoc tempus natus ſit icoſamæ ex vna coniugum vel concubinarum filius, ſi modò is eius fuit, & non alienus; de eo enim à quibuſdam dubita- ı eſt. Pro hoc autem filio curauit ſolenni ritu & cærimonia um diem agi, cum generali totius populi lætitia & con- tulatione, quemadmodum pro tanti Principis filio fieri con- ebat.

/ix autem is editus in lucem fuit, cùm Taicoſama interuer- mnibus prioribus conſiliis, quæ tantopere ei arriſerant, aliò :hinationes ſuas conuertit. Voluit enim puerum hunc à Qua- ondono adoptari in filium, ea mente, vt paulo pòſt eum cō- eret renūtiare & Quabacondoni titulo & imperii poſſeſſio- Qui prætextus vti non poterat eſſe obſcurus Quabacondono nia conſideranti, ita ſummam attulit moleſtiam & curam: e- :nim hoc tempore duobus tribúſve auctus filiis, quos, vbi ipſe ſatis Monarchiam, quoad licuiſſet, adminiſtraſſet, paterni ıi hæredes relinquere deſiderabat.

taq; cùm multi variique ſermones de toto hoc negotio inter ines diſceptationeſque agitarentur, non tantùm in aula, ſed n foris, in dies magis magiſque increbreſcebat rumor, aut oſamam à Quabacondono vel hunc ab illo mactandum.

:oc loco & ſtatu cùm res eſſet, ex priſca Iaponum conſuetu- , Taicoſama debuit nouum Quabacondonum celeberrime lam ritu & ceremonia inuiſere. Eſt enim in hac gente multis ſæculis confirmatus mos, vt quando Dominus Tenſæ ſfert in liberos ſtatum, non modò Domini omnes conferant ratum Dominum nouum, vt hac viſitatione cū recognoſcāt i Dominum ſuum: verùm etiam pareas, qui illi imperium

requn-

renuntiauit:idque fieri debet, vt dixi, publica ſolennitate & pom-
pa celeberrima. Quare cùm Taicoſama vnum iam perfeciſſe,
hoc eſt, renuntiaſſet Imperio, ſed modo antè dicto, reſtabat, v
eum quoque ſolenniter inuiſeret. Quod ille vehemẽter optaba
quia à quamplurimis annis talis celebritas inſtituta non fuera
(Nam multi ſuperiorum temporum Domini Tenſæ è medio ſu-
lati ſunt, antequam in alterum transferre poſſent regnorum ſc-
ptra) atque etiam, quia hæc ſolẽnis ceremonia vna eſt ex illuſtri-
ſimis, famoſiſsimiſque, quæ in Iaponia fieri poſſunt. Atque ide
quia ipſius cogitationibus admodum erat conſentanea, optan
ſcilicet æternam nominis ſui exſtare memoriam, decreuit ea
excellentiſſimo, quoad fieri poſſet, apparatu peragere. Idem de-
derabat ex animo Quabacondonus, videbat enim ſe & autorita
& majeſtate ampliori hac ratione in throno Iaponiæ imperia
collocandum.

Cognita itaque voluntate Taicoſamæ Quabacondonus, ce-
tis hominibus, conuiuiorum exquiſitorum regiorumque para-
dorum peritiſſimis, negotium dedit, vt breuiſſimo temporis i-
teruallo materiam neceſſariam prouiderent in ſumptuoſiſſimu
conuiuium, ad quod ſecundùm conſuetum Iaponiæ morem Ta-
coſama, omnéſque alii Domini, qui inuiſendi ipſius cauſa adue-
tarent, inuitarentur. Quare acciti ex variis partibus mille hom-
nes, omnium maximè idonei, vt cum decore menſæ Dominoru
dictorum inſeruirent. In ea verò lòca, quę abundabant ſiluis, m-
data data ſunt de inſtituendis venationibus, quæq; feræ vel vol-
cres viuæ caperentur, eæ incluſæ caueis mitterentur. Et quonia
Iaponii in huiuſmodi conuiuiis ſolent veſci carnibus & piſcibu
ordinatum quoque fuit, vt in multis fluminibus fieret piſcati-
piſceſque capti piſcinis includerentur, vt recentes & viui vſui e
poſſent. Denique mandatum fuit, vt, quicquid præterea ad pra-
magnificentiam vel conuiuarum dignitatem requireretur, af-
nim procuraretur.

Quoniam verò Iaponii ſolent, dum comedunt, more Turcic
ſedere humi ordine quodam, alii ex vna parte aulæ, alii ex alte-
ſic vt quilibet ſua menſula ante ſe cum dapibus depoſita vtat
vti conſuêrunt menſis quadratis, quarum majores latitudine p
mum vnum & dimidium paululum excedũt: eadem quoque p
minùs ſunt altitudine. Harum menſarum diuerſa conficiunt g
nera, aliæ enim ſunt altiores, aliæ nobiliores, conuenienter in-
nio & conditioni eius, qui in ea pranſurus eſt. Vnde & aliæ ſunt
puro ligno admodum candido & artificioſè elaborato, aliæ q
du

ſtæ ſunt quadam ſandaracha valde polita & excellenti, coloris
ri vel rubei, & inſtar ſpeculi relucenti: aliæ deinde ſunt ex ipſa
daracha confectæ, & more Iaponico auro variè perpolitæ. Ex
uiuiorum magnificentia ſumitur harum mēſarum numerus:
ordinariis enim conuiuiis cuique conuiuæ prima vice apponū-
ternæ ſimul, & in qualibet varia fercula inaurata, & modo ip-
am bene apparata. Sub finem conuiuii adferuntur tres aliæ
iores; cum bonis cibis ad bibendum. Cęterùm in conuiuiis ſo-
nibus; vt erat hoc Quabacondonii, plures ſunt cærimoniæ vſi-
e. Nam initio variæ inferuntur menſæ, & in medio earum ne-
quod ferculum, cum patera non admodum alta, ſed tamen
rata, & ingenioſè elaborata, quam vocant ipſi Sacanſuchi,
Quabacondonus vnumquemque Dominorum pro dignita-
d bibendū inuitat. Sublatis his menſis (Iaponii enim in cōui-
vnà cum ferculis menſas remouēt) cuique apponuntur quin-
aliæ: in fine verò adferuntur minores.
ro Quabacondoni ergo conuiuio, huiuſmodi menſarum tre-
m millia confecta ſunt, diſſimili tamen forma, aliæ pro viris,
pro mulieribus. Quę mulieres, vt omnis turbationis pręſcin-
ır occaſio, in loco tam ſeparato prandent, vt à viris ne videri
em poſſint.
Hoc toto apparatu tandem facto, cùm tempus iam adeſſet &
quo Taicoſama ſolennem hanc viſitationem facere debue-
eques quidam eius intimus eum admonuit, ne iret; verebatur
i, nec ſine cauſa, proditionem aliquam in illum diem concin-
m: adjungebat idem fidelis amicus ſeriæ admonitioni obſe-
ones cum adjuratione quadam, hoc efficaciores, quo ex ſin-
ore naſcebantur affectu, vt importunitate obtineret, quod
re periculi non poterat: ſic vt Taicoſama mutata animi ſen-
a, profectionem ſuam in octauum diem prorogârit: quæ res
eriam variorum ſermonum & ſuſpicionum dedit, quaſi ipſe
icem aliquem huius viſitationis exitum præſenſiſſet. Ipſum
Quabacondonum hoc momordit grauiùs, quo in majorem
contumeliam id cedebat, quoque terrorem ampliorem in-
impendentis ipſi ruinæ. Et quia Taicoſama eo temporis pū-
n hanc ſententiam venit, ne viſitatum iret, cùm iam
ia conuiuii fercula aliaque omnia parata ſtarent: majo-
orum partem, poſt tot impenſas, neceſſe fuit erogare &
ere.
terea Quabacondonus ita ſe deinde diligenter purgauit a-
uum patruum, tantumque apud illum effecit, vt Taicoſama

in animum induxerit, tandem illam viſitationem perficere: pu-
bat enim parum honorificum, ſi promiſsioni ſuæ, etiam cum a
quo periculo, non feciſſet ſatis; abjectique animi argumentũ ei
ſi non faciendo viſitationem declaraſſet ſe timere Quabacond
num. Eòdem incitabat, imò cogebat, quòd iam omnes Dom
inuitati ad celebritatem illam confluxiſſent, & reliqua omnia p
rata eſſent: ad hæc quòd videret rem in tantam Quabacondo
iniuriam vergere, vt ipſe palàm & aperta vi ſe vindicaturus vid
retur. Quocirca ſtudioſè in animo omnia verſans, & in euent
futuros ſeſe communiens, palatium Quabacondoni adiit; ſed
modo quo iam-iam ſubjiciemus.

## DE POMPA, QVA HÆC VISITATIO INST-TVTA, ET QVOMODO TAICOSAMA RE-ceptus ſit in arcem Iurazu.

TAicoſama pridie Viſitationis, ſolenni apparatu inſtitue
dæ, præmiſit cõjugem ſuam, nomine Mandocoroſomai
tunc agentem Fuſcimi, vno ab vrbe Meaco milliario
dimidiato, vbi Taicoſama nouam condit vrbem, & iam palatia e
citauit totius Iaponiæ magnificentiſſima; præmiſit, inquam,
nepotem cum nobili & illuſtri ſuo comitatu pro dignitate ſua i
uiſeret. Quod in hunc modum accidit:

Primùm omnis aulica turba longiſſimè, nempe ad tria paſſ
millia, pulcherrimo ordine procedebat: quam cuſtodiæ cauſa a
tecedebat ingens vis militum, ab armis ita nobiliter inſtructor
vt in quouis celeberrimo ſpectaculo comparêre potuerint. S
cundo loco inſequebantur tres arcæ longæ & grandes, elegar
opere, quibus incluſæ erant Mandocoroſamæ veſtes. Hic ſu
cedebant quinquaginta aliæ ciſtæ, quibus inerant veſtes pediſſ
quarum eius, aliarumque Dominarum comitãtium ipſam. Dei
de ſequebantur quindecim vel ſedecim equi, qui ornament
rum ſuorum ſplendore omnium in ſe oculos conuertebant, atq
etiam corda, ingentibus ſuis opibus, quas occultè geſtabant. I
rant enim auro argentoque ac reliquis onuſti donis, quibus ip
vnà cum marito donare Quabacondonum eiuſque familiam d
bebat. Quintum locũ tenebant primarii aulę Domini, omneſq
& ſinguli inuecti equis, ac ſtipati ſuis quiſque aulicis & vaſallis ſ
rica veſte indutis. ſexto prodibant lecticæ octo, cuiuſmodi in E
ropa non viſuntur, humeris deportatæ, quæ ſuo ſplendore n
minùs illuſtrem equitatum totum reddebant, quam gratum
arti

rtificium quo erant conſtructæ. Atque in his deferebantur ali-
uot nobiles feminæ. Poſt has ſequebatur lectica, qua inueheba-
ur Mandocoroſama, quæ pretio & artificio has alias longiùs ex-
:debat, quo perſona quæ illa ferebat dignitate & honore cæte-
s plus antecellebat. Habebat hæc lectica in parte anteriori ve-
ti cācellos mille ſectionibus artificioſiſſimè implexos, per quos
andocoroſama omnia videbat, ipſa non videbatur; ferebatur
tem humeris quorundam anteambulonum, ſplendidè veſtito-
m. Poſt hæc turba centum eoque ampliùs lecticarum, eadē for-
a (quæ erant aliarum nobiliſſimarum Dominarum) & ſimiliter
ſe omnium obtutus ſuo ornatu conuertebat, ſequebatur. De-
ıc viſebantur centum quinquaginta feminæ, omnes equites
endideque veſtitæ; vultu ſubtiliſſimo velo obtecto, quod ex
tice in faciem delabebatur; caput verò pileolis opertum habe-
nt pretioſiſſimis, ſiue artem ſiue ornatum ſpectes. Quælibet
tem ſuum habebat comitatum; & ſimul viros quoſdam; quorū
ilibet freno duos equos ducebat. Poſtremo loco reliqui omnes
ximo numero ſequebantur. Hac igitur ſplendiſſima pompa
idocoroſama ingreſſa arcem Iurazu, conſueta cærimonia cum
abacondono perfecta, obtulit ei multa dona ex auro, ar-
ıto, panno damaſceno; & alias res nobiles. Quabacon-
nus autem invicem eum multo pretioſioribus remuneraba-
.

)ie inſequenti deinde Taicoſama è ſuo palatio, quod non lō-
iberat à Iurazu, & quò pridie ſe contulerat, digreſſus, cum vni-
ſa nobilitate Iaponiæ in viam verſus nepotis palatium ſe de-
hoc ordine:

Primò à palatio, ex quo egrediebatur, vſque ad Iurazu, curauit
rdinem diſponi ſeptingentos milites, qui omnes gladium ſtri-
n in manibus tenerent, nec à ſe mutuo niſi duobus tribúſve
ibus diſtarent. Omnes hi erant ex populo Domini Mino, ne-
s Nobunangæ, cui iure debebatur Imperium; ſed vt in Iapo-
nagna eſt rerum viciſsitudo; effectus eſt nobilis aulicus
, qui priùs fuerat miniſter & Capitaneus eius aui, & à quo ha-
regnum Mino, ſicut diximus in litteris annuis, cùm agere-
de Meaco. Conſtituta ergo hac militum cuſtodia, primi om-
ı prodibant trecenti illuſtres Domini, cum ſuæ dignitatis
nibus, ac ſinguli comitatu aulicorum ſuorum aliorumque
itorum ſtipati. Hos proximè inſequebantur cæteri Do-
, quorum alii arcum, alii enſem, alii pugionem, alii alia ar-
'aicoſamæ præferebant. Ponè ſuccedebat currus, in quo erat

Taico-

Taicoſama, cuius opes ratione auri quod habebat & artificii quod cernebatur in ſculptura venuſtiſſima, ita capiebat ſpectantium animos, vt ſui compotes non viderentur.

Trahebatur à binis bobus atri coloris & grandibus, quarum cornua erant inaurata, ipſæ verò pannis purpureis aureiſque & cætero pretioſo ornatu opertæ, res ad aſpectum non ſolùm magnifica, ſed etiam jucundiſſima. Vtebatur autem bobus, nõ quod deeſſent illi equi, ad tam ſolennem apparatum idonei, cũ aliquot milleni huic pompæ adhiberentur; ſed vt hoc ritu declararet, qu inuiolabiles eſſe debeant priſcæ Iaponiorum conſuetudines & mores: quibus præcipitur, vt in ſimilibus pompis (quæ propria ſunt familiæ Dairi, veri antiquiſſimique horum regnorum Domini) Dominus Tenſæ, curru triumphali, ſicut Taicoſama, inuehatur. Erat quoque hic currus circũdatus multis honarariis adoleſcentulis, aliiſque nobilibus iuuenibus, qui pedites majoris reuerentiæ & honoris cauſa erga Domini ſui majeſtatem procedebant.

Cùm ergo Taicoſama cum tanto apparatu vrbem Meacenſem tranſiret, ecce tibi ex altera plateæ parte apparent multi Domini equites, qui è Quabacondoni digreſſi palatio obuiam procedebant Taicoſamæ, eoque cõſpecto omnes ex equis deſcendebant ſicut fecerant quoq; omnes è familia Taicoſamæ, qui ipſum præceſſerant, ordinéque vtrinque diſpoſiti, viam pararunt curribus tranſituris. Paulo pòſt aderat & Quabacondonus in alio curru qui pretio ſplendoréque non multum cedebat currui patrui. Hũ inſequebantur Cunghi, Domini ex ſtirpe & proſapia Dairi, qui que ſuo corporis cultu, comitante aula. Vterque currus Taicoſamæ & Quabacondoni obuiam ſibi facti ſunt in platea primaria Sed antequam omnino alter alteri jungeretur, vterque ſatis magno à ſe mutuo interuallo ſubſtitit. Interim Quabacondoni imperabat Dairo & Proregi Meacenſi, vt ex ſua parte irent receptum Taicoſamam, & conſuetas ſalutationes præſtarent. Contra Taicoſama duos alios amandabat, quorum alter eorum erat F dandonus Chriſtianus Nobunangę gener, vnuſque è maximis Iaponiæ Principibus: alter erat Dominus Tangi maritus Domin Donnæ Gratiæ, vt reciperent ex ſua parte Dominos à Quabac dono ad ſe miſſos: ſic prorſus vt iſtorum omnium rhedæ ſibi o currerent in ſpatio illo, quod medium inter Quabacondonum Taicoſamam intercedebat. Legatione acceptata, Taicoſamam retro currus ſuos obuerterunt, & proximi ei genibus manibuſ humi defixis clara voce lingua Iaponica dixère: Quabacu vona

ſcenſc

cuſciu banizi, quod ſonat lingua noſtra: Ait Quabacondonus, vt
rofectio Veſtræ Celſitudinis ad domum ſuam ſit pro mille homi-
bus, & decem millibus ſæculorum; ac ſi nos modo noſtro dice-
mus: Fiat cum felicitate multorum, eorumque proſperrimorū
nnorum. Ad quę verba ſenex intra currum reſpondit voce admo-
i graui & faſtuoſa: Sachige icatei icarei, id eſt, dicite illi, vt porrò
ogrediatur, & ego proximè ſequar. Hac prima cæremonia fini-
, rurſum Domini illi inſcenderunt ſuos equos, & eodem ordine,
uo venerant, comitantes Quabacondonum reuerterunt in Iu-
zu; Taicoſama ſimiliter cum ſuis omnibus Dominis idem iter
oſequebatur. Qui, quoniam erant à titulis illuſtres & viri Prin-
pes, eodemque ordine, ſinguli ſuis aulicis ſtipati, vt Taicoſama
cedebant, magnum ornamentum & ſplendorem huic celebri-
ti attulerant. Ac tantus horum Dominorum aliorumque nume-
s fuit, vt à matutino tempore vſque ad ſecundam pomeridia-
m continenter tranſirent: Cui verò à Taicoſama commiſſa eſt
ræcipua cura totius huius pompæ & apparatus inſtituendi, fuit
enefoin Gubernator, vel potiùs Prorex Meacenſis, vnus ex Tai-
ſamæ intimis, apud quem non parum promouet res noſtras, tā-
que affectu, atque ſi de ſuis ageret.
Taicoſama cùm perueniſſet ad arcem Iurazu, de curru non de-
ndens, ingreſſus eſt palatij aream, & delatus ad locum ſibi de-
iatum, deſcendit, magnoque honore & cærimonia à Dominis
roductus eſt in arcem, vbi conſueti ritus ſunt repetiti; in quo-
n fine regia omnia dona in ſua præſentia prolata ſecundùm
poniæ morem Quabacondono obtulit; qui ea ſibi cariſſima eſ-
ob dignitatem & pretium non obſcurè demonſtrauit, ac multo
gis propter fauorem, quem illi patruus hoc ritu detulit, meri-
omnibus aliis rebus anteferendū. Quocirca vt grati animi ali-
od erga eum teſtimonium viciſſim relinqueret, eiuſque bene-
entiam corroboraret magis, qui per ætatem inueteratumque
pitum cupidus erat huiuſmodi munerum, conatus eſt illum
nificentia & humanitate vincere. Itaq; Taicoſamæ longè prę-
tiora & pretioſiora dona obtulit, quàm ab ipſo accepiſſet. Ap-
atus pompaque omnis trium dierum, quibus Taicoſama in
azu permanſit, conuiuia, ludi, aliæque recreationes in concen-
muſico, comediis, & aliis exercitiis, tot taleſque fuere, vt ſi refe-
tur, omnem fidem ſuperaturæ videantur: vt meritò nomē ar-
conueniat cum rebus in ea peractis. Iurazu enim aliud nō eſt,
omnium voluptatum coniunctio. Verùm verſutus ſenex, à
ſcientia ſtimulatus, cùm vacuus metu non eſſet, ob contume-

liam antè nepoti illatam, ne tandem hæ deliciæ & blandimenta funeſto aliquo exitu terminarentur, & tutiore loco ſuę res eſſent, imperauit pluribus in partibus arcis Giurazu homines integra fidei diſponi: ſimulque curauit, vt Quabacondonus in aliud palatium diuerteret, eo quòd in tanta vicinia parum effici poſſet. Poſtea ad leniendum placandumque nepotis animum excogitauit extraordinarium remedium, vt nimirum cum eo colloquens, aſtutæ vulpis inſtar, mille inſolitis blanditiis mellitiſſimiſq; verbis illi perſuaderet, ſe intimè ipſum amare, & licèt lingua non ſatis exprimeret, nec etiam poſſet exprimere, ſui affectus in ipſum vehementiam, tamen facta ipſa longè verius & luculentius teſtimonium præbere, quàm altè pectori ſuo ſemper infixus fuerit, vt quòd eum inter omnes nepotes in ſucceſſorem ſuum elegiſſet: & idcirco in ipſo, velut in vnico ſuæ ſenectutis baculo, ſe ſpem ſuam collocaſſe, ab eoque tanquam columna ſolidiſſima gloriam totius generis ſui pendêre.

Quamobrem occaſione huius ſolennitatis, quæ ſingulis horis illi opportunitatem ſermonis huiuſmodi cùm nepote miſcendi offerebat, Taicoſama ilico rem aggreſſus eſt, ei indicans, cùm ſe mutuò, vt pater filium, complecti debeant, turpiſſima macula aſperſum iri vtriuſque exiſtimationem, ſi vel minima diſſenſio inter ipſos exorta eſſet. Verùm quamuis Taicoſama iuuenem ad concordiam impelleret, nobilitas tamen, ipſique aulæ equites, ſibi perſuadere non poterant, (tanta erat iniuriæ grauitas, & offenſio, quam Quabacondonus in Taicoſamam antè demonſtrarat) ipſum, contra communem Iaponiæ morem, a cæde patrui in hac celebritate abſtenturum. Atque ideo omnes rebus ſuis proſpiciebant, & in ædibus ſuis cuſtodes conſtituebant, ne ex improuiſo oborta aliqua mutatione regni è medio tollerentur. Quæ res omnibus ita certa erat, vt ſi vel minimus excitaretur forte ſtrepitus, exiſtimarẽt quæri ad cædem Taicoſamam. Vnde vna trium illarum noctium publica per vrbem fama volabat Taicoſamam eſſe occiſum. Cui famæ cauſam præbuit nocturna tranſlatio in locum laxiorem theatri, in quo agenda erat comœdia. Cùm enim eſſet ingens illius machina, opus erat, & hominibus multis, & multis accenſis facibus, ad illud transferendum. Quia autem, vt fieri ſolet, tranſlatio illa facta eſt cum multis cõfuſiſque clamoribus, agitationeq; varia tædarum: qui foris erant & longè audiebant & videbant, in ſuſpicionem venerunt cædem factam eſſe: ſic prorſus, vt multis horis, magnaque parte noctis Meaci non exiguum eſſet ea de re inter homines murmur, donec

ta luce animaduerterunt ſe halucinatos. videbant enim ſine
rturbatione lætitiam publicam continuari.
Triduo in his deliciis conſumpto, Taicoſama cum omni co-
tatu ſuo inuitatus eſt ad aliud conuiuium, à Fidandono ſum-
orum Iaponiæ Dominorum vno, genere, fortitudine, aliiſque
tibus illuſtriſſimo inſtructum, ſumptibus immenſis, & quale in
es conuiuas, talique tempori gaudij & lætitiæ pleniſſimo, cō-
ebat. Nam in auro tantùm, quo ſcutellæ & fercula obducta
runt, illi ſolùm conuiuio ſeruitura, impenſa facta eſt mille
adringentorum ſcutatorum. Licèt multi illuſtres Domini miſ-
præclaris ad Fidandonum muneribus nonnihil impenſas has
ninuerunt. Lex enim eſt in his regnis nobilis cuiuſdam huma-
atis & ciuilitatis, vt, quando Dominus aliquis illuſtris conui-
excipit Dominum Tenſæ, omnes alij Domini æquè illuſtres
cum magni pretij munera mittunt. ſic vt in hoc epulum Fi-
loni, vnus illi muneris loco miſerit quatuor millia aureorum.
a de cauſa tolerabiles videri poterant ſumptus, ſi de conuiuio
tùm inſtruendo agatur: at quoniam ſæpius dona, eaque maxi-
, pariter offerenda erant Taicoſamæ, in immenſum ſumptus
reſcebant. Mos ſiquidem receptus eſt, dum illuſtris perſona ad
uiuium inuitatur, vt eſt Dominus Tenſæ, nouies illi propina-
otum, ac quoties patera offertur, ſimul offerri donum pro po-
ini illi porrecto. Fidandonus igitur prima vice obtulit Taico-
æ quater mille & quingentos aureos, in totidem auri fruſtis.
ra, magnam vim ſerici; tertia, multos pannos damaſcenos; re-
is alia non abſimilia, ſic vt dona omnia, nouem illis vicibus
ata, valorem decem millium ſcutatorum longè exceſſerint.
ùm ô momentaneum & fallax huius vitæ gaudium, tantæ mi-
æ principium! Dum Fidandonus cogitat, ſe inter tot fauores,
lauſus, & feſtas conuiuarum voces ad culmen felicitatis con-
idiſſe, ecce mox importuna mors illi eripit vitam, ſuique ſtulti
oris conſcium reddidit, dum riſum doloribus, publicam læti-
 acerbo miſcet planctu, idque paucis poſt Taicoſamæ in Fuſ-
o reditum diebus.
n Fidandoni ædibus Taicoſama vnum tantùm diem hæſerat;
t aulici eius in tertium vſque diem in ſumma lætitia & volu-
e ibi commorati ſint. Inde autem digreſſus, ſequenti die cō-
t ſe in domum Gietazo, octo regnorum Domini, vt cum eo
nderet, vbi neque minore honore, nec inferiore pōpa, quàm
duobus factum erat, exceptus eſt. Qui eodem modo, poſt
eſſum Taicoſamæ in Fuſcimo, eius aulam in tertium vſque
 diem,

diem, vti fecerat Fidandonus, ſecum detinuit.

Fuſcimum reuerſus Taicoſama, ab eo tantopere amatum ;
& ſedem figere conſtituerat; cùm neſcio quid agi debuerit, v
ipſe magnam capiebat voluptatem; vt maiori ſpectatorũ app
ſu res tota perageretur, curauit Fuſcimum euocari Quabacon
num, rogauitque vt partem aliquam illius actionis ſuſtinere
let. non abnuit conditionem: perſonamque ſuam cum tanta
de & approbatione omnium ſuſtinuit, vt arrogantiſſimus ſe
impatiens laudum, quibus adoleſcens ab omnibus in cælum
rebatur, tantùm non miſerè occultis inuidiæ morſibus conſu
retur. Suſpicabatur enim palmam in hoc ſpectaculo dari nep
cumque ſibi anteferri: nam nonnũnquam & ipſe ſe ingereba
tripudia; & ſaltatum; ſed motu corporis tam incompoſito &
condito, vt decrepitum & delirum ſenem exprimeret.

At callidè diſſimulans ſibi moleſta eſſe nepotis præconia,
ipſo momento, Goſonio filio Nobunãgæ, qui in hoc exercitij
nere non cedebat Quabacondono, mandauit vt ipſe quoque
tatu induſtriam ſuam probaret, nempe vt hac ratione laudes
potis imminueret, ſi ex æquo aliquis cum eo venuſtate geſtu
certaret. Verùm callidus adoleſcens paruit quidem mandato
coſamæ, ſed data opera multos inter ſaltandum errores cõm
vt primas partes, quod modeſtia ab eo poſtulabat, relinqu
Quabacondono: ſeniq; ita placuêre errores ab adoleſcente
cti, vt nulla interpoſita mora, donarit illum ſex millibus ſacc
orizæ, & remotis arbitris cum eo collocutus, nullum finem f
enumerandis beneficiis, quæ à patruo eius Nobunanga acc
ſet: ac idcirco ſe vehementer dolere, quòd nimia ſeueritate
ipſo actum eſſet mittendo eum exultatum in extremas Iapo
partes: licèt id factum non eſſet, vt prorſus ſuis exueretur reg
ſed meliora illi attribuerentur: cuius rei plenam fidem facer
vberrimæ ſuæ ex oculis defluentes lachrymæ. Sed non erat e
hac vice cum homine inepto & fatuo: probè enim norat ſe
eius aſtus, & lachrymas illas non eſſe Crocodili lacrymas, q
ab oculis ex ſimulationis arcano eſſent extortæ: iam enim in
tum annum ſtatu ſuo fuerat ſpoliatus, & in exteras regione
actus: cumque eum ad aulam reuocaſſet, ne verbo quidem i
câ rat, ſe velle eum regnis ſuis reſtituere, tantum abeſt, vt vol
augere melioribus.

Occaſione autem huius ſolennitatis & pompæ, viſum eſt Q
bacondono ſecundò inuitare patruum ſuum, ad viſenda inge
& ſumptuoſa palatia, quæ Fuſcimi, eius amore adductus, exq

.Nec minoribus, quàm primum Meaci, impenſis, hoc conui-
um ſecundū apparari iuſſit. Non auſus fuit Taicoſama palàm
uſare, ſed promittendo in dies ſe poſtero die affuturum, rem
n longè prorogauit, vt tandem Quabacondoni conatus in ni-
um reciderit. Quæ res cor eius ita exaſperauit, odioque acer-
ſimo in patruum accendit, vt mœſtiſſimus & ex melancholia
aſi æger reuerterit in Iurazu, vbi (vel ad leniendam doloris a-
bitatem, vel vt exercitatione corporis promptior redderetur,
perficiendum facinus animo deſtinatum) nulla alia re ſe oble-
bat, quàm ſpectandis certaminibus palęſtritarum, digladia-
nibus, & ſagittariis in ſcopum collimantibus, aliiſque exerci-
ionibus ad artes bellicas ſpectantibus: ac in dies ferocior &
delior in hominibus trucidandis reddebatur.

## A OCCASIONE TAICOSAMA IN NECEM QVABACONDONI CONSPIRARIT.

QVABACONDONVS videns ſe in altum quoddam diffi-
cultatum pelagus prouectum, (is ferè omnis ambitionis
humanæ fructus eſt) primarios quoſque Dominos in par-
tes ſuas allicere conabatur. Cumque arbitraretur, ad id
nmodè extraque omnem ſuſpicionis aleam præſtandum, ſibi
icere dignitatem nouam, poſſeſſionemque Imperij, etiā inter-
ito fœdere, illos ſibi deuinciendos putauit. Itaque cuidam Do-
no ſibi fido, nomine Scirabingo, commiſit, vt ab illuſtriſſimis
buſque aulæ Dominis nomine ſuo poſtularet, vt cum iure iu-
do Chami facto ſanctè ſpōderent, ſcriptoque etiam, quod æ-
ım erat, manu propria teſtarentur, ſe fideles Domino ſuo futu-
, paratoſque ad præſtanda ſyncerè officia ſua in iis, quæ ipſe
peraſſet: talem enim eſſe modum vnum fidelitatis, amoris, &
fœderationis à Iaponiis vſurpari ſolitum.
Scirabingus igitur mandato Domini ſui facturus ſatis, primò
uenit quendam nouem regnorum Dominum, dictum Achi-
ıar: ſed is ab omni ratione alienum putauit, iuramentum fide-
tis exigere ab eo, qui nulla ſuſpicione laboraret, nec vlla re
ıis & oneroſus fuiſſet: reſpondit ergo, quoniam non videret
ſam vllam poſtulati, ſibi videri, nec præſtandam eſſe fidem,
exigeretur. Hoc reſponſo dato, Achiromar rem retulit ad
coſamam, petito conſilio, quid facto opus foret. Ille autem
ſuluit, vt pręſtaret iuramentum à Quabacondono poſtula-
. Omnia tandem ſupradicta ſcripta, quæ collecta ſunt, depo-

 ſita

ſita ſunt in manum vetulæ degentis in Quabacondoni palat
Vnde nonnulli conjiciebant, non alia de cauſa id factum, qu
vt Dominorum amicitia & fauor foueretur, ſecundum conſue
dinem Iaponiæ, & non quòd aliquid machinaretur in patruu
ſi enim id in animo propoſitum habuiſſet, maiorem ration
habiturum fuiſſe iuramentorum, nec à ſe tot aulicos aliosque
mines dimiſſurum, ac tam paucos præſidiarios milites retentu
ſi tamen non ita inſtituiſſet res ſuas, vt occultiora manerent a
mo incluſa conſilia.

Dum Quabacondonus in Iurazu his curis diſtinetur, ecce T
coſama mox iubet eum venire ad ſe, habere ſe, quod cum eo
quatur. Purgauit ſe tunc Quabacondonus, reſponditque ve
menter ſe affligi humore melancholico, itaque non poſſe ven
hac vice. Hoc reſponſo accepto, poſt diuturnam deliberation
Taicoſama decreuit per quinque Dominos, quos in aula ſua
bebat ſibi maximè deuinctos, iterum legationem ad eum inſtit
re, quinque capitibus comprehenſam; quos & adiurauit, vt pra
ſè Quabacondono exponerent, quicquid ipſis commiſiſſet, ae
inde reſponſum nepotis fideliter referrent.

Primum caput erat, ſe non poſſe vel capere vel conciliare
duo, Quabacondonum ægrum eſſe à melancholia, vt ille aieb
& eodem tempore certaminibus, & luctis, aliiſque exercitatic
bus bellicis intereſſe. Alterum erat, rem eſſe ignominioſiſſima
& dignitate Quabacondoni indigniſſimam, tam barbarè, vt
faciebat, contaminare manus ſuas ſuorum pauperum ſubditor
ſanguine. Tertium, quòd quoties domo pedem efferret, tanto
ſet armatorum hominum ſtipatus comitatu, vt populum red
ret ſuſpectum, & in ſe nouitate exempli concitaret. Quartu
quod dignum erat conſideratione, fuit, quòd ordinarium ſclc
tariorum præſidium, quo continenter erat munitus, mille cap
bus adauxerit. Quintum & poſtremum, quod præ omnibus pr
bat nouum & inuſitatum, quòd iuramentum fidelitatis & cō
derationis Dominorum omnium ſcripto ſibi conſignari
luerit.

Hæc erant capita, ad quæ Quabacondono ſua culpa erat
ſpondendum: ad finem autem adiunxerat Taicoſama, vt ſine d
tione & abſolutè ac clarè reſponderet, an aliquid contra ſe h
ret. Nec hoc contentus, ſubmiſit occultè anum quandam ſc
ſtiſsimā (cuius opera plurimū vtebatur, pluſque fidei, quā om
aliæ feminæ, apud cū habebat) ad Quabacōdoni pilatium, vt
lidè ab ſui ſimilibus mulieribus expiſcaretur; quis ſermo de

e eſſet: norat enim quàm parum ſalis ſoleant ſuis adhibere colloquiis, & quàm parum ſint arcanorum ipſis commiſſorum tenaces.

Quabacondonus autem reſpõdit ad omnia & ſingula capita, quod illi videbatur. Ad quartum caput reſpondit, apparatũ illum non alia de cauſa factũ, quã propter patruum ſuum: cùm enim iã grandæuus ſit & confecta planè ætate, veritum ſe fuiſſe, ne in Tẽ[ca] aliqua exurgeret turbatio, eo quòd ſenes à iuuenibus parum & æſtimari & timeri ſoleant: vel quia ſecũdùm fatalem naturæ curſum morti ſint proximi, & ideo injurias illatas vlciſci diu non queant, vel quia per ætatem aut naturalis caloris defectum à natura ſint timidi, vel etiam aliis de cauſis. Itaq; ad reprimendum timorem, opportunum ſibi viſum remedium, ſemper eſſe paratum, vt ſi rebellio aliqua fortè excitaretur, arma ad eam exſtinguẽdam faciliùs citiuſq; ſuppeterent. Ad quem verò alium attinet, inquiebat Quabacondonus, hunc apparatum facere, niſi ad me nepotem? Hac reſponſione callidus ſenex non contentus, miſit certum hominem, qui Quabacondono renunciaret, ſi legitima illa & vera cauſa foret, quam prætexeret, eam iurejurando manu ſua firmato roboraret. Curauit Quabacondonus iuſiurandum ſcribi, & ad illum mitti. Scriptó lecto Taicoſama, verbis aliiſque ſignis indicans ſibi factum ſatis, & ſcriptũ ſuis demonſtrans, elata voce dixit: Videte hîc mei nepotis purgationẽ & defenſionem. O quot fraudibus ſcatet mundus! quomodo fieri potuit inter filium tantopere dilectum & patrem tam amabilem rem tam indignam accidere? O venenatas linguas, quauis præacuta nouacula acutiores, quis in poſterum tibi fidem præſtabit? Infelix conditio quorundam Principum, quorum aulæ talibus baſiliſcis plenæ ſunt. Quanto melius foret, acutarum ſpinarum faſce obturari eorum aures, quàm locum dare audiendis iſtis portentis. Iam tandem animaduerto, quam verum ſit, ægre aures præbendas calumniis, multo verò minùs illis fidem habendam. His aliiſque ſimilibus verbis Taicoſama nunc hunc nunc illum, conuerſus nunc in hanc partem nunc illam, alloquebatur, ſignis externis declarans, ſe animo admodum inquietum & ex rei indignitate turbatum: quare identidem repetebat, carisſimi nepotis ſui conſilia alia non fuiſſe, quàm quæ religione iureiurandi confirmaſſet.

Cæterùm totum hoc non erat aliud, quàm ex mera ſimulatione cuniculum cuniculo adoleſcentis opponere: Taicoſama enim videns ſe deſtitutum præſidio, velut is, qui renunciarat

Imperio: contrà verò, nepotem magna vi militum communitur
hoc genere ſtratagematum tempus extrahebat, donec copiæ
variis Iaponiæ partibus euocatæ adeſſent. Ac denique tanta ar
annoſa vulpes dolos obtexit interim ſuos, vt exteriùs magna
inter ſe amicitiam ambo colerent, primariique Domini de ta
felici exitu ambobus plurimum gratularentur. Immo vt vacuu
omni ſuſpicione redderet nepotem, curæque expertem, pueru
paulo antè ſibi natum Taicoſama illi obtulit in filium adoptiu
vt poſt biennium eum faceret Quabaçondonum cum redditu c
tum millium aureorum. Atque hæc omnia ei perſuaſit, vt omne
perturbationis anſam adimeret ſubditis. Has conditiones no
ſolùm accepit Quabacondonus, ſed etiam tanquam inſigni o
natus beneficio amplas ei gratias egit, recepitque ſe præſtiturur
quicquid Celſ. ſua mandaſſet.

Dum hæc, perinde vt diximus, aguntur, Vozaca nuntius affe
tur ad Taiçoſamam, Dominos illos, quos ſecretiſſimè euoca
iuſſerat, cum ſuis militibus aduenifſe, eademque celeritate, q
è regnis ſuis diſceſſiſſent, tendere Fuſcimum verſus. Cùm erg
ſenex ille videret res ſuas eſſe in tuto, nec opus eſſe ampliùs ları
apud nepotem, ilico noua mandata dedit ad illum, idque in ha
ferè ſententiam: Aduola Fuſcimum nulla interiecta mora, pa
cis tãtùm honorariis pueris ſtipatus, redditurus facti tui ration
iam enim certò mihi conſtat, quas proditiones in me machiner
Si Fuſcimum venire nolis, confer te ad arcem Gioioſo, in qua d
git pater tuus. At ſi neutrum præſtiteris, ne dubita, te celerrin
meritas pœnas tantæ inobedientiæ luiturum, exemplóq; aliis f
turum, ne in ſimilem incidant contumaciam. Iurazu queq; flar
ma & igni conſumptum è medio tollã, ne vlla facti tui apud p
ſteros exſtet memoria.

Hoc patrui mandato tam crudo ad Quabacondonum delat
animaduertens miſer, ſed ſerò, ſe deſtitutum viribus ad rebella
dum neceſſariis, ſe in viam cum paucis ſeruulis (nec enim tu
ſanius occurrebat conſilium) Fuſcimum verſus dedit: ſed magı
mox militum Taicoſamæ numero obſeſſus, aliiſque præſidiis, q
per viam ex Iurazu Fuſcimum vergentem variis locis, ne vllus p
têret fugæ locus, diſpoſita erant. Res vniuerſa vrbi Meacenſı
inopinatior viſa & admirabilior, quo certiùs ſibi perſuaſera
omnem diſcordiam inter illos exſtinctam fuiſſe.

Peruenit Fuſcimum Quabacondonus in meridie, & non pr
greſſus ad palatium ſuũ, in priuati cuiuſdam Domini ædibus v
que ad veſperam cõmoratus eſt. Quo tempore Taicoſama, ei p
çertu

tum hominem mãdauit, vt nulla interpoſita purgatione duo-
s tantùm comitantibus honorariis pueris conferret ſe ad mo-
ſterium Çoianum, quod in regno Chinocuno in altiſſimorum
ntium vertice cõſtructum exſtabat, & erat receptaculum exu-
n & relegatorum. Diſceſſit ergo repentè Quabacondonus, ad-
ctis ſpeculatoribus patrui, qui obſeruarent, num contra man-
um aliqui eum comitarentur. Pernoctauit autem in loco tri-
leucis à Fuſcimo diſiuncto.
Cognito Quabacondoni diſceſſu, Sacandonus Proregis Mea-
ſis filius, octodecim annorum adoleſcens, Taicoſamæ impri-
s carus, & hoc anno ſacro Baptiſmo tinctus, quoniã hominem
enſè amabat, eques eum eſt inſecutus. Sed Taiçoſamæ explo-
ores perſpicuè illi indicarunt, quam ob cauſam ipſi vias obſer-
ent, obſecraruntq; tanquã amicum, vt referret pedẽ, ne ex Tai-
amæ gratia excideret. Reſpondit Sacandonus: An non ſuccur-
dum eſt Domino meo tam illuſtri, vt eſt Dominus Tenſę, num
ra neganda amico tam ſingulari, & ab omnibus prorſus deſer-
nunc tempus eſt ſyncerum erga eum amorem demonſtrandi.
mque illi rurſum inſtarent, ne progrederetur, datis equo cal-
ibus cum his verbis eos dimiſit: Apagete, non patiuntur equi-
n leges, vt, impendente licèt periculo, Domino ſuo debitum
ent ſubſidium & ſeruitium. Peruenit ergo tandem ad Quaba-
donum, & quæ potuit caritatis humanitatiſq; officia illi de-
t. Noluit tamen Quabacondonus illum longiùs ſe comitari,
coëgit ea ipſa nocte, cum conſobrino ſuo Leone iuuene ſe-
im annorum, hoc quoque anno baptizato, Meacum repe-
t.
Exploratores, metu Taicoſamæ, candidè quicquid de Sacon-
o euenerat, ei renunciarunt: ſed ille nõ ſolũ ob amorẽ, quo
enem complectebatur, ſed etiam ratione Patris, cuius opera
ltũ vtebatur, diſſimulauit; vel, vt rectiùs dicã, diuinæ prouidẽ-
nutu, qua hi Chriſtiani in hoc facto tecti & protecti fuiſſe vi-
ar, vt periculũ omne euaderẽt, accidit, vt & Taicoſama ob cau-
antè relatas oculos concluſerit, & Quabacondonus eos ad re-
m impulerit; forſan enim ſi longiùs progreſſi fuiſſent, eam-
offenſionem cum Quabacondono incurriſſent.
Verùm vt redeamus ad hiſtoriam, Quabacondonus nocte illa,
hæſit in Tamamizu, (id enim erat loco nomen, quò digreſſus
cimo peruenerat) more Iaponico vnà cum comitibus ſe raſit,
eſt, capillorum floccum retro ab occipite pendentium vnà
barba abſcidit, nomine ſuo immutato in nomen Doi, quod

ſignificat,itinere vel ratione me liberabo.

Poſtero die manè abiit Coiam à Bonzio quodam,nomine M
cuſico,viro magnæ autoritatis & monaſterii Coiani præfecto
ductus. In itinere multos offendit è ſuis miniſtris nobilib
qui ne viderentur aduerſari edicto Taicoſamæ, & quia Coi
vſque diſpoſita erant militum præſidia, ſimulato habitu,
pauperum,alii operariorum,alio modo alii,eum præſtolaban
cumque tranſeuntem verbis ſalutare non poſſent, lacrymis do
rem,quo corda eorum tranſuerberabãtur, ob acerbiſſimi ſui D
minicaſum,teſtabantur,& cum corpore abeũtem inſequi neq
rent,intimis ſuſpiriis comitabantur.

Peruenit tandem tridui itinere Quabacondonus Coiam
pido laſſus, & difficultate itineris debilitatus, in quo, poſtqu
Tamamizu egreſſus eſt,ne vnum quidem hominem,quod mir
dum eſt,reperit, qui vel minimum officium illi deferret,vel vll
humanitatem exhiberet. Receptus in domum, quam illi aſſig
rant Bonzii, cœnare debuit, non velut Dominus Tenſæ, & d
mire,non vt Quabacondonus, ſed vt miſer exul & captiuus;
enim erat ibi aut illa pretioſorum ciborum varietas, cui inſue
rat; nec cæteræ deliciæ, quæ recrearent palatum; ſed parcus
ctus,qui vix ad famem pellendam ſufficiebat. Non aderant n
les lecti,ſtragulis operti ſericis aureiſque,quibus feſſos refoci
ret artus,ſed exiguæ culcitræ,quæ vix ipſum comiteſque cape
Aberant à cubiculis nobilia illa,quæ habuerat in Iurazu,tapę
omnia contrà erant viliſſima & abjectiſsima.Sic prorſus, vt in
quenti nocte opus fuerit omnes decem, tot enim erant comi
in ſeptem exigua cubicula diſtribuere,ipſeq́ Quabacõdonus g
ui dolore obrutus in hæc verba illacrymans eruperit: Adhuc
ſterna die vos miniſtros meos donabam regnis& ſtatibus,nũc
tem,ah infelicem fortunã,vix locus mihi relictus eſt, vt vel ſo
no ſpiritum afflictum reficiam.

Iam verò multo calamitoſiorem Quabacondoni ſtatum r
debant milites eius cuſtodes, per quos,ex Taicoſamæ manda
omnis aditus interclusus erat,litteris,nuntiis, & omnium ho
num colloquiis. Vnde Mocuſicus ille Bonzius videns rem
arcto loco eſſe, confugit ad inane auxilium idolorum, n
& inuſitatis ritibus adhibitis,vt Quabacondoni negotia proſ
rum ſortirentur exitum, & idcirco chartam quandam omni
offerebat,cui ſubſcriberent. Cùm autem perueniſſet ad Mich
lem Viceregis Meacenſis nepotem, & Quabacondoni aulicu
qui juſſu Taicoſamæ comitatus erat Dominũ ſuum, & hoc ar
Chri

hriſto nomen dederat, is noluit cum aliis ſubſcribere, ſed auda-
er reſpondit, nulla ratione ſe hoc erratum admiſſurum, pro-
ſe noſſe, quicquid ipſe faceret, eſſe incantationem, eo-
ae minorem ad hominem liberandum vim habere, quo
olum, à quo auxilium expectabatur, ſtupidius erat eo, pro
io poſtulabatur.

## QVOMODO TANDEM TRVCIDATVS SIT QVABACONDONVS.

CVm in dies augeſcerent Quabacondoni ærumnæ, angu-
ſtiæ, moleſtiſſimæque cogitationes, quæ eum grauiſſimè
excruciabant ob recentem memoriam imperii ſui, poten-
e, voluptatum, illecebrarum deliciarumque maximarum, qui-
is paulo antè fruebatur. conſuetudinis quoque dulciſſimæ, quā
bebat cum dilectis ſuis filiis; nec æquo animo tam repētinam
mque acerbam mutationem ſuſtinere poſſet, cogitare cœpit,
fine huic calamitati imponendo, hoc eſt, ſibi ipſi manus violē-
s inferre. Has cogitationes eum mente verſare etiam Socii
tarunt, ex pallore vultus, ex aſpectu oculorum turbato & for-
dabili, ex deambulatione nunc lenta nunc concitata, ex a-
s ſignis. Quare omnes omnem lapidem mouebant, vt eum ab
c tam ſtulta voluntate deducerent, alii injecta ſpe, Taicoſa-
am non poſſe tandem obliuiſci ſe eſſe patruum: alii eſſe non
ruam inſipientiam, in tam iuuenili ætate immatura morte om-
m ſpem præſcindere: alii denique in viam reuocare eum cona-
ntur mentione magnanimitatis principis propriæ, quæ hoc
npliùs eminere debeat in principe rebus parum proſpere fluen-
us, quo plus animi exemplo ſuis adderet ad omnes caſus ad-
rſus infracto animo perferendos.
Reddidit hic caſus Dominum Michaëlem admodum ancipi-
n & perplexum; cùm enim omnes ſocii prorſus ſe compararent
mortem, videbat ſe ſine ſummo dedecore & ignominia, ſe-
ndùm Iaponiorum morē, in vita permanere non poſſe; ſi verò
pſe vnà cùm reliquis enecaret, cernebat ſe, cum ſumma condi-
is ſui offenſione, animæ ſimul & vitæ æternæ jacturam factu-
n. Itaque cùm decreuiſſet præſtare ſe hominem Chriſtianum,
uinumque oculum reuereri, omnia arma ſua vni famulorum
didit, vt omnem ſibi occaſionem tale facinus deſignandi adi-
ret.
Triduo pòſt mandatum à Taiçoſama allatum eſt, quinque è
comiti-

comitibus Quabacondoni confeſtim debere ad ſuos parente degẽtes Fuſcimi,reuerti:quorum primus erat Dominus Michaë Omnes vna voce reſponderunt,ſe ſuæ Celſitud. magnas pro ta to fauore agere gratias,ſed quoniam iam vitam ſuam obtuliſſe Quabacondono, ſe non poſſe ſine infamia eum deſerere. Qu cùm Quabacondonus tunc ipſe præſens audiſſet; manibus in c lum ſublatis, cœpit omnes obſecrare, ſi cara eis eſſet ipſius ſal quamprimum Coia diſcederent, & mandato patrui ſui obſecu darent,hanc vnam ſupereſſe viam placandi Taicoſamæ,ſi in o nibus ei obtemperetur. Coacti ergo ad reditum contra volunt tem,tanta celeritate totum emenſi ſunt iter,vt quod triduo pe currendum erat, vno die abſoluerint: cumque arbitrarentur gratum Quabacondono ea re facturos, vitamque eius impetr turos, nihil minus impetrarunt, ſed potiùs necem eius acce rarunt.

Quinto-decimo enim die ſeptimæ lunæ anni ipſorum,qui r ſpondet noſtro menſis Auguſti, Coiam allatum eſt Taicoſan mandatum,vt Quabacondonus omneſque eius ſocii ventres ſi ipſi diffinderent. Antequam verò Mocuſicus tam duram ſente tiam (ille enim erat,qui illam attulit ad Quabacondonum) pr mulgaret, Bonzium quendam nomine Biuſcirtum trigeſimur ſextum ætatis annum agentem moneri curauit, vt inde ſe pro peret,& ſic neci eximeretur. Quod fecit ductus amore ſceleſ iſtius vetulæ,quã ſuprà diximus Taicoſamæ imprimis caram fu ſe. Biuſcirtus enim erat huius vetulę nepos. Sed Biuſcirtus barb rum ei dedit reſponſum,ſe non cogitare de vlla Taicoſamæ rep denda ob donatam ſibi vitã gratia;quare illico abiret, tali fauc nullum eſſe apud ſe locum; cùm enim nec genere ſit nobilis, n rerum ſcientia clarus (erat autem legendi imperitus) tamen Qu bacondonus ſe menſæ ſuæ conuiuam adhibuiſſet, non poſſe ſi vnquam majorem contingere honorem, quàm ſi potiùs cum il occumberet, quàm in vita ſub inimici ſui vmbra ſupereſſet. Atq hac obſtinatione animi retentus manſit Coiæ,vt Quabacondo mortem cum nobili ſua ſocietate redderet illuſtriorem. Qu videtur arcano diuinæ ſapientiæ conſilio, ad caſtigãdam vetula illam Bonzii amitam, permiſſum: nec enim rationi diſſentaneu eſt, illam quæ neci Quabacondoni procurandæ auxiliares man præbuerat, iam nepotis ſanguine licèt inuitam punitam fuiſſe prorſus, vt ſi Quabacondoni familia peracerbum Domini caſum deplorauit, vetula illa ob nepotis amentiam non adm dum riſerit.

Cognita autem extrema & irreuocabili Taicoſamę ſententia,
ıfelices illi omnes ſe ad mortem compararunt. Et primus quidē
mnium in ſe deſæuientium fuit famulus honorarius annorum
ouendecim, qui duriore animo quàm ferro ventrem ſibi diſſe-
uit, huic adhuc palpitanti Quabacondonus, poſt magnum ho-
orem ei delatum, machæra caput reſecuit, & in loco ſublimi de-
it. Idem fecit ſecundo octodecim annorum adoleſcenti: & ter-
o, qui decimum-ſextum agebat. Quarto autē, qui erat Biuſcir-
s, ne excruciaret ſe diutius, in diſſecando ventre occupato, mox
put à corpore abſtulit. Quintus eſſe voluit Quabacondonus,
ui dum barbaris manibus, iam ad feritatem aſſuefactis, ſe ipſe
laniaret, eques quidam ea ipſa machæra, (ô iuſtiſſimum Dei ju-
cium) qua Quabacondonus immaniſſimas hominum ſtrages
iderat, obtruncato capite, vno momento tantas ſanguinis ef-
ſiones vindicauit. Sextus fuit dictus eques, qui vt reliquos æta-
anteibat; erat enim natus annos quatuor ſupra triginta, ita po-
emus in ſe deſeuiit. Finita hac miſerabili tragœdia, confeſtim
uolārunt Bonzii, vt eodem in loco corpora eorum concrema-
nt: qua re non obſcura ſigna dederunt, eorundem infauſtas a-
mas iam tum ſempiternis inferni flammis conflagrare cœ-
ſſe.

Funeſto huius exitus nuncio Fuſcimum perlato; mox Taico-
ma, fera illa implacabilis, quæ cruore humano ſemel deguſta-
, ferocior furioſiorque indies reddita eſt, ad exſtinguendam ar-
ntiſſimam ſitim effundendi ſanguinis omnium eorum, qui
uabacondoni partes ſecuti fuiſſent, quos iam capitali proſe-
ebatur odio, ſcelus ſcelere cumulans, mandauit, tres primarios
ominos è Quabacondoni familia, qui in varia ſe receperant
onaſteria, è medio tolli. Quorum vnus, quoties Quabacondo-
s ſupradictam carnificinam exercebat, præſens aderat, atque
am rem omni dedecore & execratione plenam collaudārat. In-
eoſdem fuit & Scitabingus. Neque hîc ſe continuit inſana
icoſamæ rabies, ſed tam longè progreſſa eſt, vt nutritorē quē-
m ſuum eidem calamitati inuoluerit, quem nihil juuit, quòd
llandi arte omnes ſuperaret Iaponios, quòd potentiſſimus to-
s Tenſæ, quòd aliquot millionibus auri abundaret. Sed nec
ofuit, quòd verè diuinârit de morte ſua: ſæpe enim amiciſſimo
Quabacondono affirmauit, ſe aliquando vita pro ipſo priuā-
m. Habebat is filium ſedecim annorum, maximæ expectatio-
, ſic vt patri ſimillimus videretur aliquando futurus. Hic in
ſcimo degens, occultè ſcripſit ad patrem, agentem in Saicoru,
epiſtolam,

epiſtolam, ſed æquo tardiùs, qua commonefecit eum, de ſente-
tia mortis à Taicoſama in ipſum lata: & addidit, ne propter ſe a-
nimo angeretur, citò ſe eum, ſi occidat, in alteram vitam inſecu-
turum. Deinde adferri ad ſe iuſſit arcam plenam enſibus, elegan-
ti opere fabrefactis, vnoque latus accinxit, donec nuncius de
morte Patris allatus eſſet. Fuſcimum autem venienti Taicoſam
indicari iuſſit, etiamſi filius eſſet Chimuræ, (hoc enim erat nom
Patri) tamen quia innoxius eſſet, libere poſſe eum domi ſuæ vi-
uere. Audax iuuenis verbis quidem omni humanitate plenis ma-
gnas Taicoſamæ ob donatam ſibi vitam gratiam egit, ſed addi-
dit, eum officio ſuo minimè facere ſatis, quandoquidem iniquam
patris ſui necem non poſſet non oblata opportunitate vlciſci. De-
nique confeſtim inde digreſſus, & Meaci fanum quoddam in-
greſſus, ante idolum Fotoco ventrem ſibi infeliciter diſſecuit, &
animam efflauit. Verùm vt ne ſemen quidem vllum ex gente iſt
ſupereſſet, curauit Taicoſama & matrem iuuenis in delubru
Amidæ adduci, & capite truncari.

## DE ALIIS CRVDELITATIS EXEMPLIS TAICOSAMA MEACI EDITIS.

VIDEBATVR Taicoſamæ tum immanitas, tum furor & in-
dignatio, ad culmen omnis feritatis hactenus perueniſſe.
Verùm eouſque effrænata & pluſquam ſatanica eius ra-
bies, qua conabatur radicitus euellere, quicquid ad Quabacōdo-
num pertinuiſſet, proceſſit; vt omnis tyrannidis terminos exceſſe-
rit. Molitus enim eſt è medio tollere (quod nouum & inauditum
erat inter Iaponiæ Principes) eorundem iam occiſorum mulieres
vxores, liberos. Ac vt maiori cum infamia iniuſtiſſimum hoc
ſupplicium inſtitueretur, imperauit vt publicè, poſtquam curru
impoſitæ per vias vrbis Meacenſis circumductæ eſſent, quod i-
gnominioſiſsimum eſt, in loco à ſuppliciis reorum infami ma-
ctarentur.

Inter omnes ergo Dominas; aliaſque nobiles feminas, quas
Quabacondonus in arce ſua habuerat, partim conjuges, partim
earum pediſſequas, iuſsit triginta quatuor primarias ſeligi, &
morte multari. Ex iis tamen tres Chriſtianæ pediſſequæ ſingula
Dei prouidentia neci ſunt exemptæ. Nam Genofoin Vicere
Meacenſis, conſcius innocentiæ illarum, ardenſque deſiderio e-
ripiēdi illas à ſentētia mortis iniuſtè in eas lata, tātū effecit apu
Taicoſamā, de tota re eū verè informādo, vt vitā illis impetrāri

Cū

:ùm ergo luctuoſus ille dies aduenilſet, quo iniquum Taico-
e mandatum exequendum erat, curribus inuectæ, in omniū
inum conſpectum prodiêre triginta & vna Dominæ & femi-
iobiles, cum filiis duobus & filia Quabacondoni, ( omnes
erant tantùm quatuor aut quinque annorum). Quàm miſe-
le huius infauſtæ ſocietatis ſpectaculum fuerit, quiuis faci-
timare poteſt. Verè nihil ibi audiebatur aliud, niſi ſuſpiria,
non dico homines, ſed ſaxa ad miſericordiam mouere po-
ent: niſi gemitus, qui intima ſpectantium viſcera tranſuerbe-
nt: niſi eiulatus, qui ferrum etiam ipſum, non ſolùm pectus
anum, emollirent: niſi lamentabiles ſingultus, qui omnes ad
orandum tam acerbum caſum impellebãt. Nonnullę dein-
e metu obſtupefactæ ſunt, vt compotes ſui non viderentur,
gitatione præcurrentes mortem, ſpeciem mortuarum po-
quàm viuentium præbebant. Cæterùm nihil æquè calami-
n hanc miſerabilem reddebat, ac contueri tres illos filiolos,
itricum ſuarum humeris pendentes, (quas ſecuri refugii lo-
gnari quò tenderent, amplexi erant) ad eandem carnificinam
i. Quæ res hoc omni lacrymarum fonte ampliùs plangenda
: , quò ſententia in illos lata ipſa crudelitate crudior appa-
t: omnem ſiquidem feritatem excedit, non modò ab omni
a innoxios enecare, ſed multo magis animaduertere in eos,
per teneram ætatem culpam nullam committere poſſunt.
ergo erat ſpectaculum, quod Meaci videbatur, cùm no-
is tam illuſtris & ætas tam florida ad lanienam abduce-
:. Taceo lacrymas, ploratus, lamenta, cognatorum, ancil-
n, & aliorum, qui ponè comitabantur, vel longè ſequeban-
Omitto item complorationes muliebres in viis, per quas hęc
ris pompa ducebatur. Breuiter, nullus locus Meaci, nullus
ilus, à Mœrore & lacrymis vacuus erat obſtupeſcentiū, quo-
o repentè à tanta felicitate tam nobiles homines in tantas
nas delapſi eſſent.
eniquc cùm currus ad locum deſtinatum perueniſſent, ecce
prodeuntem carnificem manu Quabacondoni caput geſtã-
vt eius aſpectu terrorem doloremque propria morte ma-
n illis incuteret, cuius in præſentia barbara quadam ferita-
mo iugulati ſunt tres filioli, deinde mulieres omnes ordine
rru detractæ, capiti Quabacondoni reuerentia priùs exhi-
à carnifice ſunt obtruncatæ.
orpora omnia abiecta ſunt in foſſam mandato Taicoſa-
actam, cui inædificari iuſsit tumbam cum templo, appoſita
hac

hac inſcriptione: Templum beſtiarum vel proditorum.

Iam verò quis non crederet tanta ſanguinis profuſione exſ turatam fuiſſe quamuis crudeliſſimam tigridem? quis non ta ſtrage cuiuſuis ferociſſimæ belluæ inſatiabilem famem exiſtim ret expletam? & tamen hîc Taicoſamæ veſania non conquieui Iterum mandatum dedit, vt vnius trium antè nominatorum D minorum, qui poſt Quabacondonum trucidati ſunt, conjux cu tribus filiis occideretur. Verùm vidua cognito impio Taicoſan decreto, antequam filii in currum traherentur agendi in cruce loco ſupplicii conſueto, maluit eos ſuis domi jugulare manibus quibus vna erat filia duodennis, filii verò bini ætate juniores: ſ per quos, ipſa denique pugione in pectus adacto, mortua quoq concidit. Fuêre nihilominus capita eorum in loco ſupplicii pal affixa.

Tandem cùm nullus amplius ſupereſſet, in quem poſſet ſæu re, caninam rabiem ſuam conuertit in arcem Quabacondor quam ipſe maximis impenſis magnificentiſſimè antè ædificâra eamque funditus euerti voluit, vnà cum vrbe, qua vndique cing batur, nec aliud ferè, quàm nobiliſſimorum Dominorũ palati numero ferè trecenta, continebat. Et iam nulla habita ratio ſiue damni, ſiue ſumptuum, omnia hęc palatia transferuntur Fu cimum, quò etiam omne aurum cæteraſq; Quabacondoni op tranſtulit.

Scribitur Meaco, Taicoſamam ob ſuperiorum dierum affl ctiones & angores, quos perpeſſus eſt, eſſe quaſi impotem ſui, tectorum vexillis, quæ huc illucque à vento impelluntur, inſtab liorem, ac denique a maligno quaſi ſpiritu agitari.

Atque hæc fuit tandem iſtius tragœdiæ cataſtrophe, eo infe cior, quo omnes iſti grauiore irreparabilioreque damno, vt po Baptiſmi expertes, & veræ fidei ignari, felicitate non modò ten porali, ſed etiam æterna miſere exciderunt. Ex Iaponia, men Octobri, anno cıɔ. ıɔ. xcv.

LVDC

# LVDOVICVS FROIS ADMODVM REVERENDO P. N. IN CHRISTO, P. CLAVDIO AQVAVIVA, PRÆPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV.

## De morte 26. Crucifixorum.

*QVANTVS fructus in Iaponia ex gentiliũ conuerſione & Chriſtianorum inſtitutione collectus, quiſq; rei Chriſtianæ ſtatus anno ab hinc vno ſupra dimidium fuerit, litteris annuis, hac naui ad V. P. miſsis, expo-*
*ur. Quibus & aliæ litteræ peculiares de aduentu*
*uerend. Epiſcopi D. Petri Martinez adiũctæ ſunt,*
*æ agunt, tum de profectione eius, viſendi Taicoſa-*
*Iaponum Regis cauſa inſtituta, tum de opera &*
*dio, pro ratione Paſtoralis officij, ab eo hactenus in*
*ge ſuo paſcendo fructuosè collocato. Verùm, vti res*
*oniæ, cùm feliciſsimo tranquilliſsimoq; loco eſſe*
*lentur, de improuiſo variis tempeſtatibus & ino-*
*atis calamitatibus agitari & perturbari ſolent, ſic*

noua nunc multoq́, antè præuiſa in nos perſecution
procella exorta eſt. De qua, & ſimul de glorioſa mo
te 26. Chriſtianorũ, qui ex mãdato Regis, partim qu
Euangeliũ prædicaſſent, partim quòd Chriſto nomẽ d
diſſent, in crucem acti ſunt, deinceps agemus. Scop
autem in hac narratione non alius propoſitus eſt, q
nudam & ſimplicem percenſere veritatem: quæ ver
tas omnis hiſtoriæ non modò primarium ornament
ſed etiam neceſſarium, quo nitatur, fundamentu
eſſe debet. & idcirco non aliud commemorabo, quà
quod ab hominibus fide dignis, partim è Societate n
ſtra, partim ſecularibus, qui Meaci, vbi primùm or
eſt perſecutio, & Nangaſachi, vbi ſupplicium peract
eſt, præſentes fuêre; & per litteras vel coràm diſer
patefecerunt, accepi. Diſtinxi autem totam relati
nem in capita, tum vt adimerem lectori faſtidium
quod gignere ſolet nimia prolixitas, tum vt comm
diùs & clariùs particularia quædam, quæ in hanc pe
ſecutionem, voluptate & ædificatione pleniſſima, in
ciderunt, perſtringerem.

D

# DE STATV, IN QVO IAPONII CHRISTIANI FVERVNT ANTE HANC PERSECVTIONEM, ET QVÆ ILLIVS FVERIT ORIGO.

## CAPVT I.

QVo perfectiùs recentis huius perſecutionis principium atque origo intelligatur: ſciendum eſt; cùm Taicoſama Iaponiæ monarcha ante decennium ob legis Euangelicæ prędicationem nos omnes ſub pœna mortis toto Iapone excedere iuſſit, viſum eſſe VicePro-uinciali aliiſq; Patribus, minimè id temporis deſerendos eſſe Chriſtianos; ac proinde nul-
rorſus regno excedendum: Tamen vt aliquo modo iræ regiæ
leretur, nec cōtēni eius edictū videretur; atq; ita mala omnia
ominis Chriſtianis, adhuc ſtatū ſuū obtinētibus, auerteren-
; ordinauit idē Viceprouincialis, ne palliis vel ſuperiorib⁹, quas
āt, veſtibus, ſed prælōgis tantū togis, more apud Iapones rece-
, dū ſuo ritu ſeculo renūciāt, vteremur; atq; hac ratiōne inco-
a vinea Domini, vt antè, perſiſteremus: planè enim confideba-
Regē, vbi didiciſſet nos hoc habitu remāſiſſe, ac proinde qua-
tenus ſuo edicto paruiſſe, totam rem diſſimulaturum. Eādem
cauſam Meaci & Ozacæ, vbi poſt hoc edictum Reſidentiæ ſut
ricatæ; nullam tamen excitauimus publicam Eccleſiam, ſed
tùm priuatum ſacellum ad ſacrum Miſſæ faciendum; & ſan-
Sacramenta adminiſtranda: adjuncta foriſecus aula, in
. cum populo ageremus. Hac moderatione cautioneque,
ue imprimis quod deliteſceremus, effectum eſt; vt immunes
tenus fuerimus ab omni periculo; tantaque hoc decennio
idelium numerum acceſſio facta ſit; vt plura quam ſexaginta
nque hominum millia (vti liquet ex litteris hactenus miſſis)
is baptiſmi aquis ſint abluta: excluſis infantibus, qui pa-
ibus iam Chriſtianis orti fuerunt. Neque ignarus erat Rex,
omnes in Iaponia remanſiſſe: ſed factum ſibi ſatis declarabat,

 quòd

quòd lateremus,& mandati ſui prævaricatores videri reformidá remus. Imò iam annus agitur quartus, quando animaduertens quantum emolumenti ex naui Luſitanorũ, quæ quotãnis è China redit,in totã redũdet Iaponiã,quaq; autoritate Patres;vt poté eorum concionatores & directores,apud eos valeant; quorum etiam opera pax & quies in mutuis Luſitanorum Iaponiorumq; commerciis hactenus alatur & conſeruetur;confirmauit poteſtatem,duobus antè annis, ad P. Viſitatoris preces conceſſam:nempe vt decem è Patribus ob cauſam dictæ nauis commorarentur Nangaſachi,cum additamento,vt reædificarẽt Eccleſiam, quam ipſe vno anno antè iuſſerat ſolo æquari. Adhæc,in argumentum animi in nos reconciliati,Patri cuidam ad ſe aditũ permiſit: quẽ & honorificè recepit. Hac itaq; de cauſa,& ratione illorũ decem quibus Nangaſachi ſedes conceſſa eſt, cum mediocri quiete in Iaponia è Societate viximus triginta quatuor ſupra cẽtum, multaſque eius prouincias luſtrauimus, verbum Dei diſſeminando, noſtriſq; miniſteriis Chriſtianos adjuuando; ardóremque noſtrũ ita temperauimus,vt ſemper,quod ſuperiores optabant,plus boni communis, hoc eſt, vt hæc Eccleſia tot laboribus & ſudoribus plantata ſarta tecta conſeruaretur,quàm priuatæ conſolationis in profundẽdo pro Chriſto ſanguine,rationem haberemus,quod tandem longè facilius videbatur futurum: ſatius enim ſit ſemel iugulum præbere carnifici,& occumbere, quã quotidie mori inter tot pericula & ærumnas, quas pro ſeruando vel augẽdo Chriſtianorũ numero ſuſtinere oportet. Atque hic erat rei Chriſtianæ ſtatus,quando ex primaria vrbe inſularum Philipp. dicta Manila quatuor Patres è Sancti Franciſci familia, vocati nudipedes; tanquam Legati à Philippinarum Gubernatore ad Regem Iaponiæ miſſi,appulerunt.Fuere Patres illi à Rege,quemadmodum Legatis conueniebat,recepti perhumaniter.ac tandem indicauit illis vt ad ſuas Philippinas reuerterent; nolle ſe diuulgari Legem noſtram in ſuo imperio:ideo & homines de Societate noſtra ex ſuo mandato exulare,nec niſi ob nauem Chinẽſem ſe paucis quibuſdam Nangaſachi ſedem permiſiſſe. Verùm cũ Patres vrgerent; ſibi minimum copiam fieri a ſua Excellentia,velut externis omnibus ſpectandi magnifica& ſplendida vrbis Meacenſis opera;vt ad ſuos reuerſi ea prædicare poſſint;ſubjecit vaniſſimus Taicoſama ſibi vehementer id arridere, imò libenter attributurum ſumptus ad eam profectionem neceſſarios. Hac ergo poteſtate freti ſe in viam,Meacum verſus dederunt: vbi aliquot mẽſes diuerſati ſunt in ædibus cuiuſdam Equitis gentilis, qui vnà cum alio quodam

amic

iço illis fauebat, eo quòd ambo autores illis fuiſſent, vt in Ia-
niam venirent. Tempore hac ratione elapſo, quoniã in hoſpi-
multa patiebantur incommoda, tandem Patres poſtularunt
tũ loci, quantum ſatis eſſet ad domicilium aliquod excitãdũ,
i adſignari. adſignatus eſt percommodus, ſed cum adjũcta cau-
ne, ne S. Euangelium prædicarent.
Verùm iuuantibus quibuſdam Chriſtianis, non dubitarũt po-
a & Eccleſiam fabricari, & quia id putabant ad majorem Dei
oriam fieri, nullis amicorum conſiliis potuere ab inſtituto ſuo
uocari. probè enim amici illi norãt, Patribus illis nullã à Rege
bricandæ Eccleſiæ poteſtatem factam eſſe, ſatiuſque facturos ſi
ellum tantùm aliquod commodum, ſed a conſpectu hominum
notum, exſtruerent, ne res tãdem ad aures Taicoſamæ perma-
ret. Educta deinde ad culmen Eccleſia cœpere dicti Patres pu-
cè, perinde atq; ſi plenam facultatem a Rege obtinuiſſent, an-
nciare Euangelium, permoti deſiderio & zelo miſeras has ani-
s iuuandi, accenſiq; quinq; ſanctorum eiuſdem ordinis patrũ
emplo, qui dum incredibili fortitudine per Africam doctrinam
riſti prædicarent, a Miramolino rege Maroccano propriis ma-
us fuere contrucidati. Cæterùm noſtri, cùm animaduerterent
c ratione non ipſos modò, ſed ſocietatem totam atq; omnes
riſtianos in ſummum capitis fortunarumque diſcrimen addu-
nec aliò inclinare res, quam vt vno momento peſſum irẽt, quæ
tis ſudoribus & tot annis erant ædificata, propoſuerunt iam
tis Patribus (quod caritas ab iis poſtulabat) vt ſedulò expende-
t, conueniãtne publicè religionẽ Chriſtianam, poſt regiã pro-
itionem, etiam ex mero martyrii deſiderio diuulgare, cauſam-
e Taicoſamæ præbere nouam perſecutionem contra Chriſtia-
s Meacenſes moliendi, quorum multi erant genere nobiles &
enter conuerſi. Quod reuera futurum plus quàm probabile
t, ſi ad eius aures perferatur nullam edicti ſui rationem haberi.
em eis indicarunt duo illi Equites, qui Manila eos adduxerant,
ueriti nimirum, ne & ipſi in diſcrimen capitis venirent, quòd
tres illos in regnum ſuum adduxiſſent. Imò primarii Domini,
ue adeo ipſi aulę gubernatores, beneuolè eos cõmonefecerũt:
quòd modus ille agendi (aiebant dicti Domini) eſſet exoticus
inſolitus in Iaponia. Nec parũ occaſione hujus rumoris creuit
gens ille conuerſionis ardor in omni genere hominum, qui à
ſtris doctrinæ Chriſtianæ rudimẽtis erãt imbuti, & ſacris aquis
ti. Quod obſeruarãt quidẽ Gubernatores, ſed quia animaduer-
bant nos rationẽ aliquã habere poteſtatis ſecularis, diſſimula-
 bant

bāt;interdū nos benignè cōmonētes, vt cautè & cōſideratè in cō-
uerſionē Chriſtianorū procederemus. Hæc prima fuit huius pro-
cellæ occaſio: Alterā nō inferiorē prębuit Iacuinus Regis Medic-
inſignis Epicureus, & omniū diuinarū humanarūq; legum hoſt-
capitalis, ac imprimis earū quæ acrius pugnant cū carne & ſenſi-
Dæmō itaq; hoc homine tanquā inſtrumēto in hac noua perſecu-
tione, vti & toto ſuperiore decēnio, vſus eſt, qui nullā paſſus eſt e-
labi occaſionē hacten⁹ noſtris omnibuſq; Chriſtianis extremā pe-
nitiē machinandi. Peruerſam eius voluntatem auget Regis fauo
apud quem admodum eſt gratioſus: deinde facultates amplę, qu-
continenter nouis & ſplendidis muneribus cumulantur. Alu-
hoc odium amor ſectæ, quam, licet fictè, profitetur. Fuit enim
numero Bonziorum. Vnde & magnam opum ſuarum partem cō-
ſtituit expendere in reparando quodam loco, olim à Nobūnang-
deuaſtato, dicto Figenoiama, qui Meaço abeſt ſedecim paſſuu-
millibus, & magnum quondam templorum Bonziorumque nu-
merum continebat. Dum igitur laborat in nouis ædificiis dæmo-
ni excitandis, & ſimul reformidat, ne propagati Euangelii luce a-
liquando ſectarum Iaponicarum tenebræ diſcutiantur, ſit vt acer-
bum illud odium in nos ſemel conceptum altius ſemper pecto-
inſigat. Dum igitur ex vna parte Patres Franciſcani pergunt pa-
làm, vt diximus, Euangelium annunciare; & ex altera multi e-
tiam à noſtris baptiſmi ſacramento initiantur, ac generatim to-
tus populus in ſanctam fidem noſtram propendere intelligitur
Iacuinus, ſtimulatus ab eo, qui omnibus noſtris inuidet bonis
non potuit amplius venenum, quo cor eius rodebatur, ſupprime-
re, ſed arrepta occaſione tanto ſtudio quæſita Chriſtianorum no-
men apud Regem detulit, non ſine magno fidei detrimento.

Tertia cauſa nouæ perſecutionis fuit, quam iam ſubjiciam.
Anno ſuperiore nonageſimo ſexto in regno Tozza (inſula è tri-
bus Iaponiæ maximis vna eſt, quo nondum lux Euangelii pene-
trauit) appulit nauis, quæ ex Philippinis tendebat in Hiſpaniam
nouam, vel Mexicum, deſtituta malo, temone, aliiſque neceſſa-
riis inſtrumentis, ac demum tota præteritis tempeſtatibus con-
quaſſata, rimiſque fatiſcens. Vix nauis aduenerat, cùm ilico Do-
minus loci certiorem per litteras reddit Taicoſamam, eamque
illi offert mercibus opulentis refertam: Qui, ne tam opima præ-
da vnguibus ſuis eriperetur, confeſtim vnum è primariis aulæ ſui
Præfectis, nomine Gemonogium, amandauit, qui nauem inſpice-
ret & cameræ Regię nomine omnes merces inuaderet: mos ſiqui-
dem vetus Iaponum eſt, vt Domino loci tantū cedāt nauiū ligna

oiit Gemonogius, omnibuſque in Tozza quæ imperata erant
rfectis, cum præda ad Taiçoſamam eo temporis pũcto rediit,
o Iacuinus deterrima quæque in Chriſtianum nomẽ erat mo-
us. Cumque Gemonogius, iam alter iniquitatis miniſter, no-
ſuſpicionibus & falſis informationibus Chriſtianorum cau-
n ob nauis illius vectores grauaret, ac ſpeciatim commemora-
, eſſe inter eos religioſos quoſdam, qui, velut Principum Chri-
anorum exploratores, legis ſuæ diuulgandæ cauſa aduenißent;
lum eſt vt Rex, iam ſponte incitatus, iram omnem effuderit in
riſti fideles. Verùm Pater cœleſtis, benignus omnium, qui ob
men ſuum affliguntur, protector, proſpiciens impendentis per-
utionis initia, diuina prouidentia ſua, qua ſuauiter omnia diſ-
nit, conſtituit, vt ſub illud tempus Iaponiæ Epiſcopus Mea-
n ſe conferret, vt præſentia ſua ſolaretur illam Eccleſiam, &
ræ Confirmationis ſacramẽto aduerſus omnes hoſtiles incur-
communiret. Ac profectò nouum quoddam robur ac viuus
i ardor in Chriſtianorum pectoribus ſenſibiliter poſtea appa-
, vt ex hiſtoriæ decurſu liquebit. Taliſque & tanta fuit Chri-
norum in dicto ſacramento ſuſcipiẽdo religio; vt nec interdiu
noctu bono illi Prælato quietem indulſerint: tanto numero
ariis longeque remotis partibus aduolabant: multumque o-
æ poſitum eſt, in cohibendo omnium ardore, ne vel minimus
unculus ad aures Regis vel intimorum eius perferretur. At-
hac de cauſa coactus eſt Epiſcopus primo quoque tempore
am deſerere. At non potuit dictus ardor ita comprimi, quin
oleret medico; qui quoque apud Taiçoſamam non conticuit.
ue hæc fuerunt tria primaria puncta, ex quibus præſens affli-
originem traxit, & ad octauum Decemb. vt ſequenti capite
mus, Meaci tandem in apertum erupit. Cuius rumor & fa-
Nangaſachum delata non eſt, niſi ad diem eiuſdem menſis
ſimum ſextum, quo feſtum agitur D. Ioannis. Primus autem
cius allatus eſt per litteras quorundam mercatorum Saca-
orum gentilium, qui ſuos, quos vocant, Agentes in illo
porio commonefaciebant, vt nauis Chinenſis merces cele-
r coëmerent, quòd admodum probabile eſſet inſequenti an-
non rediturum. Regem enim grauiter commotum in Patres,
m mandaſſe, vt omnibus nares aureſque præciderentur, ac
tquot Meaci eſſent, è medio tollerentur, cæteri verò extra
cum degentes Iapponia excederent. Literis autem his quia nõ
tè declarabatur, num noſtris an Patribus Franciſcanis (vtri-
enim Meaci degebant) Rex infeſtus eſſet; multos dies ac xii &

ſuſpenſi hæſimus, orationibuſq; & ſanctis ſacrificiis rem Deo cō-
mendauimus, vſque ad decimum quartum diem Ianuarii an-
nonageſimi ſeptimi, quo à variis Chriſtianis litteræ allatæ ſun-
quibus ſignificabatur, Patres Societatis decreto regio minim-
contineri. Sed nec ſic animi noſtrorum, qui Nangaſachi dege-
bant, acquieuerunt, donec ab ipſis Patribus noſtris Meacenſi-
bus litteræ afferrentur ad diem Ianuarii ſeptimum-decimum, a-
deinde aliæ recentiores à quodam fratre noſtro in hanc rē data o-
pera à P. Organtino amandato, vt tanquam oculatus teſtis minu-
tè omnia, quæ accidiſſent, commemorare poſſet.

## *QVO TEMPORE QVOQVE MODO INITIVM datum fuerit perſecutioni.*

### CAPVT II.

CVM Epiſcopus ad ſeptimum Decembris Ozaca diſceſſiſ-
ſet, & iam ſex milliaria nauigando in flumine quodam cō-
feciſſet, coactus eſt in eius faucibus hærere, donec ſecūdu-
ventus afflaret. Sed mora diuturna nō fuit, nā poſtero die, qui ſa-
cererat immaculatæ conceptioni puriſſimæ Dei Matris, fauent-
aura & mari vela fecit verſus Nangaſachum.

Ante hunc Epiſcopi diſceſſum, P. Organtinus aliique de no-
ſtris Ozacam eius viſendi ſanctaque benedictione fruendi cau-
profecti fuerant, & ideo Ozacæ remanſerunt; vbi altera Conce-
ptionis eos conuenit Paulus Ochinda cognatus Ciunagondon
trium regnorum Domini, retulitque P. Organtino, ſe audiuiſſ-
à quodam medico, qui inuiſebat quendam conſanguineum ſuum
ægrum, quidnam Iacuinus regius medicus paulo antè Ciunagon-
dono narraſſet. Chriſtiani, aiebat ille, quemadmodum cognou-
atque ipſi Patres magna libertate & licentia hoc tempore vtuntu-
in propaganda ſua lege; quod certè intolerabile eſt, & in magnum
præiudicium Iaponicorū Regnorum, quæ Diis Chami & Fatoch-
conſecrata ſunt, cedit. Dum ergo omnem venor & capto occa-
ſionem eos Regi noſtro deferendi, vt ſeuerè eos caſtigaret,
heri omnino peropportuna ſe obtulit occaſio, Regemque null-
mora interpoſita de tota re certiorē reddidi. Erat, fateor, tūc qui-
dem multis implicitus negotiis, ſic vt ad ſermonē meū non nih-
cunctaretur, nec reſponſum daret: ſed non dubitabo, ſecundò e-
undem inculcare ſermonem, & credo, pro meritis eos caſtigabi-
Verè tibi confirmo me toto pectore ab iſta lege abhorrere.

Hoc colloquium fuit Iacuini, Paulo Ochindæ, vt dicebamus, Medico enarratum. Qui medicus poſtea ſubiecit, plurimum ſe lere, Iacuinum talia in Chriſtianos moliri, ſe enim inter illos multos habere amicos. Hac re cognita P. Organtinus ilico ſit fratrem noſtrum ad Ioſephum Auguſtini fratrem tum O-æ agentem, rogatum, num Regi quippiam dictum eſſet de no-s: cumque reſponderet, nihil ſibi conſtare, frater ei retulit æ à Paulo Ochinda narrata erant P. Organtino. Et mox ſub-it Dominus Ioſephus, fieri poſſe, vt hæc acciderint: ſe enim erioribus diebus audiuiſſe ipſum Iacuinum dicentem, Dum penderet res fratris mei Auguſtini, vehementer dolere ſibi, cem belli tanta virtute præditum, rebusque præclarè geſtis n illuſtrem, quò tempore ſummis eum conueniebat à regia ieſtate affici præmiis, infeliciſſimos contra omnium expe-tionem habere ſucceſſus: certò autem ſibi conſtare, nullam a-m eius rei cauſam eſſe, quàm quòd per ſummam obſtinationē llet renunciare Chriſto, pluriſque faceret Euangelium, quam os Iaponios; quorum vltrice pœna factum ſit, vt ſuperiorum norem omnium officia & beneficia iam à Rege pro nihilo ha-ntur.

Eodem die ſub noctem Dominus Ioſephus è propugnaculo erſus venit ad ædes noſtras; & dum, vt fit, colloquitur cum Pa-ous, ecce interuenit famulus Chriſtianus Farimondoni Oza-ſis Gubernatoris, indicatque Dominum ſuum mandaſſe cui-n è famulis, vt quæreret ædes Patrum, eaſque fida cuſtodia niret: pauló antè Regem ſibi dixiſſe, ſe velle omnes è medio lere. Ad hunc ſermonem Ioſephus lachrymas tenere non po-, videnſque alia conſilia quærenda, cœpit cum dira obteſta-ne compellere noſtros, vt ante aduentum miniſtrorum Fari-ndoni domo excederent, & ſe in locum aliquem retruſum ab-ent, donec de voluntate Regis manifeſtiùs cōſtaret. Domine ſpondit P. Organtinus) deſiderium noſtrum & gloria noſtra pro prædicatione doctrinæ Chriſti Saluatoris noſtri qualem-; contumeliā imo mortem ipſam ſuſtinere, & ideo omni hora ati ſumus ad mille mortes pro Domino, cui ſeruimus, & pro ſa- Chriſtianorū, quorū cauſa ex tā remotis orbis partibus per diſcrimina rerum aduenimus, fortiter perferendas. An ergo timas latebrarum beneficio defugiēdam nunc mortem, quam ninus noſter per tam ſanctam tamque glorioſam occaſio-n nobis offert? mortem, inquam, quæ paulo antè, à nobis tan-ere deſiderata, fugiebat? Verùm cùm Ioſephus vnà cum aliis

Chriſtianis vehementiùs pergerent vrgere diſceſſum noſtru
adderentque, ſi Miniſtri Farimondoni inueniant ſimul qu
tuor Patres, Regem, ſi id reſciuerit, non noſtris modò, ſ
etiam omnibus Chriſtianis grauiter ſuccenſurum, eo quòd h
ctenus exiſtimarit in toto regno Meacenſi vnum tantum P
trem iam ætate confectum inueniri; deinde Patres facilè
crimine contumaciæ poſſe ſuggillari, quòd contra expreſſu
edictum vixerint Ozacæ: His,inquam,rationibus noſtri cõuict
tandem ceſſere, & P. Organtinus cũ P. Frãciſco Rodrighez in d
mum Auguſtini, P. verò Petrus Moregion cũ P. Frãciſco Perez
domum Sachendoni ſeceſſit.

Dum autem P. Organtinus in ædibus Auguſtini commoratu
aduertit quendam è pueris honorariis domus eſſe conſanguine
cuiuſdam Muſici, qui ſemper, vti gratiſſimus, aſſiſteret R
gi. Hunc ergo amandauit ad muſicum, vt totius negotii ſum
mam expiſcaretur. Abiit puer, & ex conſanguineo cognouit v
riſſima eſſe omnia quæ dicerentur: qui addidit, ſibi quoqu
paulo antè a Rege idem dictum, occaſionem autem fuiſſe huiu
modi: Hodie, inquiebat Muſicus, Tozza rediit Gemonogius cu
Cioſugamo, Domino illius patriæ, & ſchedulam attulit mercium
nauis. Inter cætera autem Gemonogius Regi retulit omnes il
naui aduectos eſſe Chriſtianos, & inter eos multos religioſos: r
que hoc magis debere eſſe ſuſpectam, quo pauciores merces,
plura arma aliaque inſtrumenta bellica deferret. (videtur autem
id dixiſſe, vt hoc prætextu plures merces ſibi vſurparet) Tum Ta
coſama ira & furore æſtuans reſpondit, ſe iam dixiſſe, peſſimi exe
pli rem eſſe, ſi legi Chriſtianæ publicandæ locus detur in Iaponi:
cumque prohibuerit omnem publicationem, tamen Faſcegaua
Patribus, qui è Philippinis aduenerant, eouſque fauiſſe, vt & le
gem ſuam annuntiarint; & Eccleſiam etiam contra edictum ſuum
fabricarint. Aderat tum præſens vnus è Faſcegauæ filiis, Regis a
licus, nomine Vſioio, & ad purgandum Patrem ſuum dixit: Excel
lentia veſtra rectè dicit. Et ideo Pater meus minimè ignaru
hæc diſplicitura V. Excell. ſæpius eos monuit, vt à prædi
catione abſtinerent. Sed quia admonitioni non paruerunt
parens meus omnes eorum fautores annotauit. Non ſolùm, ſub
iunxit Rex, Philippini Patres legem à me vetitam, ſed alii quo
que prædicarunt, & inter eos ſenex quidam, (indicabat P. Or
gantinum) qui, vt mihi narratur, ſub ſpecie curandorum quorun
dam morborum in hac aula, homines baptizat. Certum eſt
vtroſque luituros pœnam ſuo ſanguine: illos quoq; Nãgaſachano

curab

rabo agi in crucem. Aderat id temporis præſtò Cicugendonus, ui cupidus mitigandi furorem regium, magno animo & humi-er dixit, Excellentia veſtra iuſtas iræ cauſas habet, fateor; tamē c vice etiam atque etiam rogo, vt benignitatem & clementiam am erga Patres demonſtrare velit, & vita eos donare. Quando i ita videtur, reſpondit Taicoſama, tollam è midio tantùm inque vel decem, reliquos, poſt præciſas nares & aures, vbi in ris per vrbem tractis omnium ludibrio expoſiti fuerint, in ſuas giones, vnde venerunt, amandabo. Deinde conuerſus ad Vſioiū it: Hac nocte ſimulatque in Orizonte apparuerit Luna, celer-iè contende Meacū, & mandata mea exequere. Hæc ſunt quæ uſicus ſuprà nominatus noſtro puero honorario retulerat.

Cæterùm, vt rectiùs intelligatur inſtitutum Regis, ſciendū eſt ſtros, in partibus maximè Meacenſium, præcipuam operā col-aſſe in conuertendis hominibus genere nobilibus: ijs enim ad um conuerſis, facilè conuertuntur reliqui. Quod animaduer-s Iacuinus, credidit nos hoc quaſi ſtratagemate vti ad occupā-n potiùs Iaponiam, quàm ad ſalutem animarum procuran-n, & idcirco ex Europa in Iaponiam veniſſe. Nam, vt ſupra in-uanimus, immortalitatem animæ, inter alia falſa dogmata, et loco ſomnij, impieque & abſurdè credit, perinde homi-n ac brutorum animas cum vita extingui. Hac eadem ſuſpi-ne nixus, quam auxerat iam olim, antequam exulare iubere-r, ſingulare ſtudium Iuſti Vcondoni in excitanda ad fidem no-tate, idem inculcarat in aures Regis; qui tamen tunc declara-ſe nihili hanc accuſationem facere. Vt autem peruenit in re-m Scimo aduerſus regem Saſſumanum, & animaduertit mul-Dominos cum aſſeclis ſuis factos Chriſtianos, eoſdemque gna inter ſe concordia deuinctos, & Patribus vehementer ad-os: cœpit memoria repetere ea, quibus Iacuimus eius aures ndam oppleuerat; & intelligere, quod tamen falsò augura-ur, propagationem fidei incolumitati Imperij obfuturam. ue hæc eſt vera cauſa auerſionis, quam iam declarat, non au-vel legis Chriſtianæ odium, vel Zelus erga idola: notum e-in vulgus eſt, quàm parui faciat Cami & Fotochi, vti idioma-iponico appellantur; nihil quoque dubitat, alteram vitam, rem merè commentitiam, ac proinde leges eò ſpectantes nō niſi hominum decreta, ad gubernationem regnorum excogi-, vt terrore ſuppliciorum alterius vitæ mortales, tanquā fre-niecto, à ſceleribus arceantur.

erùm enimuero Taicoſama tādem ſe colligens, & perpēdes,

noſtra

noſtra in Iapone commoratione ſalua permanſura Luſitanor
commercia: intelligens quoque, quàm ingenuè & ſincerè, rei
to omni ambitionis opumvé congerendarum ſtudio, res ſua
gerent, ac denique legatione P. Viſitatoris ab Indiæ Orient
Prorege ſuperioribus annis ad ſe, tunc Quabacundonum, in
tuta, permotus nonnihil ſuam in nos indignationem temp
uit, eoque ampliùs nobiſcum diſſimulauit, quo cognouit nos
nus in publicum prodire, minoreque libertate Euangelium p
dicare, atque ita rationem aliquam ſui Edicti habere.

Poſtea autem videns paulatim & alios religioſos ex Philip
nis nomine ſpecioſo Legatorum aduolare, & ſic in Iaponia
diſſeminandam legem à ſe vetitam permanere: ac prætereà c
tior factus à Iaponiis negotiationes ſuas in Manila exercentib
Hiſpanos hoc ſeculo noua regna ſibi ſubieciſſe, priſtinam ſu
cionem renouare cœpit de Patribus, quaſi iſthuc veniſſent
tandem totam Iaponiam in ſuam redigerent poteſtatem.

Iam, vt redeamus, vnde diſceſſimus, cùm puer honorariu
Organtino ſententiam Regis narraſſet, multis Chriſtianis,
præſtò erant, viſum fuit, Patribus quærendas latebras, & Tai
famæ Miniſtris, ſi veniant, reſpondendum, eos Nangaſachum
Epiſcopo profectos. Sed P. Organtinus clarè exponens ſu
ſententiam: Quod, inquit, ad alios Patres attinet, ſequantur c
ſiliũ, quod placuerit; ego quid affectæ huic meæ ętati conue
probè noui. Viginti & amplius annos Chriſtianitatem harũ
tium Meacenſium vtcunque foueo & ſuſtento, & nunc, cùm t
pus eſt in publicum prodeundi, viliter conjiciam me in latebr
cùm ſumma incumbit neceſſitas me meoſque derelinquam?
ſit à me; ſic enim nec diuino honori, nec vinculo quo Socie
ſum obſtrictus, vnquam ſatisfecero. Quocirca Deo propitio
ſummo diluculo me do in viam Meacum verſus, vt in crucẽ a
vel certè vt naribus auribuſq; mutiler, aut certè, vt mecũ, tã
cum Euãgelij prædicatore, id agatur, quod ijs collibitum fu
Hæc audiens P. Rodrighez, certum ſibi fixumque eſſe ſubieci
comitari Patrem, & eandem periculi aleam ſubire. Mirati
circumſtantes tantam virtutem, religioſorum pectorum
priam, & propoſitum collaudarunt: atque ita vterque Patrum
greſſus eſt conclaue quoddam, in quo cum multis nobilibus
lieribus agebat Domina Iuſta coniunx Auguſtini, ante annos
plures à P. Organtino ſalutaribus aquis tincta. Quæ vt intell
Patrem venire cauſa extremum precandi vale, & ad mortẽ M
cum properandi, ſic repentè indoluit, vt ne verbulum quidẽ,
lacry

rymis & ſingultu interclusa, effari potuerit. At pater contrà
ıdere nullum hîc eſſe iuſto dolori locum, &, vti conueniebat,
ıtione caritatis plena eam cum ſociis in omnes futuros euen-
; animare inſtitit. Vidiſſes hîc bonos illos Chriſtianos, alios ex
ıementi amore in Patrem tam antiquum veſtes eius contre-
ıre, alios vultu mœrorem, quo eorum pectus oppreſſum erat,
ɔrimere: alios dolorem intimis animi ſenſibus incluſum cre-
ɔ gemitu prodere. Nec deerant, qui animoſiores reliquis ſe co-
tes Patri offerrent, &, vt apparebat, ex corde dicebant, *Eamus nos, & moriamur cum illo.* Rebus omnibus in hac domo per-
is, Pater rediit ad domum noſtram, & confeſtim curauit aduo-
i duos alios Patres, qui erant in ædibus Sachendoni: quibus
n paucis verbis expoſuiſſet, quid intellexiſſet, quidque apud
mum ſuum conſtituiſſet, vtrumque magna amoris ſignifica-
ne complexus, poſtera luce, hoc eſt nono Nouemb. iter Mea-
ſe cum P. Rodrighez comitante fratre noſtro Paulo Amacu-
liiſque Chriſtianis, ingreſſus eſt. Fidelibus, qui Ozacæ degũt,
: conſilium partim magnum conciliauit mœrorem, dum vi-
ıt ſe deſtitui Patre ſine ſpe vlla ampliùs eum videndi, partim
ım attulit gaudium, dum ſibi perſuadent Dominum noſtrum
via aditum ſibi patefacturum ad illuſtriorem coronam, qua-
ſolet generoſis ſuis militibus pro ſua diuina voluntate im-
tiri. Cæteri duo Patres cum fratre Paulo Michi, aliique non-
li Chriſtiani, qui remanſerant Ozacæ, confeſſione generali ſe
dem compararunt, ſimulque rationem modumque præſcri-
unt, quemadmodum Eccleſiæ ornamenta ſupellexque dome-
a in tuto eſſe poſſint. Dum hæc agitantur, ecce nouus nuncius
rtur, iram furoremque regis in ſolos Patres Franciſcanos cõ-
ſum. Sub noctem verò eodem die præterea cognouimus Fari-
ndi miniſtros veniſſe quidem ad dictorum Patrum ædes, ſed
m tantùm inueniſſe, nomine Martinum de Aſcenſione, qui
ipſo anno è Philippinis aduenerat. Annotarunt igitur huius
rtini nomen, & alterius cuiuſdam Chriſtiani, qui inſeruiebat
is Miſſæ, ac præterea duorum puerorum: relicta autem ibidẽ
odia, venêre ad noſtrum diuerſorium, quibus obuiam proceſ-
Chriſtianus quidam, nomine Andreas Ongaſauara, cum aliis
buſdam, affirmans ædes illas eſſe ſuas; etiamſi certa quædam
ım cubicula adſignaſſet P. Ioanni Rodrighez, ſuæ Excellen-
interpreti, in quibus commoratus fuiſſet Epiſcopus, cùm per
ıcam iter haberet; nunc autem non eſſe ibi niſi tres, nempe
rem illum Paulum Michi, alium, qui inſeruiret Miſſæ, & ter-
tium,

tium,qui rem domeſticam curaret.Duos reliquos Patres,qui i
bi erant, non nominauit , licèt ante miniſtrorum aduentum c
nixè rogaſſent Andream eiuſque ſocios; vt liceret ipſis compa
re,tamque fortunatam cum reliquis aleam periclitari:ſi enim;i
quiebant,conſtitutum eſt apud Taicoſamam vita nos exuere;fr
ſtra cogitamus de latebris.Adiungebant in hunc finem ſe relic
à P.Organtino.Verùm dicti Chriſtiani nullum his precibus de
re locum.vnde & tribus tantū nominatis dimiſere miniſtros G
bernatoris; qui in digreſſu mandarunt vicinis, vt illas ædes c
ſtodirent.

Noctu deinde ad domum noſtram venit Sachendonus cū qu
dam Domino Chriſtiano,aliiſque duobus, qui binos adduxera
equos cum obfirmato animo per vim abducendi vtrumque Pat
& deportandi Sacaium,nouem paſſuum millibus Ozāca diſſit
donec furor deferbuiſſet : cumque in re tam graui non ſatis ſ
famulis confiderent , ipſi in comitatu Patrum eſſe decreuera
Hîc vehementer reſiſtere noſtri,& allegare,perferre ignominia
pro Chriſto,non eſſe aliud,quàm ſempiternam venari gloriam
non alia de cauſa patrio exceſſiſſe ſolo, quā vt in ſimili cauſa c
cumberent;adhæc;ſi Regi certum foret,nos debere in eius man
venire,nullum humanæ arti ſupereſſe effugium: Quocirca don
illa exire,non fore aliud,quàm in diſcrimen capitis conjicere, 
modò qui eos recepiſſent;ſed etiam qui in procuranda fuga op
ram ſuam collocaſſent.

Hoc reſponſo ſic commoti ſunt ſupradicti Domini , vt diui
honoris zelo accenſi,promiſerint ſe nulla re à fide,quam ſuæ di
næ Maieſtati deberent, & ab officiis Chriſtiani hominis præſta
dis, receſſuros: nequaquam tamen ſe permiſſuros ; vt Patres i
manerent,quandoquidem tota perſecutio videretur conuerſa 
Patres Franciſcanos:nec mora noſtrorum in domo illa ad ali
valeret, quàm ad augendam Regis indignationem in omnes P
tres, omneſque totius Iaponiæ Chriſtianos . Quare neque re
rationi conſentaneum eſſe,propter particulare bonum paucor
in apertum periculum conjicere omnes.Denique rationibus a
iungentes preces , coëgerunt Patres in ſuam deſcendere ſente
tiam,ſed ea conditione , vt quando certò conſtaret Taicoſama
cauſa Euangelij Patres è medio tollere , ipſi quoque , vbicunq
locorum eſſent, prodire in publicum poſſent & morti ſe offerr
Itaque exemplo B.Pauli,qui in re non diſſimili Damaſci permi
ſe à fratribus in ſporta demitti per muros,tandem domo egreſ
equos aſcenderunt,comitantibus illis Dominis,qui iter illud p
dict

;es,veſtibus; quæ pallij loco ſunt Iaponiis, breuiariiſque in hu-
:ros reiectis, ingredi voluêre Sacaium vſque:vnde poſt dies a-
uot Ozacam reuerterunt.

## E IIS, QVÆ HOC TEMPORE TAM MEACI, QVAM FVSCIMI ACCIDERVNT.

### CAPVT III.

P. Organtinus ſimulatque ex puero honorario Farimondoni cognouit mandatum Domini ipſius, Chriſtianum quendam dedita opera amandauit Meacum, vt duos fratres noſtros in Reſidentia degentes redderet certiores: cumque poſtero ,qui erat nonus Decembris, ſub meridiem illuc perueniſſet, acerbum hunc nuntium eis attulit: verùm illi pro iucundiſſi- exceperunt, ſeque mutuò animantes in omnes futuros caſus ommunierunt,atque idem Iuſto Vcundono aliiſque quibuſ- a Chriſtianis ſignificarunt; qui ilico ad ædes noſtras aduola- t,vt vnà cum fratribus tam honorificam mortem præſtolarē- Ac breui temporis ſpacio horum numerus accreuit. nā quàm num rumor inter Chriſtianos percrebuit,mutuis exhortatio- us accenſi magna celeritate ad nos accurrere.

nterea quidam è noſtris fratribus ſpiritu caritatis in proxi- n,cuius damnum plus eum premebat quàm propriū, impul- proſpicienſque in huiuſmodi caſibus multa arcana prodi per pta, & ideo poſſe multorum nobilium baptizatorum nomina fieri, ſi miniſtri iuſtitiæ in domo literas aliquas reperiſſent, uit diligēter omnes,quotquot inueniri poterant, ad noſtros xternis ſcriptas,quæri & comburi. Paulo pòſt noſtri cogno- int Gibonoſcium vnum ex Aulæ gubernatoribus & admini- orem Meaci,dicti,inferioris,vbi noſtra eſt Reſidentia,cuſto- miſiſſe ad obſidendam domum Patrum Franciſcanorum, qui n in Meaco inferiore habitabant.

um hæc aguntur Meaci eodem die, qui fuit nonus Decem- appellit P. Organtinus, cumque tribus milliaribus tantùm ret Meaco,ex Chriſtianorum conſilio præmittit Paulum A- ūſam exploraturū,quo loco res eſſent. Paulus colloquio ha- cum diuerſis Chriſtianis redit ad Patrem,eodem loco vbi eū liquerat expectantem;commemorat,quid intellexerit, nem- am Regis omnem potiùs in Franciſcanos Patres quàm in os directam:itaque conſultum fore, vt Reuerentia ſua inibi nihil cunctetur,donec magis liqueat rei exitus.

Atque

Atque hîc rurſum Chriſtiani renouare cœperunt & preces rationes,vt Pater ibi hęreret,non modò ob cauſam allatam, ſ quia conſiderare deberet,quantum ipſi eius opera in tali aduer tate indigerent; atque ita varia media & opportunitates pro nebant,quibus deliteſcere poſſet. At bonus Pater, qui nihil m nus quam vitæ deſiderio ardebat, omnes reiecit; dicens: Vel h noua tragœdia procuditur in caput noſtrum,vel non. Si nō, qu me poteſt abſterrere;quo minùs in apertum prodeam? Si verò nos cuditur,ſi nos ad necem deſignat, an decet vt me abdam, velut mercenarius fugiam? longè ſanè id abeſt à meo deſider quod non eſt aliud,quàm ex paſtoris Euangelici officio anim meam pro ouibus Chriſti ad gloriam Dei ponere. Deinde,ſi R omnino me quærit ad necem, quæ poteſt tam retruſa eſſe cau na in tota Iaponia,in qua non à rabie Taicoſamæ inueniar? n ignoro hæc conſilia veſtra proficiſci ex ſingulari caritatis affec quo in me flagratis; ſed ideo ſatis mihi eſt,gratias magnas ag pro optima in me voluntate. Adiunxit & alias rationes, quib probabat, iam adueniſſe tempus, quo conueniret ad Dei glor legis noſtræ ſanctiſſimæ honorem,& Reipub. Chriſtianæ ſalu Patres tandem vexillum Chriſti expromere, & pro prædicato bus doctrinæ de cœlo in terram allatæ ſe palàm oſtentare:nec d bere ſe ad hoc inſtituto aut vano vllo metu aut anguſtia retard ri,cùm hoc deſiderum diuinæ Maieſtati ſit acceptiſſimum. Atq hac ratione P. Organtinus dictorum Chriſtianorum animis ex mit omnem cogitationem redimendi vitam ſuam, ſi fortè da tur occaſio: quoniam id non eſſet aliud, quàm defugere mar rium,quod Dominus Deus noſter pro ſummo beneficio illi off ret. Id nihilominus inter eos conuenit: non debere ipſum pri prodire in publicum, aut aliud quippiam palàm moliri, quàm Regis voluntate certò & exploratè conſtaret: atque hac moder tione Chriſtiani fuere contenti.

Eodem die Meacum aduenit Vfioius à Rege miſſus, vt nomi eorum Chriſtianorum, qui Patribus Franciſcanis fauerent, a notaret:nullaque mora interpoſita inquiſitionē inſtituit, & om nium Chriſtianorum,quotquot Meaci erant, nomina deſcrip Quorum primus fuit Iuſtus Vcundonus,qui nunc ibi ſedem ſu habet. Hoc perfecto,animaduertēs ædibus dictorum Patrum a hibitos cuſtodes à Gibonoſcio,& non noſtris: adiit ipſe Gibon ſcium, eique dixit: Si cuſtodes attributi ſunt illis Patribus, id quòd diuulgent legem ſuam; attribuantur & Patribus Societat quia eiuſdem culpæ rei ſunt: atque vt faciliùs id homini perſu

der

ret, nomina quorundam principum virorum edidit, qui à no-
is eſſent baptizati; affirmauitque noſtros in prædicandi bapti-
ndique officio longè eſſe diligentiores, quã Patres Philippinos.
rabus autem de cauſis Vſioius hanc rem vrſit: Prima erat, vt ſi
noſtris aliqua culpa hæreret, minor appareret culpa (ſi modò
lpa vlla erat) Patrum Franciſcanorum. Altera erat, quia cùm
ter eius, prorector eorum eſſet, videbat in magnum ſuum dede-
s ceſſurum, ſi illi ob noxam aliquam caſtigarentur, quæ nullo
odo in noſtris caſtigata eſſet. Obtulit inſuper illi omnium Chri-
anorum catalogum; poſtulauitque vt omnibus cuſtodes attri-
erentur, né Rex ſuæ incuriæ adſcriberet, ſi fortè quis odora-
ſcriptorum nominum cauſam fuga elaberetur. Diuina certè
uidentia factum eſt, vt Vſioius priùs nomina Chriſtianorum
album referret, quàm Gibonoſcium certiorem redderet: nam,
n ipſe eſſet Meacenſis gubernator, ægre tulit, Vſioium, ſe non
nmonito, implicare ſe ſuæ gubernationi, eoque ampliùs,
od ipſo eſſet inferior: itaque homini vehementer ſuccenſuit,
ote, quia res attingebat juriſdictionem. Itaque omnibus
dis eius acta reſcindere conatus eſt, ac pro imperio illi reſpon-
Neſcis prorſus, quid loquare; multo autem minùs intelli-
voluntatem Regis: nec enim Regi in mentem venit omnes
iſtianos trucidare; hoc enim eſſet ingentem hominum mul-
dinem è medio tollere. An tu certò cognoſcere potes, qui
Chriſtiani, nécne? tam multi enim hoc tempore occultè
Chriſtiani, vt nec ego ſciam, num tu ſis Chriſtianus, nec tu
s, num ego ſim: itaque vide ne rem tam abſurdam proſe-
re. Neque hîc quieuit Gibonoſcius, ſed longiùs progreſſus
ecit: Et cùr quæſo in Catalogum tuum retuliſti nomen huius?
i ſcilicet, qui erat primus omnium: num res noua eſt, illum
Chriſtianum? an latet nos, nondum decẽnium elapſum, cùm
ipſe Facatæ illi mãdari iuſſit, vt eiuraret baptiſmum, & quo-
n non paruit, voluit illi vitam adimere, niſi propter officia
a Regi olim præſtita vitam impetraſſet, atque ideo tantùm
us eius in fiſcum redactus eſt? Præterea, nónne conſtat Regem
us eum in ſignum beneuolentiæ admiſiſſe in ſuum conſpe-
n? Quid ergo noui adferes Regi, ſi nuncies Iuſtum eſſe Chri-
num? Certè nunquam rem hanc tolerabo, nunquam ſub-
am tali conſilio. Ædibus Patrum cuſtodes adſignare non
enit, quia ſunt ædes interpretis ſuæ Excellentiæ, nunc a-
is Nangaſachi. Fateor, reſpondit Vſioius, ædes eſſe illius in-
retis, ſed ſemper in iiſdem degunt alii Patres, qui diuulgant

ſuam legem,atque ideo illis idem fieri debet, quod Franciſca
rum ædibus. Verùm non deſuerunt Gibonoſcio multa,quæ in
uorem noſtrum cōtra obiectaret, & ideo finem dicendi facie
clarè ei indicauit, quandoquidem Taicoſama ſibi gubernati
vrbis Meacenſis & iuſtitiæ huius executionem commiſiſſet, a
ret vias ſuas. Scio enim,inquit,& probè intelligo,quid facto o
ſit. His verbis auditis, nullo reſponſo dato,Vſioius totus confu
& pudefactus domum abiit.

Inſequenti die, qui fuit decimus Decembris, Gibonoſcius,
curatiùs & animo minùs obſtinato expendens rem totam, ex
mauit cuſtodes quoque attribuendos domui noſtræ,non tam
iuſtitia,quàm pro ceremonia: licèt enim præterito die de e
arguiſſet Vſioium, declarando Regis mentē; tamen ne ſuſpe
videri poſſet in cauſa noſtra, putauit ita faciendum. eam ob
quendam nepotem ſui Vicarii miſit ad domum noſtram,roga
quis in ea domo habitaret, & cuius curæ ſubiecta eſſet? Adu
tanti prodit obuiam vnus. Ego hîc cum alio quodam (is erat
ter noſter curam domus gerens) habito, quē queris? Voca, re
dit ille,ſocium tuum: volo enim illi loqui. Venit frater; & hi
vultu, vt ſolet; illum ſalutauit. Tum iuuenis: Dominus, inq
Vicarius ex mandato Gibonoſcii iuſſit cuſtodes huic domui
poni. Verùm quia vultum hominis fidi præ te fers, qui me no
fraudaturus, non videtur mihi opus externis cuſtodibus: tant
mandabo vicinis,vt eius curam habeant. Deſcripto autem fra
noſtri ſociique nomine, digreſſus imperauit vicinis,vt hanc
mum cuſtodirent. Morabantur in ea quinque de noſtris; ſed,I
ita volente,vnus tantùm ex iis in ſcriptum relatus eſt. Nam c
dam diuerterat in ædes vicinas: vbi, dum cum quibuſdam n
libus Chriſtianis ardenter diſputat de martyrio,eoſque diſſol
eorum in hoc argumento quæſtionibus ad tam illuſtre certa
fortiores reddit, Deo omnium rerum prouiſore ita diſpone
in Catalogum militum Chriſti relatus non eſt. Alii item tres
fortuitò aliis diſtenti negotiis,corona martyrii excluſi ſunt. A
bi didicerunt duos antè nominatos in album relatos, non pa
indoluere, quòd tanta felicitate excidiſſent: ac vnus quidem
cta quadam inuidia ſtimulatus pro omnibus à P. Organtino
ſtulauit, num expediret ſponte adire gubernatorem, & no
ſuum prodere. Et reſpondit Pater, patienter expectarent.
ſam enim,qua Rex moueretur ad hanc executionem, adhuc
incertam & dubiam. Si autem res verteretur in confeſſione
facienda, non ipſos modò, ſed vnumquemque certatim ad
u

ũm coronæ in ſtadio decurſurum. At ſi ratione nauis Tozzanæ
ec tragœdia excitata foret, maturiore conſideratione opus fu-
rum: cui reſponſo dicti fratres acquieuerunt.
Vicini, vt mandato Vicarii facerent ſatis, cuſtodes domui no-
æ adhibuêre: verùm ſicut languidè illa cuſtodia erat imperata,
ı ſeruata eſt languidiùs: nam cùm interdiu vnum alterúmve tã-
m, noctu verò paulo plures gladio & haſta armatos excubitores
hiberent, placidiſſimè tamen cùm noſtris egerunt.
Rex hoc ipſo die cùm ageret Fuſcimi, eique præſtò eſſet Gibo-
us & Gemonogius, ambo Meacenſes gubernatores, (ſuperioris
rtis alter, alter inferioris) Faſcegaua quoque cum filio Vfioio,
ique permulti; cœpit inuehi in vtrumque gubernatorem ob ni-
am licentiam in annuncianda lege Chriſtiana, baptizandiſque
ıltis hominibus contra edictum ſuum à Patribus Philippinis &
ſtris vſurpatam. Ipſi verò, vt ſe purgarent, & extempio vindica-
ıt ſe contra Faſcegauam & Vfioium, qui Regi inculcarant à no-
s magnam hominum turbam ſacris aquis expiatam, reſponde-
ıt, id verum quidem eſſe de Patribus Franciſcanis, ſed non de
ribus Societatis: ſe, quoniam libertas tanta eis videretur in-
ita, dictos Franciſcanos commonefeciſſe, licèt fruſtra: eos re-
ndiſſe per Faſcegauam facultatem prædicandi à ſua Excellen-
ſe impetraſſe: itaque cùm ille patrocinium illorum ſuſcepiſſet,
quoque viſum fuiſſe hoc probabile, atque ita totum onus in
cegauam tranſtuliſſe. Quod autem ad Patres Societatis atti-
, aiebant, ſe certò ſcire, nihil eos contra ſuæ Excellentiæ edi-
m molitos. Studioſè quidem ſæpenumero ſe in illos inquiſi-
e, ſed nihil admodum deprehendiſſe. In huius rei teſtimoniũ
èt eſſet falſum, tantumque purgandi cauſa prolatum) Gibo-
cius produxit epiſtolam à Tarazauandono Gubernatore Nã-
achano miſſam; in qua ſcribebat Patres Societatis in illis par-
ıs in propaganda ſua fide eſſe admodũ parcos & quietos. Qua
tola audita, oſtendit ſe nihil habere contra Patres in iis regio-
us degentes, credebatque P. Organtinum eſſe, qui, vt Faſcega-
& Vfioius affirmabant, contra legem ſuam deliquiſſet, & Ta-
auondonus idem in dicta epiſtola innuebat his verbis: Quod
ne, inquit, attinet, omnem operam impendo, ne Euangelii
ſus ſuum habeat proceſſum. Vos autem cura iſta vacui curſum
ıs non inhibetis. Verùm Gubernatores, hoc poſtremum di-
n, quod erat contra ipſos, non probarunt: probarunt autem,
d faciebat pro ipſis: atq; ita nos culpa omni liberãdo, omnem
ã (impiè vocantes culpã, ſtudiũ ſanctum diſſeminandi diuinũ

Euangelium) in humeros Patrum Franciſcanorum reiecere ti
ſui, vt dicebamus, tuendi, Faſcegauamque & Vſioium accuſan
cauſa, tum quia in accuſationem dictorum Patrum coniurarā
vt è Iaponia pellerentur.

Cauſa autem hanc epiſtolam ſcribendi Tarazauondono h
fuit: Superiori anno, cùm verſaretur in aula, & intelligeret Patr
Franciſcanos libere prædicare & baptizare, viſum erat ei ea de
commonefaciendum Regem; maximè, quòd iam quidam par
eſſent ad eos accuſandos; quæ res nō poterat nō in damnū quo
noſtrū cedere. Et ideo ex amore, quo nos proſequitur, conatus
periculum nobis impendens auertere; & primu admonuit ip
Patres, viderent, quid agerent: deinde videns ſe nihil effeciſſe,
ctam epiſtolā dedit ad Gibonoſcium, vt data occaſione is eam l
geret Règi. Et ideo ea oblata Regi quoque nunc prælegit.

Deinde vndecimo Decemb. hoc eſt, die ſequenti, Rex, cùm d
tineretur in ſpectandis ſui palatii ædificiis, aduocauit Gibon
ſcium, eique mandauit, vt morte multaret omnes Patres; qui r
ſpondit ſe pomptè imperata facturum, & ſic receſſit.

Tunc Iaponio cuidam, qui præſtò aderat, in mentem venit,
uiam quandam ſuam Chriſtianam, nomine Mariam, huius r
reddere certiorem; veritus, ne illa etiam è medio tolleretur, (ge
tiles enim nullum diſcrimen faciunt inter Patres & Chriſtiano
ſed quemque Chriſtianum appellant Patrem) atque ita Fuſcim
vbi ipſe erat, Meacum, vbi illa degebat, trium millium interual
diſiunctum, hanc exarauit epiſtolam.

Hodie, dum ædificia ſua ſpectaret, Rex magno furore imper
uit, vt Patres omnes, nullo excepto, interimerentur. Miſeret n
tui, quæ Chriſtiana es, & idcirco volui tibi id hac epiſtola patef
cere. Mulier fortis hoc nuncio nihil turbata eſt, ſed hilari vul
Deo gratias egit, animóque inuicto ſe ad tam illuſtrem corona
comparauit: ac veſtes etiam quaſdam, vnà cum filiola adopti
decēni, nomine Gratia, (cui, ceu pia mater, omnia bona optaba
ſepoſuit, quibus decenter indui poſſet, ſi quando agenda eſſet
crucem. Et certè illa non modò ea in re animi ſui robur demo
ſtrauit, ſed etiā ſtudioſè procurauit, vt deſiderio effectus reſpo
deret. nam Chriſtianis quibuſdā ibi præſentibus dixit hæc verb
Ego ſum parata mori pro ſancta noſtra fide: verùm quia femi
ſum, (quę à natura timidior eſt) haud ſcio, num animū ſim, aſpec
nudæ crucis, abiectura; quare vos obnixè obteſtor, ne lapſum t
lem in me toleretis, ſed etiam renitentem vi pertraharis ad car
fices, vt cum reliquis martyr hac vita excedam.

Eade

Eadem MARIA deinde periculum factura, num deſiderium
ſolæ Gratiæ, quæ optabat eandem ſubire aleam, eſſet ſolidum,
non puerilis potiùs ardor: dixit ei, ſe velle ipſam amandare ad
ım Patrem, (qui tūc in alia quadam vrbe degebat) vt extra om-
periculum eſſet. Illa autem vberrimè cœpit lacrymari, dicens:
ıid hoc eſt? nónne ego ſum baptizata? Certè ſi Chriſtiani om-
s moriuntur, egóne velim viuere? Ex quo reſponſo Maria non
ùm cognouit Gratię conſtantiam, ſed ſummam quoque perce-
conſolationem. Ac certè cùm paulo pòſt à ſuo Patre reuoca-
ur, nunquam à Maria diuelli potuit. Tantum cæleſtis gratia
icit in animó etiam tenero, quando ſemel illum occupauit.
Fortè aderat Paulus Amacuſa, cùm hæ litteræ traderentur. iiſq;
ceptis adiit alium quendam fratrem noſtrum, hunc vt diximus
lloquium inſtituētem de martyrio cum quibuſdam nobilibus,
ue, remotis arbitris, in aurem dixit, quæ noua Fuſcimo allata
ent, ea nobilibus illis patefaceret, ſi putaret eos non contur-
ndos; ſin ſecus, taceret. Tum ille: Mihi hæc cura incumbat:
m ita ſenſim rem inſtillabo illis, vt timori nullus ſit futurus lo-
; nec reſtinguam ardorē ſponte ardentium, ſed potiùs adauge-
. Paulus verò abiens reuertit ad Patres, qui in alia quadam do-
ı verſabantur, eiſque eadem nunciauit. Quo facto, amplexus
tres fratreſque non ſine omnium lacrymis, abiit ad ædes no-
ıs, quibus excubitores erant attributi: nec aliud ibi expectaba-
, quam vt lictores aduolarent, & omnes ad necem raperentur.
erea P. Organtinus de omnibus certiorem reddendum puta-
P. Viceprouincialem, cui ſcripſit in hunc modum: Epiſtola,
am ad R.V. nunc tranſmittimus, magnum & generale gaudiū,
n pro ipſa, tum pro Reuerendiſſimo Epiſcopo, tum pro omni-
s Societatis hominibus denunciat. Heri ſub noctem Fuſcimo
ierunt litterę ad Mariam de Ciuan, à quodam eius nepote ſcri-
e, in quibus habebatur, illo ipſo die Gibonoſcio à Rege manda-
n, vt omnes Patres interficeret. Paulus Amacuſa inſolita qua-
n lætitia exultans hoc nuncio cognito ingreſſus ædes noſtras
it: Tandem Patres & Fratres cariſſimi tēpus illuxit profundē-
anguinē pro illo Domino, qui amore noſtri profudit ſuū. Quo
dito, magna conſolatione cœpimus interioris hominis prę-
ationi attēdere. Quoad exteriorē verò, exemimus ex arcis cer-
tunicas, pallia, & lineas veſtes cū ſtolis, vt cum hoc habitu in
atrū, velut germani Societatis filii, & veri Chriſti ſerui, ac diui-
legis prædicatores prodiremus. Tantaq; omnes inceſſit lętitia
Domino cõmunicata, vt verbis eā nequeam exprimere. Ac ſanè

agnoſcimus hunc vnum eſſe effectum gratiæ, quã continuis ora
tionibus & ſacrificiis, quæ P. N. Generalis & R. V. hoc tẽpore i
diuinæ Majeſtatis gloriam pro hac prouincia fieri curauit, impe
trauimus. Multo autem major ad hoc gaudium noſtrum facta eſ
acceſſio, dum animaduertimus, omnes hos quoq; Chriſtianos, t
paruos quàm magnos paratos ad nos imitandos, & ponendã vit
pro illo, qui ſua poſita redemit omnes. Id modò verebamur (quo
alii quidam dictitabant), ne apud Deum indigni palma tam glo
rioſa haberemur. Omnes autem excelluit verus ille athleta Chri
ſti Iuſtus Vconnorus: Aderant quoq; ibi alii generoſi equites, v
filii Genoſoin, qui eſt vnus è quatuor aulæ præfectis; & minimu
filius, nomine Conſtantinus, huc uſque à nobis non diſceſſit. Al
præterea, & inter eos multi nobiles, continenter ad nos mittun
epiſtolas & nuncios, promittentes ſe promptos ad ſuccurrendu
nobis, vti Patribus & Magiſtris ſuis, quando opus erit. Magnu
huius feruoris in iſtis neophytis partim attribuimus ſancto Sa
cramento Chriſmatis, quo paucis antè diebus a Reuerendiſſim
Epiſcopo ſunt conſignati. Non poſſum hîc ſilentio prætermitte
re petitionẽ Iacobi & Ioannis, qui opellã ſuam præſtant nobis in
ſeruiẽdo ſacris. Hi enim quia firmiter decreuerunt idẽ nobiſcũ vi
tæ diſcrimẽ adire, petiuerũt à me in Societatẽ noſtrã priùs admit
ti. Quibus reſpõdi, ſi contingeret eos mecũ occumbere, ſortẽ eo
rum fore feliciſſimam: ſi non, me cum R. V. de illorum deſideri
acturum. Hæc eſt ſumma epiſtolæ P. Organtini.

In regno Giamaco, quod vnius diei interuallo abeſt Meaco
vrbs Nara, in his regionibus percelebris, ob ſectas diabolicas, qu
in ea florent. Ad huius vrbis Academiam mandato P. Vicepro
uincialis miſſus eſt è fratribus noſtris Vincentius, vnus ex optimi
concionatoribus & interpretibus huius prouinciæ, vt pleniorem
ibi hauriret gentilitiorum errorum notitiam, ac deinde de omni
bus concionatores noſtros accuratiùs informaret, atque ita faci
liùs mendacii magiſtrum omnes redarguerent. Dum verò in ho
ſtudium incumbit, ecce affertur ad eum epiſtola, qua à fratre no
ſtro quodam certior fit, ſi cum cæteris Patribus velit eſſe parti
ceps martyrii, primo quoque tempore aduolet. Hoc nuncio co
gnito Vincentius licèt a natura puſilli & anguſti animi, mox ſe
ſe collegit, ac nulla mora interpoſita omnia ſua ita componit, v
prima luce ſequentis diei præſtò eſſe poſſet. Hoſpes id videns, qu
magno eum amore complectebatur, omnibus modis nititur e
perſuadere, ne Meacum antè ſe conferat, quàm exitum cognoſ
tragœdiæ: temeritatis quippe magnæ eſſe ſe in fauces mort

mittere,quando facilè declinari poſſunt.
Frater gratias homini egit, pro ſingulari in ſe amoris affectu:
nque docuit,mori pro lege Chriſtiana,quam annunciaret, nō
odò non ſibi vllum afferre faſtidium, ſed voluptatem animi tā-
n,vt beatum ſe reputaret,ſi pro ea ſanguinem profundere poſ-
quoque notior eſſet ſua profeſſio,hoc majorem ſe meriturum
nominiam, ſi omnes alii de Societate cum palma martyrii
e vita excederent,ipſe verò ſolus in vita ſupereſſet,&alicubi de-
eſceret. Atque ideo,ſi Rex prædicatores Euangelicos morte af-
eret,ſe meritò debere eſſe primum. Denique hoſpes,vidēs eum
n conſtantem in ſuo propoſito,equū cū aliquot ſociis, qui co-
tarentur,illi attribuit. Diſceſſit itaq; ſummo manè,cū animo
n confirmato pro Chriſto vitam profundendi, vt quotquot in
nere milites occurrerent,eos ſui capiēdi cauſa exſtimaret emiſ-
. Denique cùm ad villam Meaco proximam perueniſſet, poſt
as mille gratias, ſocios cum equo ad hoſpitem remiſit: itque
nde ſuum perſecutus ſub veſperam duodecimi Decembris atti-
Meacum, cumque rectà per medios excubitores tēdere vellet
domum noſtram,ab amicis impeditus eſt,& quaſi vi deductus
edes,in quibus degebat P.Organtinus.
Hoc eodem die nunciatum eſt Patribus Franciſcanis, Regem
pſos mortis dictâſſe ſententiam: qui eo puncto temporis præ-
rè demonſtrarant, quantos in ſanctæ religionis ſchola pro-
ſſus feciſſent: neque enim ſolùm non mœſto animo hunc fu-
tum nuncium excepere, ſed ingenti gaudio cum quibuſdam
s Chriſtianis ad mortem ſe compararunt. Quod melius intel-
etur ex parte vna litterarum,quas Pater F.Petrus Baptiſta,Frā-
anorum Commiſſarius Meaco,dedit ad P.F.Auguſtinum agē-
n Nangaſachi.
Circundati ſumus,inquit,intus & foris cuſtodibus, & ſenten-
mortis in Chriſtianos noſtros lata eſt: & ideo nomina eorum
notata ſunt. Primo die, quo cuſtodes nobis attributi ſunt,
nfeſſi ſunt de peccatis: ſic vt totam noctem frater Franciſcus
ego in audiendis confeſſionibus conſumpſerimus: nam ex
mario quodam Chriſtiano cognoueramus nos omnes po-
o die vita priuandos. Ante ortam lucem dixi ſacrum Miſ-
& communionem fratribus aliiſque quinquaginta Chriſtia-
porrexi:arbitratus eam eſſe extremam:deinde omnes nos pręe-
auimus,accepta in manus cruce, ad ponendā vitam pro Chri-
Eo die ante prandium, multi Iaponii aduenêre, & per totam
num diſcurrêre, & poſt eos quidam Gibonoſcii Gubernatoris

Meacenſis Subſtitutus, educens ſecum Leonem, Paulum, Thom
Venturam, & Gabrielem, noſtros prædicatores, eoſque domi ſu
detinuit. Ignoro, quis exitus rei ſit futurū. Aiunt, quòd vel truc
dabit nos, vel remittet ad Philippinas. Sed nos, gratia diuina a
iuuante, paratiores ſumus ad vitam deſerendam pro Chriſto, q
ad repedandum in Philippinas, etſi ego tanto bono dignus no
ſim. Frater noſter F. Martinus eiuſdem eſt animi & ſpiritus. S
Deus benedictus.

## QVOMODO REX DECLARAVIT IN SEN-TENTIA CONTRA PATRES LATA, NON comprehendi Patres Societatis.

### CAPVT IIII.

DVM noſtri cum cæteris Chriſtianis in ſingulas hor
præſtolantur miniſtros iuſtitiæ, ipſamque mortem: D
minus noſter arcano ſuo conſilio immiſit in cor. Gib
noſcii efficax deſiderium liberandi Societatis homines, eorūq
diſcipulos: & ideo ſponte, a nemine noſtrorum aliorūmve impu
ſus, ad duodecimum Decembris diem Regi locutus eſt in han
ſententiam.

Heri Excellentia V. mihi mandauit, vt de medio tollerem om
nes Patres: nunc aueo cognoſcere, quos nomine Patrum compr
hendat, num illos quoque qui cum naui Luſitanorum aduener
& ſi placet, rationem quoque noxæ ab iis commiſſæ publicāda
præſcribat. Reſpondit Rex: Neſcis tu, ab illis hominibus, q
cum naue Tozzana appulere, Hiſpaniæ ſubjugatum eſſe Mexic
& Philippinas? Iam, vt eadem via & ratione Iaponiam in ſua
redigant ditionem, præmiſere hos ſuos religioſos, ad explo
randas has regiones, & deuinciendos ſibi per prædicationem po
pulos, deinde ſecuturi cum ingenti & valida claſſe, vt per ant
ſubornatos ſequaces Chriſtianos aperto Marte omnia regna in
uadant. Decem iam anni exacti ſunt, quòd legem illam prohibue
rim; & illi de Societate meo edicto parent, vnde ergo hi noui ho
mines prodeunt, & prædicare audent, quod nolo, & ſtatum Ia
poniæ euertere & labefactare? nunquid hoc patiar? Reſpon
dit Gibonoſcius, iuſtas eſſe ſuæ Excellentiæ rationes, ac verū
eſſe, quod de Societatis Patribus dixiſſet: addens præterea, ex in
duſtria, alia quædam, quæ facerent ad mitigandum Regis an
imum in Societatem. Quoniam igitur Taicoſama tunc aperta
demon

monſtrauit, ſe nulla re offenſum à Societate, mox ſubiunxit: uia interpres noſter (is eſt, vt diximus, P. Ioannes Rodrighez) no- hoc nuncio fuerit commotus, ex noſtra parte celeri nauigio res ei ſignificari, vt cura omni ſolutus ſit; & ſeni illi, qui Meaci git, vt ſit animo tranquillo & quieto. Ignouit quoque Patribus angaſachanis, Epiſcopo, omnibuſque iis, qui cum illo in eius nſpectum venerant. Hoc reſponſo accepto Gibonoſcius ilico euit aduocari Chriſtianum quendam, nomine Iacobum, quẽ ormatum de rebus à ſe apud Regem actis amandauit Meacum, m mandato vt omnia exponeret P. Organtino, & ſuo Subſtitu- imperaret, ne ampliùs ad domum noſtram vllæ haberentur ex- biæ. Inde Iacobus Nangaſachũ abiiſſet, ad reddendum certio- n P. Ioannem Rodrighez, & reliquos, de rebus à Rege ordina- : ſed cùm deprecaretur Nangaſachanam profectionem, ſub- ixit Gibonoſcius, vt rem commendaret alicui alteri ſibi æqua- cùm enim negotium ſit à Rege commendatum, nihil eſſe actandum. Iacobus, vt Meacum tenuit, Gibonoſcii man- a Patribus expoſuit: qui obſtupefacti, mirari cœpere diui- m prouidentiam, qua nimirum perfectum ſit, vt homo hnicus noſtrorum patrocinium coram Rege ſuſceperit. Ac x cuſtodia omnis ab ædibus noſtris ſubmota eſt. Pater autem gantinus Iacobum cum litteris ad Gibonoſcium remiſit, qui- s pro humanitate tanta immenſas gratias egit, qui, vt gratas i fuiſſe indicaret, nunciari iterum nobis mãdauit, vt omni cura netu vacui viueremus.

Cæterùm, cùm Societatis homines exploratam haberent in- nſtantem Taicoſamæ naturam, in omnem euentum ſe omnes nparabant.

Poſſet hîc aliquis à me ſciſcitari cauſam, cur Rex comprehen- e noluerit nos in hac ſentẽtia, cùm tamen prædicemus Euan- ium, & cùm tot collegiis & reſidentiis trecenta millia anima- n in Chriſti fide & vera pietate foueamus & alamus. Huius eſtionis ſolutio, etſi colligi queat ex ſupradicto Colloquio Re- cum Gibonoſcio inſtituto, tamen vt clariùs intelligatur, addo ncipalem cauſam fuiſſe Dei prouidentiam, qui ſuos theſauros tribuit, iuxta profundum & impenetrabile ſuæ ſapientiæ iudi- , cognoſcenſque quid cõueniat ad ſalutem ſuorum electorum, benignitate paterna omnia dirigit ad maiorem ſuam gloriã. de ſua diuina maieſtas ſciens ſeminatorem Zizaniorum per aſiones ſuprà allatas fideles perturbatione quadam affeciſſe, uit omnipotenti manu ſua hoc bonum inde elicere, vt bona

voluntate laboribuſque Patrum Franciſcanorum remunerat (nempe vt ſex agentibus in Meacenſi regno aditum daret ad pa mam martyrii, atque ita eorum & quorundam aliorum ſangui hæc noua Chriſti vinea irrigaretur: quinque verò reliquos p mitteret regno pelli) vt, inquam, hoc conſilio modicum diſcord ſemen, quod poterat magnum adferre Eccleſiæ huic detriment extingueretur. Magna quoq; Dei prouiſio liquet in eo, quòd ſe tentia mortis in nos lata executioni mandata non ſit: quia qua tum conjicere licet ex promptitudine plerorumque omniū Ch ſtianorum pro fide occumbendi, deinde ex affectione eorunde ad Patres Societatis, ſi Rex idem tentaſſet cum noſtris, mag rerum omnium conuerſio ac tumultus inter Chriſtianos extit ſet. Si autem rem totam ad humanæ rationis calculos exige volumus, aio tribus rebus Taicoſamam reuocatum fuiſſe à ſe tentia in nos proferenda. Primum eſt modus, quem noſ continenter tenuerunt, vt dictum eſt, ne illum irritarent, qui a mum eius eouſque mitigauit, vt Domini quidam in ſuis ſtatib Reſidentias conſtitui voluerint, non ſecus, atque ſi prorſus eſ mus cum Taicoſama reconciliati. Alterum eſt aduentus Epiſc pi ad viſitandum illum, & reſponſum Proregis Indiæ Orienta ab eo allatum; quo, quantum intelleximus, manus eius omni ſunt ligatæ, ſicut & ipſe faſſus eſt Gibonoſcio, quando ei ſente tiam ſuam de ſupradicto Regis decreto expoſuit. Tertium fi commercium, quod habet cum Luſitanis, quo exiſtimauit tan commoda inferri Iaponiæ, vt hac de cauſa poteſtatem dede noſtris commorandi Nangaſachi, & Eccleſiam ædificandi. A uertebat autem facilè hanc negotiationis Societatem abı ptum iri, ſi noſtros omnes eodem condemnationis telo con diſſet.

Atque hæ ſunt cauſæ, quas Rex ipſe ore ſuo commemora Gibonoſcio, itaque & ad Tarazauandonum Nangaſachanu Gubernatorem miſit informationem, quamuis & aliam ex ma dato Regis ad eundem miſerint Præfecti aulæ.

Etſi negandum non eſt, plurimum opis in hanc rem co tuliſſe induſtriam, qua P. Viceprouincialis vtitur cum Do nis aulæ, ad conſeruandam eorum in nos beneuolentiam: na vt apparuit in Cicugendono & Gibonoſcio, Dominus D illis tanquam inſtrumentis ſubinde vtitur ad defenſion noſtri.

## QVID ACCIDERIT NANGASACHI, EIVSQVE TERRITORIO, POSTQVAM REX mentem ſuam declarauit.

### CAPVT V.

CVM Rex mentem ſuam in hoc negotio modo iam dicto aperuiſſet, miſit ad Fazamburum gentilem & ſubſtitutũ Tarazauondoni fratris mandatum, vt Patres Franciſcanos in paucos dies Meaco abducendos Nangoiam, vbi ille ſedem habebat, inde porro duceret Nangaſachum in crucem agẽ-s, Cum hoc mandato allatum eſt & decretum Præfectorũ aulę, quo Fazamburo animus Regis exponebatur, mandabaturque vllum Patrem prædicandi Euangelij cauſa ſineret Nangaſa-o proficiſci Meacum; multo autem minùs permitteret intra fi-s ſuæ gubernationis eiuſmodi prædicationem inſtitui. Acce-s his litteris Fazamburus curauit vocari ſubſtitutum, P. Ioan-n Rodrighez, & alios duos eiuſdem regionis, omnibuſque vo-ntatem Regiam patefecit; mandauit quoque duobus Nanga-hanis, vt ſeuerè prohiberent, ne vllus Iaponius Eccleſiam adi-, nulli itē cœtus a Chriſtianis vel aliæ res externæ inſtituerētur, e ab Ethnicis notari poſſint. P. Ioanni deinde etiã atq; etiã in-cauit, ne noſtri prædicandi gratia varia loca obirẽt, nec rumo-es cauſam darent: alioquin apud Regẽ tum noſtros tum om-Chriſtianos periculum capitis fortunarumque omnium faci-turos. Denique commiſit ſubſtituto, moneret tres Patres nciſcanos Nangaſachi degentes, vt breuiſſimo quoque tem-e, Collegio Societatis etiam omiſſo, reciperent ſe in nauem tanorum; ſic enim expedire ipſis Patribus, Gubernatori, & vr-etſi libentes volentes nollent parére, accerſeret Capitaneum, uis eos vellet recipere: Quòd ſi verò aliquis fuga elaberetur, n curaret inquirendum, conſignandumque Domino loci, in inueniretur. P. Ioannes Nangoia reuerſus informauit P. Vi-rouincialem, & cæteros de noſtris; qui moleſtiùs, quàm cogi-poteſt, hoc mandatum excepere. Fuit enim Viceprouincialis ctus inſtructionem in omnes Iaponiæ angulos tranſmittere, madmodum cum fidelibus agere debeant, reuocareque illis nentem, hoc eſſe tempus quo in omnes futuros caſus armati debeant, eoque applicarent magnum aliquem numerum ſa-iciorum, quotidianorum, ieiuniorum, & diſciplinarum, ad etrandum à Domino robur viriliter reſiſtendi hoſtium co-ibus.

Subſtitutus Fazamburi mandata de P. Franciſcanis eſt exec-
tus: ſimulque ſub pœna vitę cauit, ne vllus nauta eos reduceret
terram. Præterea Viceprouincialis curauit agi cum Domino
rimenſi & Omurano, vt viderent, qua prouiſione opus eſſet h
tempore circa noſtros in eorum ditione agentes. Reſponderu
dicti Domini ſibi videri, tempori nonnihil ſeruiendum; expedi
vt pietas Chriſtiana intra priuatos parietes nonnihil deliteſc
modò ne omittantur, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem Chriſt
norum. Nec voluit Dominus Arimenſis (in cuius ſtatu extat
minarium) conſentire in mutationem à P. Viceprouinciali de
gnatam, nempe, vt domus illa centum eoque ampliùs alumno
transferretur Amacuſam, locum longiùs remotum, & Nouit
tus (qui triginta habens tyrones intra ſex menſes erat diſſolue
dus) Amacuſa transferretur ad ipſius ſtatum. Neque ab hoc pr
poſito, in tam præſenti periculo, potuit diuelli. Tantopere aut
ſemper complexus eſt illud ſeminarium, vt abiens Coraium,
truo ſuo, qui gubernationem ſtatus ſuſceperat, commendarit
ſi nouum aliquod edictum à Taicoſama veniret, præ omnibus
minarij incolumitatem tueretur.

Auguſtinus agens in regno Coraiano, ſimulatque rumor
hac perſecutione ibi increbuit, certum hominem ad Viceprou
cialem amandauit, qui ei operam omnem & ſtudium ſuum offe
ret, & certiora ab eo cognoſceret. Idem fecere Domini Nanga
cho finitimi, tam gentiles quàm Chriſtiani, mittentes data ope
quoſdam qui P. Viceprouincialem ſolarentur, eique omnia ſ
officia & auxilia offerrent.

## QVEMADMODVM SECVNDO NOMIN CHRISTIANORVM, QVI CVM PATRIBVS Franciſcanis agebant, deſcripta ſint.

### CAPVT VI.

GIBONOSCIVS perſpecta voluntate Regia, Subſtitutũ ſ
Meaco euocauit, eique præcepit, vt in ſchedulam vnam
ferret omnium Chriſtianorum nomina, qui cum Patrib
D. Franciſci familiariter agerent. Is Meacum regreſſus, nom
eorum à Patribus exegit, & in ſcriptum relata ſunt ſeptuagi
capita ſupra centum, è quibus non erant, quos Gibonoſcius
lebat. Et quia Subſtituto illi videbatur numerus magnus, ruſ
curauit exigi tantùm nomina eorum, qui cum ipſis Patribus a
rent: vnde ad Gibonoſcium non eſt allatus catalogus niſi cap
qu

ſadraginta ſeptem. Qui numerus cùm iterum ei videretur æquo
aior, voluit ab iis ipſis, quorum nomina conſcripta erant, in-
iiri: verúmne eſſet, ipſos Patribus Franciſcanis eſſe familiares,
ſi negarent, deleri eorum nomen, ſi faterētur, manu ſua nomen
oprium exararent.

Miniſter quidam, cùm, neſcio quo caſu, vtramque ſchedulam
ubſtituto nactus eſſet, cœpit nomine Gibonoſcij promiſcuè à
gulis petere, num eſſent Chriſtiani: Chriſtiani, exiſtimantes ſe
æri ad martyrium, intrepidè omnes reſponderunt, ſe eſſe, ſub-
ibendo more in Iaponia vſitato. Quæ non obſcura fuit fidei
rum probatio: credebāt enim, ne vnum quidem ex iis, qui ſub-
ipſiſſent, necem euaſurum. Deniq; Subſtitutus ſchedis receptis,
omnibus ſelegit tantùm duodecim.

Nihil aliud in hoc negotio vſque ad trigeſimum Decembris
um eſt. Cuius rei cauſa alia nulla fuit, quā quòd Gibonoſcius
ique in aula confidebant ſe Regi perſuaſuros, vt Frāciſcani Pa-
s nece exempti tantùm exilio multarentur. Verùm Iacuinus
dicus id minimè ferens, die iam nominata aditum quæſiuit ad
gem, iam profectionem Ozacam parantem, eique perſuaſit ra-
nibus multis, nō Philippinorum modò Patrum, ſed eorū quo-
e, qui illis familiariter adhæſiſſent, caſtigationem non eſſe lon-
is prorogandam. Quare Rex iterum Gibonoſcio commiſit exe-
ionē latæ ſemel ſententiæ. Qui ſuo Subſtituto præſcripſit, vt
inque Patres Franciſcanos cum 12 diſcipulis domi ſuæ in vin-
a conjiceret, quo aliis Ozaca venientibus edicto regio fieret
is. Abiere miniſtri ad comprehendendos iam dictos in domum
nciſcanorum Patrum, & dum ordine ſingulos è duodecim an-
atis euocāt, abeſt fortè vnus, nomine Matthias, qui agebat di-
rum Patrum obſonatorem. Cùm non appareret, cœperunt mi-
tri vndique clamare: Vbi eſt Matthias? Prodeat Matthias. Pro-
ius oſtio Patrum habitabat quidam Chriſtianus eodem nomi-
qui audito nomine Matthiæ, extēplo ſe obtulit miniſtris, di-
s: Ecce tibi Matthiam. Etſi non ſim, quem quæritis, ſum nihilo
nùs Chriſtianus, & horum Patrum amicus. Hoc ſatis eſt, reſpō-
unt miniſtri, nec enim opus eſt perdere oleum & operam in
erendo altero. Et ſic eum ſocium abduxere. De quo cum ſancta
idam inuidia videtur dici poſſe: *Cecidit ſors ſuper Matthiam, &*
*annumeratus eſt cum vndecim.* atque ille cum magna gratiarum a-
ne tam felicem fortunam & conditionem ſuſcepit: Alter ve-
Matthias ampliùs quæſitus non eſt.

Vltimo Decemb. Rex, vt Ozacam peruenit, iuſſit Patrem Fran-
ciſcanum

ciſcanũ eiuſque Socios, ibi retentos, vt diximus, amandari Mea-
cum. Nondum Ozacæ ſubmoti erant ab ædibus noſtris excubito-
res: nam cùm Gubernator à Rege acriter reprehenſus eſſet, ob ni-
miam libertatem Chriſtianis conceſſam. non auſus fuerat ſine
eius licentia ſubmouere, etiamſi declaraſſet, non eſſe ſibi propoſi-
tum quidquam moliri in noſtros. Qua de cauſa Gubernator puta-
uit Meacum quoque mittendum fratrem Paulum Michi, cum Ia-
cobo & Ioanne, qui erant duo illi, quos ſuprà diximus fuiſſe i
album relatos. Non conſtat, an gubernator id fecerit, ne videre-
tur à nobis pecunia corruptus, an certè impulſu magni amici ſu
Faſcigauæ, qui volebat noſtros eandem ſubire aleam.

Primo igitur die Ianuarij Anni 1597 omnes iam nominati ſe
in viam dedere verſus Meacum: quo cùm perueniſſent, P. Organ-
tinus certos homines ſubmiſit ad Gibonoſcium, ſi qua via noſtri
liberari poſſent: exiſtimabat enim hanc curã ſe illis debere, quò
per errorem Ozacenſis gubernatoris contra voluntatem Regis i
vincula coniecti eſſent. Reſpondit Gibonoſcius, dolere ſe de in-
felici hoc caſu, ſed non videre medelam: nam inquit, ſi alloqua-
Regem, exiſtimantem nullum de Societate fuiſſe Ozacæ, fortè ir-
inflammatus iterum omnes iubebit agi in crucẽ. Quidam nihil-
ominus Chriſtiani, conſcii contra voluntatem regiam tres illo
noſtros rapi cum aliis ad necem, miniſtrum quendam Ozacenſi
gubernatoris conati ſunt ſuapte ſponte magna auri argentiq; lar-
gitione in ſuam ſententiam trahere. Sed Dominus Deus, qui de-
creuerat hoc beneficium præſtare iis, quos pro ſua occulta ſapien-
tia elegerat, non paſſus eſt, eorum diligentiam ſuum conſequi ef-
fectum. Atque ita dictus miniſter, contra ſimilium Officialiũ mo-
rem, qui conſpectu donorum facilè molliuntur, ſemper ſe decla-
rauit inexorabilem, & ſilice duriorem. P. Organtinus, vbi id co-
gnouit, dictos Chriſtianos reprehendit, ne aſſuefierent ad han
rationem agendi; licet ex alia parte admiratus ſit eorum ſtudium
& pietatem. Paulus quoque, hæc omnia intelligens, magnas De
gratias egit, hunc conatuum noſtrorum exitum fuiſſe, eoque ar-
dentiùs cœpit ſe comparare ad martyrium. Et poſt dies aliquo
iiſdem Chriſtianis ſcripſit, dolere ſe ob labores ab eis ad ſe libe-
randum impenſos, idque in hæc verba: Hiccine amor eſt, quo m
complectimini? fierine poteſt, vos me hoc immenſo Dei fauore
de quo exultare & collaudare infinitam Dei bonitatem debeba-
tis, velle priuare?

QVOMO

## QVOMODO OMNIBVS AVREM VNAM PRÆCIDERINT, ET IN CARRO PER LVdibrium circumduxerint.

### CAPVT VII.

ALTERA Ianuarij ſub noctis crepuſculum epiſtola à Gibonoſcio allata eſt ad ſubſtitutum, qua mandabatur, vt poſtero die edictum Regis contra Franciſcanos eorumque ſocios ſequeretur: tribus verò illis de Societate non ſe implicaret, relinquens eos in poteſtate miniſtri Gubernatoris Ozacenſis, qui eos adduxerat. Paulus frater optans reliquum vitæ tempus impēdere in verbo Dei prædicando, quod iam multis annis fecerat, cœpit in carcere ſermonem inſtituere cum cuſtodibus & gentilibus incarceratis, de ſanctæ fidei myſteriis, ac ſingulari quodam ſenſu de Domini noſtri paſſione & martyrij excellentia. In his autem ſanctis ſermocinationibus totam conſumebat noctem, omnibus auditoribus ſtupore attonitis ob zelum & efficacitatem dicentis: ac duo ex ipſis conuerſi, ſe baptiſmum ſuſcepturos promiſerunt. Deinde ſequenti die manè omnes, numero 24, manibus poſt terga reuinctis pedites deducti ſunt ad plateam quandam Meaci ſuperioris, vbi omnibus abſciſſa eſt particula ex aure ſiniſtra. Quod Gibonoſcius fortè fieri procurauit (etſi Rex mandaſſet vtramque aurem præſcindi cum naſo,) quòd nonnulla ſpe teneretur liberationis omnium. Cumque particulæ aurium, quæ erant noſtris reſectæ, à quodam Chriſtiano, (cui nomen erat Victoris, & Ozacano Gubernatori erat à Secretis, ipſoſque Ozaca digreſſos comitatus fuerat) cùm à carnificibus in terram abjicerentur, ſunt collectæ, & ad P. Organtinum allatæ: quibus conſpectis, & in manus ſumptis multas lacrymas, partim ex commiſeratione, partim ex gaudio profudit, dicens: Ecce tibi primitias Societatis in Iaponie: ecce laborū fructum, ecce flores nouæ huius Eccleſię, quos Domino humiliter offero: adiunxit & alia, quæ præſentibus magnam vim lacrymarum excuſſerunt.

Auribus reſectis, iuſſere omnes reos, ſecundùm priſcum Iaponiæ morem, aſcendere carros, ſic vt terni in ſingulis carris eſſent: noſtri verò erant in poſtremo cincti militibus Gubernatoris Ozacenſis. Spectantis populi numerus erat infinitus, non in viis modò, ſed etiam in feneſtris & tectis. Præferebatur carris in longa pertica tabella, quæ continebat reorum crimen & ſententiam, hac verborum forma: *Quoniā hi homines ex Philippinis venere quaſi Legati, & tamen remanſerunt Meaci vt legem Chriſtianam diuul-*

*diuulgarēt, quod ego ſuperioribus annis illis ſeuerè prohibuerã, mand*
*vt omnes vnà cum Iaponiis, qui Chriſtianæ Legi nomina dederunt, è me*
*dio tollantur: itaque hi vigintiquatuor crucifigentur Nangaſachi. E*
*quoniam rurſum dictam legem in futurum tempus prohibeo: omnes h*
*norint; & mando, vt fiat executio. Si quis autem edicto meo non paruerit*
*cum vniuerſa familia ſua multabitur. Anno primo Cheicij, ad deci*
*mum vndecimæ Lunæ.*

Pater F. Petrus Baptiſta Commiſſarius, horum Chriſti militun fortiſſimus Dux, tum ad ſuos animandos, tum ad ſolandos Chri ſtianos, qui ad hoc ſpectaculum concurrerant, elata voce, nun Hiſpanicè, nunc Iaponicè, quantum poterat, adhibito quoqu corporis geſtu & motu, concionabatur. Frater autem Martinu & F. Franciſcus magna cum modeſtia & humilitate, atque ſi co ram Dei tribunali conſiſterent, procedebant, diuinæ miſericordi ſe multa deuotione commendantes. Illud verò ſpectatoribus par tim lachrymas elicuit, partim magnam admirationem attulit, vi dere in hoc numero tres adoleſcentulos, (qui Patribus Francil canis in ſacrificio Miſſæ inſeruierant, ac maximus quidem era quatuordecim circiter annorum; minimus vndecim) plenos gau dio, vultu angelico, manibus, vt diximus, à tergo colligatis, clar & hilari voce accinentes Dominicam orationem, & ſalutation Angelicam, aliaſque orationes. Ac minimus quidem, nomine Lu douicus, cùm ad eum adhuc in carcere agentem gentilis quidan primarius veniſſet, ſpopondiſſetque, ſe eum liberaturum, ſi velle renunciare baptiſmo, audacter reſpondit: Imò tu etiam debēs fie ri Chriſtianus, ſiquidem aliud medium non eſt ad ſalutem conſe quendam. Dum verò hi Dei ſerui in hunc modum per Meacun circumducuntur, nonnulli Chriſtiani, accenſi deſiderio eanden cum illis ignominiam mortemque perferendi, rogabant milites vt & ipſi conjici poſſent in carros, ſed neutiquam aſſenſerunt.

Tandem ad carcerem, vnde exceſſerant, reducti ſunt: cumqu è carris deſiliiſſent, Paulus adiungens ſe Patribus Franciſcanis eoſque amplectens, magnas gratias egit, quòd ſub eorum vmbr tantum beneficium à diuina miſericordia conſecuti eſſent: qu ex re obſtupefacti milites & aurigæ, inter ſe dictitabant: Vnde ho genus hominum talia agentium? Vbi terrarum poſſent inueniri qui perinde ac iſti exultent in probris & contumeliis?

Poſtera luce ex mandato Regis hæc prænobilis cohors impoſi ta iumentis traducta eſt Ozacam, ibique per vias ignominioſè a ſpectaculum propoſita: ſic prorſus, vt gentiles ipſi commiſeratio ne moti tenere lachrymas nō poſſent, ſed inter ſe admurmuran

t

es dicerent: O rem ab omni ratione alienam, O iniuſtitiam ma-
nam! Ozaca denique delati ſunt Sacai, vbi quoque contumelio-
è per vrbem ſunt deuecti. Poſtea rumor percrebuit Meaci, P. Or-
antinum etiam cum Sociis à Rege ad cædem deſignatos: qui ru-
nor tantos motus inter Chriſtianos, flagrantes deſiderio nobiſ-
um occumbendi, excitauit, vt Gibonoſcius metu impendentis
umultus coactus fuerit certum hominem amandare, qui ſingu-
os Chriſtianos Meaci degentes ſuo nomine certiores redderet,
egio edicto non comprehendi niſi Franciſcanos, eorumque fa-
niliares, & nullos præterea alios. Quo nuncio Chriſtiani con-
uieuerunt.

## DE FERVORE CHRISTIANORVM, HOC TEMPORE IN OZACANA VRBE degentium.

### CAPVT VIII.

ANTEQVAM agam de profectione noſtrorum incarcera-
torum verſus Nangaſachum, operæ precium mihi facturus
videor, ſi indicem, quis fructus, Deo auctore, ex hac perſe-
utione fuerit conſecutus. Percenſebo tantùm quoſdam peculia-
es: nam generales facilè colligi poſſunt ex ſupradictis. Præter-
iſſo autem Paulo Sachendono cum aliis quibuſdam Dominis,
uorum antè mentionem fecimus, venio ad Victorem guberna-
oris Ozacani Secretarium. Hic homo bonus, vt cognouit pau-
os quoſdam de noſtris ad cædem deſcriptos, non ſolùm ipſe ſe
diungere voluit noſtris, ſed etiam laborauit, vt vxor cum filiis in
andem Societatem aſciſcerentur: & idcirco ex ædibus ſuis, lon-
iùs diſiunctis, immigrauit in alias noſtris vicinas: cumque illi
uidam dicerent, ſatis eſſe, ſi ſolus ipſe ſe in diſcrimen vitæ conji-
at, reſpondit, nec coniugi nec liberis vllum maius bonum con-
ngere poſſe, quam ſi huius vitæ vſuram pro Chriſto contemnāt.
nò cùm Pater quidam noſter autor illi eſſe conaretur, vt ſuper-
es in vita remaneret, propter alios tyrones & teneriores, quos in
de Chriſtiana confortare poſſet, ſic animo turbatus eſt, ac ſi ma-
na iniuria ab eo affectus eſſet. Breuiter, tantum Zelum & ardo-
em declarauit erga noſtros hoc rerum ſtatu, vt inde ab initio ad
des noſtras venerit, & in iis diu noctuque continenter quaſi mā-
rit, donec Meacum abiit, comes fratris noſtri Pauli Michi, vbi
li præſtò fuit in carcere, & extra illum.
De Andrea Ongaſauara iam dictum eſt, quanta promptitudi-

ne confeſſus fuerit ſe noſtri hoſpitij eſſe Dominum, conjiciens ſe ſuamque familiam in certum vitæ fortunarumque diſcrimen, ſi miniſtri iuſtitiæ duos Patres in domo eius deprehendiſſent. Cùm nuncius adferretur, vnà cum noſtris quoſdam Iaponios mortem oppetituros, admodum exultauit, arbitratus horam adeſſe, quæ ſuo deſiderio faceret ſatis. Ortaque inter ipſum & Victorem iam nominatum contentione ſancta, vter eorum inter paucos illos eſſe deberet, probauit rationibus quibuſdam, ſibi iure felicem hanc ſortem deberi. Nec minus iucundum fuit, quod illi accidit cum ſuo Patre: vnde colligi facilè poteſt familiæ illius mira pietas & religio. Habitabat hic Dei ſeruus cum dicto Patre ferè octogenario, homine naturæ candidæ, & multis donis prædito, qui, vt recenter diuinis aquis ablutus, nondum habebat magnam Chriſtianarum legum cognitionem. Quamobrem Andreas conſtituit illi dextre patefacere rumores, qui per Ozacam ferebantur, vt ipſe quoque in omnem euentum paratus eſſet; atque in hæc verba eum eſt allocutus: Pater mi, tu neſcis adhuc, quid ſit Martyrium. Ego autem tibi exponam. Inter omnia dona & beneficia ſpiritalia, quæ Dominus noſter impertit ſuis cultoribus, palmam obtinet nomen martyrij; hoc eſt, ſi quis nullis probris, nulliſque cruciatibus, ſed nec morte ipſa, à Chriſtianæ doctrinæ profeſſione deduci queat. Qui ergo ad hunc tam ſublimem aſpirant gradum, meritò comparare ſe debent, vt amore IESV Chriſti incenſi, magna patientiæ ſignificatione comparati ſint ad tolerandos omnes inſultus, damnum omne, omnemque iacturam. Ad hæc verba ſenex expalleſcens: O puerilis homo, inquit, tune iſta mihi audes occinere? an ergo patiar me tam leuiter mactari ab hominibus ſceleratis? nunquid, cùm videro violentam inferri manum Patri ſpirituali, manus cingulo implicitas tenebo? nónne hæc foret inſignis væcordia? Ferebat bonus ſenex ex vſu patriæ ſemper pugionem; ſed hoc ſermone adiunxit & gladium, atque ita inſtructus & ira inflammatus cœpit ſurſum deorſumque ambulare, & in hæc verba erumpere: Veniant, veniant peruerſi illi homines, & contrucident Patres, ego tuebor eos his armis, donec & enſem & brachium mihi confringant; & tunc ſi vitam mihi ademerint, martyr poſt generoſam pugnam eſſe meruero. Deinde, cùm paululum conſediſſet, iterum erigens ſe in pedes, nunc enſem ſtringebat, nũc brachia nudabat, nunc in vtrumque latus ſe agitabat, alioſque geſtus hominum ad conflictum ſe parantium edebat. Andreas animaduertens bonum ſenem parum eſſe ſuæ doctrinæ capacem, alias conſilij ſui rationes iniuit, nempe, vt in alias ædes eum transfer-

re

et,ne contingeret aliquid ab eo fieri Chriſtianæ patientiæ non ſatis conſentaneum:ac denique cum debita reuerentia ei dixit: Non ignoras,mi Pater,familiam noſtram in Iaponia eſſe notiſſimam propter officium,quod gerit in inſtitutione morum rituūque aulicorum. Atque ideò,quia ego certò decreui vitā pro Chriſto profundere, rogo te, vt cum minimo meo filiolo recipere te elis in locum magis ſecurum, vt neque diſciplina noſtra neque progenies fortè extinguatur. At ſenex grauiùs hac oratione offenſus inſtitit: O hominem omnis iudicii expertem, itáne?túne hæc mihi obtrudere audes conſilia?nunquid iuueni priùs moriēdum,quàm decrepito? Qua fronte coram hominibus id tolerabo?quomodo vitam traducere potero cum tanta ignominia? Tu, et me licet,ſeruandæ familiæ ergò abdas te in angulum: ego nō niſi poſt contritum hoſtium caput,martyr eſſe decreui. Hoc reſpōſum magno mœrore affecit Andream, ſed Deus tandem eum conſolatus eſt:nam ſenex,animaduertens quāto ſtudio nurus pro ſe & ſocru ſua conſueret veſtes quaſdam, quarum vſus decentior eſſet,ſi quando agerentur in crucem:quamque alij in familia ardenter ſe occuparent in reparandis Roſariis & reliquiarum ſacrarum thecis:ſæpius quoque inaudiret voces illas iterari, Benedictus ſit Dominus, qui ad hoc temporis punctum nos deduxit: idem petiit,quid ſibi vellet hic apparatus: & cùm omnes reſpōderent,ſe hæc ornamenta parare pro ſancto martyrio, ſubiunxit ſenex:& mihi conſtitutum eſt vobiſcum occumbere; abiectoque enſe,arripuit Roſarium,pieque recitauit. Hæc fuit actionis iſtius catastrophe.

Omitto iam breuitatis cauſa multos alios genere nobiles, qui ...re & nunciis ſanctum animi ſui propoſitum moriendi pro Chriſto,ſi quando in nos vel fideles omnes perſecutio excitaretur,nobis aperuerunt:id tantùm dico, eò vſque ardorem illum tum in ...ris tum in feminis progreſſum, vt Societatis homines coacti ...erint obteſtari illos,vt rem ſilentio premerent, donec opus eſ..., & rogarentur:ſi enim ſecus fiat, verendum ne re cognita Rex ...aiore ira efferueſcat, ſi videat tam multos genere nobiles Chriſtianæ ſe aggregaſſe Eccleſiæ. Itaque non priùs, quàm à miniſtris ...aicoſamæ quæſiti eſſent,profiterētur libere ſe eſſe Chriſtianos, ad ſeruiendum ſuæ Excellentiæ faciles & promptos in iis omnibus,quæ cum fide Chriſti & vero Dei cultu non pugnarent.

## QVID HOC TEMPORE ACTVM SIT MEAC[I] A SINGVLARIBVS QVIBVSDAM DOMINIS.

### CAPVT X.

P. ORGANTINVS ſimul atque Ozaca peruenit Meacũ,mi-
ſit fratrem quendam ad Iuſtum,qui eum commonefaceret d[e]
edicto Regis. Quo ex nuncio tantam cœpit voluptatem Iu-
ſtus,vt præ gaudio vix ſe caperet, dum videret tandem oblatã oc-
caſionem vna cum Patribus moriendi. Itaque confeſtim equo
Fuſcimum abiit,vt Cicugendonum, à quo habuerat ſuſtentatio-
nem,conueniret. Quò vt peruenit, in cubiculum ſecretum cum
Domino illo digreſſus,mẽtem ſuam patefecit, eique obtulit du[o]
vaſa,continentia liquorem dictum Cia, in Iaponia nobiliſſim[um]
(æſtimabantur autem vaſa illa quatuor vel quinque ſcutatorum
millibus), vt pro ſuo arbitrio poſt mortem ſuã de iis ageret quo[d]
libuiſſet. Hoc ſermone attonitus Cicugendonus, tandem dixi[t]:
Miror equidem tuam conſtantiam:ſed ſcias me præſentem fuiſſe,
quando rex ira inflammatus fuit in Patres: omnis autem eius in-
dignatio ferebatur tantùm in illos Philippinos,eorumque fauto-
res:ex quibus ſi es,ægre poteris liberari, ſed non ſub nomine ho-
minis Chriſtiani. Fortè, inquit Iuſtus, Dominatio veſtra ita lo-
quitur conſolandi mei cauſa. Ne dubita, reſpondit Cicugendo-
nus:nam ſuo ore Rex diſertè dixit ſe non velle procedere contr[a]
Patres Societatis. Ad hoc reſponſum conquieuit Iuſtus, rebuſqu[e]
confectis ab eodem Domino deductus eſt in primam aulam pa-
latii,vbi in multorum præſentia idem repetiuit, & circumſtanti-
bus plurimũ Iuſti virtutẽ,prudentiã,& fortitudinem collaudauit.

Scriptum fuit anno proximo ſuperiori, inter aulæ Principes
duos filios PręfectiGenoſoin Regi cariſſimi ſacramento baptiſm[i]
initiatos fuiſſe:qui diuina opitulante gratia ita corroborati ſun[t]
in fide, vt à Chriſtianis pro columnis Chriſtianæ religionis h[a]-
beantur. Eorum maximus,nomine Paulus Sacandonus,vigeſim[um]
ætatis annum agens voluntate Taicoſamæ adiit ſtatum Patris,[&]
præterea à Rege obtinuit præcipuum propugnaculum regni T[am]-
ba cum amplis redditibus. Cùm ergo hic Paulus, in dicto propu-
gnaculo agens, intellexiſſet à Rege Patres omnes in carcere[m]
compactos, (fama ſiquidem creſcit eundo) Epiſcopum quoqu[e]
ex itinere reuocatum; famulos duos, cognoſcendæ veritatis ca[u]-
ſa, amandauit; alterum Ozacam,alterum verò Meacum, qu[od]
quinque leucis aberat, cui commiſit, vt ibi hæreret, & quo[d]

die ſe de omnibus rebus accuratè certiorem redderet. Poſtea autem animo reuoluens, quemadmodum remoto omni obſtaculo ad coronam martyrij aſpirare poſſet, cõſultum fore putauit ſibi, cum octo famulis à fide & animi robore magis probatis adeundum Patrem Fuſcimi degentem, dicendumque illi, ſe cogitare Oacam viſendi ſoceri ſui ergò, qui erat Dominus vnius regni: atque inibi, ſi de veritate famæ conſtaret, domum aliquam incolere, & totius tragædiæ exitum expectare. Deinde verò longiùs cogitando progreſſus, ac ſubuereri incipiens, ſe voto ſuo minimè potiturum, ſi cum ordinario corporis cultu ſe martyrio offerat; licèt enim ſe profiteatur noſtrorum diſcipulum, nullum tamen miniſtrorũ auſurum injicere in ſe manus: itaque conſtituit ſe radere, & habitum aſſumere clerici, cõfiſus famulos, quòd omnes Chriſto nomen dediſſent, exemplum ſuum ſecuturos. Quoniã verò vnus eorum recenter, hoc eſt a viginti tantũ diebus, ſalutari aqua perfuſus erat, de cuius conſtantia nõ nihil dubitari poterat, Paulus clanculum illi dixit, quandoquidem nõdum ſatis ei exploratum eſſe poſſet, quid ſit pro Chriſto mori, ſe poteſtatem illi facere domum reuertendi. Reſpondit famulus: Quid ais Domine? fateor, nõ multos abiiſſe dies, quòd ab Epiſcopo ſim factus Chriſtianus; ſed per gratiam Dei ſatis intelligo, quanti facienda ſit animæ ſalus. Quare ſi via martyrij omnium ad cælum breuiſſima eſt: non pluris hanc vitam, quàm pauxillum cineris, fecero. Sacerdotus vehementer hoc reſponſo gauiſus, famulo illi donauit centũ & triginta aureos ſcutatos ad inopis familiæ ſubſidium. Hinc in cubiculum ſecretum digreſſus, & ante ſacram imaginem proſtratus toto corde ſe Domino commendauit, diuinam Maieſtatẽ interpellans, vt inter inuictos eius athletas annumerari poſſet.

Hoc ipſo tempore litteras ſcripſit ad parentes ſuos & nutricẽ, quarum ſumma erat: Quandoquidem Patres Societatis occidendi eſſent pro Chriſti Euangelio, ſe quoque, vti Chriſtianum, conſtituiſſe eandem ſubire fortunam. Et ne quis exiſtimaret, ipſum temere & leuiter morti ſe obieciſſe, has litteras dare voluiſſe, etiam atque etiam obteſtans eos, vt loco exequiarum, quas fortè pro ſe inſtituturi eſſent, ipſi quoque ad CHRISTI cœtum ſe adiungerent: & tunc ipſos verè huius facti ſui cauſam intellecturos.

Ad hæc, vt confeſſionis quoque beneficio meliùs ad hoc certamen pararetur, occultè ſe contulit Meacum: vbi fratri noſtro, à P. Organtino ad eum inuiſendi cauſa miſſo, cùm ſermo de hoc argumẽto incidiſſet, dixit: In hãc vſq; horã nomine potiùs fui Chri-

 ſtianus,

ſtianus, quàm re ipſa: ſed ſpero me diuina adiuuante gratia in po-
ſterum ſeriò emendaturum vitam meā, & quemadmodum cōue-
nit, rationes meas inſtituturum: quod ſi non fecero, rogo vos, vt
ſeuerè in me animaduertatis. Meaco recedens voluit vnum è So-
cietate (cùm nondum conſtaret, an liberum noſtris foret in illa
vrbe remanere) ſecum abducere, vt frequentatione ſacramenti
pœnitentiæ rectiùs in inchoata illa piè & Chriſtianè viuendi cō-
ſuetudine perſeuerare poſſet.

Interea Ozaca reuerſus eſt famulus, eò miſſus, ex quo cùm Pau-
lus veritatem totius negotij didiciſſet, non minore mœrore, quā
priùs lætitia, affectus eſt, vti ipſe literis ad Viceprouincialē alio-
que noſtros datis ſignificauit. Atque hæc ſatis ſint de Sacando-
no. Veniamus nunc ad fratrem eius Conſtantinum, & vtriuſque
conſanguineum Michaëlem.

Quo die Ozaca Meacum ad noſtros nuncius delatus eſt, regio
edicto omnes noſtros addictos neci, Conſtantinus & Michaël ſu-
nominati, tendentes ad propugnaculum Tambanum, in noſtrum
ſimul hoſpitium diuerterant: reque intellecta gratulabundi dixe-
re: O quàm opportunè huc aduenimus! Operam certè hac vice
omnem dabimus, vt, quantumuis tanto bono indigni, in nume-
rum martyrum accenſeamur. Itaque depoſito conſilio pergendi
Tambam, vbi erat Sacādonus, vel Fuſcimum, vbi erat Genofoin,
contulerunt ſe Meaci in abiectam quandam domunculam ædi-
bus noſtris vicinam, præſtolantes occaſionem propoſito ſuo ſati-
faciendi. Cùm verò in ea cum aliquot aliis nobilibus deliteſcerēt,
miſit P. Organtinus vnum è noſtris ad illos in pio ſuo inſtituto
confirmandos. Cuius exhortatione ſic accenſi ſunt, vt coniectis in
cælum oculis immenſas Deo gratias agerent, quòd palmæ tā no-
bilis conſequendæ occaſio ſe obtuliſſet.

Paulo pòſt, vt ſolet fieri in eiuſmodi rerum ſtatu, alius rumor
peruagari cæpit, nondum in Chriſtianos ſententiam latam: time-
ri autem ne ab æmulis nomen Genofoin hac occaſione ad Regem
deferatur, quòd duos haberet filios Chriſtiana ſacra complexos.
Quod audiens Conſtantinus, decreuit palam Patri ſuo, cui non-
dum certò id innotúerat, patefacere ſe Chriſtianum eſſe, ſimul
indicare ſibi certum eſſe vnà cum ſuo magiſtro P. Organtino oc-
cumbere morti pro Chriſto. Quare mane Fuſcimum iter inſti-
tuens, eò peruenit, cùm Genoſoin domo ſua egreſſus tenderet ad
palatium: vbi Patri ſoli ſeparatim breuiter rem totā aperuit. Ille
autem, quia ſummo iuuenem amore complectebatur, totus ad
hunc ſermonē cōſtitit attonitus; & in domū retracto dixit: Mi,
cer-

:ertò non conſtitit te Chriſtianum eſſe. De P. Organtino potes
ũc eſſe ſecurus; ille enim nõ eſt in catalogo eorum, qui deſigna-
i ſunt ad cædem. Id verò tibi confirmo, ſi a prædicatione & ba-
ıtiſmo ſuo non abſtinet, haud longè à periculo abeſſe. Imò, vbi
Rex mandarit omnes Chriſtianos occidi, cogitare debet, me tibi
on parciturum: ſatis enim multis, tum veteribus tum recẽtibus,
bundamus exemplis parẽtum, qui edicto regio in proprios filios
eſæuierunt. Ad quæ Conſtantinus: Hoc ipſum, inquit, eſt quod
go deſidero. Quòd enim tibi patefeci me eſſe Chriſtianum, non
o feci, quo me neci eximeres, ſed vt a te omnia damna futura a-
erterem. Hoc reſponſo audito Genefoin, ſubjecit, nonnihil ex-
pectaret, ſe poſtea lõgiorẽ ea de re ſermonẽ habiturũ. Ingreſſus
rgo palatium, ſedulò ex reliquis tribus aulæ præfectis expiſcari
onatus eſt, in quo rei totius cardo tunc verteretur: cumque nihil
ẽrtò cognoſcere poſſet, domum rediit, vt conjugi ſuæ, adhuc ha-
ım rerum ignaræ, ſeparatim Conſtantini mentem detexit, &
ddidit; ſi Rex mactari omnes Chriſtianos mandarit, ſe ſua manu
ıgulaturum filium: itaque ipſa quoque omni muliebri trepida-
one depoſita animum virilem demonſtraret. Vix verba hæc Ge-
ofoin protulerat, cùm ab amore paterno victus cœpit amariſſi-
ıè lacrymari & conqueri de filio, appellans eum inhumanum &
:udelem.

Interim Michaël, qui Meaci manſerat, tædio affectus moræ
ongioris Conſtantini ſui conſanguinei, ipſe quoque conten-
t Faſcimũ ad ædes Genofoin: vbi ſtatim ab auia retractus eſt in
cretũ cubiculũ, quæ ipſi conqueri cępit de filio, quòd ſacris ba-
iſmi aquis ſe ablui permiſiſſet: mariti quoque iras & minas cõ-
emorauit, & denique expoſuit quanto in mœrore & dolore ob
ınc rem ex materno affectu jacẽret. Quæ vita mea erit, inquie-
ıt illa, ſi cariſſimis meis deſtituar filiis, tantopere ab ingenuis
oribus omnique ciuilitate laudatis? Et ſi mea voluptas meum-
ue ſolatium eouſque ab illis pendet, vt noctu diuque mihi, velut
nuſtiſſimi quidam flores, ob oculos obuerſentur, quid miſella
ιam ſine illis? quis doloris aculeus tranſuerberabit pectus meũ,
ım audiero paternis manibus amantiſſimorum liberorum pro-
ndi cruorẽ? Heu me, quomodo hic ſpiritus vitã incolumitatẽq;
eri poterit in corpore? Inter hæc verba, multum lacrymarum
ofundens imbrem viribuſq; defecta, corruit in Michaëlem, cui
hoc ſpectaculo tam miſerabili non potuerunt non oboriri la-
tymæ. Sed tamen mox ſe colligens dixit auiæ: Sis æquo animo
omina, ſententia regia non attinget tuum filium. Tũ illa: Idem

mihi meus maritis affirmauit, & ideo ſpe adhuc aliqua ſuſtent
Quibus verbis, vt Michaël vidit eam aliquantum erectam, ſubi
xit: Etiãſi inter viuos eſſe deſineret Conſtantinus; non eſſe tame
mi Domina, iuſta tibi cauſa tantopere dolendi: quia cùm id fiei
non ob crimen vllum admiſſum, ſed tantũ ob amorẽ Dei creat
ris, deberet tibi cõciliare magnã voluptatẽ. Nimis certè verũ e
reſpondit illa, & res citra controuerſiam omni laude digna, hu
adoleſcentem in ætate tam florida tanti facere vitam futuram,
aſpernetur præſentem: vbi ego iam cano capite ne rudimen
quidem ſalutis æternæ percepi. Verùm, dic mihi, obſecro, cur
le peregrinæ potiùs doctrinæ & legi à Rege vetitæ adhæreſce
voluit, quàm tot patriis religionibus, in Iaponia receptis? Qu
inquit, illa affert ſalutem, hæ præcipitant in ingnes æternos. D
nique, ait auia: Æquo ero animo, modò ille in vita ſuperſtes ſ
& roga eum, quæſo, vt cum ſuo fratre contineat ſe Tambæ, d
nec hæc procella conquieſcat. Ego interea apud Genoſoin con
nenter adlaborabo, vt P. Organtinus Conſtantini magiſter in
munis ſit ab omni periculo.

His ita tranſactis, vterque, Conſtantinus & Michaël, Meacu
redierunt, vbi confeſſione P. Organtino facta ſanctiſſimum E
chariſtiæ ſacramentum ſuſceperũt: & cùm aliquot dies ibi cõm
rati eſſent, animaduerterentque non eum eſſe negotii exitũ, q
putabant, Tambam profecti ſunt: vnde ambo ad Viceprouinci
lem ſcripſerunt, ſe non parum dolere de hoc infelici rei exitu, e
que rogarunt, vt in precibus ſuis ſe apud Deum commendat
habere velit: vt ſuæ diuinæ Maieſtati placeat alia opportunitã
ipſos in album ſuorum glorioſorum militum adſcribere.

Alii duo nobiles, qui eodem diuerſorio cum ſupra nomina
vſi fuerant, & quatridui iter confecerant ad accipiendum ſacru
Chriſma, dum itidem vident ſe ſuo deſiderio vitam ponendi p
Chriſto fraudatos, ad ſuos reuertere, relictã apud Meacenſes ca
tione, vt ſi noua aliqua tempeſtas in Patres exſuſcitetur, ilico ce
tiores reddantur, vt eiuſdem felicitatis participes eſſe poſſint. A
alter quidem horum, vt patriam attigit, mandauit domi ſuæ p
noſtrorum afflictionibus orationem quadraginta horarum inſ
tui: cumque confluxiſſent omnes eius loci fideles admodũ mul
præclarè & ſtudium ſuum in Societatem & zelum boni comm
nis declararunt.

In hac trepidatione fortitudinem quoque ſuã demonſtra
Ioannes, 16 annorum adoleſcens, Conſtantini cognatus: ſicut
in Chriſtianarũ legũ obſeruatione, nulla re ci cedit. Is cogn
Patru

atrum noſtrorum periculo, extemplo ad ædes noſtras venit, vt illuſtri hoc certamine ſe reliquis ſocium adiungeret.

Eodem tẽpore Meaci agebat quidã bonus Chriſtianus, habẽs ium 16 annorum, nomine Thomam, tridui interuallo inde diſ-nctum. Huic pater ſcripſit, ſe conſtituiſſe vitã ponere pro Chri- lege: & idcirco ſe teſtamento, erat enim ſatis copioſus, ipſi re-iquere certam pecuniarum ſummam, & alia quædam. Pla-it iuueni ſanctum propoſitum Patris, magnaque eum volupta- affecit: ſed id non congruebat illi, hæredem conſcribi in terra, ſthabito cœlo: quocirca reſpondit, ſi gentiles ſecundum mo-m Iaponiæ ingens dedecus reputant, filium, ſi ita occaſio poſtu-t, non occumbere cũ Patre; quo, inquam, prætextu deſerere te tero in obitu, ex quo vtriq; pateat aditus ad hęreditatẽ cœleſtẽ?

Poteſt quoque iam commemoratis adiungi Cangiurodonus, i licèt non multo tempore Chriſti doctrinam profeſſus fuiſſet, men admirando quodam ardore declarauit ſe promptiſſimum moriendum pro illa. Deinde eius coniunx & alii domeſtici ab iſcopo baptizati, qui ſe compararunt ad mortem etiã in cru- ſubeundam. Præterea quidam eques, qui ſimiliter cum vxore filiolis ſtatuerat venire Meacum ad moriendum vnà cũ noſtris, l certè ad comitandũ eos, ſi exilio mulctarentur. Tum Gratia angi Domina, quæ cum ſuo gynecæo parabat veſtes neceſſarias mortem crucis, & tam virili animo illam præſtolabatur, quòd acunque hora certò ei innotuiſſet de Patrum Societatis inte-u, etiam intempeſta nocte nudis pedibus vnà cum ſociis femi-s ſtatuerit curriculo contendere ad ſupplicium. Sed his præter-iſſis vnum tantũ litterarum Patris F. Franciſci Blanci caput ad-iam, qui cuſtodibus ad hoſpitium ſuum iam collocatis in hæc rba Meaco ad quendam amicum ſcripſit.

Quotidie expectamus mortem amore Domini N. ſubeundam, que ex re ingentem capimus conſolationem; maximè cùm vi-amus Chriſtianis tantum ineſſe animi, vt etiam carnificũ mo-m moleſtè ferant. Id verò longè maiorem nobis affert ſtuporẽ, òd & Fuſcimo & ex montibus longè remotis accurrant, & di-nt: Si Chriſtiani, quia Chriſtiani ſunt, mortẽ oppetant propter riſtum, ſe quoque in illam Societatem adſcribi debere, quan- quidem & ipſi Chriſtiani ſint. Nobis autem fas non eſt, cum il- ſermonem vllum habere. Pudet me mei, dum video homines fide tam nouitios non expaueſcere mortem. Huc vſque ille.

Fateor, eiuſmodi deſiderium moriendi non fuiſſe in omnibus: c enim deſuerunt quidam languidiores: nonnulli etiã in late-

bras ſe abdunt, ſed tamen nullus deprehenſus eſt, qui in hac tem-
peſtate, vel minimum ſignum apoſtaſię dederit: niſi quòd tres e-
terna tantùm fuga periculi impendentis declararint imbecillita-
tem ſuā, ſed excuſatione dignam, cùm fuerint recentes plãtulæ
media gentilitatis hyeme plantatæ. Sed redeamus ad captiuos.

## QVA RATIONE INCARCERATI SACAI MISSI SINT NANGASACVM, ET DE moleſtiis in itinere toleratis.

## CAPVT X.

POSTQVAM hi ſerui Dei cum ignominia ſuprà commem-
rata deducti in equis gregariis fuere per vias Ozacanæ & S-
caianæ ciuitatis, mandauit Taicoſama eos terreſtri itine-
perduci Nangaſacum cum publicis litteris, vt de loco in locu-
attribuerentur illis ſatellites, aliaque neceſſaria ad iter Nang-
vſque, vbi Fazamburus eos in ſuam curam recipere debebat,
perducere Nangaſacum. Vt autem Taicoſama terreſtre iter pr-
ferret marino, quod erat breuius, nõ alia cauſa fuit, quam vt m-
jor terror injiceretur Regnorum populis, per quæ erat tranſeu-
dum, abeſt enim Meaco Nangaſachum ſexcentis paſſuum mil-
bus terræ continentis, vt ne quis in poſterum vel aſpiraret ad l-
uacrum ſacri baptiſmi, aut Patres reciperet.

Sacaio itaque exceſſere ad 9 Ianuarii anni 97, continent-
ſtipati hominibus armatis. Præibat vnus tabellam ſententiæ, v-
ſuprà dictum eſt, in longa haſta præferens, qui ſilentio noxa-
imputatam innoxiis promulgabat. Moleſtiæ & ærũnæ huius pr-
fectionis eiuſmodi fuêre, quales pauperibus & malèveſtitis ac d-
natis viatoribus ſumma hyeme afferre ſolent ingentia frigora, n-
ues, glacies. Negandum non eſt gentiles, quibus ordine co-
mendabantur, omni humanitate eos tractaſſe, alios comm-
ſeratione motos ob eorum innocentiam, alios reformidantes,
ſi vel morte vel alio caſu aliquis eorum ereptus fuiſſet, ipſoru-
incuria accidiſſe putaretur. Itaque equos eis procurabant, vel ſ-
des in Iaponia vſitatas, quæ duorum hominum humeris depo-
tantur, ſi eis opus erat. Nam crebrò, etiam ad augendum meri-
ſuum, pedibus iter conficiebant, vti apparebat ex eorum inflati-
ne & vulneribus.

In hunc finem P. Organtinus Chriſtianum quendam, nomi-
Petrum, inſigni virtute prędirum Meaco dimiſit, qui tribus frat-
bus noſtris eorumq; ſociis neceſſaria, dũ opus eſſet, è ſua crume-
ſubminiſtraret. Fuit & alius faber lignarius, dictus Franciſcu-

q

ui eadem de cauſa ſe adjunxerat comitem Patribus Franciſca-
is. Hi duo ergo, quia magna libertate agere cœperant cum ca-
:iuis, eiſq; inſeruire; paucis pòſt diebus pro Chriſtianis & ipſi à
tellitibus capti ſunt, & commiſſi iis qui ipſis ſuccedebãt, vt om-
:s perducerent Nangoiam. Quam ob cauſam non ſolùm nul-
m cęperunt dolorem (Meaço enim digreſſi erant cum deſiderio
m fe.icem obtinęndi exitum), ſed etiã magna voluptate affecti
nt, diuinoque numini pro tanto munere gratias egerunt: qua-
& reliquum iter eximio cum gaudio proſecuti ſunt, ardenti-
uſque ad Deum precibus aliiſque piis exercitiis animum corro-
prarunt. Vnde & ſingulari cœpere tenere deſiderio ſanctiſſimo
hriſti corpore ante obitum communicandi. Qua de re Pater F.
etrus Commiſſarius ad P. Rectorem Collegii noſtri Nãgaſacha-
, & Paulus frater noſter ad P. Viceprouincialem ſcripſit his ver-
s: Nullum aliud in hac vita deſiderium habemus, quàm aliquo
e confitendi & communicandi, antequam perueniamus Nan-
aſachum: nec enim ſcimus, an poſtea oblatura ſe ſit vlla occaſio:
atribus enim his Franciſcanis, nondum huius idiomatis ſatis
iaris, non poſſumus integram conſcientiæ rationem expone-
. Magno autem ſolatio noſtro id munus obire poſſet P. Fran-
ſcus Paſius.

Ad hanc animi præparationem porrò accedebant exhorta-
ones, quas nunc Paulus ad Iaponios nunc Patres Franciſcani
r interpretem habebant, iiſque animabant eos ad offerendum
Domino Deo toto pectore, atque excitabant ad agnoſcendam
ntam diuinæ bonitatis gratiam. Quod rectiùs intelligetur ex
rmone, quem F. Martinus ad omnes habuit per vias; qui poſtea
idioma Iaponicum traductus in pectore vnius è crucifixis re-
rtus eſt, & eſt qui ſequitur.

Fratres, cogitare debemus nos magnos eſſe peccatores, neque
gnoſcere, quanto beneficio Dominus noſter in hac exigua affli-
one nos afficiat. Multi Sancti, & ſingillatim S. Franciſcus, omni
udio aſpirabant ad coronã martyrii, verũ conceſſum eis non eſt,
ad eam pertingerent. Hanc ipſam Deus hodie nobis offert, &
n quouis modo, ſed per inſtrumentum crucis. A Chriſto impẽ-
amabantur Apoſtoli, & tamen crucem non conceſſit, niſi duo-
s tribúſve: ex cæteris quoque ſanctis nonnulli fuerunt decolla-
alii in lebetes bullientes demerſi, alii aſſati, alii in ſtagna gelu
éti cõjecti: hi in mille fruſta dilacerati, iſti medio corpore ſecti:
alii è montibus præcipites acti, & in rupes ac præacutos ſco-
los & cautes dejecti, vt omnibus membris diſſoluerentur,

ac

ac denique alio atque alio genere cruciatuum tormentorumq; probati, ſpiritum ſuum reddiderunt Conditori. At nobis, lic immeritis, nūc paratum eſt trophęum, in quo ipſe filius Dei mo te ſua mundum reſtituit, quod beneficium tam ſingulare & in menſum eſt, vt angelicam quoque intelligentiam excedat. Ita comparemus nos ad perferendos fortiter omnes cruciatus à ca nificibus nobis inferendos, armantes nos glorioſę Chriſti paſſi nis memoria, qui, licèt ab omni culpa alieniſſimus, tamen pro ſ lute noſtra promptiſſimè omnes moleſtias & tormenta ſuſcep Infinita miſericordia eſt, quam nobis declarat Dominus: nam pro vno etiam lethali peccato promeruerimus æternas & intol rabiles inferni pœnas, dignatus eſt tamen eas commutare in ha breuem & tranſitoriam. Cæterùm quia homo ſua natura imb cillis eſt, nec facilè aliquid perpeti poteſt, neceſſe eſt, vt gratiā d uinam de cœlo imploremus. Toto igitur corde ad ſanctiſſima Dei matrem, peccatorum aduocatā, ad glorioſum D. Franciſc ad angelum cuſtodem, & ad omnes Sanctos in cœlo cōfugiam vt intercedant pro nobis. Hęc ſummatim dixit P.F. Martinus cu magna audientium conſolatione.

Multa alia in hoc itinere acciderunt, ædificatione plena, ſ breuitatis cauſa omitto: tantùm id dico, tantam lætitiam anim patientiam, & humilitatem ab hac ſancta Societate fuiſſe dem ſtratam, vt omnes obſtupuerint, ipſique Bonzii aſſeuerarint, ha eſſe viam legis Euangelicæ latiùs dilatandæ & propagandæ.

## DE QVIBVSDAM PERSECVTIONIBVS E DEM TEMPORE IN CHRISTIANOS excitatis.

### CAPVT XI.

CVM Taicoſamæ edictum de prædicatione Euangelii om tenda, adjuncta pœna in tranſgreſſores & omnes qui ad e attinerent, renouatum eſſet, nonnulli gentiles Domini, metu edicti Regis, (qui etiam ex cauſa leui maximos ſæpe Dom nos ſuo ſtatu dejicit) tum ex odio, quo religionem Chriſtiana proſequebantur, decreuerunt omnes fideles ſuæ ditioni ſubject ad cultum idolorum compellere. Ex horum impiorum homin numero in primis fuit Gubernator Facatanus Taicoſamæ adm dum familiaris, qui ſuis Chriſtianis (ii milleſimum attingeba numerum) imperauit, grauibus interpoſitis minis, vt renuncia

Chriſt

iriſto, omnia Roſaria ad ſe afferrent, oſtiiſque ædium ſuarum
igerent conſuetam tabellam, in qua gentiles ſcribere ſolent
men idoli, cum nonnullis aliis verbis: ac putant ſtulti illi, has
)ellas vim quandam habere contra ignes, morbos, aliaque hu-
imodi. Infideles itaque, Chriſtianorum conſanguinei, timore
ranni impiè iis conſulebāt, vt externa ſaltem ſpecie edicto re-
› parérent. Verùm illi potiùs ad mortem oppetendam, quàm
minimum gentilitii erroris indicium dandum, parati, reſpon-
runt, ſe hac in re non obſecututos, ac mox quendam ſtudiò a-
ndarunt Nangaſachum, qui cognoſceret ex noſtris, quid citra
uini numinis offenſionem in eiuſmodi caſu agere poſſint.
Dominus quoq; Firādi, qui maximè ſemper abhorruit à Chri-
ınis, non neglexit hac occaſione quoſdam in ruinam ſpiritua-
mpellere, ſpeciatim autē nurum ſuam, filiam piæ memoriæ D.
rtholomæi. Verùm illa pro ſua cōſueta fortitudine ita ſuſtinuit
ıs impetum, vt ſocer, depoſita vincendi ſpe, ab ea diuexanda ſe
tinuerit. Alii quoque Chriſtiani, iam ad hos inſultus aſſuefa-
, forti pectore homini reſtiterunt.
Nec inferiorem conſtantiæ laudem retulere incolæ Nozu,
ibus præeſt quidam Dux belli: nam vt eò perlatus fuit rumor
um rerū, quæ Meaci agebantur contra Chriſtianos, dictus bel-
ux primario cuidā Chriſtiano, iam annis graui, nomine Leo-
imperauit, vt vnà cum aliis renunciaret fidem Chriſtianam. At
nus ſenex, cui nihil animæ ſalute carius erat, magna libertate
pondit: Occidere me potes, ſed non adigere ad deſerendā fidē
riſtianā: cuius conſiliū exemplūq; ſecuti alii, ſinguli ſibi con-
erunt crucem, vt ſi cogerentur abnegare Chriſtum, ea in hu-
ros ſublata egrederentur quaſi parati illam ſuffigi: nulla enim
nelius impio illi poſſe reſponderi, & declarari ſui animi pro-
ſitum. Hac conſtantia ille perterrefactus, ſceleratos cōnatus
ıs inhibuit, eoſque in religione, qua vellēt, viuere permiſit. Poſt
c Leo de omnibus noſtros reddidit certiores, petens pro ſimi-
ıs certaminibus Roſaria, imagines, calculos benedictos, aliaq;
ıa ſpiritualia. Sed ſatis ſit nunc de hac materia.

## QVOMODO FAZAMBVRVS NANGOIÆ INTELLEXERIT CAPTIVOS NON longè abeſſe.

### CAPVT XII.

Poſtremo

POſtremo die Ianuarii, cùm captiui perueniſſent Facata humanitate conſueta recepti ſunt à gentilibus, quibus n gno exemplo fuerunt. Quidam eius loci Chriſtiani inuiſere, & ſancta monita ab eis retulerunt. Paulus frater, vti tum iter conſumpſit prædicando militibus & aliis; ſic noctis p tem, qua hæſit Facatæ, in eodem labore impendit. Interea nu cius ad Facamburum affertur, captiuos breui adfuturos, ſim que ei offeruntur patentes Regis litteræ, quibus mandabatu ſine cunctatione eos deduceret Nangaſacum. Itaque ſubitò c ſorem deſtinauit ad Vicegubernatorem Nangaſacanum moni rum, vt quinquaginta cruces prò reis paratas haberet, breui en aduolaturos. Dici non poteſt, quanta obmurmuratio inter I ſitanos & Iaponios orta ſit, poſt audita hæc noua: numerus q que crucium varias cogitationes peperit, cùm longè maior e quàm captiuorum. Quantum autem deſiderium quamque d turnus ardor obortus fuerit in populo, quòd tam glorioſa cumbendi conditio contigiſſet, res fuit admiratione digniſſin nam neque intra ædes neq; publicè per vias de alia re ſermo h beri videbatur, quàm de hac. neque facile eſt omnia narrando p ſequi, quæ particulatim accidêre: vnum tantùm alterúmve att gam, vndè coniectura fiat de reliquis.

Qua nocte Nangaſacum perlatum eſt mandatum de paran tot patibulis crucis, primarius quidam vir cum vxore ſua hac lacque diſcurrebat, parans ſe ad martyrium. Decumbebant in c dem cubiculo duo ipſorum filii, alter quinquennis vel ſexenn alter vndecim annorum. Hic maior, audito ſtrepitu, exiliens è cto, curſu contendit ad Patrem, ſciſcitaturus quid rerum age tur: re breuiter cognita, mox percontari pergit. Vobíſne, inqui pater mi moriendum? Cùm pater ſubjicere: Omnino. O, inq adoleſcentulus, quanto exulto gaudio? ſic enim & mihi li bit vos ſequi. Deinde digito demonſtrans fraterculum dormie tem. Quid verò, inquit, illo fiet? Reſpondit parens: Nobiſc vnà erit martyr. Tum iuuenculus: Iam duplicatum ſentio ga dium, quãdoquidem omnes ſimul ab hoc mundo immigrabim in cœlum.

A quodam alio puero quinquenni in principe domo Nang cenſi quidam è Patribus noſtris percontatus eſt, quandoquid iam venirent gentiles, vt ex regis voluntate interimant Chriſt nos, quid reſpondere cogitet, ſi rogatus fuerit, an Sacrament baptiſmatis ſuſceperit? Reſpondebo, inquit puer, me e Chriſtianum. Sed ſi, ſubiecit Pater, eam ob rem te velint oc

de

e,quid facies? Reſpondit, præparabo me ad mortem. At quo do? inquit Pater. Reſpondit puer, cum admiranda animi for- ıdine, manantibus inter verba lachrymis: Vſque ad mortem ılorabo Ieſu miſericordiam. Atque hoc ſatis ſit,ad indicandũ um Chriſtianorum feruorem.

am,vt ad captiuos redeamus: Calendis Februarii diſceſſum Facata: & ventum eſt in locum, dictum Carazu, tribus leucis antem Nangoia,vbi Fazamburus cum ſatellitibus eos prçſto- atur. Qui pro amicitia veteri ſalutans Paulum fratrem no- m, eius caſum miſeratus eſt. At Paulus: Mori, inquit, pro le- liuina,& doctrina cœleſti hominibus tradita, non eſt commi- tionis materia. Vnam tantùm rem à te contendo, quantis o precibus,vt Nangaſaci breue mihi tempus confitendi & cõ- nicandi ante mortem indulgeatur. Idem petierunt P. Franci- ıi. Omnia omnibus promiſit Fazamburus, ſed promiſſa non ſtitit,vt poſtea liquebit. Accedens deinde ad Ludouicum, de ſupra egimus, videns eum in tam tenera ætate conſtitutum, t: Vita tua in meo arbitrio eſt & poteſtate; ſi mihi ſeruire ve- te liberabo .Reſpondit Ludouicus:De me nihil ſtatuo:id faciã d viſum fuerit Fratri Petro. Qui reſpondit: Acciperet cõditio- ı, modò Chriſtiano ei eſſe liceat. Non, inquit, Fazamburus, s Chriſtiana ab eo deſerenda erit. Tum Ludouicus: Hac cõ- one, reſpondit, non cupio viuere, quia pro hac vita miſera & nentanea facerem iacturam beatæ & æternæ.

rogreſſi denique longiùs, ingreſſi ſunt regnum Figen, & per- erunt ad locum dictum Zucaſachi, vnde ſequenti manè diſ- erunt. Et quia in ſingulas horas videbant ſe viciniores morti, uerunt reliquum iter pedites in magno frigore, licèt itineris ommodis fracti, conficere vſque Sononchum, quod eſt litione Omurandoni; & Nangaſacho octo vel nouem abeſt cis.

## ID SONONCHI ACCIDERIT, ET DE RELIQVO ITINERE VSQVE AD LOCVM ſupplicii.

### CAPVT XIII.

AD quartum Februarii ſub meridie Sinonchum appu- lere captiui, eodemque tempore præſtò ibi fuere duo è Societate Patres, Franciſcus Paſius & Ioannes Ro- hez,à Viceprouinciali miſſi, vt ſanctũ hũc cœtũ Sacramentis

confeſſio-

confeſſionis & ſacræ Synaxeos munirent. Sed quia iam Fazá burus præceſſerat, & ilico diſcedendum erat, non potuit eoru volũtati fieri ſatis: ſic prorſus, vt P. Rodrighez pro ſe vix a ſatelli bus obtinere potuerit, vt eos ſalutaret & ampleƈteretur. Incre bilis vtrinque extitit conſolatio, nec vacua lacrymis mutui am ris, dum in conſpeƈtum prodit diƈtus Pater; qui omnibus non ne P. Viceprouincialis peramanter conſalutatis, verbis ad te pus accommodatis egregiè ad glorioſum certamen eos animau & ſub finem addidit, ſe veniſſe, vt eis, diƈto ſacro Miſſæ, diuinu Chriſti corpus porrigeret; ſed iam non poſſe, quòd maturand ſit diſceſſus: atque idcirco ſe Nangaſachi compenſaturum pro rum conſolatione, quantum poſſet. Paulus frater complexus I trem voce ſubmiſſa reſpondit, plurimum ſe confidere in miſe cordia diuina per hanc perſecutionem Eccleſiam in Iaponia m gnum incrementum ſumpturam. Cuius rei hoc haberet argum tum, quòd in ipſis perſecutionis foribus, dum gentilibus maxi erat reſpuenda Chriſti fides, ipſe Ozacæ in carcere, ab iiſdem c ƈtus, ſex eorum capita ſanƈtiſſimis aquis perfuderit.

Deinde Pater amplexus eſt F. Petrum, qui, cùm ſummatim tius itineris aƈta perſtrinxiſſet, ſeorſim ei magna animi ſubmiſſ ne dixit: Facilè fieri poteſt, nos tam citò rapi ad necem, vt n aƈtioni futurus ſit locus: itaque meorum ſociorum nomine, eorum ſuperior, ab hac hora rogo P. Viceprouincialem, & r quos de Societate, ex toto corde, vt nobis condonent moleſti quibus eos affecimus. P. Rodrighez, excuſans piam eorũ ment & ſcopum, ſimiliter ex parte Societatis veniam petiit à F. Pet ſi fortè aliqua in re ab ea offenſus fuiſſet. Quo faƈto, rurſum c multo lacrymarum imbre repetiti ſunt amplexus. Denique ad ponios conuerſus P. Rodrighez, cùm illos quoque breuiter co monefeciſſet, quanto in pretio habere deberent tam felicem vita exceſſum, abiit, & cum P. Paſio celerrimè Nangaſacum v ſus properauit, ad agendum cum Fazamburo de Sacramentis c tui captiuorum, conuenienter eius promiſſioni, porrigendis.

Sub veſperam deinde, dum deſcenſus fit in nauem, (mari er ſeptem leucarum itinere proficiſcendum erat vſque in Tonchi miniſtri collo captiuorum iniecêre funem, omnibuſque ma poſt terga reuinxêre, præterquam Patribus Franciſcanis, bre tempore portum Tonchizanum tenuêre, ſed noƈte in naui, in perpeſſi frigus, permanſere. Parauerat Fazamburus Nangaſa pro omnibus viginti ſex diuerſoriũ, ſed veritus tumultum, q locus eſſet refertus Chriſtianis, mutata ſententia, decreuit

c

tra Nangaſacum inſequenti luce, quæ S. Agathæ ſacra erat, ex-
mo ſupplicio afficere. Itaque crucibus aliiſque omnibus ad lo-
n ſupplicij deportatis, omnia in ordinem digeſſit, vt momen-
vno omnia abſoluerentur : Ortaque luce tempeſtiuè curauit
tiores reddi noſtros, vt ilico ad ſe mitterent P. Paſium, ſe ad-
ſcturum ei ex ſuis vnum, qui comitaretur vſque ad locum pati-
lo proximum; vbi, poſtquam turba tota iuſſa eſſet conſiſtere,
ſiit trium de Societate & non aliorum confeſſionem audire; a-
d ſe nunc non poſſe concedere. De communione, aiebat ille, nõ
eri neceſſariam, cùm enim propter Chriſtum occumbant, non
igere alio viatico.

P. Paſius cum P. Rodrighez & famulo Fizamburi mox adiit V-
amũ, vbi erat Xenodochium incurabilium, ibiq; expectauit.
P. Rodrighez lõgiùs proceſſit, vt obuiam iret, moneretq; poſt
cas horas moriendum. Quo audito hilari vultu omnes Domi-
noſtro gratias egerunt, & ſpeciatim bonus Pater F. Petrus, qui
enerat eques recitans diuinũ Officium. Vt verò peruẽtum eſt
ocum, in quo expectabat famulus Fazamburi, P. Paſius mili-
ſubſiſtere iuſſit, & Paulo fratre deducto in Xenodochium, cõ-
ionem eius de tota vita audiuit. Hunc cæteri duo ſecuti ſunt,
erfecta confeſſione omnes vota Societatis noſtræ cõſueta re-
arunt, complectendo Patrem nomine P. Viceprouincialis.
Dum P. Paſius aures præbet tribus fratribus noſtris, nonnulli è
is qui in platea remanſerant, nixi genibus, recitabant Roſa-
n: alij ſedentes Domino ſe commendabant, alij deniquè ſe in-
em ad martyrium animabant. In his occupationibus eos re-
quens P. Paſius, ilico contendit ad Fazamburum, qui iam ad
plicij locum peruenerat, vt ab eo facultatẽ poſtularet, vt poſ-
eoſdem ad fortiter moriendum hortari, quam, licèt ægre, im-
auit. Interea P. Rodrighez operam ſuam locauit quibuſdam
iter Deo reconciliandis, piiſque monitis ad conſtantiam eſt
ortatus. Tandem cùm Fazamburi mandatum, quod expecta-
t, allatum eſſet, mirum dictu & viſu digniſſimum fuit, quanta
ritate ſe coniecerint in pedes, & obuiam crucibus proceſſe-
. Fazamburus autem videns eos cum tanta hilaritate appro-
quare prorſus obſtupuit; cumque cauſam conjicere non poſ-
etiit à P. Paſio vnde hæc hilaritas in tam funeſto ſpectaculo?
oſuit ille homini cauſam, ſed quia non cupiebat quæ ſunt ſpi-
s Dei, reſpondit: Cauſam quidem eſſe optimam, ſe tamen ob
nullam hac vice electurum crucem.

gens deinde item Pater de liberatione duorum, qui capti


erant in itinere, & ſententia Regia non erant comprehenſi, r
ſpondit Fazamburus, Etſi comprehenſi in ea non ſint; tamen no
poſſe ſe eos dimittere, hoc ipſo quòd ſibi à miniſtris Regiis adi
cto ſcripto traditi eſſent. Cùm verò ſubiungeret Pater, minimu
expectaret, quoad à Gibonoſcio haberetur reſponſum. Nec ho
poſſum, inquit Fazamburus, venirem enim facilè in ſuſpicione
acceptorum munerum. Itaque media omnia ad liberandos ill
duos, quos meritò vocare poſſumus Adauctos, tētata ad irritū r
ciderūt, ita diſponēte diuina, à quo omnia regūtur, prouidentia

Degebat ſub hoc tempus Reuerendiſſimus Epiſcopus Nang
ſaci, qui, dum cùm bòna Fazamburi venia in loco ſupplicij con
parere non poſſet, per quendam omnibus dedita opera, nomin
tim autem Patribus Franciſcanis, ſuam impertiuit, adiunctis ve
bis amoris plenis, benedictionem. Cui viciſſim P. Commiſſari
omnium nomine magnas gratias referri iuſſit, ſimul etiam depr
catus veniā, quòd ſuæ Reuerend. Dominat. non perinde, ac p
fuerat, obſecuti fuiſſent.

## QVOMODO ILLI VIGINTI SEX SVF-FIXI SINT CRVCI.

### CAPVT XIV.

DECREVERAT Fazamburus hos homines è medio tolle
in ordinario ſupplicij loco, in quo & tunc exſtabant nōn
læ cruces, ſed Luſitanorum interpellatione coactus eſt m
tare ſententiam. Ex altera viæ parte verſus mare eminebat col
eum planitie viginti ſex crucium capace, cum ſuis, inſtar Cal
riæ montis, ad aſcendendum quaſi gradibus. Huc ergo Fazamb
rus curauit in gratiam Luſitanorum, vt dicebamus, deportari cr
ces; qui cogitabant ſuo tempore in benedictorum horum ath
tarum Chriſti memoriam ibi excitare Eccleſiam, eamque voca
S. Mariam martyrum.



Cruces, apud Iaponios in multandis h
minibus facinoroſis vſitatæ, duo habe
ligna tranſuerſaria, alterum ad brach
alterum ad pedes: mediæ item cruci a
xum breue lignum eſt pōderi corporis ſ
tinendo, cui reus inſidet velut equo. Qu
libet igitur crux conſtat quatuor lignis
liquet ex effigie hîc ſubiecta. Non vtun
clauis, ſed manus pedeſque alligant
funib

nibus,aut manicis ferreis, quæ lignis tranſuerſariis clauis ſunt fixæ. Collum quoque conſtringunt neruo ferreo ligno infixo. nibus item aſtringunt cruci & cingulum & brachia inter ſcalas & cubitum, ſic prorſus, vt totum corpus bene ſuſtentetur. einde dimittunt crucem in foſſam, lapidibuſque iniectis & ter- obfirmant. Mox ſuccedit carnifex lancea præacuta, machæræ cipiti non abſimili, armatus, eamque tanta vi adigit in latus xtrum crucifixi, vt penetret in ſiniſtrum vſque ad cor. Nonnunam duo ſunt carnifices, qui dum ſimul vtrumque latus confount, tranſuerſo obiectu lancearum quaſi crucis formam exprint. Ita fit vt rei, vno tantùm ſanguinis fluxu, minimo temporis ncto ſpiritum DEO reddant. Quòd ſi non ſtatim moriantur, plicat ictum carnifex: atque ita finem faciunt.

Cùm ergo fortes Chriſti milites ad hunc locum perueniſſent, zamburus curauit collem omnem à ſclopetariis & lanceatiis cundari, ſpacio tantùm ſeptem vel octo paſſuum inter ipſos & aces interpoſito, nec paſſus eſt quenquam propiùs aſſiſtere præ- iuſtitiæ miniſtros, P. Paſium & P. Rodrighez. Ingreſſu in ſeptū lo, noua lætitia oborta eſt militibus Chriſti ex conſpectu crum. Pater F. Martinus clara voce cecinit canticum, *Benedictus minus Deus Iſraël.* Pater F. Petrus, oculis cœlo infixis, ſtabat aſi contemplatione quadam profunda abſorptus. Ludouiculus o petiit, quænam ſua crux eſſet, eaque demōſtrata, magna detione & feruore ad eam accurrit. Fuerunt autem omnes quaſi ncto temporis acti in crucem: eo quòd quilibet ſuum haberet ributum miniſtrum, & omnia neceſſaria ſingulis ad manū para. Hic autem erat crucifixorum ordo: Alter ab altero tribus quatuor diſtabat paſſibus vultu Nangaſacum conuerſo. Ad xteram P. Franciſcanorum erant decem Iaponij, & alij decem, numeratis tribus è Societate, ad ſiniſtram. Ac ab Orientali dem parte primus erat Franciſcus, is qui iuuandorum P. Francanorum cauſa comitatus fuerat, & à milite, vt diximus, in merum relatus, qui baptiſmi ſignaculum ante octo menſes prim acceperat. Secundus erat Coſmus Tachegia, ex regno Oaecenter item baptizatus, qui artem profitebatur acuendi macras. Captus fuerat Ozacæ cum F. Martino, agens illorum Pam interpretem. Tertium locum tenuit Petrus Suchegirus, alille, qui comitatus fuerat, vt operam ſuam locaret captiuis. artus erat Michaël Cozachi ex regno Iſce, cuius ars erat conre ſagittas. Quinto loco ſequebatur Iacobus Ghiſai è Societe noſtrâ ſexaginta quatuor annorū, Chriſtianus perātiquus, &

boni exempli. Is receperat ſe in domum noſtram, vt totum ſe dederet Deo: in qua magna caritate rerum externarum curam geſſit; ſingulariter autem meditationi Paſſionis D.N. valde erat addictus. Proximus huic erat Paulus Michi Iaponius trium annorũ ſupra triginta, à puero ſacris aquis tinctus, & ante vndecim annos priùs in Societatem receptus. Concionator erat, magnoque ardebat Zelo iuuandi proximum, velut ex eo, quod iam dicam, colligi poteſt: Decem vel duodecim diebus ante attributas Ozacę ędibus noſtris excubias, obuiam fortè factus turbæ ex Magiſtratus edicto deducenti hominem Ethnicum, ob neſcio quod ſcelus, ad ſupplicium, magno animo facta via per confertam multitudinẽ penetrat ad reum; concionatur homini vſque ad locum vbi capite erat multandus, cedentem veritati baptizat, & inuocantem nomen IESV & MARIÆ in cælum mittit.

Septimus erat Paulus Ibarchi ex Oari, qui recenter adiunctus erat Christo. Octauus fuit Ioannes oriundus Goto decem & nouem annos natus, à prima pueritia in fide inſtitutus, & denique, vt ſuprà diximus, Societati adſcriptus. Nonus erat Ludouicus puer 11 vel 12 annorum, qui paucis menſibus fuerat Chriſtianus, natura viuax, & Pauli Ibarchi ante nominati nepos. Decimus erat Antonius Nangaſachanus; adoleſcẽtulus item annorũ tredecim, candidæ admodum naturæ. Vndecimus ſequebatur P.F. Petrus ex Epiſcopatu Hiſpaniæ Auilano, vir quadraginta octo annos natus, admodum religioſus, doctus, concionator, ardens Zelo animarum. Duodecimus, F. Martinus de Aſcenſione ex Varã guela Cantabriæ, trigeſimum ætatis annum agens, qui anno 96 cum F. Franciſco Blanco in Iaponiam venerat. Decimus tertius erat F. Philippus de Ieſu Mexicanus, qui captus in naue diffracta ad Tozzam venerat Meacum, vt ſacros ordines acciperet ab Epiſcopo, & poſtea rediret Manilã: vnde à ſuperiore miſſus erat eadem de cauſa in nouam Hiſpaniam. Decimus quartus erat F. Gõſaluus Garzia ex Bazaino Indiæ Orientalis, qui è Iapone trãſiens Manilam, ibi ordini S. Franciſci nomen dederat, & magno ſpiritu Iaponicè concionabatur. Decimus quintus erat P. F. Franciſcus Blancus ex Monteregio Galitiæ, triginta circiter annorum. Decimus ſextus F. Franciſcus de S. Michaele ex Parilia non longè à Valliſoleto, agens annum 53, vir bonus & humilis, vti præclarè vſque ad mortem demonſtrauit. XVII Matthias, qui haud multo tempore extiterat Chriſtianus: de quo ſatis multa ſuprà. XVIII. Leo Caraſumarus ex Oari, ſeptem octóve annorum Chriſtianus, Patrum Franciſcanorum interpres primarius, & caritatis operibus

appri

ꝑprime deditus, maximè erga incurabiles. Erat autem frater mi-
imus Pauli Ibarchi ſupradicti, & patruus Ludouiculi. XIX. Ven-
ara, Meacenſis, qui in tenella ſua ætatula fonte baptiſmatis erat
lutus: deinde pupillus relictus in Bonziorum ordinem deſciue-
at. Sed quodam die memoria repetens ſe baptizatum, per Patres
ranciſcanos Eccleſiæ ſanctæ reſtitutus eſt, quibus inſeruiens tā
elicem meruit fortunam. XX. erat Thomas Cozachi, filius Mi-
haelis Cozachi ſuprà nominati, qui decimum-quintum annum
gebat. XXI. Ioachimus Saccachibara annorum 40. XXII. Fran-
iſcus medicus Meacenſis, 46 annorum. XXIII. Thomas Danchi,
etus Chriſtianus, item Franciſcanorum interpres. XXIV. Ioan-
es Chimoia. XXV. Gabriel ex regno Iſce, annorum 19. Vltimus
uit Paulus Suzuchi ex Oari, etiam Franciſcanorum interpres.

Crucibus ergo hoc ordine defixis, mirabile fuit videre omnium
onſtantiam, ad quam eos hortabantur, partim P Paſius, partim
P. Rodrighez. Pater Commiſſarius ſemper conſtitit quaſi immo-
us oculis in cælum coniectis. F. Martinus ad agendum diuinæ
onitati gratias concinebat quoſdam pſalmos, adiuncto verſicu-
o: *In manus tuas Domine*, F. Franciſcus Blancus etiam clara voce
Deo agebat gratias. F. Gonſaluus admodum elata voce dicebat
Dominicam orationem, & Salutationem Angelicam. Paulus Mi-
hi frater noſter videns ſe conſiſtere in ſuggeſtu omnium, quos
nquam habuerat, honoratiſſimo, primùm circumſtantibus apè-
uit ſe Iaponium & de Societate IESV eſſe, moriq́ue propter an-
unciatum Euangelium, & gratias Deo ob beneficium tam exi-
nium agere, deinde hæc verba ſubiecit: Cùm ad hoc tēporis pun-
tum peruenerim, è vobis neminem eſſe opinor, qui me credat
elle parcere veritati. Declaro itaque vobis, nullam eſſe ad ſalu-
em viam, niſi quam tenent Chriſtiani. Quę cùm doceat me igno-
cere inimicis & omnibus, qui me offenderunt, ego libenter Re-
gi omnibuſque meæ mortis autoribus ignoſco, eoſque rogo vt
Chriſtiano baptiſmo initiari velint. Hinc oculis in ſocios con-
erſis cœpit eos in hoc extremo conflictu animare: in quorum
omnium vultibus lætitia quædam apparebat, ſed in Ludouico
ingularis: cui cùm alius quidam Chriſtianus acclamaret, breui
um futurum in Paradiſo, digitorum totiuſque corporis geſtu
gaudij pleno omnium in ſe ſpectantium oculos conuertit. Anto-
nius, qui Ludouici claudebat latus, oculis cælo infixis, poſt inuo-
atum ſanctiſſimum nomen IESV & MARIÆ accinuit Pſalm.
*Laudate pueri Dominum*: quē didicerat Nangaſachi in inſtitutione
Catecheſeos: in ea enim dedita opera pueris quidam Pſalmi hanc

 in rem

in rem ediſcendi traduntur. Alij denique repetebant, IESV MA-RIA, ſerena facie; nonnulli etiam exhortabantur circumſtant[es] ad vitam Chriſtiano dignam; hiſque & aliis ſimilibus actionib[us] promptitudinem moriendi demonſtrabant.

Tum carnifices quatuor cœpere vaginis (quæ Iaponiis vſita[tæ] ſunt) eximere lanceas: ad quarum horrificum conſpectum omn[es] fideles acclamarunt IESV MARIA, &, quod plus, eſt comp[lo]ratio ſecuta miſerabilis ipſos feriens cœlos. Carnifices quemq[ue] eorum vno alteroque ictu breuiſſimo tempore exanimarunt. A[t ſi] quis ſignum adhuc vitæ daret, eum iterato ictu confodiebant. A[t]que hic licuit cernere Chriſtianorum circumſtantium ardore[m], qui per medios ſatellites, fuſtuario eorum neglecto, ad cruces a[c]currêre, alii vt ſudaria ſua martyrum ſanguine imbuerent, alii[,] ex veſtium limbo aliquid detraherent, alij vt reliquiarum lo[co] aliud aliquid auferrent.

Hic fuit militum Chriſti felix exitus, qui fortiter dimica[n]tes glorioſam ex hoſte retulere victoriam. Vt autem innocen[tia] eorum omnibus patefieret, permiſit DEVS, vt Fazamburus c[u]raret hîc erigi haſtam, in qua deſcripta erat mortis ſententia.

## DE PIETATE A CHRISTIANIS POST DICTAM NECEM declarata.

### CAPVT VLTIMVM.

QVAMVIS Fazamburus non parum ſuccenſeret iis, c[um] ſancta quadam vi reliquias quaſdam è ſeruis Dei e[ri]puiſſent, ideoque mandaſſet ſatellitibus, vt fuſtibus c[o]gerent omnes ad repetendum Nangaſachum; tamen poſtqu[am] domum rediit, tam multi vndique confluxére, vt aliquid de v[e]ſtibus Martyrum abſcinderent, vt multi in crucibus manſeri[nt] non ſatis decenter contecti, & ſingillatim nouem religioſi. Qu[a]re prouiſor confraternitatis Miſericordiæ eorum corpora cer[tis] ſtoreis, loco veſtium, operiri curauit.

Eadem religione multi etiam è remotis regionibus tanto n[u]mero concurrere, vt Fazamburus compulſus fuerit duplicatis c[u]ſtodibus aditum eis præcludere; ipſiſq; militum ducibus ſub vi[tæ] amittendæ pœna iubere, ne vllũ crucifixorũ corpus ſinerẽt auf[er]ri. Verũ nec hac ſeueritate cohiberi potuit eorũ pietas; permu[l]ti enim, prætextu aliorum negotiorum tranſigendorum, ve[rſus] collem illum deflectebant, tantùm vt reliquias ſeruorũ Dei ver[e]rarent

aſentur. Multa alia in hoc argumento adjungi poſſent, quæ bre-
itatis cauſa prætermitto. Id tantùm dico, ex glorioſo hoc mar-
yrio illum extitiſſe fructum, quòd omnes Chriſtiani, tã veteres
uàm noui, egregiè in ſancta fide ſint confirmati, viuumque æter-
æ ſalutis deſiderium in ſe excitarint, ac firmiter apud animum
uum conſtituerint pro confeſſione Chriſtiani nominis vitam da-
e. Iámque animaduertunt huius martyrii prognoſticon, fuiſſe
ruces miraculosè repertas alteram in Obama anno 89, alteram
n Faconda, anno 92. Quare & firmiſsima ſpe tenentur vberrimæ
neſsis conſecuturæ. Ipſi quoque gẽtiles, qui ſpectaculo interfue-
unt, vehementer commoti ſunt ex gaudio, quo viginti illi Dei
erui crucem conſcenderunt, & fortitudine, qua, certi de cœleſti
præmio omnem humanam intelligentiam longè exceden-
te, mortem tolerarunt. Et iam nonnulli Nanga-
ſachum, recipiendi ſacri lauacri cauſa,
quod obnixè poſtulant,
aduenerunt.

(·.·)

# DE LEGATION

## REGIS CINENSIVM

## AD TAICOSAMAM.

ANNO ſuperiore 1595, præter annuas, miſſus ad P. V. peculiaris Tractatus, in quo prolixè ponebatur rerum Iaponicarum ſtatus: con ſiones item, perturbationes, & multorum Tenza interneciones, quæ accidere, poſtqu Taico hic, dicitur qui alibi Taicoſama, ne tem Quabacondonum ad cædem deſignauit. Deinde, qu admodum eodem furore longiùs ſerpente, & cor eius exeder poſt abſceſſum nauis Luſitanæ mãdauerit, nonnullos Domin quorum nomina ipſi delata erant, extingui. Vnde factum eſt, v lii multi vehementer reformidarent, ne breui eiuſdem aleæ p culum ſubituri eſſent: inter quos fuit Aſanodangius vnà cum lio, vt mox dicetur.

Quod ad res Coraianas attinet, ſciendum eſt, Auguſtinum cunecamedonum omnes conatus omnemque induſtriam, qu tam potuit, pro autoritate, qua valebat, adhibuiſſe, vt Cinar Regi perſuaderet miſſionem Legatorum ad Taico: quod cũ e difficillimum, multis videbatur nunquam fieri poſſe: quare rum non eſt, rem in biennium eoque amplius extractam. Et q Cinenſes adorabantur Iaponios è Coraiana inſula non egre ros, nec maritima propugnacula, quæ excitarant, antè deſer ros, quàm firma pax inter Regem Cinarum & Taiconi confe eſſet: Iuquequi Cinenſis, ſenex, & prudentiæ aliorumque exce tium donorum laude percelebris, in ſe ſuſcepit prouinciam c Rege Cinenſi agendi, rationeſque & modum excogitandi eundæ pacis cum Iaponenſibus. Qui tandem poſt rationes m tas (Rex enim Cinæ per ſummam arrogantiam arbitratur ſe tius orbis Dominum, ſibique nullum eſſe ſimilem) juſſit indic Taico, nec decens nec conueniens eſſe, vt Dairi, hominem pri tum & Iaponiæ Regi ſubjectum, priſtinum dignitatis locum tinere permitteret: quando ipſe ſua induſtria & fortitudine ſe ginta ſex Iaponiæ regna ſuo imperio ſubjeciſſet. Ea ſi homin exuiſſet, promittebat ſe coronam titulumque regium mi

ru.

m, & per eoſdem Legatos pariter reſponſurum ad capita à
aico cum conditionibus & pactis de deſerendo prorſus a Iapo-
is Coraiano regno, ac Iapone repetendo, miſſa. Itaque duo
incipes viri legationem obituri Pachino, magno cum faſtu &
ulto comitatu ſtipati Coraiam vſque ad propugnaculum Au-
ſtini venere, vt inde porrò cum Iuquequi iter proſequerentur
Iaponiam.
Auguſtinus videns Taici votum deſideriumque optatos habe-
ſucceſſus, per famulum quêdam ſuum ſcriptum ad eum dedit,
io ſignificauit, Legatos Regis Cinenſis iam Coraiam appulſos
e, qui nuncius ingentem attulit Taico voluptatem. Inde poſt
quot dies ex Coraiano regno reuertere Auguſtinus & Scima-
is Camedonus Gubernator Nangaſachanus. pioque majori ſe-
titate ſecum Iuquequi ſenem Nangoiam vſque duxerunt, vt
de Meacum, quod & fecere, iter inſtituerent, relicto ibi ſene,
nec à Taico vocaretur. Ambo ab eo recepti ſunt cum rara be-
uolentiæ ſignificatione, & Auguſtino quidem Fuſcimi attribu-
m eſt palatium nouum & ampliſſimum, quod fuerat fratris
uabacondoni, & nepotis Taico in vrbe noua, vbi & ipſe nũc ſe-
ſuã habet: neq; tamen tunc apertè declarauit, quo beneficiorũ
nere remunerari ſtatuiſſet tot tantaque officia ab eo præſtita;
c antè videtur aliquid perfecturus, quàm legatio finem ſuum
nſecuta ſit, & fœdera pacis confecta.
Legati interea Regis Cinenſis hærebant in dictis propugnacu-
maritimis regni Coraiani, cum magna militum exploratorũ-
e manu ab Auguſtino ibidem relicta, ne tumultus aliquis ori-
ur. Cur autem æquo diutius prorogata fuerit eorum in Iapo-
am profectio, non alia cauſa fuit, quam quòd Taico, incredibili
piditate flagrans amplificandi nominis ſui gloriam, & perpe-
am memoriam apud poſteros potentiæ & magnificentiæ ſuæ
inquendi, prorſus conſtituerit dictos Legatos ſplendidiſſimo
omnibus numeris abſolutiſſimo apparatu & pompa excipere.
primò quidem decreuit, illis præbere ſpectandum ingentem
merum equitum ex omnibus Iaponiæ regnis coactum, & iam
bet apud ſe catalogum centum millium, præter eos quos ſua-
ſponte adjunget. In hunc equitatum ſe inſeret vniuerſa Iapo-
æ nobilitas tanto ſplendore, oſtentatione, & apparatu, vt verè
i poſſit, nunquam conſpectam, nec in veteribus Iaponum hi-
riis lectã, hac notabiliorem vel illuſtriorem. Et quoniam om-
nobiles, vti res eſt magni ponderis, enixè laborant, ne vel mi-
nã cauſam dent Taico alicuius offenſiunculæ, ſit, vt nihil aliud

in aula tractetur, quàm quis veſtium cultu ſplendoreque app
ratus cæteros ſit ſuperaturus. Quamquam dubium non eſt, ta
eos qui in Goraino regno hactenus fuere ob ingentes ſumptus
eo factos, & penuriam pecuniarum ex diuturna illa commorati
ne profectam, quàm qui in Iaponia ſedem ſuam habent, eo qu
AVVS Arimondoni, nomine Ioannes, antiquus Chriſtianus, & de Societate bene meritus, qui tempore illius terræ motus verſabatur in vrbe Sacai, ſcripſit epiſtolam ad Patres noſtros his verbis: Quarto Septembris in vrbe hac tam ingens & horrificus fuit terræ motus, vt tres horas continuas durarit: quo tempore nihil audiebatur præter fremitus & mugitus expaueſcendos, ędiumque, murorum, tectorum, & delubrorum gentilium triſtes ruinas. Quando autem tecta in alias domos vel arbores ruebant, videbatur illis nocturnis horis vniuerſa mundi machina labaſcere. Luce inſequenti licuit videre, omnes plateas ſatis anguſtas, (excepta primaria, quæ vtrinque trãſuerſis ſecatur viis) domibus, lignis, ſaxis, muris in omnes partes prorũentibus, vt nullus tranſeundi pateret locus, interclusas. Res erat commiſeratione digniſſima, tam diurnis quàm nocturnis horis audire clamores virorum, eiulatus mulierum, ploratus puerorum, ex terræ viſceribus & ruderum, quibus obruti erant, cauernis opem inclamantium.

Verùm

Verùm quia gentiles neque gratiam neque motus internos ad commiſerandum habuere erga proximum ſuum, ſolùm opulenti & potentes, amicorum aliorumque opera, periculo erepti ſunt; cęteri verò omni auxilio deſtituti fruſtra ſuſpiriis, lacrymis, & clamoribus intolerabilibus ſe confecere. Incedebant homines per vias, ac ſi ſui compotes non eſſent, à ſenſibus abalienati, mœrore oppreſſi ex tam horrendo ſpectaculo oculis obiecto: ſic vt neſcirent quid agerent, ſed nec propriis vxoribus & liberis, implorantibus ſubſidium, manum præbere valerent. Nonnulli, qui iam periculum euaſerant, amore naturali victi recurrerunt ad ædes, vt coniuges cum liberis extraherent; ſed ipſi tandem cum illis reliqua domus ruina etiam oppreſſi ſunt, ſic vt nullus tandem viuus effugeret.

Dominus Prothaſius Arimondonus, qui tunc agebat Sacai, volens ſummo manè viſitare Cinenſium Legatum, inuenit maximi muri ruina & ſuperinjecta infinita lignorum & tegularum mole plateam, qua eundum erat, impeditam, vt proſequi iter non poſſet. Cognouimus ex famulis Cinenſibus Iuquequi, viginti eoque ampliùs extinctos. Deinde ex litteris paucis antè diebus allatis intelleximus in Sacai plures ſexcentis enectos, vt quinque annis reſtitui non poſſint ædificia, quæ trium horarum ſpatio hac terræ trepidatione ſubſederunt.

Iacobus Fimbria Rioquei, vnus ex antiquiſſimis optimiſque illius Vrbis Chriſtianis, homo prudens, religioſus, & de Societate bene meritus, Domini Ioſephi Gubernatoris Sacaiani ſocer, recēter excitarat domos nouas trium cōtignationū, tegulis opertas; ius autē domus iam ab annis triginta loco diuerſorii Patrū noſtrorum, atque etiam Eccleſiæ fuit, in qua ſacrū Miſſæ diceretur, & Sacramenta Chriſtianis adminiſtrarentur. Oborto autem hoc præcipiti & tumultuoſo terræ fremitu, cùm omnes diffugerent ex ædibus, ille, velut ſenex in cognitione Dei rerumque diuinarum ſenſu fundatus, coniugem, pueros quoſdam orphanos, & nepotes ſuos quos domi habebat manu apprehendit, iuſſitque loco non motos flexis genibus, manibus in cælum ſublatis ante aram domeſticam ſe Deo commendare, qui pro ſua paterna prouidentia qua regit Chriſtianos ipſum amantes & timentes, dum vtrinque ædes vicinorum omnes ruunt, ſolam illius domum, in oratione cum familia perſiſtentis, intactam reliquit, quæ res gentilibus Sacaianis magnam conciliauit admirationem & timorem. Et hęc ſunt, quæ huc vſque ex illis partibus audiuimus.

Nangaſaci prima vice fortiter intremuit tellus, poſtea verò le-

uiùs,vel potiùs nihil,ſi comparatio ſit cùm aliis locis.

A Canzuſa,in itinere verſus Cingiua,via eſt non longè remot à mari,& magna ex parte montoſa,conſtans ſaxis excauatis: ho ergo vehementiſſimo terræ motu ibi multa ſaxa maxima ſua ſpō te diuulſa & diſrupta, partim in mare prolapſa ſunt, partim ſi oppleuere viam,vt non pateret tranſitus.

Seminarium Arienſe valde contremuit,ſed diuina fauente gra tia omne periculum abfuit, ſed nec vlla ædium noſtrarū corrui Quia verò terræ motus fuit nocte, quando iam pueri ſeminar conceſſerant cubitum, dum illi vident lampades, quæ in medi cubiculi ardebant,nullo attingente moueri, rei nouitate perte refacti,celerrimè in aream diffugêre.

In regno Fingano propugnaculo Iambi præeſt antiquus qui dam Chriſtianus ex partibus Meacenſibus oriundus, & de Socie tate noſtra ſemper bene meritus. In eo quidem magni quoq; te ræ motus extitere, imò terræ motui mox ſucceſſit inaudita tem peſtas,in qua ſex è nubibus horrifica fulmina decies aut duod cies circum domum eius,octo tantùm decémve cubitorum inte ſtitio,excuſſa ſunt,& alia totidem vicibus in diuerſis locis propu gnaculo ſubiectis, ſed Deo ita propitio nullum hominem læſer aut interemêre, ſed tantùm maximas quáſq; arbores diſcerpſer

## DE REGNO BVNGENSI.

TERRÆMOTVS, qui Bungi acciderunt,tam magni ſunt terribiles,vt niſi inde Chriſtiani veniſſent &cōmemoraſſē poſſint videri incredibiles. Expectabamus aduentum Blaſ hominis optimi,& inter Chriſtianos Bungenſes vetuſtiſſimi, q & tandem periculo tanto exemptus huc peruenit. Is refert ſe n nunc quidem (cùm tamen duo menſes à terræ motu elapſi ſint) ſi bi ſatis eſſe compotem, nec poſſe terrorem ex conſpectu ruent patriæ natum excutere.

Tribus millibus propè Funai,ingens oppidum vel villa eſt, di cta Ochinoſama, multarum nauium portus, à quo loco hic b nus homo appellatur Blaſius de Ochinoſama in Bongo notiſſi mus,propterea quòd domi ſuæ hoſpitium præbeat variis homin bus aliunde confluentibus. Hic aſſerit nocte de improuiſo in il locum fluctus maris binos ternóſve,nullo impulſos vento, illiſ littori tanto ſtrepitu & fragore, vt plus ſeptem cubitis ſupra vrb ſe in altum eiecerint, vti poſtea ex quarundam altiſsimarum v tuſtiſsimarumque arborum culminibus notatum eſt: itaque e

de

em impetu progreſſum mare ad milliare vnum & medium eo-
ue amplius in terram ſe effudit, & retro relapſum omnia ſecum
um vrbe Ochinoſama abſorpſit. Qui extra hos terminos erant,
ericuli expertes erant; quos verò tartarea illa vorago complexa
ſt, eos omnes ſecum abripuit, viros, feminas, pueros, boues,
accas, domos, & alia infinita, omniaque in mare conuerſa vide-
antur, haud ſecus, ac ſi nunquam ibi terra extitiſſet. Blaſius, qui
d temporis cum coniuge, liberis, & famulis domi erat, antequam
em ſimilem vel cogitatione animi fingere poſſet, vidit vno quaſi
nomento ſe cum domo, quæ erat lignea, ſuperferri vndis maris;
xor cũ liberis ſubmerſa eſt; ipſe natatu euaſit; ſed ignarus quo-
nodo euaſerit, nam vi vndarum longiſſimè ab eo loco fuerat
ranſportatus. Cùm iam domus labaſcere inciperet, Blaſius cum
ota ſua familia Chriſtiana elata voce ſanctiſſimum nomen IESV
& MARIÆ inuocabat. In vicinia verò eius feminæ quædam gẽ-
les implorabant opem Amidæ, ac tandem ad Blaſium conuer-
æ, etiam atque etiam eum rogabant, vt ipſas periculo eximeret;
erùm ille reſpondebat: Quomodo vos liberabo, ſi imploretis o-
em diaboli? itaque feminæ vnà cum ipſo cœperunt clariſſima
oce inuocare nomen IESV & MARIAE; & porrigens eis in hac
alamitate magna celeritate aliquot proxima domus ligna effe-
it, vt quædam ex iis, quæ inuocarant nomen IESV & MARIAE,
iſcrimen vitæ euaderent: multique alii gentiles promitterent ſe
acra Chriſtiana ſuſcepturos.

Alia quatuor loca Ochinoſamæ vicina, eandemque maris pla-
am reſpicientia, dicta Famaoqui, Ecuro, Fingo, Caſcicanaro, &
ars vna ex Sanganoſciequi, ſunt, vt aiunt, eiſdem aquis obruta;
c in Famaoqui quidem vnus tantùm erat Chriſtianus, qui ſolus
x omnibus ereptus eſt.

In portubus iis marinis, maximè in Ochinoſamano, magnus
umerus nauium ſtabat (quarum plurimæ ad Taicam pertine-
ant) & Bungo venerant ad regni, quod ab eo nunc obtinetur,
edditus auehẽdos). Harum autẽ multæ iã erãt oneratæ, & præ-
olabantur tempus abſcedendi, aliæ verò iam cœperũt mercibus
nerari. Præter has, infinitæ præterea ibi erant diuerſorum mer-
atorum ſcaphæ. Has omnes, affirmabat Blaſius, ſe certò cogno-
iſſe, vel confractas vel eodem loco demerſas fuiſſe, vt ne vna qui-
em incolumis euaſerit.

Vrbs Funai ſemper fuit obſtinata, & præduri capitis. Quadra-
eſimus tertius annus agitur, quòd Patres & fratres Societatis in
a vixerint, & Xenodochiũ pro omnibus pauperibus gẽtilibus, qui

perfugium in ſuis morbis ad illud habebant, ædificarint. Eccleſiā quoque, in qua conciones habebantur, officia diuina & alia miniſteria Eccleſiaſtica celebrabantur. E Chriſtianis pauci erant ex ipſa vrbe oriundi; & omnes habitabant in platea quadam Eccleſię proxima. Rex Franciſcus indicabat iis, rem gratiſſimam facturos ſibi, ſi ſe ad Eccleſiam Chriſti aggregarent, ſeque offerebat in eorum baptiſmo ſponſorem. Sed bonum Regem perſequebantur, tum Bonzij, tum ipſi Funaiani ciues: nec Societas noſtra ab vlla vrbe maioribus iniurijs publiciſque cõtumeliis affecta eſt, quàm ab hac: nam non ſenes modò, ſed etiam iuuenes & pueri à parentibus edocti, & à dæmone ſtimulati, quoties noſtri in publicum prodibãt, maledictis Deum Dominum noſtrum Patreſque ingẽti clamore inceſſebant, & licèt peruerſus hic mos à Rege Franciſco, poſtquam Chriſto nomen dedit, ſeueriſſimè prohibitus fuerit, tamen auerſionem à Chriſtianis & Chriſti Eccleſia non depoſuerunt. Initio aliquoties ignem noctu in ædes noſtras iniecére: alij tela in eas immittebant, alij ſaxis petebant Eccleſiam & domos, & quod amplius eſt, manus pedeſque hominum mortuorum & puerorum in Eccleſiam projiciebant: atque hac occaſione Bonzii vbique diuulgabant à nobis mactari homines, vt carnibus eorum veſceremur, aliiſque falſis rumoribus famam noſtram denigrabant. Sed Deus Opt. Max. ſummus & iuſtus Iudex, qui dixerat, *Mihi vindictam, & ego retribuam*: eos variis & grauibus afflictionibus viſitauit: nam cùm eſſet inter omnes Regni Bungenſis vrbes facilè princeps, multis opulentis mercatoribus, innumeris idolorũm delubris, multitudine Bonziorum, maxima autoritate præditorum, inſtructa, paucorum annorum interuallo bellis, morbis, fame, incendiis, aliiſque infinitis cladibus vaſtata eſt: vt in eam veriſſimè conueniat, quod de vrbe Hieroſolymitana dixit Ieremias *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo.* Quamuis verò cum generali totius Regni direptione ad hanc vaſtitatem peruenerit, tamẽ proximis ſuperioribus annis reſpirare cœpit, & numero ciuium infimæque plebis, quæ in diuerſa regna aufugerat, augeſcere, ſic vt quinque ædium millia in ea numerata fuerint. Nunc verò occulto Dei iudicio his terræ motibus in tantam ſolitudinem redacta eſt, vt è quinque illis domorum millibus ferãtur vix ſupereſſe ducentæ; & cùm non exſtarent niſi duo idolorum fana, ea quoq; ſolo ęquata ſunt. Cuiuſdam verò Chriſtiani, nomine Sebaſtiani magna virtute prędìti, exigua domuncula, in qua Pater quidam in miſſione ſolebat ſacrũ Miſſę facere, in medio multarũ aliarũ, quę vicerant gentilium, corruerunt, integra & intacta remanſit,

In agro Facatano, in quo plura quàm quatuor Chriſtianorum millia verſantur, & in quo bonus ille ſenex Ioran martyrij palmã conſecutus eſt, tempore eiuſdem terræ motus, mare per ingens flumen quoddam ad tria ampliùs milliaria fines deſcriptos exceſſit, curſuque ſuo tantum edidit fragorem, vt homines, qui iuxta mare habitabant, deſertis ſuis ędibus, in campos & montes, vt immunes eſſent à periculo, profugerint. Verum eſt, excurſum illum non fuiſſe diuturnum, ſed non ſine diſpendio ingenti aquæ in locum ſuum reuertere: multa enim ædificia corruere, multiq; mortales aquis ſunt præfocati. Videbatur diuina hæc animaduerſio ferri tantùm in gentiles, vt quidam bonus Chriſtianus Facatenſis, qui ibi baptizandorum infantium, humandorum mortuorũ, & ſermonum de rebus diuinis ad Chriſtianos habendorum curam gerebat, retulit: nã, inquiebat ille, cùm in illis partibus multę ſint villæ, & aliæ quidem incultæ à ſolis Chriſtianis, aliæ verò ab vtriſque, gentilibus & Chriſtianis, ſolæ tamen gentilium domus, cum interitu aliquot hominum, corruebant, ſaluæ autem manebant, omnique damni expertes, domus Chriſtianorum.

Procurator quidam vectigalium Regis Taico, homo Ethnicus, natura & moribus peruerſus, degens in vrbe Funaiana, habebat concubinam, & ex ea filium vnicum. Hanc cum filio domus corruens oppreſſit. Sed quia & alter ei filius erat, veritus ne & ille ſimili caſu periret, nullum aliud tutius perfugium habuit, quàm ad Chriſtianos Facatenſes, quibus eum, donec tempeſtas iſta conquieſceret, commendauit.

In quadam ditione, appellata Iunoin (in qua olim quidam è Patribus noſtris aliquot annis laborauerat in conuerſione eius gentis, & ſubſidiũ aliquod attulerat iis, qui paulatim ſacris baptiſmi vndis abluebantur) erat locus quidam vnius diei itinere à Funai vrbe remotus, in quo, poſt vaſtatum bellis regnum, ſuperſtites remanſerant aliquot Chriſtiani, ſed in procuranda animæ ſuæ ſalute languidiores effecti, qui cùm ea de re ab aliis bonis Chriſtianis monerentur, vitam non correxere. Hos penè omnes, pauculis exceptis, montis in eundem locum impendentis pars hoc terrę motu excuſſa obtriuit. Atque hæc ſunt, quæ hactenus ex Patrum noſtrorum aliorumque fide dignorum epiſtolis, qui oculis ſuis omnia ſpectarunt, colligi potuere. Vtinam gratiam ſuam Dominus Deus noſter impertiat, vt ex his prodigiis in hominum cordibus timor & amor erga diuinam maieſtatem maior, & diuinarum legum obſeruatio diligentior, excitetur.

Cum huc vſque ſcribendo perueniſſem, Meaco venit vir

quidam perhoneſtus, qui Fuſcimi fuit ea nocte qua terræ motus eſt exortus, & multa admiranda narrauit, quæ quoniam longum eſſet omnia percenſere, annotabo tamen pauca, eaque magis notabilia. Aiebat iſte, ad ſeptimum Septembris inter horam vndecimam & duodecimam noctis, poſt terræ motum quendam moderatum, qui nullum fecerat damnum, exortum alium tam horrificum & furioſum, vt vniuerſa mundi machina diſſolui videretur; nec duraſſe, niſi ad ſpacium, quo bis Symbolum Apoſtolicum recitari poſſet, eoque tempore omnes ruinas & clades ſuperiùs cõmemoratas accidiſſe: ac quoniam omnia improuiſo contigere, homines nullius rei memores fuiſſe. Dormiebat hic homo id tẽporis, vti externus, in domus cuiuſdam ſolario, ad quam fortè diuerterat, & excitatus fremitu, fugamque capeſſens, dum primo gradui ſcalæ pedem imponit, ſcala cum vniuerſa domo ſubſedit, ignarus quomodo tam repentinæ ruinæ ereptus fuerit: poſtea ad diuerſorium cum famulis domeſticis regreſſus, Dominum domus ſub ruinis deliteſcentem incolumem extraxit.

Conſtruxerat Taico molam iuxta flumen Fuſcimenſe ex maximis & duriſſimis ſaxis præcelſam, ob ſtructuræ excellentiam & perfectionem viſu digniſſimam. Hæc fluminis voracitate ita abſorpta eſt, vt nullum poſt ſe veſtigium reliquerit, ac ſi nunquam ibi conſtitiſſet. Ipſumque flumen tantum incutiebat terrorem, vt ſolus eius aſpectus afferret horrorem: haud ſecus enim in cælum attollebantur fluctus, & cum maximo ſtrepitu ebulliebant, ac ſi immenſus ignis illis eſſet ſubiectus. Homines, cùm pedibus inſiſtere non poſſent, in terram ſe abjiciebant & huc illucque pilę inſtar ſe verſabant. Augebat pauorem trepidationemque, dum cernerent antè ſe dehiſcere terram, atque ſi viui eſſent abſorbẽdi. Atque eiuſmodi hiatus plurimi inter Meacũ & Fuſcimũ viſebãtur.

Et verò, quoniam humani generis hoſtis, omnem anſam animarum ſalutem impediendi minimè negligens, animaduertit iã tempus opportunum, commodiſſimamque occaſionem oblatam grauiùs animum Taici exacerbandi, qui hoc rerum ſtatu parum erat ſui compos, & partim metu ac terrore partim ira & furore in omnem partem iactabatur, gentiles quoſdam, qui ſemper aſsiſtunt Regi, infeſtos noſtrorum hoſtes excitauit, qui Taico, cum ſpe magnopere ei placendi, perſuaderẽt, omnes ædificiorum ruinas totque mortaliũ in Tenza (quæ eſt Iaponiæ monarchia) interitum non aliunde profectum, quàm quòd in Iaponiam admiſſa eſſet ſecta, legibus Dei Cami & Fotochi penitus repugnãs & contraria. Quibus verbis, licèt paucis, indicarunt, veram legem

Dei

Dei tantorũ malorũ eſſe originem & cauſam, vt hac via omnis prædicatio Euangelica eiuſque promulgatores tota Iaponia exularent. Cæterùm, quia Regum corda ſunt in manu Dei, & Taico eſt homo á natura prudens & iudicio acri, minimè ſinens omni vento quauiſque hominum perſuaſione ſe in fraudem induci, etſi nullo noſtri vel amore vel commiſeratione tangeretur, in hunc modum reſpondit: Neſcitis, quid dicatis, nam ſi hæc res eſſet noua & inaudita in Iaponia, quæ nunquam maiorum noſtrorum æuo contigiſſet, poſſet id, quod vos contenditis, aliquam veriſimilitudinem præ ſe ferre: ſed cùm conſtet ex veteribus hiſtoriarum monumentis, in his regnis ingentes & terribiles terræ tremores & ſtemitus ſæpenumero incidiſſe, quando nondum hi homines in Iaponem venerant, nec quicquam cogitaretur de tali lege, qua ratione cauſam huius rei in illos conjicere poteſtis? Ad hanc reſponſionem, tam rationi conſentaneam, ne mutire quidem illi tartarei homines auſi fuere. Etſi noſtri exiguam in hoc reſponſo collocent fiduciam, tum quia probè norunt cõſeruationem omnem propagationẽq; Eccleſiæ pendêre ex ſola diuina prouidentia, tum etiam quia non ignorant, quanta ſit hominis inconſtantia, quantáq; ſępe rerũ apud eũ viciſsitudo: quos enim hodie extollit vſq; ad cęlos, cras deprimit cũ ſumma cõtumelia ad inferos.

Anno proximo ſcriptum eſt, à Taico mandatum, vt omnia Bõziorum templa & cœnobia, quotquot intra vrbem Meacenſem ſtarent, euerterentur: ipſique Bonzii circum vrbem iuxta foſſas alia ædificarent: ad quam rem aiebat ſe duabus moueri rationibus; altera, quòd ſibi non arrideret tanta Bonziorum amicitia & familiaritas cum ſuis paræcianis, ſiue viris ſiue mulieribus, & idcirco eos tantopere eſſe mẽte ſolutos & diſtractos. Altera erat, quòd, quoniam Bonzii nullam operam locant in bellis, nec militũ perferunt moleſtias, imò voluptatibus & deliciis indulgent, ipſi ipſorumque templa eſſent, in quibus, tempore Meacenſis belli, furor hoſtium primo loco frangeretur. Summam autem inſpectionem & curam in Bonziorum templa & monaſteria, quę ſunt plura trecentis, commiſit Genoſoin, eumque conſtituit quaſi eorum Viſitatorem. Quorum ſuperiores ex mandato Taici tenentur quoque menſe velut Syndici referre ad Genoſoin errores & lapſus à Bonziis admiſſos, vt dum opus eſt, redargui & caſtigari poſſint. Multa ex his templis operta erant tegulis, & hoc terræ motu cum multorum Bonziorum cæde collapſa ſunt: nempe voluit diuina iuſtitia vindictam ſumere de infinitis ſceleribus & abominationibus, quæ in Satanicis iſtis Synagogis perpetrantur.

Neque hîc finem habuere prodigia: ſed ſupra ſex hactenus à nobis fusè cõmemorata acceſſit quintum Prodigiũ aquarũ, ex quibus grauiſſimæ rüinæ conſecutæ ſunt in hunc modum. In regno Omi duodecim paſſuum millibus a Meaco remoto ad pedem montis Fienoiama eſt lacus aquæ dulcis, longitudine milliariorum ſex ſupra ſexaginta, latitudine verò alicubi trium, alibi verò ſex: Vtrimq; multis cingitur terris: multis nauibus ſcaphiſq; nauigatur, quæ interdum orta ſæuiore procella a fluctibus hauriuntur. Sub hoc lacu multis in locis magna vis aquarum exuberat, & quodam in loco in tantas conſtringitur anguſtias, vt Nobunanga elegantiſſimo ponte dicto Scitanofaſci eum conſtrauerit, atque inde emergit flumen admodum profundum, quod iunctum cum alio, dicto Iondo, ſe in Ozacanum mare exonerat. Decimoquinto poſt terræ motum die, poſt crebros denſoſque imbres, hic lacus tantopere inundauit, & limites ſuos contra curſum naturalem tam longè exceſſit, vt nunquam ab hominum memoria, etiã quando frequentiores extiterant pluuiæ, id acciderit: tanta enim celeritate intumuit, tamque rapido & veloci curſu ferri cœpit, vt repentè arua obrueret, domos euerteret, foſſas altiſſimas ad defendendos agros oriza ſatos defoſſas oppleret: deinde excurrens vſque Fuſcimum, nouam in ea vrbe ſtragem edidit innumerabilium hominum aquis demerſorum: tamque late vagatus eſt, vt per cãpos & poſſeſſiones Meacenſium perinde eſſet nauigatio, atque in mari. Nec erat, qui illis diebus terreſtri itinere Meaco poſſet proficiſci Sacaium, quod eſt ſpacium quinquaginta quatuor milliũ, & inde Ozacam. Dum Meaco itur ad partes Scimaneo occurrit tractus quidam in valle depreſſus, qui fuit Iuſti Vcondoni, dictus Acaſcio, & habet exiguum portum, in quem naues prætereuntes, ſi quando venti ſecundi non ſunt, ſe recipiunt. Quia autem tunc temporis erat magna maris tempeſtas, in dictum portum; vt fama eſt, diuertêre naues quinquaginta, partim magnæ partim paruæ, quales ſunt in Iaponia, ſed maior earum pars in furioſa & indomita hac aquarum eluuione, & inſanorum fluctuum certamine, alliſa vndique in fruſta diſsiliit: quæ verò ſe è portu proripuere, cum ſpe defugiendi periculi, cùm multæ in eo itinere eſſent voragines, maris gurgitibus item hauſtæ ſunt; nec vel vnam euaſiſſe conſtat. Alluuies hæc quoque attigit terras maritimas, hoc eſt, aliis littoribus maris proximas, & multos mortales, vt aiunt, qui viderunt, ſuſtulit, ac in Acaſcio quidem plures trecentis.

Quamuis autem tam euidens & continuum Dei flagellum

ſatis

ſatis eſſe debeat, ad perfringendum conterendumque etiam cor adamantinum; tamen omnes, tam magni quàm parui, iam ſic ſunt affecti, atque ſi nulla nec hominum, id eſt, liberorum, parentum, amicorum, nec fortunarum jactura facta eſſet. Imò Taico mox cœpit Fuſcimi montem altiſsimum valli exæquare, vt nouæ ædificationi grādium palatiorum locus idoneus ſuppeteret: in quem finem plus quam centum millia operarum coëgit, qui labore intolerabili, ſeruitute miſerrima noctem diemq; in molitione ædificiorum conſumunt.

Ad decimum-ſextum Nouembris diem anni præſentis 96 Pater quidam noſter ex ditione Meacenſi, ſed in vrbe Ozacana ſedem habēs, ſcribit, quo ritu Taico Legatos Cinenſium exceperit.

## QVO MODO TAICO LEGATOS CINENSES RECEPERIT.

QVONIAM, inquit, hoc terræ motu vrbs Fuſcimana ac inprimis propugnaculum ita erat conquaſſatum & vaſtatum, vt neque habitationi neque recipiendis Legatis idoneus ſupereſſet locus: Taico decreuit eos excipere Ozacæ, vbi à terræ motu nihil remanſerat in propugnaculo, niſi turris ſola, eaque ſatis conuulſa, & domus quædam, dicta Locus mōtis; deinde pons nobiliſſimus dictus Goquraqufaſci, ac ſi dicas, Pons paradiſi, tanto auro ſplēdeſcens, vt quindecim millibus aureorum ſcutatorum æſtimetur. Erant quoque ibi aliquot ædiculæ, ſed parui [illegible]menti; nam reliqua ædificia vel corruere cum aula milie tatamo[illegible], vel Regis mandato, quod vitium aliquod feciſſent, ad terram afflicta ſunt, quorum loco cœperat alia minora & leuiora erigere. Ad excipiendos autem Legatos juſsit ſubitario opere ſupra parietinas ædium collapſarum domos, aliquas excitari, ſed ſplendidè pretioſis periſtromatis aliiſque neceſſariis ornamētis circumueſtiri. Ozacā peruenit Taico 29 Septembris cum primariis aulæ Dominis; juſſerat autem Legatis ſignificari, ſe primo octauæ Lunæ die Ozacæ in eorum conſpectum venturum.

Vigeſimo Octobris Sacaio, quod nouem milliaribus paruis Ozaca diſtat, Legati exceſſere, via plana & nitida, in quam nobiles feminæ Sacaianæ certas quaſdam cōtignationes vtrinque deferri curarant, vt Legatos iſthac iter habentes videre poſſent. Sūt enim Iaponii in rebus nouis ſpectandis admodum curioſi. In primo ordine prodibat ſenex ille Cinenſis Iuquequi, qui obtinuit locum Legati, ſecundus enim in primi locum, vt [illegible]tè dictum eſt,

 ſucceſſe-

ſucceſſerat. Huic præferebantur triginta octo arcæ magnæ, & ſacci viginti, ac ponè centum & viginti alucoli, cum ſuis pedibus ligneis, qui vocantur Finoqui, admodum candidis, affabre elaboratis: proximè autem ſuccedebat Cinenſium equitum turba, mæſto vultu, & amictu vili, vt viderentur aliorum famuli.

Hinc ſuo ordine inſequebantur equites bini, cum quadraginta vexillis, quorũ alia erant coloris crocei magnis characteribus Cinenſibus depicta, alia litteris croceis, alia coloris punicei ſine litteris. His ſuccedebant alii equites, quorum quilibet ferebat tabellam cum litteris valde magnis, quæ ſpeciem præbebat patẽtium. Poſt hos veniebant alii pedites cum baculis rotundis & craſſis in humeros reiectis, alii inſtructi romphæis, alii denique lanceis, quibus ſuccedebant decem aut duodecim armati: Tum tres ingentes vmbellæ; hinc Symphonia tibicinum, qui vocem luſciniarum exprimebant, & tympana bellica paruula, & campanæ ex aurichalco galeæ ſimiles, ſed iis paulo maiores; quæ, vti tympana, bacillis pulſabantur. Symphoniacis ſubibant 24 homines nobiles bene veſtiti, epitogio phrygiato ſecundùm pectus & humeros ſplendidi: nonnulli etiam damaſcenis purpureis induti. Ad hæc proximè Iuquequi procedebant octo vel decem Quanni, qui ſunt homines magnæ autoritatis, & cum ſuis inauribus Mandarini, quorum apud Cinenſes eſt quaſi dignitas conſularis, omnes damaſceni operis veſte amicti. Poſt hos proximè inſequebatur venerandus ſenex Iuquequi, barba candida & promiſſa, ſpecie præclara, punicea indutus, in ſella vel lectica ſupernè operta deportatus, cuius latera tergumque ſtipabat ingens turba equitum, tum Cinenſium tum Iaponicorum, qui Ozaca Sacaium ſe contulerant, vt honoris cauſa legatos comitarentur. Nonnullo deinde interuallo interpoſito viſebantur quædam lecticæ paruæ Europæis ſimiles, in quibus erant ſolæ Regis Cinenſium litteræ quatuor venerandis Cinenſibus ſeptæ, qui damaſcenis oſtrinis induti erant veſtimentis, & pileum geſtabant inauribus fulgentem. Aderant & alii ſex eleganti amictu, cum petaſo lato, cuius vſus apud Chinenſes.

Inde non multo ſpatio interecto cœperunt prodire primarii Legati aſſeclæ, iique bini. Hos autẽ anteibant decẽ vexilla rubea & crocea. Poſt quæ deferebantur litteræ patentes, vel prouiſio in tabellis vncialibus characteribus deſcripta. Deinde ponè ſubibãt duo pedites cum dolonibus, cæteri erant equites.

Poſtea apparebant octo vexilla regia, ex quibus flocci phaſianorum pendebant: ac alia quidem erant ſerica, alia bõbycina, &

maxima

maxima parte rubra vel crocea; haſtæ autem erant confectæ ex arundinibus Indicis craſſioribus. Inter dicta duo vexilla ferebatur vnum anguſtum, in medio aliorũ duorũ, quorũ alterũ candidum, alterum erat nigrum. Dehinc ſuccedebant alia 14 vexilla, & inter illa duo baculi prælõgi & craſſi, & quaternæ clauæ, ac denique vnum vexillum cum octo labaris.

Proximi Legato aderant viginti-quatuor vel 26 Quanni, cum pileis ob inaures ſplendidis, amicti rubris damaſcenis veſtimentis, cum ſuis inſignibus acupictis in clypeo, quæ ſunt ſerpens & lacerta marina.

Legatus, qui primum tenebat locum, & venuſtã corporis ſpeciem præ ſe ferebat, humeris octo hominum ferebatur in ſella vel lectica non operta, damaſcena ſplendida indutus, pelleque ingenti tigrina & pereleganti, quæ ſellam ſupernè ambiebat, ornatus. Præibant duodeni cum arcis, & totidem cum ſagittis, nonnulli etiam cum clauis artificioſè elaboratis: duo item equites cataphracti: erant autem arma eorum inaurata & ſquamatim compacta. His ſubibent dena vel duodena labara, & equitum Cinenſium turba maxima, qui vel è Cina venerant, vel erant Dominorum Iaponiorum.

Si Cinenſes in hoc ſuo aduentu ordinem tenuiſſent meliorem, nec admiſiſſent aut viliore veſte amictos aut rhedas parum decoras, maior eorum pompa vel oſtentatio fuiſſet: etſi Iaponiis viſus ſit apparatus excellens & illuſtris.

Iuquequi, vt Ozacã peruenit, diuertit in palatium Auani Cami Domini Regni Auæ. Primus autem Legatus in ædes Bigenno Ciunageni trium Regnorum Domini. Poſtero die, qui fuit octauæ Lunæ primus, Auguſtinus & Scimanocamus Gubernator Nãgaſachanus præcurrerunt, vt Regem redderent certiorem, & locum pararent. Quo facto vterque, nempe Legatus & Iuquequi, cum ſuis inſignibus, eodem ordine quo luce præcedenti progreſſi ſunt, Regique offerenda detulere plura quam centum munera, & viginti tabulas quinque vel ſex palmos latas, in quibus ferebãt ducentas ſupra mille Serici partes, quarum quælibet excedebat libram: mille item Damaſceni panni Cinenſis raſi, quod eſt, ſericum nobile auro pertextum.

Epiſtola Regis ſcripta erat in lamina aurea, maxima & ponderoſa, aureo incluſa ſcrinio, in quo inerat & veſtis atque corona regia pro Taico: ſicut in alio erat corona regia pro Mandocoroſama eius coniuge cum titulo Reginæ. Miſit præterea Rex Cinenſis vicenas veſtes de Quingui, cum titulo & dignitate Cinæ, pro

viginti Dominis expreſſè a Rege Cinenſi nominatis,quorum primus erat Auguſtinus: deinde totidem alias, pro iis quos Taico ipſi nominaret, eademque dignitate ornandos putaret.

In epiſtola Regis Cinenſis erant hæc verba, Futatabi, cioſcen, vocaſu cotonacare. id eſt: Non redibus ampliùs in Corai;& ſi redieris, nihil ampliùs tibi ſeruiet dignitas. Itaque Iaponii remanebant quaſi vaſalli Cinenſium.

Hæc omnia ritu Iaponico perfecta ſunt,hoc eſt,ſedendo in tatamis. In ſeſſione æquales erant Taico & Legatus:præſentes autẽ aderat Ieiaſo,Cicugê,Echingo,Nonangio,Quingodono,& Mori, qui ſunt Domini totius Iaponiæ maximi. Poſt Sacanzuchi, hoc eſt, poſtquam aliquantulum vini deguſtaſſet, honoris ergò, apprehendit Taico epiſtolam, magnam, ſcilicet,illam laminam auream, eaque capiti impoſita, ſimul accepit & veſtes, atque intro ſe recepit,vt eas indueret. Regreſſum ad locũ ſuum, Cinenſes magno honore & reuerentia adorarũt, ac ilico fercula illata ſunt cum menſulis & ſedilibus altis, tanta pompa & apparatu,tantaque rituum varietate, vt plura ſpectarentur, quàm comederentur. Conuiuio abſoluto ſinguli ad ſuas ædes reuertere. Simulatque Sol occidit, nouus Rex Taico abiit viſitatum Iuquequi, eoque venit quoque Legatus primus,magnaq; voluptate,dum Taico magnam illis humanitatem declarat, ſimul verſati fuere.Hac occaſione vterq; intulit ſermonem de Legato Coraiano, rogaueruntq; vt eum in ſuum admitteret conſpectum,& culpam condonaret:Verũ ille ſe excuſauit, dicens ſe infixas pectori habere quaſdã querelas contra Corai, ob multos lapſus in ſe commiſſos: itaque ſe nolle plura de hoc argumẽto loqui. Verùm quia Iuquequi erat homo callidiſſimus, & raræ prudentiæ, quique ingeniũ Taici probè cognorat, reſpondit: Suam Excellentiam iuſtas haberet rationes,neque enim Corai tantùm contra ipſum, ſed etiam cõtra Cinenſium Regem in multis deliquiſſe, vt meritò totum regnum funditus excindi debeat; ſed quæ, inquit, ex regno euerſo vtilitas redundaret? Itaque ſicut Rex Cinenſis illi ex mera commiſeratione ignoſceret, ſic conſultum fore, vt ipſe quoque ignoſcat. Sed nihil tunc effici potuit: imò omnia in riſum & iocos cõuerſa ſunt. Comedit cum vtroque, poſtea verò domum regreſſurus manu ſecum dixit Iuquequi, vna cum altero Legato.

Die ſequenti miſit Taico ad Legatum centum Coſondi, quæ ſunt veſtes perquã pulchræ & ſplendidæ, incluſæ capſis Maquilanis, hoc eſt, certa ratione inauratis, vt alias declaratũ eſt:& quadraginta haſtæ cum ſuis vaginis de Naſciuſi,quod,vt ſuprà dictũ eſ

& aurum ſubactum; deinde viginti enſes falcatos eiuſdã formæ;
miſit quoque ad Iuquequi Colondi quinquaginta: reliqua enim
li donarat Fuſcimi, cum viſendi eius cauſa eo veniſſet.

Ad 24 Octobris conſtituit, vt Sacaium reuerterentur, quò de-
cti ſunt nauibus nobiliſſimis, elegantiſſimiſque, quales nun-
quam in Iapone conſpectæ erant. Erant enim elaboratæ auro,
magno artificio: duo vel tria habebant ſolaria, multa cubicula,
nte & retro ambulacra, aulas, pauimentum cum remis ex auro
ommolito. Ad cuius imitationem illuſtres quidam Domini a-
as fabricarunt magnificentiſſimas: ac inter illos Date vnam ex-
dificaſſe fertur, quæ ſuperet hanc Taici, cuius funes nautici om-
es ſunt ex ſerico coccineo torto; atque hæc omnia faciunt, vt cũ
abeant amicum & propitium. Ea nocte, qua Taico inuiſit Iu-
uequi, in ædibus Auani Cami ei dixit: Quandoquidem Rex Ci-
arum tam pręclarè ſecum egiſſet, ſe non poſſe non eum in poſte-
um honorare & reuereri, & tam in reſponſo, quam in aliis omni-
us eius conſilio & iudicio ſe ſubmittere.

Cùm Legati Sacaiũ abiiſſent, ilico Taico poſt illos amandauit
uatuor magnæ autoritatis Bonzios, vocatos Chori, vt eodem
odo eos reciperent, quo ipſe præſens die antegreſſo excepiſſet.
ua re Cinenſes plurimum recreati ſunt, ac imprimis litteris per
onzios ſcriptis, in quibus promittebat tantam erga illos huma-
tatẽ, vt nihil eorũ, quę ipſi à ſe petiiſſent, ſit negaturus. Ad quas
teras ſcripto reſpõderunt, petiuerũtq́; ſolo æquari omnia pro-
gnacula, ac præſidia Iaponica ſubmoueri, quæ erant in Corai:
inde populo Coraiano cõdonari noxã, quẽadmodũ Cinarum
ex iam ante multas miſericordia motus condonaſſet: meritos
uidem fuiſſe excidiũ, ſed ſi excidii pœna multentur, nullum in-
fructum conſecuturum. Itaque quantum poterant, eum obte-
bantur, vt miſericordia erga eos moueretur. Bonzii Ozacam
uerſi litteras confeſtim obtulere Taico, qui, vbi ad petitionem
ã de euertendis propugnaculis legendo veniſſet, tanta ira & fu-
re inflammatus eſt, ac ſi dæmonum legio illum occupauiſſet.
antopere vociferabatur & ſudabat, vt è capite vapor exhalaret.
anc irã auxit, quòd intellexerat à Cinenſibus vehementer time-
Iaponios, multo autẽ magis à Coraianis, nec primæ ſuæ cogi-
tionis, vt pro cõficiẽda pace mediã tantũ Coraiani regni partẽ
ineret, oblitus eſſet. Succenſuit itẽ Auguſtino, arbitratus, eum
c conſiliũ de euertendis arcibus ſuggeſſiſſe Cinenſibꝰ, cuius cõ-
triũ erat veriſſimũ: nã conatꝰ eſt potiùs perſuadere illis, ne eiuſ-
odi petitionẽ proponerent: addiditq́; illũ, ſi hãc Camarinã non

moueant,

moueant, ſponte id facturum, maximè, vbi animaduerterit ſe re-
gno Coraiano potiri non poſſe. Nihilominus Taico Auguſtinum
ex aula exturbauit, & multa de eo mala effutiit. Similiter indigna-
tus eſt Terazauæ gubernatori Nangaſacano Auguſtini in obeun-
da legatione ſocio, dicens ſe non ſolùm ab ipſis, ſed etiam ali-
Tonis, quos ceu belli duces conſtituiſſet in Corai, eſſe deceptum
ſe, ſi illud bellum ipſe ſuſcepiſſet, multo majora facturum, totum-
que regnum ſibi ſubjugaturum fuiſſe: imò ſe iam-iam continu-
eò profecturum, & funditus euerſurum. Efferbuit deinde in
Coraianos, eo quòd cùm ipſe ignouiſſet Regi, decreuiſſetque i-
li regnum reſtituere, ac tres filios a ſuis belli ducibus captos ia-
reſtituiſſet, non ipſe in ſua perſona ad gratias referendas veniſſe
ſed nec vllum filium ea de cauſa miſiſſet, ſed tantùm ruſticanu-
quendam hominem ſine vllo comitatu, & ſine donis, qui legatio-
ne perfungeretur. Itaque ſubdebat, cum Cinenſibus quidem ami-
citiam ſartam tectam ſe conſeruaturum, ſed neutiquam cum Co-
raianis: deinde ilico reuerti eos juſſit, nec ampliùs in conſpectu
ſuum prodire: ſe omnes voluiſſe in platea Sacaiana in crucē ag-
ſed in præſentiarum vita donare.

Eodem œſtro percitus imperauit, vt Auguſtinus cum Legat-
Cinenſibus reuerteret in Corai, atque ita fauor omnis & beneuo-
lentia, quam hucuſq; erga Auguſtinum declararat, in nihilum re-
cidit; poſtquam tot eius laudes in primariorum totius Iaponi-
Dominorum præſentia, ob maxima officia toto quinquenni-
multis laboribus & victoriis præſtita, palàm prædicaſſet. Et ce-
tè iam conſtans erat omnium opinio, eum ad magnum dignitat-
gradum breui euectum iri, minimumque vno integro regno d-
nandum. Qua remuneratione certè digniſſimus erat, non ſolù-
ob res egregiè in bello Coraiano geſtas, ſed etiam ob procu-
ratam hanc legationem Cinenſem, à Taico tantopere deſidera-
& expectatam; quæ certè ſola prudentia & induſtria Auguſtini a-
votum Taici, licèt ille nunquam exiſtimaret ſucceſſuram, imp-
trata fuit.

Neque hic ſe furor cohibuit: ſed etiam Toranuſuque capita-
Auguſtini inimicum, quē paulo antè ob capita quædam accuſ-
tionum, contra ipſum ex Corai allata, ſua deſtitutum gratia exu-
lare juſſerat, ab exilio reuocauit, & in ſuum conſpectum cū amo-
ris honoriſque ſignificatione admiſit, dicens: Cùm mihi ſis ſan-
guine junctus, & multis naturæ donis præditus, ratio poſtulaba-
vt gratiam rependerem pro moleſtiis in Corai perpeſſis: nec deb-
bam aures præbere ignorantibus, qui autores fuere, vt tibi in-
quid

uior fuerim. Probè noui me in fraudem inductum,ſed deinceps e ſic remunerabor,vt confeſſurus ſis tibi factum ſatis. Triſtes igi-ur cogitationes omnes abjice,obliuiſcere præteritorum, & para e ad bellum Coraianum redintegrandum. Mandauit itaque, vt um alio quodam, dicto Iquinocami,confeſtim repeteret Corai, : propugnaculum ſuo juſſu antè ſolo æquatum reædificaret,am-oque eò ſe conferrent media hyeme. Vocauit etiam Cainocami )ominũ Regni Bugẽ,eique dixit,ſe propter ipſum,patri ſuo Qua-iondono ignoſcere; efficeret vt in conſpectum ſuũ prodiret, cu-ere ſe eum videre;futurum eum Gubernatorem regni Bugẽ:ipſe utem altera luna ſequentis anni ſe conferret in Corai: ſe enim iiſſurum eò magnas copias ad euertendum totum Regnum. At-ue ideo ſe iterum Nangoiam,gubernatore Cicugendono apud leacenſes relicto,profecturum,vt quæ in bellum neceſſaria ſint, iſponat. Hic nuncius miſeros belli Duces & milites omnes, qui ne vlla remuneratione ſuis ſtipendiis in Corai militarant, vehe-enter cõtriſtauit. Nam præter hominum quinquaginta millia, ui eo bello interiere,& naues amplius quingẽtas, quas mare Ia-onicum abſorbuit,quotquot inde reuertere,aut multo ære alie-o grauati,aut morbis variis affecti fuère:qui verò remanſere, a-rbiſſima quæque patiuntur.At non eſt,qui hiſcere apud Taico l minimo verbulo repugnare audeat. Quãquam verò hactenus illum fecerit apparatum, nec verbum vllum dixerit de hoc ne-otio,tamen Terazaua palatia ipſumque propugnaculum præ-rat ad eius aduentum:in vrbe quoque Facatana curat omnia in dinem redigi,vt ſi Taico redeat in has partes Scimanas, omnia rata & compoſita inueniat.

Eodem furore,ita in tranſuerſum actus eſt Taico,vt infandum elus commiſerit in Legatos: poſt biduum enim ad Gubernato-m Sacaianum,& Ioſephum Riuſæ filium, mandatum dedit, vt ſi intra vnum alterúmve diem tam Cinenſes quàm Coraianos njecerint in naues,& Sacaio expulerint, vtrumq; pœnam exſe-ndi proprii ventris ſubiturum. Et tamẽ id fieri nequaquam po-rat,cùm præſtò non eſſent pro tanta hominum turba naues:ſed ia mandatum regium vrgebat, per fas & nefas in naues angu-ſſimas compacti ſunt.Ita factum eſt,vt miſeri Cinenſes,qui ha-nus nulla re læſi erant à Iaponiis, non ſolùm eo die ludibrio nnium exponerentur,ſed etiam cõtumeliis,colaphis, & pugnis ciperentur. Videre erat tunc venerabilem illum ſenem Iuque-i pedibus pergentem ad nauem, & lachrymis inter verba ma-ntibus dicentem, ſe apud Cinenſes mortem non euaſurum,eo

quòd

quòd credatur in fraudem induxiſſe Cinenſes. Verùm homin[i]
prudentes & judicio præditi magna erga illos commiſeration[e]
affecti fuere, dum viderent tanta non ſolùm inhumanitate, ſe[d]
etiam dira immanitate excipi Legatos externos, qui tam hon[o]
rificè eum viſitarant, imò per annos duos in Corai expectarã[t]
donec hæc legatio ab ipſo Taico tantopere exoptata exitu[m]
ſortiretur: qui inſignia, titulum, & coronam regiam ei attuleran[t]
qui denique ab ipſomet tantis impenſis tantoque honore & ap
plauſu ſuſcepti & tractati fuerant. Hoc ergo modo Sacaio diſce
ſere. Multi deinde Domini adierunt Auguſtinum, ob infelice[m]
tantæ Legationis cataſtrophē eius miſerti. Mandocoroſama q[uo]
que conjunx Taici miſit certos homines, qui viſerent Iuſtam Au
guſtini vxorem, eamque in calamitoſa hac rerum omnium con
verſione ſolarentur.

Ante Cinenſium diſceſſum, Taico ad ſe vocauit Terazauam
& humaniſſimis verbis ei cōmendauit, vt commeatum mittere
in Corai, & ſimul judicaret Auguſtino, cupere ſe explicari ſib[i]
Geographicam tabulam regni Coraiani. Viſus eſt autem hac oc
caſione beneuolentia compenſare voluiſſe priorem verborum a[ſ]
peritatem. Cæterùm Auguſtinus iam verſabatur Sacai, vt de ab
nauigatione Cinenſium ageret. Quare apparet Taicum non eſſ[e]
illi omnino infenſum. cùm non ignoret ab eo omnia, quæcunq[ue]
ipſe ordinaſſet, verè eſſe perfecta: & ſimul etiam certò cognorit
illum non ſolùm non autorem fuiſſe petitionis à Cinenſibus fa
ctæ, ſed etiam contrarium illis ſuaſiſſe. Cæterùm hoc abſurdiſſi
mo ſtultiſſimoque Regis facto Iaponii vehementer ſunt pudefa
cti, & ipſum Taicum facti pœnitet, eo quòd cum omni ratione &
humanitate illud pugnare non ignorat.

Ex hac calamitate Auguſtino is ſpiritualis acceſsit fructus
quòd, cùm non modicam habeat rerum diuinarum notitiam, c[um]
naturæ bonitate conjunctam, occaſionem quęſiuit ſe coram De[o]
humiliandi, ſeque colligens, ante profectionem Coraianam ge
nerali peccatorum confeſſione apud P. Rectorem animum ex
piauit, ſtatumque ſuum, cui nihil Taico detraxit, rectè compoſi
tum reliquit.

Denique ex hoc furore vnum maximi momenti bonum, nem
pe Chriſtianæ religionis felicior conſeruatio, ſecuta eſt. Nam ſ[i]
bello Coraiano finis impoſitus fuiſſet, certum erat Taicum regn[a]
quædam & ſtatus commutaturum fuiſſe: inter quos erat Arima
Omura, Firando, Goto, quibus in locis maximè viget & flore[t]
Chriſtiana religio, quæ facilè extincta fuiſſet, ſi ad gentiles Do
mino

minos hi ſtatus transferrentur. Quamdiu autem continuabitur Coraianum bellum, in quo hi Toni Taico ſeruiunt, nulla incidet in Status mutatio. Quod autem ad futura attinet, cùm Deus omnium ſit auctor bonorum, & hactenus ſemper ſingularem ſuam prouidentiam in defenſione & conſeruatione huius Eccleſiæ Iaponicæ demonſtrarit, planè cõfidimus, omnes artes & machinas inimici, quibus vndique eam infeſtare & labefactare conatur, tãdem diuina nobis fauente clementia in nihilum recaſuras. Nangaſacho, 28 Decemb. Anni 1596.

V. P.

*Filius in Domino,*

LVDOVICVS FROIS.

DE

# DE REBVS A

## PP. SOCIETATIS IESV

### GESTIS DVRANTE PERSECVTIONE.

SI litteræ anno ſuperiore 1595. hinc ſcriptæ, Deo Opt. Max. propitio, ſaluæ ad R. P. V. perlatæ fuerint, ex iis perſpicuè cognoſcere poterit rei Chriſtianæ apud Iaponios ſtatū; ſiue ſpiritalem animorum fructum opinione & ſpe vberiorem, ſiue exiſtimationem, quam fides Catholici in dies apud iſtos Gentiles conciliat ampliorem, ſpectemus. Eiſdē litteris ſcriptum eſt de commutatione & conuerſione Reipub. temporalis, & de vniuerſa totius regionis gubernatione; ac nominatim de funeſto nobiliſſimorū Dominorū interitu; aliiſq; calamitatibus, quibus hoc cœli clima imprimis videtur obnoxium. Verū poſtea Taicoſama Iaponiæ Monarcha, ſua induſtria & in gubernādo ſapiētia, ſic omnes cōpeſcuit turbas atque tumultus, vt omnia ad priſtinam pacem & tranquillitatem breui tempore redierint. Itaque non exigui beneficii loco ducimus, dum; aſpirante diuino numine, cernimus nobilium Iaponum animis quotidie maiorem & præſtantiorem de Lege Euangelica eiuſq; prædicatoribus Patribus noſtris ingenerari opinionem: iis enim ſemel in Eccleſiam Chriſti aggregatis, nulla erit difficultas de plebeis. Quod non immeritò, poſt Chriſtum Dominum noſtrum; frequētibus ſacrificiis & orationibus, quas pro ſuo amore paterno zeloq; P. V. superno numini pro nouæ huius Eccleſię incolumitate & progreſſu offerri iubet, debemus.

Numerus omnium, qui de Societate nunc in his partibus degunt, attingit trigeſimum quartum ſupra centeſimum: è quibus ſex & quadraginta ſunt Sacerdotes, fratres autem octoginta octo. Quindecim anno proximè exacto Societati ex illis nomen dederunt, qui aluntur in Seminario. Omnes autem diſtributi ſunt in eas domos, quas poſtremis annuis nominauimus, quæ erant decem & nouem: licèt hoc anno vna in vrbe Ozacana acceſſerit in qu

in qua ordinariè ſedem habet Pater vnus cum fratre , & vacant tam excolendis earum partium Chriſtianis, tum etiam externis, magno numero ad verbum Dei audiendum iſthuc confluentibus. In regno Bungenſi videtur & altera inſtituẽda Reſidentia, vt paulo pòſt dicetur.

Quod ad ſanitatem corporalem attinet, eam dicere poſſumus, gratia diuina opitulante, extitiſſe ad gloriam Dei Domini noſtri inter noſtros quaſi vniuerſalem; quam non parum adiuuit cæli Iaponii ſalubritas: & quamuis iis, qui affecta iam ætate ſunt, non defuerint morbi, ex antegreſſis horum temporum calamitatibus profecti: tamen non modica admiratione dignum eſt, eoſdem licèt viribus fractos, tantis tamque cõtinuis occupationibus, quas in inſtituendis Chriſtianis ſibi commiſsis ſuſtinent, non ſuccumbere.

Hoc anno non pœnitenda pace & tranquillitate vſi ſumus inter Chriſtianos, etſi Dæmon, aduertens magnum animarum numerum per baptiſmum è ſua tyrannide vindicari, omnem lapidem mouet, vt conatus noſtros retardet: Hoc enim anno binas omnibus viribus cõtra nos molitus eſt tempeſtates, ſed quia tum Chriſtianæ religionis ſalus tum Societas noſtra incumbebat petræ viuæ, hoc eſt, Chriſto Domino noſtro, facilè ſedatæ ſunt & compreſſæ.

Nauis Carreraria hoc anno, Deo ita fauente, feliciter ad Iaponiam appulſa eſt: in qua Reuerend. Dominus Petrus Martinez primus Iaponiæ Epiſcopus aduectus eſt, tum à noſtris tũ ab omnibus Chriſtianis in his partibus cupidiſsimè expectatus. Comites habuit quinque de noſtris, alioquin in Cinam cum alio patre quodam deſtinandis. P. Viceprouincialis appulſa naui ad 13 Auguſti ſubitò viſendę ſuę Reuerend. Domin. cauſa cum nõnullis Patribus eam adiit, & inſequenti luce cum maiori Patrum fratrumque numero naui egredientem eſt comitatus. Hinc Nangaſacho multi quoque Chriſtiani, partim Iaponij partim Luſitani, ſcaphis inuecti ſe ad comitandum nobis adiunxere: & niſi perſecutionis nomine deterriti fuiſſent Chriſtiani, ſolenni ritu & cærimonia publicè eum excepiſſent. Factum tamen eſt, quicquid pro temporum ratione fieri potuerat. Nam vbi in comitatu Capitanei Maioris de Viage in naui ſua hunc portum Nangaſachanũ ingreſſus eſt, & ex eo ad Eccleſiæ terminos progreſſus, obuiam ei prodiere Chriſtiani cum cruce aliiſque cærimoniis conſuetis, remoto tamen omni apparatu & ſtrepitu, licèt magna hominum turba eum inde ab ipſa naui vſque ad Eccleſiam ſit ſecuta. Magnam

gnam conſolationem omnes tum ex veneranda hominis ſpecie, & quòd in Societate valde eſſet antiquus, tum ex Apoſtolico & religioſo agendi modo accepere, dum vident in honeſta eius viuendi ratione ſingularem quandam relucere paupertatem. In ædes Nangaſachanas Patrum Societatis diuertit, omnibuſque ſe admodum declarauit humanum & familiarem: in noſtris verò mirificum ei ſeruiendi & omnia officia exhibendi deſiderium eluxit. Rectores Collegij, Seminarij, Domus Probationis & Reſidentiarum paulatim, ſecundùm ordinem cuique præſcriptum, tum vt ei de felici aduentu gratularentur, tum vt benedictione eius fruerentur, aduenere. Idem præſtitere Chriſtiani, tàm vicini, quàm remoti: & alij quidẽ ipſi venere: alij verò, qui negotiis impediti fuerant, per nuncios, litteras, & munera iuxta morem patriæ. Magnam voluptatem attulit noſtris colloquium à Reuerendiſs. Antiſtite habitum cum Viceprouinciale P. Petro Gomez, cuius ſumma eſt: Sicut ipſe in primis Studiorum initiis auditor ſuus fuiſſet, ſic nunc velit Magiſtri munere fungi in tradenda ſibi rerum Iaponicarum cognitione. Nam cùm ignarus ſit idiomatis Iaponici, vt rectiùs ſe diuinæ voluntati conformaret, ſecuriùſque & tranquilliùs ouium gubernandarum curam aggrederetur, operæ pretium ſe facturum putaſſe, ſi Patribus ducibus, qui omnium rerum Iaponicarum notitiam & experientiam iam haberent, vteretur. Multa alia in hanc ſententiam, pro ſua inſigni virtute iuxtà ac prudentia, addidit, quę omitto. P. Viceprouincialis ei ilico ſocium adiunxit Patrem vnum, & duos fratres ad hoc miniſterium admodum idoneos. Obtulit deinde & alterum Patrem, ſed ſua R. Dominatio negauit ſe accepturum, quòd Societas opus haberet multis Patribus ad ingentem meſſem, quæ breui ſperabatur, excolendam. Vehementer S. Celſitudini arridet & patria hæc, & Chriſtianorum nouorum indoles & virtus: nec minùs gratam habet beneuolentiã caritatéq;, qua à Societatis hominibus hactenus tractatur. Paulatim ſanitati reſtituitur, & viribus, ex longa ægritudine, qua decubuit in Meaco, fractis & labefactatis.

Numerus ſacra baptiſmi aqua à Septembri anni 1595, vſque ad Septembrem huius 96, tinctorum in Meacenſi Scimanoque tractu eſt octo millium & duodecim capitum. Eorum verò qui cõfeſſione peccatorum conſcientiam expiarunt, eſt ſexaginta octo millium, ſuper octingentos & ſeptem. Prætermitto infantes ex Chriſtianis parentibus ortos, qui continenter in quamplurimis locis ſacra aqua perfunduntur. Id verò meritò noſtris, tum in Orientali orbis parte, tum in Europa degentibus, ſingularem afferre po-

re poteſt voluptatem, quòd nunquam à tempore, quo noſtri Pa-
tres primùm in Iaponiam venerunt, neque tantus hominum nu-
merus, neque tot natalibus clari in Meacenſi ditione, vbi totius
Iaponis ſunt Principes; Chriſto ſe adiunxerint, atque hoc anno
præſenti. Quoniam verò perſecutio latebræq; noſtræ, quæ in de-
cimum iam annum durarunt, nondum finem habent, neceſſariũ
exiſtimauimus nulla illuſtrium hominum nomina ſcriptis man-
dare, nec Chriſtianæ religionis prodere myſteria & exercitia, do-
nec Chriſto Domino noſtro ſecus viſum fuerit, & Euangelij pro-
pagationi libertima porta, quod breui futurum confidimus, fue-
rit patefacta. Et hęc ſunt, quæ ſummatim de generali totius Iapo-
niæ ſtatu dicenda occurrebant. Nunc; Deo adiuuante, pergamus
ad miſſiones quaſdam diuerſis in locis inſtitutas.

Bis Pater quidam cum fratre Nangoiam in regnum Figẽ miſ-
ſus eſt, vbi Taico propugnaculum maximum & ſumptuoſiſſimum
cum ſuis palatiis, quo tempore iter parabat in Corai, (is locus tri-
ginta ſex millibus paſſuum Firando abeſt) à fundamentis excita-
uit. Adminiſtrationem autem totius ditionis Scimano Camido-
no, gubernatori tum Nangaſachano, in ſua abſentia commenda-
uit. Quo tempore autem dictus Pater ibi fuit, fuit autem diebus
tantùm paucis, multos gentiles habuit verbi diuini auditores; &
ex iis quinquaginta baptiſmo luſtrauit. Vt verò de eorum aduen-
tu rumor increbuit apud Chriſtianos Facatæ aliiſque in locis a-
gentes, magnis itineribus, læti aduolarunt ad aures præbendas
diuinis concionibus, & confeſſionem peccatorum faciendã: Chri-
ſtiani ſiquidem in his locis huius ſacramenti frequentatione plu-
rimum delectantur.

Huc Nangoiam cùm Auguſtinus Cuno Camidono, Chriſtia-
norum omnium in Iaponia facilè princeps, aduenillet, magnam
partem noctis cum Patre conſumpſit, agens tum de ſuis, tum de
totius Chriſtianæ religionis negotiis. Collocutus deinde eſt ſin-
gillatim cum fratre noſtro Martino (fuit is vnus ex quatuor Ro-
mam miſſis). Sed quia colloquium fuit admodũ lõgũ, breuiter ad
tria capita reuocabo. Primum caput eſt: Non dubito, inquit,
quoſdam ſcopi mentiſque meæ ignaros, dum tam vehementer
ſi Patres, vt deliteſcerent, & Zelum conuertendorum homi-
num nonnihil comprimerent, ſuſpicatos eſſe, id ex animi mei
anguſtia & imbecillitate exiguoque defendendi honoris diuini
ſtudio profectum: verùm ego affirmo, longè ſecus eſſe. Nam cùm
Taici ingenium pectuſque haberem perſpectum; ſciremque
quo Patres ampliùs ſe ſubmittunt latentque, tanto opportu-

nius eſſe tempus inſtituto faciendi ſatis, idcirco maiore quadam ſeueritate ſum vſus: Deum autem teſtor, me in hoc negotio non habuiſſe propoſitum aliud, niſi maiorem Dei gloriam, Societatis incolumitatem, & ſalutem animarum. Alterum caput erat: Cùm, inquiebat, ſim tam variis tamque continuis diſtrictus occupationibus, ſi quandò otium aliquod ſuppetit de rebus diuinis meaq; ſalute cogitandi, incredibili accendor deſiderio gratiam illam ante mortem à Deo obtinendi, vt depoſitis omnibus iſtis curis, vnum ſaltem annum ſeriò poſſim rerum cæleſtium contemplationi, Chriſtianarumque virtutum exercitationi, conuenienter meæ fidei, impendere. Et quanquam ex parte mea Domini legem non queam per diuerſa regna diſſeminare, tamen hoc intimo flagro deſiderio, intra ditionis meæ fines multas excitare Eccleſias, totiſque eniti viribus, vt omnes ſubditi mei nomen dent Chriſto, cultuſque diuinus non inferiore apparatu & reuerentia, quàm in Europa, peragatur. Quamobrem & ſumma mihi volupta eſt, videre in Arima, Omura, Amacuſa, Somoto, Cozzura, Sciqui, & Oiano, quæ loca meæ ditioni ſunt ſubiecta, omnes Chriſtianæ Eccleſiæ aggregatos. Fiſcium de Firando, quod meæ quoque iuriſdictioni ſubiectum eſt, etſi adhuc repugnet Chriſtianæ legi; confido tamen me domum & ſtatum renuntiaturum filio: qui, etſi nũc adhuc ſit gentilis, quia tamen coniunx eius Mentia Domini Bartholomæi filia Chriſtiana eſt, ipſeque in Chriſtianum religionem propendet, minimè dubium eſt eum breui Chriſtiana ſacra ſuſcepturum. Inſulas Goto, poſt Tonum gentilem in Corai morte defunctum, Taico mihi commiſit, vt eas adminiſtrandas traderem, cui liberet. Ego iam tradidi homini nobili ex ipſis inſulis oriundum, quem confido pro beneficii à me recepti compenſatione cũ omnibus Gotanis inſulis aures Euangelicæ prædicationi præbiturum, & in gratiam cum Chriſti Eccleſia venturum.

Tertium caput fuit eiuſmodi: Scio, & in ea fide viuo, Deum Dominum noſtrum ſuam ſanctam legem in Iaponiam non cò inuexiſſe, vt diffunderetur tantùm in iis partibus, in quibus nunc floret, ſed vt vndique propagaretur; donec tota tandem Iaponia Chriſtum reſpiciat. Nam ſecundùm ordinationis diuinæ curſum, multi deinceps, inquit, exiſtent Domini, nobiles & illuſtres, qui manum paulatim porrigent, cum maximo ſuo apud Deum merito, Euangelio latiùs dilatando & amplificando. Cæterùm quia id futurum eſt temporibus conſecuturis, quibus ego ſuperſtes minimè ero, vt poſſim tantorum particeps eſſe meritorum; id vnum vehementer opto, vt, dum vita ſuppetit, quotquot

poſſum,

poſſum, ad gregem Chriſti adiungam; vt hic ardor conuertendi alios, & quantuſcunque labor ſeruiendi Deo, ſit mihi loco tædæ, quam mihi præferam, quando ex hac vita emigrabo. Hic Dominus Auguſtinus toto anno laborauit in Patribus, dum penuria aliqua preſſi ſunt, eleemoſyna iuuandis, licèt propter bellum Coraianum, & imperium quod habet in tantas copias, coactus fuerit ſe ingenti ære alieno obſtringere.

## DE MISSIONE DVORVM PATRVM FRATRVMQVE IN REgnum Bungenſe.

ANNO proximè elapſo Pater vnus, cum vno fratre, miſſi ſunt ad regnum Bungenſe; qui in itinere inuiſere Chriſtianos, tum Amaguccii tum in aliis partibus degentes. Quid in miſſione illa vſque ad ingreſſum in regnum Bungenſe factum ſit, ſuperiore anno diffusè ſcriptum eſt: vbi dictus Pater laborauit dyſenteria, & morti proximus fuit: quem morbum crearunt maximi labores & moleſtiæ in itinere toleratæ, deinde incommoditas loci omni remedio humano deſtituti. Qua de re certior factus P. Viceprouincialis magna amoris & beneuolentiæ ſignificatione ad eum amandauit & Sacerdotem pro excipienda eius confeſſione, & Medicum ad eum curandum: quorum opera etiam ſanitati eſt reſtitutus. Omnibus autem perfectis, iam iam ſubjiciendis, in hoc regnum Figen reuertere. Verùm cùm Chriſtiani in regno Bungenſi magna laborarent operariorum inopia, ad recreãdos & confirmandos eos, qui tot antè annis in Chriſti lege fuerãt à noſtris exculti, hoc anno *96* eò miſſi ſunt duo Patres, cum fratribus item duobus, qui in diuerſas regni partes diuiſi, duabus vicibus, quibus ibi verſati ſunt, egregiam operam nauarunt in reformandis Chriſtianis. Non facilè exponi poteſt, quanto plauſu Patrum aduentum exceperint, quanta cupiditate arſerint repetendi criminum confeſſionem, quam iam aliquot annos intermiſerant: & licèt Patrum præſentia deſtituti eſſent, tamen orationum obliti non erant, quæ res magno illis fuit ſolatio.

Quodam in loco, in quo media hominum pars idolis altera Chriſto dedita erat, puella octennis, cuius parens cum tota familia erat gentilis, ſuopte nutu à Chriſtiano quodam petiuit duci ad Eccleſiam, in quã Pater noſter ſe cũ Chriſtianis recipiebat: optabat enim cognoſcere ritus eorũ, & obſeruare quidnam agerent,

Chriſtianus ille, quòd pater eſſet gentilis, operam ſuam puellæ tenuit, imò patri eius indicauit, vt eam tempeſtiuè ad Eccleſiam adduceret. In Eccleſiam adducta, ſic probauit omnia quæ vidit, quæ audiuit, vt etiam atque etiam cuperet ſe fieri Chriſtianam. Qui eam adduxerat, patri expoſuit puellæ deſiderium, is, vti à natura bonus, quia reſpondit, faceret quod vellet, nolle ſe impedire, baptiſmi aquis tincta eſt: domumque reuerſa ingenti gaudio exultans patri matrique aperuit ſe baptizatam. Morabatur id temporis in iiſdem ædibus Bonzius quidam è ſecta Amidæ, puellæ conſanguineus, qui ritu ſuperſtitioſæ ſuæ ſectæ cùm aliquando magnam noctis partem conſumeret in pulſanda pelui & inuocando nomine ſui Amidæ, puella ſancti baptiſmi virtute roborata ſe illi applicuit, & voce clara ei dixit: Probè noſti, Patrue, me eſſe Chriſtianam, & Patres abhorrere ab iſtis ritibus diabolicis: rogo itaque vt abſtineas ab iſto pulſu, & aliis ſimilibus cerimoniis in hac domo: ſi nolis, hac tantùm nocte licebit, ſed vt deinde hinc aliò te conferas, nec ampliùs reuertaris. Reſpondit patruus: Quia tu Chriſtiana es, ſonumque iſtum moleſtè fers, non pulſabimus ampliùs. Et mox inde abſceſſit. Parentes verò, admiratione eorum quæ à puella fiebant, capti, conſilium iniêre de imitando filiæ exemplo, & verbo Dei audito, ambo aquis ſacri baptiſmi capita ſubmiſerunt. Ita puella, quæ iam certas didicerat orationes, facta eſt parentum ſuorum Magiſtra. Cùm verò poſt menſes paucos Patres eò reuertiſſent, deprehenderũt & Bõzium patruum à puella conuerſum, eumque baptizarũt.

In loco, dicto Taquemia, Chriſtianus quidam ex energumeno ſua fide, orationibus, diſciplinis, & theca ſacrarum reliquiarum collo eius adhibita, Dæmonem fugauit, & ſanitati eum reſtituit.

Multis quoq; in locis Bũgẽſis regni, vbi quidã erãt ab hoſte humani generis obſeſſi, Chriſtiani facto cõuẽtu ſola recitatione Dominicę orationis, & ſalutationis angelicę clara voce inſtituta, dęmonem ſæpe repulerunt. Quam rem admirati gentiles, maximè cùm crebriùs eis dæmon ſpecie horrifica ſe ſpectandum præbuiſſet, Chriſti cœtui ſe adiungi voluerunt.

Patres inde cum magna voluptate redierunt, quòd animaduertiſſent eos inde ab anno ſuperiore vſque ad præſens tempus magnos feciſſe progreſſus in rerum diuinarum cognitione, haud ſecus, quàm ſi Patres ſecum doctores & inſtructores retinuiſſent: & quanquam magna rerum inopia premerẽtur, tamen eleemoſynę loco nõ aliud à Patribus petiuere, quã calculos benedictos, imagines, Agnus Dei, aliaque id genus ſpiritalia.

Chri-

Chriſtianis quibuſdam in fide languidis, degentibus in Notru, quiq; ad meliorē frugē ab aliis Chriſtianis ægre adduci poterant, noctu bis terve apparuit Dæmon humeris geſtās cadauer humanū. Quo viſo perterrefacti ilicò de Patre quærēdo cogitarunt. Eo inuento, viſum expoſuere, & exhortatione audita magno doloris ſenſu vitæ antè actæ crimina per confeſsionem patefecerunt.

Quoniam Leo Notruenſis columē ſemper Chriſtianorū eius regionis fuit, non ſolùm Notruenſes, quibus cum viuit, ſed etiam alii Chriſtiani longiùs inde remoti in ſuis neceſsitatibus ad eum recurrunt. Vnde apparet quemadmodū Deus extraordinariis etiā mediis ſuos juuare dignetur. Et quoniam homo integer eſt & ſincerus, ipſimet gentiles, qui nomine Taici ditioni toti præſunt, ei magnos redditus attribuere, eúmque ob eximiam virtutem mirificè amāt & reuerentur. Alter è duobus huius Miſsionis Patribus Paſcha in eo loco, vbi ipſe cōmoratur, celebrauit. Ingens in bono ſene inerat ardor, impēſéq; optabat, totā ditionē aliquādo videre Chriſto Domino ſubjectā. Ipſo Paſchę die quadringētis Chriſtianis magnificū epulū, vt eis cōgratularetur, præbuit. Licèt ſeptuagenarius ſit, tamē magno ſtudio & lapides & ligna aliáque neceſſaria corradit ad Eccleſiam aliquam longè prioribus ampliorem exædificandam, quæ erit numero quarta: nam duæ ex aliis, olim ab eo exſtructis, tempore belli & vaſtationis regni Bungēſis fuere exuſtæ & euerſæ.

Dum Pater quidam cum fratre degeret in Corai, & fortè inuiſeret Chriſtianos, incidit in nobilē Bōziū Bōgēſem, nomine Toqui Ieda, dignitate quaſi Sacerdotē (illi vocant Chananuſci) in tēplo Cami primario regni, dicti Vſanonia: hic quia ſuperſtitionū Chami admodum erat peritus, prolixam cum noſtris habuit diſputationem, ac tandē efficacia rationū conuictus, legi Euāgelicę, cū ei⁹ veritatē & perfectionē perſpexiſſet in Corai, ceſſit. Et, vt redeamus ad regnū Bungenſe; cū idē frater, qui in Corai cū eo ſermonē habuerat, per eius patriam iter faceret, vehemēter eius cōſpectu lætatus eſt, infimíſq; precibus rogauit, vt nōnihil ibi hæreret, ſe cogitare de tota familia ſua ad Chriſtū traducenda. Manſit frater, & intra paucos mēſes vxor eius cū viginti aliis hominibus per baptiſmi januā Chriſti Eccleſiā ingreſſa eſt. Idē bonus vir, vt intellexit, Patrē quendā Societatis quindecim tantū paſſuū millibus à ſe disjunctum, mox eò cum tota familia & filio claudo cōceſſit, auditaque concione Patris de Sacramento Confeſſionis, omnes, licèt à baptiſmo ſuſcepto quaterni tantùm menſes intercesſiſſent, magna deuotione confeſſionem de peccatis fecerūt.

Præter hos autem adduxerat ſecum alios quoſdam, vt verbo Dei audiendo aures præberent, licèt ipſe iã domi eis cõcionatus fuiſſet, & doctrinam Chriſtianam expoſuiſſet: vnde factum eſt, vt quadraginta ex illis ſacrum lauacrum amplexi ſint. Cùm verò idem aliquando intereſſet concioni de S. Euchariſtia ad veteres Chriſtianos habitæ, obnixè rogabat Patrem, vt ſibi quoque ad eam aditus daretur: cùmque Pater reſponderet, nondum eſſe tempus, pauci enim à baptiſmo menſes effluxerant, ille contrà inſtitit, optare ſe ſcire, quid obſtet, cur aditus ad ſacram communionem non pateat: ſe omnia intellexiſſe, quæ ipſe prædicaſſet, ſanctiſſimique illius ſacramenti myſterio pleniſſimam fidẽ habere, ac porrò magno etiam deſiderio eius ſuſcipiendi accenſum eſſe, vt non ſolùm Chriſtiani, ſed etiã boni & perfecti Chriſtiani nomen conſequi poſſet.

In vrbe Funai regni Bungenſis habitabat Chriſtianus quidam pauper famulus gentilis cuiuſdam, cuius tota domus gentilitia erat. Hic cùm ad mortem æger decumberet, per Chriſtianum quendam curauit ad ſe vocari Patrem Societatis, Facatæ ſex millibus paſſuum inde diſiunctæ tunc agentem, eique dici, ſi poſt aduentũ impotẽ mentis ſe inuenerit, norit ſe eſſe Chriſtianum, & paratum mori in fide Catholica. Pater vt venit, reperit hominem decumbentem in cubiculo octo palmos longo & quatuor lato in magna ærumna, & confeſſionem cum magna eius conſolatione excepit. Dominus ægri gentilis duo admirabatur: Primũ, quòd Pater tam longum iter per denſiſſimos imbres ſolo amore ſalutis ſui ſerui procurandæ impulſus confeciſſet. Alterum, quòd ægro ante aduentum Patris iam vox fuiſſet intercluſa, nec aliud expectatum fuerit, quàm vt ſpiritum redderet: poſt aduentum verò & locutus & de noxis confeſſus ſit: quod ille miraculi loco habebat. Æger autem poſt biduum priùs animam creatori ſuo reddidit: nec alia videtur dilationis cauſa fuiſſe, quã vt voto confitendi potiretur.

Degebat Bungi nobilis vir Chriſtianus, nomine Munacata, cuius filius, etſi gentilis eſſet, tamen ob generis nobilitatem, vnam è filiabus duabus Regis Franciſci, dictam Monicam, in vxorem acceperat. Hæc verò, quia Chriſtiana erat, & tã Catholicum Patrẽ habuerat, aliquot annos domi tantas à marito perpeſſa eſt moleſtias, vt licèt iuuenis, tamen ſemper ferè ægra eſſet & afflicta; quo enim plura ſigna Chriſtiani pectoris edebat, hoc maritus, ad augendum eius cruces, plus ſtudii ponebat in colendis dæmonibus, & ſacrificiis faciendis, totùmque ſe vnà cũ filiis ſeruituti te-

trorum

trorum ſpirituum obnoxium reddebat. Hæc tanta crux videtur tum ipſius Monicæ, tum Patris in cœlo iam coram diuina maieſtate interpellantis orationibus tandem ſublata: nam ſupra omnē ſpem humanam, nulla adhuc audita verbi diuini prædicatione, ita à Deo mariti cor motum & immutatum eſt, vt libros omnes, nomina, imagines, cæteraque inſtrumenta, quibus dæmonē venerabatur, coniecerit in ignem, & Fratrem noſtrum ad ſe vocari iuſſerit; à quo cùm doctrinam Chriſti hauſiſſet, tandem cum tota familia ſanctiſſimis baptiſmi aquis expiatus eſt, cum ſumma Monicæ conſolatione. Eum ſecutus eſt germanus frater cum ſociis ampliùs viginti.

Taico cùm Regem Bungenſem expuliſſet, & in extremas Iaponiæ partes ablegaſſet, ipſeque Regni poſſeſſionem adiiſſet, redditus annuos regni adſignauit nobili cuidam viro, nomine Morinocapachi, olim, tempore Nobunangæ, ſuo ſodali. In Bungo autē duo ſunt Status, alter vocatus Fita, in quo ſemper vixerūt fortiſſimi quiq; totius regni milites. Alter verò dictus Cuſſo. Primi igitur māſit Dominus abſolutus, & redditus accepit nomine ſuo, Secundi verò tanquam Taici procurator. In Statum Fita nunquam Rex Franciſcus per omne vitæ ſuæ tempus inducere potuit religionem Chriſtianam, & in vniuerſa ditione vix vnus extabat Chriſtianus. Contigit eò fortè venire Bonzium Chriſtianum, nomine Soſaniuan, & cui incolæ, quòd ob probitatem hominem amarent, vetus quoddam templum, quod antè fuerat gentilium, donarunt: ſed abhorrens ab idololatrarum ſocietate poſtea inde diſceſſit, & templum habitatore vacuum remāſit. Duodecim iam anni effluxerant, quòd Ozacæ adhuc adoleſcens Chriſti caſtra ſecutus fuerat; ſed, quia militiam ſectabatur, exiguam Dei cognitionem retinebat; licèt vt erat ſingulari præditus iudicio, ſic menti infixerat prælectiones Catechiſticas olim auditas, vt illas perinde recitaret ac ſi concionatoris munere functus fuiſſet, atque ego ante decennium in Scimonoſequi audiui ab eo quaſdam tanta dignitate & ſpiritu exponi, vt non parum fuerim admiratus. Videtur hic homo à natura ſua quaſi ignis, quia ardenter communicat omnia, quorum notitiam ſemel comprehendit. Cùm didiciſſet Patres duos verſari in Bungo, alterum per nuncium rogauit, vt dignaretur venire ad ſe, ita enim expedire, ad maiorem Dei gloriam. Receptus eſt Pater magno cum gaudio, ipſeque cum ſuis honorariis pueris inſtruxit aram ad ſacrum miſſæ celebrandum; Patri autem ilico miſit vicenos ſaccos orizæ, aliaque ad vſum domeſticū neceſſaria. Et quia Dominus Paulus de Scingô, qui

qui in illa calamitate Bungenſis Regis exilio multatus eſt, redditus habet in loco Fitæ proximo bis mille ſaccorum orixæ, & dicti nobilis Domini amicus eſt ſingularis, eũ à ſex milliaribus accerſiri curauit, vt indicaret Patris Societatis cum vno fratre aductum, dicebatque Patri ſe velle confiteri de peccatis, ſuiſque autor eſſe, vt paulatim aures præberent Euangelio, & nomen Chriſto darent; cogitare etiam de ædificanda Eccleſia. Ac mox cœpit intereſſe concionibus Catechiſticis, vna cum aliquot nobilibus, eius comitibus, dubiaque proponere, quibus ſolutis vehementer lętabatur. Et quia ſpiritu feruebat, fratri in prędicando auxilium pręſtabat: ſuiſque affirmabat omnes Cami & Fotochi verſari in inferno, atque inde vti ſe liberare non potuerint, multo minùs poſſe liberare alios. Quamuis autem veſpera præſtò aderat cum viginti vel triginta nobilibus, eoſque hortabatur vt verbum Dei audirent, & dubia ſua proponerent, ſibi nihil gratius iucundiuſque hoc facto poſſę accidere: interea ab ipſis non diſcedebat, & vnà cum iis vltra mediam noctem auſcultabat, dicebatque juuenibus, ex ipſorum conuerſione ſuum quoque commodum redundare. Etenim, inquiebat, Chriſtianis hominibus, quoniam Deum timent, fido gentilibus non item: ſique homines quidam non caperent planas & euidentes rationes, quibus Lex noſtra niteretur, id ipſum indicium eſſe exiguæ intelligentiæ atque judicii. Addebat eos, quibus placeret quidem lex Euangelica, non tamen fierent Chriſtiani, ſua opinione non alia de cauſa ſuam differre conuerſionem, quàm vt liberiùs depecularentur aliorum vectigalia. Denique omnibus ſuis indicabat, ſi è ſuis ali velint redditibus, in poſterum vna vxore contenti eſſent, ſuumque ea in re exemplum imitarentur. Hic pater Fitanus aiebat, ſe nullum hactenus Chriſtianum cognouiſſe, qui majora amoris & beneuolentiæ argumenta Patribus demonſtrarit, quàm hic Tonus, de quo hactenus locuti ſumus, eumque maximo teneri deſiderio, vt omnes ditionis ſuæ homines ad Chriſti Eccleſiam adducantur. Adhæc de eo fertur, olim fuiſſe hominem crudeliſſimum, ideoque omnes inſolitam eius manſuetudinem, comitatem, & affabilitatem obſtupeſcere: vnde & plebæi eum amant non vt Dominum, ſed vt Patrem, propter beneficia quæ continenter ab eo accipiunt. Ex huius hominis ardore ſecutum eſt, vt mox voluerit excitare Eccleſiam; vnde liquet Deum Dominum noſtrum, vt tam pio & ſancto deſiderio fieret ſatis, conſeruaſſe illud templum vacuum, à Ioanne Sotan amplificatum; ſed quia illud inuenit vitium feciſſe, confeſtim lapides, ligna, & alia neceſ-

ſaria

ſaria conuehi juſſit,vt perficeretur. Ipſe quotidie operi inſtabat, ſic vt operarii duplo plus laborarent, quàm feciſſent, ſi abfuiſſet. Nobiles quoque juuenes,qui illi ſeruiebant, vt rem illi gratã facerent, præſentes aderant, & manum operi admouebant. Cùm verò deinde frater noſter cœpiſſet habere ſermonem ad dictos juuenes,eorumque famulos,& eorum familiares,& ad quẽdam eius fratrem ipſo juniorem,magnum omnes fructum ex verbo Dei retulerunt, breuiq; triginti tria eorum capita ſacerrimis baptiſmi vndis ſunt reſperſa.

Domus, in quam juſſu Toni Pater cum fratre mox poſt aduẽtum diuerterat, erat cuiuſdam primarii eiuſdem loci gentilis. Verùm quia plerique omnes in Statu Fitano ita abhorrent à rebus noſtris,vt exiſtiment aqua ignique interdictum illis, qui diuerſorium noſtris attribuerint(nunc autem metu Toni domum illam noſtris commodarant), quoties noſtri in oculos eorum incurrebant,aut diffugiebant,aut terga vertebãt. Famuli domeſtici perpetuò eis illudebant, & ſi frater noſter ex humanitate aliquid ciborum eis porrigeret,id,veriti ne contaminarentur,canibus objectabant:itaque aliquot dies ibi non pauca perpeſſi ſunt probra. Verùm ne exaſperaretur Dominus domus, aut res ad aures Toni perferretur, qui petulantiam ſeuerè fuiſſet caſtigaturus, magna humilitate & patientia omnia ſuſtinuerunt. Vicini, dum noſtris occurrebant,auerſo vultu exſpuebant,ac ſi eos non viderent. Cæterùm,quia Dominus noſter,quando vult,poteſt ex lapidibus excitare filios Abrahæ,cœpit hoſpes, ſiue caſu, ſiue vt noſtra irrideret,velle audire doctrinam Euangelicam,quam noſtri annunciabant:eáque percepta talis ſecuta eſt commotio,vt non modò ipſe cũ cõiuge,liberis,vniuerſáq; familia complexus ſit Chriſtum; ſed etiã ex eo tẽpore omnia humanitatis & caritatis officia noſtris,ac ſi per multos annos Chriſtiani fuiſſent,detulerint,& intimam cũ eis familiaritatem colere cœperint.

Non ſubſtitit deinde Tonus in ſola conuerſione ſuorum nobilium,ſed longiùs progreſſus,conatus eſt etiam regionis indigenis perſuadere,vt prædicationi Euangelicę intereſſent,oſtendens quantus ea ex re fructus exiſtere poſſit:& à ſe exemplum caperent boni ſucceſſus etiã in rebus temporalibus. Illi autoritate & efficacitate dicẽtis, & exẽplo hoſpitis,qui tanta familiaritate noſtrorũ vteretur,permoti,manus dedere,&concionibus audiendis vacare cœperunt, ac breuiſsimo tempore eorum ſexaginta profeſſioni Chriſtianæ doctrinæ ſubſcripſere.

Verũ Dæmon,cùm ex inuidia hanc jacturam ſuam & tantam

fidei

fidei Catholicæ propagationem ferre non poſſit, ordiri more ſuo cœpit aduerſum nos telam contradictionis. Tonus hic euocarat Patrem ſuum ex partibus Meacenſibus, vt Statui Fitæ gubernando in ſua abſentia (erat enim ei abeũdum Meacum) præeſſet. Hic Pater mirè erat addictus patriis Diis Cami & Fotochi, à religione autem Chriſtiana alieniſſimus, ſic vt nec ad aures quidem nomen Chriſtianum admitteret. Aduertens ergo quantos progreſſus faceret Chriſtiana religio, vehementer cœpit in filium excandeſcere, & de decem capitibus, quæ ſibi in eo non arriderent, abſentem commonefacere. Omnia autem ferè in nos erant directa. Si enim, inquiebat, Taico Patres exulare juſſit, eorumque imagines & templa igne abſumi, eo quòd infeſti ſunt hoſtes Chami & Fotochi, cur tu eos in tuam ditionem recipis, cur eos tueris? Conſulebat ergo illi, vt à ſtudio illo alios conuertendi abſtineret, ædificationem Eccleſiæ minimè proſequeretur, & Chriſtianiſmo renuntiaret: ſi ſecus faceret, ſe poſt reditum ad Meacenſes nomen eius apud Taicum delaturum. Filius verò, vt eſt inſigni ſapientia & judicio præditus, ſciens Patrem ſua opera & liberalitate indigere, tanta induſtria & ſagacitate illi reſpondit, vt nemo quidẽ contrà mutire auſus fuerit.

In hoc Fitæ tractu accidit res perlepida, & ſcripto digna. Honorato cuidam viro in illa vrbe degenti erat filius octennis præclaris naturæ donis præditus, qui verſus multos & comœdias Iaponicas memoriæ mandarat, eáſque publicè exhibebat tãta grauitate & venuſtate, vt totius populi oculos in ſe conuerteret, & Tonus eum à ſe demittere nollet. Hic puer ergo, cùm ſermo à noſtris haberetur ad gentiles, nonnunquam ſe ad Patrem noſtrũ & fratrem conferebat, qui mirificè eius colloquio recreabantur. Semel autem dedita opera ingreſſus Eccleſiam dixit fratri: Habetíſne aliquem Fotocho, quem aiunt pro hominum ſalute crucifixum? oſtendite mihi quæſo, aueo enim illum videre. Cumque frater illi oſtendiſſet effigiem crucifixi, ſubitò addidit: Non video vllum vulnus in látere, quod tamen dicitur habere. Tunc Pater illi aliam crucifixi effigiem oſtendit, quæ ſtabat in altari. Puerque ſubjecit, ſibi illam potiùs quàm alteram probari, propter ſanguinem è látere & ſpinis coronæ defluentem: & poſtquam diu aſpexiſſet & conſideraſſet, poſtulauit ſibi præſtari baptiſmum. Tum Pater reſpondit, orationes quaſdam priùs eſſe memoriæ inſculpendas: Puer verò iamdudum, inquit, inſculpſi, & mox eodem loco eas recitauit. Subjecit Pater: Qui vult fieri Chriſtianus, neceſſe eſt vt meliùs ſit inſtitutus & paratus, quàm tu ſis: veſtes enim

illæ

illæ tuæ, quibus nunc es indutus, ſunt quotidianæ; at pro recipiē-do tam nobili Sacramento opus eſt amictu elegantiore, quo vti ſoles in feſtis. Hoc audito puer domum abiit, & poſt breuem moram ſerica veſte pereleganti indutus rediens dixit: Pater ecce adſum, iam baptizate me quæſo, quia magno baptiſmi teneor deſiderio. Pater petitioni aſſenſit: cumque iam pararet ſe ad perfundendum eum ſacra aqua, puer inſtitit: Pater expecta paululum: monitum te volo, ne dum caput aqua perfundis, madefacias meas veſtes, ſicut ſuperioribus diebus cuidam, dum baptizaretur, feciſti. Quotquot prœſtò aderant admirati ſunt hanc octennis pueruli prudentiam. Tonus fuit eius ſponſor, qui paulo pòſt Meacum abiit ingenti flagrans deſiderio poſt reditum ſecum retinendi Patrem vnum & fratrem, qui per omnes ditionis ſuæ angulos Euangelium propagarent. Noſtri autem petita diſcedendi poteſtate à nouitiis Chriſtianis recens Eccleſiæ aggregatis, quod magno ipſorum dolore factum eſt, digreſſi inde contulerunt ſe in Vſuqui.

Dum Pater miſſionis eſſet in Vſuqui, vbi olim Rex Franciſcus ſedem aulámque habuerat, erat ibi femina gentilis à dæmone obſeſſa. Huic indicatum eſt à dæmone liberari non poſſe, niſi fiat Chriſtiana: cùm illa annueret, & iam ſe ad baptiſmum compararet, nocte inſequenti dæmon ei diſſuaſit, ne fieret Chriſtiana, dicens: Hactenus tanta familiaritate tanto tempore mihi es coniuncta, & nunc me deſeris? non abibis profectò inulta: dormienti itaque, nec ſentienti, abſcidit capillos, vno tantùm flocco capillorum relicto. Illa verò cum ſummo manè deprehenderet ſibi ademptum capillum, & arūdini lecto oppoſitæ implexum, calcar ea fraude ſibi additū putauit, vt citiùs aduolaret ad baptiſmi antidotum, quod & factum eſt: atque eo ſuſcepto māſit ab omnibus dæmonis moleſtiis immunis.

In Bungo degebat Chriſtianus quidam, ſed in cultu diuino & animæ ſuæ ſalute promouenda æquo frigidior, ita vt clam tātùm geſtaret globulos precarios, ne viderentur. Huic flumen trāſmittenti viſibiliter inſiliit Satan, acinacemque, quem contra eum diſtringere conabatur, vi eripuit, ac denique eum corporaliter obſedit. Dominus eius, gentilis ſerui miſertus, Bonziorum preculis & ſuperſtitionibus curauit dæmonem pelli, at ille egredi noluit. Hoc videns quidam, qui præſtò erat, conſuluit domino, vt Chriſtianum quēdam, qui donū haberet fugandi dæmones, ad ſe euocaret. Is, vbi aduenit, ex ſubmiſſione animi reſpōdit, ſe nō eſſe tāti apud Deū meriti, vt tanta opera patrare poſſit: ſe tamen Deum

pro

pro energumeno oraturum. Cùm ergo ſe illumque Deo commendaſſet, & aliquos contriti animi actus exercuiſſet, egregiè energumenum verberauit; qui vt ſenſit verbera, horrificos edidit geſtus, eoque plures, cùm collo eius inieciſſet ſacrarum reliquiarum thecam, dixitque, ſi onus illud ſublatum foret, ſe è corpore exceſſurum; & eo ſublato exceſſit. Energumenus autem, non ſecus ac ſi prorſus mortuus eſſet, in terram corruit; ac pro mortuo à circumſtantibus habebatur; ſic prorſus, vt improperarent Chriſtiano, quòd hominẽ occidiſſet. Sed reſpondit ille, non eſſe mortuum, exſpectarent modò, breui illum reuicturum, vti & factum eſt. Id cùm videret quidam Exactor vectigalium regiorum, rei nouitate obſtupefactus, omnibus Chriſtianis poteſtatem fecit Roſaria ſua è collo, vel cingulo, vel quomodo collibuiſſet, publicè geſtandi.

Vterque huius miſſionis Pater aſſeuerat, ſe nunquam in Iaponia aut maiores habuiſſe labores, aut lætitia & conſolatione vberiori affectos fuiſſe: toto enim die & magna parte noctis hærebant in confeſſionum ſedilibus, ob Chriſtianorum inopiam: qui etſi plurimũ ſatione agrorum diſtinerentur ob duriſſimas gentilium exactiones, tamen tanto numero Eccleſiam complebant, ac ſi eſſet annus Iubilæus. Fratres & clerici quotidie ter quatérve ad Chriſtianos de ſacramento Pœnitentiæ & Euchariſtiæ verba faciebant: ad gentiles autem ordinarias conciones de Catechiſmo habebant.

Pater quidam profectus ad propugnaculum Scinganum, quod fuit Domini Pauli, multorum inibi Chriſtianorum confeſſiones audiuit, & quóſdam etiam gentiles baptiſmi aqua expiauit: inde Tacatam conceſſit, vbi quatuor Chriſtianorum millia per hebdomaden ſanctam conuenere. Templum ſemper erat hominibus refertum, tantaque omnium pietas, vt Pater obſtupeſceret: qui & inuiſit priuata eorum Oratoria, quæ in ædibus ſuis nonnulli excitarant. Poſt Paſcha inde ad aliam Eccleſiam Tacatanam abiit, in qua copioſior erat Chriſtianorum numerus, ibique multos gentiles, & quoſdam genere admodum nobiles baptizauit.

Accidit in loco quodam, dicto Iurugaſci, vbi omnes ita alieni erant à diuina lege, vt ne vnus quidem vellet ſe iugo Chriſti ſubjicere, primarium quendam iuuenem ſoli illius indigenam tam graui affictari morbo, vt pater omnes facultates ſuas in Bonzios abſumpſerit, quo ſuperſtitioſis eorum tum ritibus tum orationibus filio ſanitatem recuperaret. Verùm tandem omnes conatus

ſſe irritos deprehendens, Patri cuidam, qui non longè inde abe-
ıt, ſignificari curauit, optare ſe filium, antequam moriatur, ba-
tizari; ſe populo quoque loci perſuaſurum, vt omnes Euangeli-
a veritate cognita per ianuam baptiſmi Dei Eccleſiam ingrediā-
ır. Abiit eò frater, inuenit hominem omnis ſenſus expertem, ſic
: baptizari non poſſet. Pater videns filium mortuum, Bonzioſ-
uè promiſſam ſalutem non potuiſſe præſtare, noluit eum ab il-
s terræ mandari, ſed vehementer obſecrauit Patrem, vt patere-
ır eum humari in Campo ſancto, in quo humarentur Chriſtia-
i. Reſpondit Pater, quandoquidem ſine baptiſmo filius obierit,
arum ei profuturum locum: ſed cùm inſtaret, vt ſaltem ei locus
aretur in aliquo Campi angulo, & idem peterent alii Chriſtiani,
ater annuit: ac denique Pater baptiſmo ſuſcepto ad Chriſti o-
ile, cum aliis multis eiuſdem loci, tranſiuit.
Gubernator Vſuquenſis gentilis, vir magna apud ſuos autori-
ate, Meacum abiens famulis ſuis commēdauit, vt Patrē, ſi quan-
o veniret, hūmaniter exciperent, & locum etiam illi pro Eccle-
a aſsignarent, & ſi ille non probaretur, eligeret alium, quē vel-
t. In hanc rem domos quaſdam attribuit, quæ fuerant Regis
ancisci. Poteſtatem quoque dedit omnibus, vt fierent Chriſtia-
i. Frater eius comes inuiſit Chriſtianos Fuqumenſes, & alia lo-
: eaque occaſione multos nobiles ad baptiſmum pertraxit.
Inde Pater in alium locum delatus ducentis Chriſtianis aurem
ębuit, & quinquaginta gentiles iam adultos ſacris aquis abluit;
ſinc ad vrbem Funai perrexit, vbi à Chriſtianis cupidè ob con-
ſsionem faciendam expectabatur: vt peruenit, mox ingens tur-
a gentilium aduolauit, & cognita Euangelii veritate in Chriſti
ges iurauit, cum magna ſua conſolatione.
Cùm iam Miſsio ad ſuum terminum decurriſſet, quibuſdam
ı locis, vbi magna erat Chriſtianorū copia, dum Patres poſt ex-
emum Vale dictum eos ſolari inſtituunt, tantæ obórtæ ſunt
chrymæ, tanti clamores facti, vt nec Patres loqui, nec ipſi lo-
uentem audire poſſent, & ſic comitati ſunt eos ad duodecim vel
uindecim paſſuum millia, amarè flentes, & fletu amorem, quo
oſtros proſequebantur, demonſtrantes. Verùm cùm eorum vo-
 tunc facere ſatis non poſſent, diutius remanendo; ſpem illis
iecerunt, breui eò venturos Patres, eo quòd Officiales Tai-
 iam poteſtatem feciſſent omnibus ad Chriſti Eccleſiam ſe ag-
regandi.
In hac Bungenſi miſsione, facta his duobus annis proximis,
empe 95 & 96, de peccatis confeſsi ſunt plus quàm ſeptem
homi-

hominum millia; ſacro autem lauacro expurgati ſunt bis mille nongenti ſeptuaginta quatuor adulti, ſi in hũc numerum inſeras quingentos eoque plures à quibuſdam Chriſtianis in abſentia Patrum baptizatos; quibus hoc pium exercitium, quod ſanè velut optimi Chriſtiani eximia caritate & zelo animarum exercēt, fuerat à Patribus commendatum.

## DE ALIA MISSIONE CVIVSDAM FRATRIS IN REGNVM BVNGEN.

PATER Viceprouincialis mandauit ex hoc portu Nangaſacano mitti fratrem Iaponium ad viſendum nobilẽ quendam Chriſtianum amicum de Societate bene meritũ: qui animaduertit omnibus in locis, per quę iter habebat, multam acceſſionem fieri ad Chriſti meſſem; nam habita concione ad gentiles de Catechiſmo, in vno loco quinque, in alio ſex, alibi decem ſalutari aquæ capita ſubmittebant, ſic vt in reditu nonaginta nouem capita eadem aqua aſperſa numerauerit.

Nobilis quidam, frater eius, cuius viſendi cauſa noſter venerat, domi ſuæ habebat mulierem è regno Farimę, quod eſt in Meacẽſi ditione, filii ſui nutricem, è ſecta Iecoſci mirè Amidæ addictam, quæ adeò execrabatur religionem Chriſtianam, eiuſque cultum & ceremonias, vt cùm ei à quibuſdam diceretur, vt Chriſti ſacra ſuſciperet, audacter reſponderit, nullum inter Deum & Amidam eſſe diſcrimen. Si enim Deus, inquit, ſit infinitus, & Amida eſt infinitus: & ſi Deus careat principio & fine, idem ſe confiteri de Amida: & rurſum, ſi verum ſit Deum multa perpeſſum pro ſalute hominum, Amidam quoque multis annorum myriadibus ſeueriſsimam aſperrimamque à ſe in eundem finem exegiſſe pœnam: Itaque non ſe videre cauſam, cur cultum Amidæ, quem tanti faceret, cuique omnia ſua officia deferre cuperet, deſerere deberet, & nouam peregrinamque legem ſectari. Quoniam autem femina nomine prudentiæ erat celebrata, omnes affirmabant, ſi illa adduci poſſet ad audiendam Euangelii prædicationem, citra vllam controuerſiam ad Chriſti Eccleſiam acceſſuram, ſuoq; exemplo alios multos ob celebritatem nominis attracturam. Itaque placuit tandem Deo cor illius mouere, vt aurem accommodare vellet diuinæ prædicationi: qua percepta multas quæſtiones, tanto ordine & prudentia, atque alias ex aliis proponebat, vt frater obſtupeſceret, ſed tandem conuicta ceſſit veritati, & piaculari lympha ſuperioris vitæ ſordes omnes eluit. Poſtea autem

tanta

tanta gratia eam Dominus noſter ornauit, vt tum vitæ exemplo, tum efficaci perſuaſione ex Iecōſci ſectæ ſuæ hominibus paucis diebus ſeptuaginta ad ſacramentum baptiſmi pellexerit. Voluit deinceps vocari Anna, & ob deuotionem, quam paulatim habere cœpit erga beatiſſimam Virginem, filię ſuę annorum tredecim impoſuit nomen MARIÆ.

## DE MISSIONE IN REGNVM FINGO.

IN regno Fingo eſt propugnaculum, dictum Iabe, ſubiectum Auguſtino Ecuno Camidono, cui præeſt vnus ex primis partiū Meacenſium Chriſtianis, homo genere nobilis, & de Societate bene meritus, cuius virtutes præclaraque opera deſcripta ſunt in veteribus Iaponiæ annuis, ſub nomine Georgii Iafenſis. Is cum omni familia ſua vehementer deſiderauit, hoc anno quendam ex primis Patribus, à quo ante annos triginta baptizatus fuiſſet, ad peragendum Hebdomadæ ſanctæ officium ad ſe venire: ſed cùm intellexiſſet eum tam afflicta eſſe valetudine, vt venire non poſſet, à P. Viceprouinciali alium eius loco mitti poſtulauit, & impetrauit. Qui dum in itinere eſt, Georgius interea omnes Chriſtianos, qui plus minuſve milleſimum attingunt numerum, eiuſque propugnaculo ſubiecti ſunt, conuenire iuſſit, diſtributiſque nocturnis iuxtà ac diurnis horis orationi continuæ ante altare, quod in maxima quadam aula eleganter ornata excitarat, vacare voluit, vbi viri æquè ac mulieres quadragies mille Roſaria Chriſti Domini noſtri duabus de cauſis recitarunt. Primò, pro Iaponiæ conuerſione, Patrum in priſtinum ſtatum reſtitutione, aliiſque Eccleſiæ huius neceſſitatibus. Secundò, vt Domino adiuuante Pater ſaluus & incolumis eò perueniret, cui confiteri de peccatis poſſent, & cum eodem ſeptimanæ ſanctæ ſolenniumque dierum Paſchæ officia celebrare. Aduenit Pater die Martis eiuſdem ſeptimanæ, tantamque lætitiam & conſolationem attulit eius conſpectus, vt verbis explicari non queat. Cōfeſſi ſunt, quotquot per temporis anguſtias potuere: neceſſe enim habebat Pater ſe nocturno ſomno quieteque neceſſaria priuare, vt piis eorum votis & precibus faceret ſatis. Quaque nocte magnus eorum [illegible] erus in illam aulam confluebant, & poſtquam aliquot t[illegible] ationi tribuiſſent, in ſua terga ipſi acriter deſæuieb[illegible] Veneris ſancta quam plurimi conferebant ſe ad Cruc[illegible] te iactu vnius Sclopeti à propugnaculo diſiuncto ere-

ctam, omneſque toto itinere, tam in itu quam in reditu, vſque ad ſanguinem magna religione ſe diuerberabant. Inter quos nudis pedibus incedebant ipſe propugnaculi Præfectus & cæteri nobiles. Qui, vt domum reuertere, habitu mutato, pro more ſuo venerunt viſitatum Patrem, de rebus piis audituri, tam hilari & immoto vultu, ac ſi diſciplinam nunquam attigiſſent. Gentiles hac pœnitentiæ aſperitate, concordiaque, & amore Chriſtianorum permoti, aditum ad verbum Dei ſibi patefieri petiuerunt: quo patefacto quadraginta ex iis iam adulti in Chriſtianorum ordinem adſcribi voluere.

Filia præfecti, nomine Monica, quæ octauo natiuitatis ſuæ die baptizata eſt, & iam vigeſimum-ſecundum attigit annum, ob virtutem, doctrinam, & exemplum ſuorum parentum, ſemper purè & honeſtè, inſiſtens eorum veſtigiis, vixit. Deſponſata autem cum adoleſcente multis donis conſpicuo Auguſtini cognato, qui in bello Coraiano periit, nondum annum ingreſſa vigeſimum facta eſt vidua: quæ ſi in his partibus aliquod extitiſſet ſanctimonialiū cœnobiū, illud libentiſſimè fuiſſet ingreſſa. Et quoniam iuxta ſuū ſtatum conſtituerat, quoad fieri poſſet, ſe totam dedicare Deo, omnes veſtes ſuas vanas, aliaque multa quæ a nobilibus feminis ad voluptatem ſeruari ſolent, miſit ad P. Viceprouincialem, humiliter ab eo petens, vt omnia erogarētur in pauperes & egenos: ſe enim decreuiſſe, omnia, quæ in teſtamentum referri ſolent, vt diſtribuantur poſt mortem, expendere in vita. Hæc domina domi ſuæ habet omne inſtrumentum ſacrum ad ſacrum Miſſæ faciendum neceſſarium; vt quoties eò Pater aliquis profectus fuerit, omnia ibi parata inueniat.

## DE COLLEGIO AMACVSANO EIVSQVE RESIDENTIIS.

IN Collegio Amacuſano hoc anno vixere de Societate viginti tres, hoc eſt, ſex Sacerdotes, & ſeptendecim fratres. Octobri elapſo anni 95 P. Viceprouincialis quindecim tyrones allegit, Europæos quinque, & Iaponios decem, cum quibus datum eſt principium Domui probationis. His acceſſere fratres veterani deni, qui confecto ſtudiorum curſu ex vſu Societatis tertium probationis annum decurrant. Omnes ergo quadraginta quinque capitum numerum efficiunt.

In Collegio ſeruatur ordo in Societate conſuetus. Fratribus Iaponiis, poſt Humanitatis prælectiones, & Epitomen rerum ad fidem

fidem Catholicam pertinentium auditam, proponitur liber de ſectis & erroribus Iaponum, qui dicitur Buppo: vt in diſputationibus, quas in dies cum Bonziis aliiſque Ethnicis inſtituunt, eos refellere poſſint. Ratio quoque legendi libros Iaponicos, formandique characteres traditur, quæ res neceſſaria eſt ad communicandum cum externis. Hi fratres Collegij ſuas item villas ſingulis attributas habent, ad quas definitis temporibus vadunt, vt homines in doctrina Chriſtiana inſtruant, & præludio hoc ſe ad futuras conciones præparent.

Nouitij iuxta regulas ſuas inſtituunt collationes, certa etiam mortificationum exercitia obeunt; & quicquid in Europa in domibus probationis vſitatum eſt. omnes autem conantur exemplo virtutis alios præire, & ſibi ipſi expugnatis cupiditatibus imperare. Tantùm hîc inter Chriſtianos nouellos viſere Xenodochia, quia nulla ſunt, nequeunt, nec peregrinationes ſuſcipere: ſed ea omnia intra priuatos parietes ſubmiſſionis, mortificationis, & caritatis operibus abundè ſupplentur. Omnes quoque exercitiis ſpiritalibus vacant; idemque multi Patres fratreſque ex Reſidentiis ad renouandum ſpiritum eodem confluentes faciunt.

Clericis noſtris, qui vigeſimum attingunt numerum, confectum eſt Compendium vel ſummarium fidei Catholicæ, vt maius lumen legis Euangelicæ ex eo acciperent, & vt gentilibus rudimenta fidei tradere, ac Chriſtianos rectiùs docere poſſent: eſt enim ad eorum captum valde accommodatum.

In ſeparata Collegij parte, vt aliàs ſcriptum eſt, inſtituta eſt officina typographica pro lingua Latina & Iaponica. Hoc anno editus eſt Catechiſmus Concilij Tridentini latinè, qui prælegitur in ſeminario. Prodiit quoque libellus, dictus Contemptus mundi, latinè & Iaponicè. Exercitia item P. Ignatij Latinè.

In Collegij huius territorio bis mille & ſexcentæ auditæ ſunt confeſſiones, & quatuor homines adulti ſupra centum baptizati, & Eccleſiæ à nouo ſunt reædificatæ.

Loca quædam nouē decēmve milliarium interuallo diſſita, non paruo labore noſtrorum ſunt exculta, propterea quòd iter inſtituendum eſſet per aſperrimas cautes, & loca ipſa longiùs à ſe mutuo abeſſent.

## DE RESIDENTIA CIAZZVRANA.

IN hac Reſidentia ordinariè degunt duo è noſtris, Pater vnus & vnus frater; qui vacant inſtruendis Chriſtianis ouiculis, à paucis annis ad paſtorem Chriſtum adductis. Hoc anno bis mille confeſſionis ſacramento ſuos lapſus expiarunt. In oppidulo huius Inſulæ gentili adoleſcenti annorum ſeptendecim ſe viſendum crebrò offerebat canis ingens; horribilis & rufus, qui cùm alloquebatur, & per montes in loca abditiſſima deducebat, detinens eum ibi biduo vel triduo, atq; impellens vt ſe manibus ſublatis adoraret, aliaque ſcriptione indigna faceret. Adoleſcens miſer videns ſe tantas moleſtias à capitali humani generis hoſte perpeti, tandem perfugium habuit ad Eccleſiam; doctrinam Chriſtianam audiuit & didicit, baptiſmi ſacramẽto Chriſto deuinctus, ac de cætero nunquam à Tartareo illo cane diuexatus.

## DE RESIDENTIA VOIANA.

INSVLA Voiana, inter quinque, in quas tota ditio diuiditur, vt Amacuſam, Scichi, Sumoto, Ciazzura, & Voiano; omnium minima eſt: quæ quia vicinior eſt propugnaculo Vto, quod inter omnia Auguſtini Camidoni in Regno Fingano facilè principatum obtinet, & multos Chriſtianos habet ſubiectos: fit vt à Patre ſæpius viſitetur, & ſemper cum fœnore nouæ conuerſionis multorum infidelium. Et quoniam in anni ſuperioris exitu atque etiam menſe Maio anni præſentis miſſio eò inſtituta eſt, referemus aliqua in eorum litteris annotata. Tanto, inquit, flagrabant confeſſionis deſiderio Chriſtiani, vt mihi nullum dormiendi tempus ſuppeteret: nam à media nocte è longinquis locis cœperunt venire audiendæ Miſſæ & confeſſionis faciendæ cauſa: accurrebant & gentiles ad audiendam prædicationem, è quibus nonaginta quatuor baptizaui. Vto, poſt auditas cõfeſſiones, profectus ſum Cumanoſcio, & ad propugnaculum Iabe & Iataſcira; multis enim precibus vxoris Capitanei illius ditionis eram euocatus. Magna eam cæteroſque Chriſtianos meo aduẽtu voluptate affeci: octo dies ibi ſum cõmoratus, verba habui ad Ethnicos, & ſexaginta ſex Chriſto lucrifeci; inter quos fuit Gubernatoris eius loci filius annorum viginti, eximia prudentia adoleſcens, & in rebus fidei vnà cum quatuor aliis iuuenibus eius amicis bene inſtitutus. Ceſſit hæc miſſio ad magnam diuini nominis gloriam, & Chriſtianorum conſolationem; diſcedere volentẽ multis lachrymis obteſtabantur, ne diſceſſum accelerarem. Ex iis, quos prima miſsione baptizaui, numeraui viginti duos ſupra ducen-

ducentos, confitentes autem quingentos, quorum multi à duodecim vel quindecim milliaribus confluxerant. Inter baptizatos autem nonnulli fuere nobilitate & dignitate clari.

Altera miſsione, quam idem Pater hoc anno fecit menſe Maio, in quadam epiſtola ita ſcribit: Octo hodie dies ſunt, ex quo ad hoc propugnaculum perueni, maximamque cepi voluptatem ex feruore huius gentis, & ſummo ſtudio, quo flagrant, ſuæ ſalutis. Recepi me in Eccleſiam populi, vt liberiùs poſſem neceſsitatibus Chriſtianorum ſuccurrere; at tamen non potui declinare, quin dominicæ Aſcenſionis feſtum celebrarem in ædibus Findandoni, qui data opera iam olim paratam habebat domum pro Patre & fratre, quando ſolent eò venire. Prima vice ſalutari aqua perfudi capita ſexaginta, & inter ea quorundam nobilium, famulorum Auguſtini, qui è Coraiano bello redierant.

Nobilis quidam homo, olim magna autoritate in hoc regno Fingano pollens, habebat filiam matrimonio cum gentili copulatam, cuius mater cum tota familia quoque erat gentilis, nullus verò Chriſtianus niſi dictus nobilis, vir bonus & religioſus. Accidit filiam ex improuiſo infirmari, & quidem intra ſex dies vſque ad mortem: quidam aiebant à dæmone obſeſſam, propterea quòd tam furioſos & inſolitos geſtus ederet, vt ægre à duobus vel tribus hominibus teneri poſſet. Maritus & ſocer implorarunt opem Bonziorum, ſed ſuis illi ritibus & nugis ſuperſtitioſis ne hilum quidem eam iuuare potuere. Verùm quia feminę impendebat mors, certiorem reddidere eius parentem, octodecim milliaribus inde diſiunctum. Is celerrimè aduolat, inuenit filiam quidem ſpirantem, ſed mentis impotem, vt patrem ſuum non agnoſceret. Pater ilico mandat ſubmoueri omnes Bonzios, alioſque Ethnicos lectum ſtipantes: ipſe verò accepto Roſario ter Dominicam orationem & ſalutationem angelicam aggreditur pronunciare: femina interim nihil mutatur, ſed horribiliores potiùs geſtus, quàm priùs, edit, vt a multis teneri vix poſſit. Pater redit ad præſidium Roſarij: eo verberat tergum filiæ, dicens: Tu videre mihi dæmon aliquis, excede ex hoc corpore. Et reſpondit dæmon: Non excedam. Pater, vt erat homo virtute præſtans, Roſarium inijcit in eius collum, dicens: Velis nolis excedes. Tum dæmon: Tollite, inquit, Roſarium, quia abſcindit mihi collum, & tunc exceſſero. Reſpondit Pater: Minimè tollam: imò funes quoſdam arripiens, minatus eſt ſe eum diuerberaturum, & ſic exceſsit: femina autem non aliam ſpeciē, ab eius abſceſſu, quàm mortuæ circumſtantibus præbuit: ſolus

 parens

parens Deo confidens in oratione perſtitit, ac tandem poſt horas duas filia, nullo clamore prouocata, reſpirauit, & aquam petiit. Pater, antequam porrigerèt, ter Dominicam orationem ſalutationemque angelicam repetiit, ea autem porrecta cōfeſtim ſe leuatam morbo perſenſit, Patrem agnouit, dixitq́: ſe prorſus ignaram omnium quæ accidiſſent; tam diri intolerabileſq́; cruciatus fuerant, quos ſuſtinuerat. Pater deinde narrauit ei totius rei hiſtoriam, qua audita filia poſtulat baptiſmum. Sed quia noſtrorum nullus ibi præſtò erat, iuſſit Pater eam prorogare baptiſmum in reditum noſtri Patris. Deinde ea ſana & incolumi relicta, reuertit ad ſuos. Petiuerat etiam atque etiam à filia, vt redderet ſibi Roſarium, cuius beneficio recuperarat ſanitatem, ſed illa reddituram ante baptiſmum negauit, quod facilè Pater permiſit; illa ergo, licèt adhuc gentilis, Roſarium è collo ſuſpendit. Dæmon, quo maius antè lucrum hac in re venatus eſt, hoc nunc maiorem fecit iacturam: cùm enim ad hunc locum rediiſſem, non filia modò, ſed etiam mater, maritus, & alij hoc ſpectaculo commoti, irriſo dæmone & Bonziis, ſacro baptiſmo ſunt initiati.

E propugnaculis Cumanoſcio & Iabe in dies veniunt homines rogatum, vt ad breue tempus operam meam ipſis accommodem: ſed quia aliis quibuſdam gentilibus cœpi Chriſtianæ dodoctrinæ elementa tradere, non potui eorum deſiderio ſatisfacere: facturus tamen, vbi hi ſatis inſtituti fuerint.

Chriſtiani huius tractus Voiani feruentes ſunt, & obedientes Eccleſiæ filii; nulla inter eos crimina, quæ ſcandali occaſionem præbeant; nullus palàm peruerſo ſuo exemplo in legem Chriſtianam delinquit. Tria hominum millia & ſeptendecim hoc anno à peccatis abſoluta ſunt, & vſque ad 23 diem huius menſis Auguſti, Anni 96, in quatuor propugnaculis ſacro fonte perfudi capita quadringenta octoginta tria. Et quia in hoc regno Fingenſi magnus eſt Chriſtianorum numerus, ex partibus Meacenſibus, qui primariis feſtis ſeruiunt Auguſtino, ex diuerſis locis ad hanc Voianam Eccleſiam confluunt omnes, maximè in hebdomade ſancta, multa eleemoſyna onuſti in pauperes eroganda. Hoc anno ſanè centum viginti orizæ ſacci collecti ſunt, quos ipſi diſtribuereſſicur & alia multa pauperibus neceſſaria. Hebdomadæ ſanctæ diebus vſque ad ſanguinem in corpora ſua ſæuière, aliaſque multas pœnitentias fecere; quo ardore Chriſtianorum cōmoti Ethnici incipiunt aurem præbere doctrinæ noſtræ, multique eorum, vt ſuprà dixi, ceruices iugo Chriſti ſubjiciunt.

Cùm iter haberem ab vno propugnaculo ad aliud, multi Chriſtiani

ſtiani ad excipiendum me obuiam prodiere, & inter eos puer decennis eques, eleganti veſtitu, ſic vt ſuſpicarer eſſe filium Præfecti propugnaculi, cumque propiùs mei ſalutandi cauſa acceſſiſſet, dixit ſe eſſe gentilē, veniſſe autem rogatū, vt poſſit fieri Chriſtianus. Vt ventum eſt ad propugnaculum, cognoui parentes eius eſſe Ethnicos, & colendis Chami & Fotochi impensè addictos: itaque diſſimulanter puero reſpondi: quod ille aduertēs, mox primarios quoſque propugnaculi Chriſtianos ſibi adſciuit interceſſores. Sed ego reſpondi illis, quandoquidem parentes ſint gentiles, facilè ab iis ex indignatione puerum adigi poſſe ad palinodiam: itaque puer magno cum dolore à me receſſit. Verū ille non conquieuit, ſed adiunxit ſibi aduocatum filium Toni, eiuſque matrem, & alios. Omniumque tot fuere preces, & ſingulatim vxoris præfecti, ipſiuſque Toni, qui in ſe recipiebant noxam dubii euentus; vt neceſſe fuerit, poſt breuem aliquam ſanctæ fidei doctrinam, eum admittere ad baptiſmum, quod & factum eſt. Petiit deinde à me Agnum Dei, ſed veritus ne in manus parentum veniret, negaui; at ſua arte & induſtria poſtea ab alio Chriſtiano quendam extorſit: & inde ſe contulit ad oppidum, vbi parentes eius habebant ſuos redditus: ipſiſque inſciis, fana Chami exuſſit, & ſtatuas Fotochi comminui mandauit, & in ignem conjici. Parentes rei nouitate vehementer obſtupefacti in puero decenni, percunctati ſunt ab eo, ſcirètne quid egiſſet, & quàm grauiter deliquiſſet in Chami & Fotochi. Puer animo admodum tranquillo iuſſit eos omni vacuos eſſe metu, nihil à ſe mali factum. Fotochi, quos adorarent, eſſe dæmones, & pro talibus habendos: rogare ſe vt aurem præbeant Euangelicæ prædicationi, & baptiſmum ſanctum ſuſcipiant. Hæc filioli concio tam efficax fuit, vt reſponderint, ſe Euangelium audituros: cumque puer illis oſtenderet Agnum Dei obtectum & è collo ſuſpenſum, valde admirati ſunt. Et ambo ſubjecerunt: Cauſa filii hactenus pepercimus noſtris facultatibus; & Bonziis, vt ſuos Chami & Fotochi precarentur pro illo, annuos redditus attribuimus. Verū cùm ille nunc ſit factus Chriſtianus, cura illa opus non erit: itaq; Bonziis illico mercedē illam ademere, magno deinceps deſiderio anhelantes ad audiendā veritatem. At quia mihi tunc erat abeundum, non potui eorum voto ſatisfacere. Puer deſertis parentibus contulit ſe ad propugnaculū, vt ſeruiret Tono, nec parua deinde fuere obſtacula, quo minùs eius parentes audire verbum Dei potuerint. Sed diuino nutu ſub feſtum Aſcenſionis reuerti ad propugnaculum, & tunc eos Chriſtiano baptiſmo expiaui, iamque vitam Chriſtiano dignam

agunt. Vnde liquet, quã mirabilis ſit Deus in vocandis ſuis electis.

In hoc regno Fingenſi vixit quidam Chriſtianus, qui tandem Satana inſtigante fidem deſeruit, & gentilitio more vixit: cuius filius annorum tredecim, quia à puero aliò amandatus eſt ad gentiles, ignarus ſe baptizatum, ſi quando incidebat in Chriſtianos virtute præditos, optabat baptizari; ſed quia propter parentes res differebatur, tandem per hominẽ Chriſtianũ curauit peti facultatem à Patre. Verùm efficacia baptiſmi non potuit diu comprimi. Pater enim homini reſpondit: Nihil opus eſſe ſua facultate, puerum iam olim baptiſmi aqua tinctũ; nec ſe repugnare, quin deinceps vitam Chriſtiano congruentem agat. Dici non poteſt, quãtam adoleſcentulus ex hoc reſponſo ceperit voluptatem: & ilico ad hunc locum Voianum aduolauit; mihique patefecit, ſe perpetuam quaſi mœſtitiam cordi habuiſſe infixam. Se à Patre crebrò vocatum vt cum eo adiret delubrum Chami & Fotochi, ſed bis tantùm ei paruiſſe, cùm aliter non poſſet: ſibi ſemper Fotochi, dum oculos in eum conjiceret, viſum ſimilem dæmoni, & idcirco nec adoraſſe, imò ſe ſemper ab illo, ſicut & à Patre, quòd gentilis eſſet, abhorruiſſe: optaſſe ſe ſemper Chriſto nomen dare, & quoniam ſacri baptiſmi vis iam in ſe prodita eſſet, immenſas ſe gratias Deo optimo maximo agere, paratumque ſe more aliorum Chriſtianorum peccata ad pedes Sacerdotis patefacere, & quoniam a parentibus tanta iniuria affectus eſſet, ſe in poſterum alium Dominum & Patrem non agniturum, niſi Chriſtum; ac ſi ad firmandam conſeruandamque animæ ſalutem neceſſarium videretur, nunquam Fingum redire, ſe id facturum, omniaque reliqua ſecundùm Eccleſiæ iuſſa & leges diſpoſiturum.

In ditione, dicta Cutama, quæ tribus quatuórve leucis abeſt Amacuſa, vbi Pater quidam inuigilat multis Chriſtianorum locis obeundis: ſuperiori anno bis mille confeſſiones auditæ ſunt, baptizati verò ſunt adulti viginti-duo, & in iis duo viri honorati famuli Taicuſu, qui eſt vnus ex maximis Iaponiæ Dominis. Multo iam tempore illi anhelarant ad baptiſmum: ſed veriti ne res diſpliceret illi domino, diſtulerunt. Interea contigit eos venire Nangaſachum, vt Domini ſui negotia quædam tractarent, & à reditu percunctatus eos eſt Taicuſu, factíne eſſent Chriſtiani? reſponderunt, ſe differre, eo quòd non perſpecta ſibi eſſet ipſius voluntas: tum ille ſubiecit, ſi vellent fieri, fierent tempeſtiuè. Itaque Domini conſenſu impetrato, & optima audiendi Euangelii occaſione oblata, ambo libentiſſimis animis ſalutaribus aquis capita ſua ſubdidere.

Idem Pater in quadam miſſione profectus eſt in regnum Saſſumanum, audiendorum ibi Chriſtianorum cauſa, qui inde vel Sian vel Manilam diſcedebant. Iuuenis Chriſtianus, qui in Regni penetralibus morabatur, fortuitò, aut potiùs duce diuina prouidentia, venit expiſcatum, an Pater aliquis in illis locis maritimis degeret; vbi cognouit eſſe, ingenti lætitia deſerta paterna domo, quæ longiſſimè aberat, aduolauit vt Patrem conueniret. Ferebat hic iuuenis ex collo ſub veſtibus effigiem B. Virginis depictam thecæ incluſam, quam emerat à femina gentili, cuius maritus fuerat Chriſtianus, & iam obierat. Viuebat non ſolùm in loco gentilibus referto, ſed etiam habebat parentes & cognatos infeſtos fidei Chriſtianæ inimicos: quocirca etiam à Patre, Matre, & maiore fratre magnas ſuſtinuit perſecutiones & contumelias: nonnunquam eum conſpuebant, aliàs verberabant, vt eum peruerterent, ſed intrepidus iuuenis omnia patienter tolerauit, imagine nunquam, neç nocturnis neç diurnis horis, è collo depoſita. crebrò etiam in cubiculo çlàm ſeſe colligens nixus genibus accepta in manus effigie B. Virginē alloquebatur, fluentibus inter preces vberrimis lacrymis, eamque rogabat, vt conſtantiam & robur in perferendis domeſticis probris à filio ſuo ſibi exoraret. Oratione autem finita imaginem rurſum pectori applicabat. Perſecutio hæc plus anno durauit. Tanta conſolatione perfuſus eſt, cùm ſe abieciſſet ad pedes Patris, confeſſionis cauſa, vt negaret ſe verbis poſſe exponere. Poſt confeſſionem autem dixit, ſe velle in alia Chriſtianorum regna, deſerto patrio ſolo, aufugere, vbi animæ ſuæ tranquillitatem meliùs tueri poſſit.

In quodam regni Saſſumani loco inter gentiles omnes vnus agebat Chriſtianus, cuius vxor totaque familia quoq; erat gentilis: filiola autem octennis, cùm videret Patrem crebrò vacare diuinis precibus, coniectis in eum oculis, vehementer recreabatur. Cùm ergo aliquando Pater iter longinquum nauigio ſuſcepturus eſſet, & familiæ valediceret, filiola comprehenſa veſte Patris cum lacrymis exclamauit: Pater, pater, duc me tecum, & fac me Chriſtianam, atque age, vt viuam inter Chriſtianos, quia mater mea eſt infidelis, & non poſſum cū illa manere. Pater vehementia precum & copia lacrymarum permotus, ſpopondit ſe poſt reditum omnē operam, Deo propitio, daturum, vt & baptiſmum ſuſcipiat, & vitam inter Chriſtianos reliquam tranſigat. Ac vix potuit eam à ſe diuellere, propterea quòd nullus ibi eſſet Chriſtianus, quicum illa de religione Chriſtiana ſermonem inſtituere poſſet.

Gentilis quidam tendens Manilā, aliquot diebus ante reditū

 nauis

nauis in Iaponem, poſtularat baptiſmum, ſed quia ſtatim abnauigandum erat, non potui deſiderio ſuo facere ſatis, & magna conſolatione conſcendens nauem dixit: Etſi nondum ſim factus Chriſtianus, indagabo tamen omnes vias, vt quamprimum fiam, vel certè ſanguinem profundam propter Chriſtum. Accidit, vt nauis delata ſit in oram Chinenſem. Chinenſes ſuſpicati eſſe pyratas, armata manu nauem inuadunt, lethalę vulnus homini, de quo agimus, infligunt, ille coram aliquot vectoribus Chriſtianis occumbens, profeſſus eſt palàm ſe in lege Chriſtiana mori, omnes Chami & Fotochi ceu dæmones abominari, rogaréque omnes præſentes, vt ſe opifici cœli terræque commẽdẽt tanquam Chriſtianum. Iſte baptizatus non fuit, eo quòd nullus ibi adeſſet, qui baptizandi modum calleret, omneſq; boni illi viri exiſtimarunt, deſiderium ſalutis illi ſatis fore ad obtinẽdam ſalutem: nec dubito Deum, qui eſt omnis miſericordiæ fons, pro immenſa ſua clementia, bonam eius voluntatem reſpecturũ.

## DE RESIDENTIA SCHICHINA.

IN inſula Schichi olim verſatus eſt Pater Coſmus Turrianus, qui fuit primus Sacerdos, quem in Iaponiam ſecum duxit Pater Franciſcus Xauerius, ibique hanc vitam cum altera cõmutauit, firma ſpe fretus, omnes in Chriſti Eccleſiam conceſſuros, ſicut & multi tunc per baptiſmi januam conceſsêre: quos alii innumerabiles eodẽ deſiderio accẽſi ſecuti fuiſſent, niſi inſulæ Dominus gẽtilis verbo Dei ſilẽtiũ imperare auſus fuiſſet. Ita nihil effectũ eſt totis annis vigintiquinq;: donec ante paucos annos Auguſtinus Ecunocamedonus mandato Taici inſulam ferro armiſque ſubegit, ac militi cuidam, nomine Vincentio Fuicomondono veteri Chriſtiano, filio Iacobi Fibiæ Rioquies, qui erat vnus ex honoratiſſimis antiquiſſimiſque Chriſtianis Sacaianis, attribuit. Cuius Iacobi ædes inde à primis initiis noſtris præbuere hoſpitium, & in iiſdem ſacrum Miſſæ ſemper factum eſt, & adminiſtrata Chriſtianis Sacramenta, donec noſtri propriam Domum in ea vrbe acceperant. Hic Vincentius, vt talis Patris filius, ſimulatque Auguſtinus Scichinam ditionem cum ſuis opidulis in eum tranſtulit, poſtulauit à P. Viceprouinciale Patrem vnum & vnum fratrem, qui ibi Reſidentiam haberent. Quorum opera omnes gentiles baptiſmo ſuſcepto in cœtum Chriſtianorum adſcripti ſunt. Pro ædificanda Eccleſia locum commodiſſimum, ſuo finitimum, deſignauit:

deſignauit:& erecta eſt Eccleſia ſatis magna, ſi perſecutionis rationem habeamus. licèt ingens lapidum, lignorum, aliarumq; rerum neceſſariarũ materia iam parata ſit ad pulcherrimam Eccleſiam excitandam, cũ omnia impedimenta fuerint ſummota. Hæc Scichina ditio conſtat quatuordecim villis, in quibus exſtant quatuordecim Eccleſiæ:& licèt olim admodum populoſa fuerit, nunc tamen per bella mirè eſt diuexata & exhauſta. Mille octingenti nonaginta tres confeſſione, ac duodecim quidem ſupra quadringentos generali, de tota vita anteacta, omnia peccata expiarunt.

Tonus, qui anno præterito ad bellum Coraianum profectus eſt, quoſdam conſanguineos cum vxore in ditione reliquit, qui patriam gubernarent. Hæc mulier ab ineunte ætate baptizata fuerat Sacai, factiſque ſemper oſtendit ſe in fide Chriſtiana animoſam & conſtantem. Toto autẽ illo quadriẽnio, quo bello Coraiano diſtentus fuit maritus, velut erat nobili orta proſapia, ita tanta prudentia rem familiarem adminiſtrauit, vt licèt quadraginta ancillis pro re domeſtica curanda vteretur, nunquam tamẽ vlla inter eos extiterit diſſenſio, vel praui exempli nota. Vnde cùm præclarè Marthæ officio feciſſet ſatis, conſilium cœpit de officio quoque Mariæ non negligendo, atq; eo ordine omnia diſpoſuit, vt ipſa cum omnibus feminis ter quotidie vacaret orationi, manè, à meridie, & veſperi. Nocte poſt factum conſcientiæ examen in Oratorio ſuo flexis genibus recitabat Litanias, & omnes feminæ reſpondebant. Quotidie audiebat ſacrum Miſſæ, & lectionem aliquam ſpiritualem, vel res geſtas Sanctorum audiebat vel legebat. Confitebatur & communicabat frequenter, & idem volebat facere alios ſuos. Die Veneris faciebat diſciplinam, & ieiunabat, atque alia plura ex deuotione faciebat. Hebdomade ſancta occultè ſe ad ſanguinem vſque cædebat, ſic prorſus, vt de moderatione admoneri debuerit. Sicut ad miſericordiã à natura propenſa eſt, ita in eleemoſynis faciendis aſſidua eſt, & perliberalis.

Maritus ex Corai miſerat damaſcenos pannos variorum colorum elegantiſſimos & magni pretii, ad filios alióſque domeſticos veſtiendos: verùm illa, licèt iuuenis, exiſtimauit potiùs illos in vſum Eccleſiæ conuertendos, & conficiendas tres vel quatuor, quas vocant, caſulas, frontalia, pluuialia, aliáque ornamenta pro hebdomade Sancta: miſit quoque pecuniam ad comparandas candelas in vſum ſacri cenotaphii. In feſto Sacramenti, poſt ſumptum Domini corpus, quoniam aliud non habebat, obtulit veſtem admodum pretioſam, qua nunquam vſa fuerat, eáq; aram

B. Virginis ornatu neceſſario inſtruximus. Alias miſit cingulum argenteum. Denique ſic addicta eſt Eccleſiæ, vt quicquid munerũ aliunde accipit, id vel totum vel magnam partem transferat in vſum ſacrum. Si quando etiam odoratur Patrem vel fratrem veſte aliqua opus habere, ſtatim eam impertit. Certè illa, tum ſancta hac & pia viuendi ratione, tum aſſiduis precibus & meritis, apud Deum impetraſſe videtur, vt maritus è bello maximiſque & apertiſſimis periculis ſaluus & incolumis redierit. qui ſimulatq; è naui egreſſus eſt, non ad ædes ſuas, ſed ad Eccleſiam rectà ſe contulit, & humi proſtratus ante altare Deo Domino noſtro cũ multis lacrymis gratias egit, pro beneficiis è diuina eius manu acceptis: ac deinceps ſedulus in frequentanda confeſsione & communione extitit. Ex Corai aliquoties ſcripſit in Scichi ad ſuos famulos, ſi nulla re vellent grauare conſcientiam ſuam, omnia facerent ex conſilio Patris; petiueratque à Patre, vt libere eos in omnibus cõmonefaceret, ne fortè alicubi peccarent. Legis diuinæ præuaricatores, aut qui aliis ſunt ſcandalo, conjicit in carceres, vnumquẽque vult ſecundùm magnitudinem delicti puniri; pacificaque ſua gubernatione rem Chriſtianam promouet plurimum. Natalitiis feriis, miſertus pauperum qui è longinquis locis magno numero occurrerant, omnibus affatim ciborum ſubminiſtrari juſſit.

Tota Quadrageſima nihilo diſcrepauit ab hebdomade Sãcta: nam non feria ſexta tantùm, ſed etiam magna parte ſeptimanæ factæ ſunt diuerberationes ad ſanguinem. Pœnarum varia genera omnes, vſque ad pueros ipſos, ſponte ſubiere. quidam ſe alligabãt cruci, & brachiis bina ſaxa appendebant, vt difficulter progredi poſſent; alii ſe in limen Eccleſiæ abjecerant, vt pedibus ingrediẽtium calcarentur: quod magnam multis attulit admirationem, maximè quòd nullus eis autor talia faciendi fuiſſet.

Tonus in Quadrageſima quoque die Veneris poſt ſacrum pedes viſebat aliquot villarum Eccleſias. Deinde juſsit omnes conſanguineos & famulos congregari, vt illis capita quædam de modo confitendi prælegerentur, vnde factum eſt, vt de multis aliis piis rebus ſermo inſtitueretur. Die Iouis ſancto multi cõmunicarunt, Tonuſque ipſe nõ modò omnibus interfuit officiis, ſed etiã totam noctem magna religione conſumpſit in cuſtodienda ſacra Euchariſtia.

Sabbato ſancto elegans erectum eſt baptiſterium, in quo plures ducentis ſalutaribus ſunt expiati aquis, tum qui illius erãt patriæ, tum qui ex Regno Fingenſi aduenerant. Ex quibus nonnulli erant, quibus multis iam annis annunciatum erat Euangelium, &

tamen

tamen nunquam cultu idolorum abſtinuerant: nunc verò, poſt verbum Dei auditum, baptiſmi Sacramento ſe ſubdidere, & tantam affectionem deinceps ad Chriſtianam religionē declararunt, vt nullius alterius rei illos ampliùs pænituerit, quàm quòd tot retro annis tot meritorum jacturam fecerint.

Et quoniam his in locis vberrimus eſt Sodalitatum fructus, hoc anno 96 fundamenta jacta ſunt nouæ confraternitatis, cuius caput erit Tonus ipſe: officia autem illius ſuſtinebunt viri genere nobiles. Tonus inita præfectura mox conſtituit, vt 20 orizæ ſacci erogarentur in pauperes, cæteri quoque pro ſua quiſque facultate in eundem finem aliquid communicarunt. Tertio poſt inchoatam ſodalitatē menſe eximius eius fructus ſe prodidit: licèt enim in illa multi ſint pauperes, tamen omnes gaudent ſe anſam habere exercendæ miſericordiæ. A tribus milliaribus confluunt, vt officio defunctorum interſint. Ex iis, qui vxores ſuas repudiarant, & alias duxerant, erant nonnulli, quibus conſtitutum erat potiùs mori, quàm ad priores redire vxores: & tamen, vt aditum ad hanc Confraternitatem obtinerent, ad priorem cum magna omnium ædificatione reuerterunt. Chriſtiani, qui in villis degunt, vt cognouerunt in Scichi (qui primarius eſt locus & ſedes Toni) eſſe ſodalitatem inchoatam, ab omnibus etiam atque etiam poſtularunt in eam admitti. Erat in inſula villa plena ruſticis piſcatoribus, qui ob ingenii ſtuporem parum erant doctrinæ Chriſtianæ capaces, ac cultui idolorum ita addicti, vt quædā etiā idola domi clàm tenerent: ſed tandem veritate cognita errorem agnouere, magnáque doloris de peccatis prætetitæ vitæ teſtimonia dedere, ſic prorſus, vt publicè etiam in Eccleſia in ſua corpora flagris deſæuierint. Dum hæc fiunt, raró contingit in Iaponia, vt idola ſua abſcondant, nec faciunt niſi homines ruſticani & abjecti; nam cùm Iaponii ferè viuaci ingenio judicióque ſint præditi, ſimulatque aures præbent catechiſmo, videntque doctrinæ Chriſtianæ veritatem euidenter demonſtrari, partim ſua ſponte vel idola comminuunt, vel in flammas conjiciunt, partim, quod à pluribus fit, ad Patres & fratres adferunt publicè exurenda. Piſcatores iam dicti, quoniam pauperes ſunt, & à natura ſimplices, conſuêrant & feſtis diebus piſcari, ſed cùm de ea re moniti eſſent, vt ob inopiam rei familiaris non ceſſarent, factum eſt, vt nihil piſcium ceperint, diebus autem feriatis copiam tantam, quantam alias nunquam: atque ea de cauſa & firmiores in fide & in feſtis celebrandis facti ſunt religioſiores.

In alia villa magna nonnulli erant, qui nondum ex animis penitus

nitus cuulſerant idololatricas cogitationes, ſed quando eos cupido cepit nomen dandi Confraternitati Domini noſtri, velum ſuperiorum errorum ab oculis eorum ſummotum eſt, & cœpere alii ex montium cauernis, alii ex arcis ſuá producere idola, numero circiter viginti, & in omnium præſentia, agnito errore, Vulcano tradere. Ipſo Aſcenſionis D. N. feſto, (quod primũ fuit Cõfraternitatis) quadringẽta nomina in eã relata ſunt: ac vt feſtũ illud ſolenniore ritu & pompa celebraretur, P. Rector è Collegio aliquot fratres miſit, qui ſacrificium Miſſæ cum inſtrumentis muſicis peragi curarent. Tonus cum tota familia aliiſque multis confeſſus eſt, & communicauit. Magnus ex illis cõcurſus eſt factus, nec ſine concentu muſico; quo alii aliis, more ſuo, congratulabantur. Eodem die plus quàm quingentis egenis epulum datum. Dominus noſter, pro ſua admirabili ſapientia, populum hunc iuuat iuxta rationem fidei vniuſcuiuſque, alios ærumnis & morbis monendo, alios caſtigando, vt in fide confirmentur; & bono aliis ſint exemplo. In his villis, quia nulli ferè ſunt medici, homines perfugium extremum ad Chriſtianum quendam, cui Eccleſiæ cura incumbit, habent, & ab eo morborũ ſuorum poſcunt antidota: qui vbi videt pauperes tanta contentione vrgere auxilium, alios remittit ad miſericordiæ diuinæ theſauros, aliis præſcribit, vt nonnihil aquæ luſtralis bibant, & certas aliquot preces recitent, aliis verò, vt paululum ligni ex arbore, in qua ſuperioribus annis apparuit crux, in aquam immergant: atque ita in tribus quatuórve villis viginti vel triginta è tertiana febri integram ſanitatem recuperarunt.

Feminam quandam, poſt ſuperſtitioſos quoſdam ritus exhibitos, inuaſit iure ſuo dæmon, verùm illa ex nimiis doloribus clara voce exclamante, dęmon quidem exceſſit, ſed eam penè mortuam dereliquit. Factis autem exorciſmis, & aqua benedicta ei porrecta, ad ſe rediit, ac de anteactæ vitæ lapſibus dolendo viam omnem deinceps Satanæ occluſit.

In villa quadam cùm ruſticus quidam admonitus eſſet, ne die Veneris veſceretur carnibus, illeque admonitionem contemneret, factũ eſt, vt poſtea miſer ille ex arbore delapſus factus ſit claudus: cuius rei cauſam villani dicto peccato attribuere.

Tribus aliis in alia quadam villa Chriſtiana, qui vitam parum fidei congruentem ducebant, infauſti caſus accidêre. Vni vterque pes, alter brachium confractum eſt: Tertio ſingularis quædam corporis deformitas contigit. Omnes autem agnita culpa vitam correxere.

Mulieri

Mulieri cuidam piæ maritus erat in rebus ad ſalutem animæ attinétibus æquo languidior;vnde diuino iudicio euenit,vt agros eius inuaderent vermes, qui omne ſemen ſic arrodere ſolent, vt nulla reliqua ſit ſpes meſſis. Mulier verò, vt hanc peſtem auerteret,contulit ſe ad Eccleſiam,& toto pectore promiſit Beatiſs.Virgini ſe certum orationum penſum perſoluturam. Vt rediit, omnes vermes inuenit,nullo detrimento allato, mortuos. Quo euẽtu obſtupefactus maritus, deinceps in colendo Chriſto cœpit eſſe ardentior.

Adoleſcens quidam,cùm ſodalitati adſcriptus fuiſſet, rem habuerat non publicè,ſed clàm tantùm cum coniuge aliena: vbi res ad Confraternitatem perlata eſt, Superior, qui eſt quaſi primarius quiſpiam aulæ præfectus, hominem monuit de peccato. Sed quia non ſe correxit,propter alia quędam delicta in vincula coniectus eſt. Cumque mortis ſententia in eum lata eſſet, Eccleſiæ quidem interuentu vita ei condonata eſt, ſed exilii pænam omniumque bonorum iacturam defugere non potuit.

Celebris quidam Magus, dæmoni admodum familiaris,ad villam quandam dictam Futaie ſeceſſit, vt pauperes quoſdam rudes & imperitos deciperet.Res defertur ad Chriſtianum Eccleſiæ curatorem; is illico monet omnes Chriſtianos, ne eum hoſpitio ſuſcipiant. Vnus ſuſcipit; ſed diuina vltio non diu abfuit. Filius eius ſubmerſus eſt in aquis , eo loco vbi nullum erat ſubmerſionis periculum: inſequenti verò luce ingens ſaxum è monte deuolutum eſt in eius domum, hominemque ſuo caſu ita obtriuit, vt vix viuus,à populo Chriſtiano,qui mox vndique ad fragorem auditum accurrit, & crimen dictum ei exprobrauit, è ruinis extrahi potuerit.

In eadem villa Futaiana aliud accidit relatum à Sene optimo Chriſtiano, qui in Eccleſia omnium fidelium perſonam ſuſtinet. Mos eſt operariorum illius ditionis,tempore pluuio, vaſis aquam excipere, qua ſudo cœlo irrigare poſſint hortos & agros. Quoniam autem aliquando cõtigit vaſa,licèt plena , nullam reddere, etiam poſt omnia impedimenta remota, aquam; vocarunt veneficum,qui ſuis ritibus diabolicis & inuocationibus ſuperſtitioſis effecit,vt defluxerit, idq; in multos annos perdurauit. Hoc verò anno cùm ruſtici in Beatiſſimæ Virginis Confraternitatem adſcripti eſſent, & anteactæ vitæ lapſus erroreſque cum dolore animi patefeciſſent ; ac ſtato tempore ad excipiendam aquam neceſſariam reuerſi animaduerterent more ſuo non defluere,

non iam ampliùs ad Magos, ſed ad Eccleſiam confugêre, certioremque de tota re fecerunt ſenem, eumque etiam atque etiam rogarunt, vt ipſe preces aliquas ſupra vas aquæ recitaret, ſe iam magicis ſuperſtitionibus nuncium remiſiſſe. Senex purgauit ſe quantum potuit, & re conſiderata in hunc modum ſecum eſt ratiocinatus: Si aqua Deo annuente fluxerit, Chriſtiani fortiores robuſtioreſque in fide reddentur: ſi autem ob mea peccata non fluxerit, multi in fide refrigeſcent; & pluris facient fraudes & veneficia Satanæ, quàm ritus & preces ſacras. Tandem tamen exiſtimauit eorum voto ſatisfaciendum; multiſq; eius loci Chriſtianis comitantibus ad locum cōtēdit, & primū flexis genibus Litanias de Sanctis deinde Symbolum Apoſtolicum recitauit, ac mox nulla difficultate aqua per canalem effluxit.

## DE SEMINARIO ARIENSI.

HOc anno in Seminario de Societate vixêre ſedecim, quinque Patres & vndecim fratres. Pater quidam cùm fratre vacat inſtituendis Chriſtianis. Alii verò concionibus, confeſſionibus, excurſuque per villas hos nouos Chriſtianos, quoad per Seminarii occupationes licèt, juuant. Quo ſtudio & ſimul Confraternitatis beneficio factum eſt paulatim, vt hoc anno ſepties mille & ſeptēdecim confeſſiones ſint factæ; Patréſque omnès caritatis rationes inierint, vt etiam illi, qui nūquam antè hac Sacramentum hoc vſurparant, adducerentur, ac vt tam ſenes quàm juuenes ad certas orationes memoriæ mandādas permouerētur. Qua opera non dubitamus factam rem Deo gratiſſimam.

Numerus eorum qui in Seminario degunt, hoc anno, quā ſuperioribus, major eſt: attingunt enim vigeſimum primum ſupra centeſimum, è quibus nonaginta tres ſunt diſcipuli, reliqui, etſi litteris operā non dent, tamen exercitia tractant, quæ multū proſunt Chriſtianæ religionis propagationi. Hoc anno puer vnus Seminarii relictis multis ſanctitatis ſignis obiit.

Seminarium in quatuor claſſes diſtributum eſt, & ſcholā, qua ars ſcribendi traditur. In vna earum traduntur antiquitates Iaponicæ, iis qui curſum Latinæ linguæ abſoluerint: quod admodum vtile eſt, non tantùm ad habendas conciones, ſed etiam ad agendum cum Iaponiis antiquitatum Iaponicarum gnaris. Tres reliquæ claſſes ſunt Latinæ linguæ. Alii clerici exercent ſe in pingendis imaginibus in oleo, quod ſanè affabre faciunt, vt cognoſci

potuit ex iconibus ad V.P. aliàs miſſis: alij incidũt eas in æs, & varia exemplaria ex Europa allata accuratè imitantur. Multi item in Seminario ſunt, qui variis inſtrumentis tam ſcitè & peritè ludant, vt omnes admirentur. Quotidie horas definitas habent, tum cantu firmo exercendo, tum etiam pulſando organo. Officia diuina magna deuotione celebrant, cum omnium non noſtrorum modò, ſed etiam externorum; qui præſentes ſunt, conſolatione. P. Viceprouincialis hoc anno 95 ad Seminariũ deditâ operâ profectus eſt, vt quindecim eius loci alumnos in Societatem reciperet, Luſitanos quinque, & Iaponios decem. Seminarij diſcipuli in aduentu eius multa affixere ænigmata, verſus, & orationes Latinas, quæ res omnibus ſummam attulit voluptatem. Multi alii etiam atque etiam in Societatem admitti petiuere; ſed, quia in admiſſione accuratè examinantur & probantur eorum dotes inſtituto Societatis congruentes, oſtium illis nondum patefactum fuit. Multi ſic litteris addicti ſunt, vt deprehenſi ſint in mediam noctem chartis inuigilaſſe. Ad fouendum autem hunc ardorem per annum multæ orationes Latinæ habentur, lectiones & compoſitiones inſtituuntur, & præmia in eos, qui cæteris antecellunt, diſtribuuntur. A Seminarii auditoribus hoc anno duo dramata Latinè data ſunt, alia præterea lingua vulgari, ac vtraque quidem cum magna omnium ſpectatorum voluptate. Quamobrem magna nobis ſuppetit gratias Deo agendi materia, quòd in has partes, tã ab orbe Europæo remotas, inductas videamus iſtas Societatis noſtræ exercitationes. Ac ſanè ita iam in perorando quidam ſunt exercitati, vt dum locus idoneus occurrit, non ſe modò ipſos, ſed auditores quoque ad vberrimas lacrymas vi dicendi permoueant. Quotquot autem liberos habent in Seminario, nullum finem faciunt gratias agendi Deo, quòd tantum, tum in Dei rerumque diuinarum, tum litterarum quoque cognitione, progreſſum fecerint. Eò cùm vnius parens nuper veniſſet, omnibus & ſingulis pueris aliquod munuſculum impertiuit. Vt autem addicti ſunt ſtudiis litterarum, ita imprimis vacant legendis Sanctorum hiſtoriis. Frequentatione ſacramentorum, & maximè Confeſſionibus generalibus, maximè pietatem ſuam alunt & promouẽt. Triginta ex eorum numero Concilij Tridentini Catechiſmum pro Parochis factum audierunt, non ſine eximio fructu, vt apparet ex concionibus quas faciunt, & ex doctrina Chriſtiana tradita in vicinis circum Arimam locis.

Hoc anno 20 primæ claſſis auditores abſoluere linguæ Latinæ lectiones, cum tanto fructu, vt non ſolùm officio Magiſtro-

rum fungi,ſed etiam rem Chriſtianam egregiè iuuare &ſuſtenta-re poſſint. Rebus piis & ſpiritalibus admodum ſunt addicti: vnde cùm in feſto Natiuitatis Chriſti excitaſſent præſepe admodum elegans,nullus fuit, qui non puero IESV, quicquid præſtantiſſimum haberet,offerret:imò quidam obtulere diſciplinas, cilicia, & orationes pro Eccleſiæ Iaponicæ neceſſitatibus. Et quoniã frequenter de rebus ſpiritalibus collatio ſermóve inſtituitur,omnes animo admodum ſunt tranquillo & quieto. Tempus recreationis impendunt rerum Eccleſiaſticarum cantu,& variorum inſtrumẽtorum pulſatione. Hoc Seminarium, ob hanc viuendi rationem, tam bene vbique audit,vt multi adoleſcentuli deſertis parentibus è longinquis locis huc ventitent, vt poſtulent admitti in Seminarium,alii etiam ad P. Viceprouincialem ea de cauſa confugiant: nec Iaponij ſolùm,ſed & Luſitani.

## DE COLLEGIO ARIMENSI EIVSQVE RESIDENTIIS.

IN vrbe Arima ſita in pede propugnaculi Arimondoni, præter P.Rectorem,ordinariè degit Sacerdos vnus cum vno duobúſve fratribus. Reliqui verò Patres & fratres in alias Reſidentias ſunt diſtributi,ordinariis ſuis occupationibus diſtenti. Hoc anno baptizati ſunt Arimæ homines adulti 180,præter infantes qui cõtinenter baptizantur. Confeſſi autem ſunt 6514. communicarunt duo millia,eoque plures.

Tempore Quadrageſimæ magnus extitit ardor,multæ flagellationes vſque ad ſanguinem. Quoque die Veneris ſermo habitus eſt de Paſſione, quo abſoluto Chriſtiani vnà ſimul faciebant diſciplinam. Idem factum in villis circum Arimam,opera Patrũ,Fratrumque,& clericorum,qui eodem die varia loca obibant.

Beatiſs. Virginis Sodalitas Chriſtianis magnum fructum attulit,maximè per ſacramentum Confeſſionis. nullus enim ad eam admittebatur, cui non perſpecta eſſent præcipua quæque fidei Catholicæ myſteria:dum enim Pater per villas diſcurrit,fratres & Clerici dant operam rudiorum inſtitutioni. Poſt Miſſam ordinariè habetur Concio; veſperi autem de concione audita collatio, cum magno ipſorum fructu.

Patri exiſtenti in villa quadã nuncius affertur, anum plus quã ſeptuagenariam laqueo ſibi vitam ſuſtuliſſe : laqueũ quidẽ quoſdam præcidiſſe,cùm rem perſenſiſſent,ſed humi delapſam nihil ſe commouiſſe. Poſtea tamen quia ſigna quædam præſentis adhuc

animæ

animæ dedit, Pater re cognita, licet longè ab eo loco abeſſet, nocte ad eam ſe contulit, & cùm ſpirantem reperiſſet, confeſſionem eius audiuit, & ſic è vita exceſſit.

Pater quidam, dum iter inſtituit ad ægrum confeſsionis audiēdæ cauſa, euocatur ad alium item ægrū: cōfeſsionem eius audiit, & paulo pòſt animam Deo reddidit. Prior verò æger, cuius cauſa fuerat euocatus, facta confeſsione integræ ſanitati eſt reſtitutus.

Feminæ duæ multis annis ſua aliarumque opinione habebantur pro Chriſtianis; & aliquoties vſæ erant Pænitentiæ Sacramēto: diuino tandem nutu factum eſt, vt pateſieret, eas nunquā fuiſſe baptizatas. itaque baptizatæ ſunt in ætate admodum prouecta, ac pro hoc ſingulari beneficio immenſas Deo gratias egere.

In ditione Arimana, etſi in loco, dicto Tataqu, nondum in priſtinum ſtatum ſimus reſtituti, tamen recenter erectæ ſunt duodecim Eccleſiæ, eæque ferè omnes ſatis amplę & capaces; in quo opere Chriſtianorum imprimis, atque etiam mulierum, quæ lapides cum magna voluptate ſua ſponte apportabant, induſtria apparuit.

Maxentia ſoror Arimondoni, iam vidua, olim Status Iſafai, qui eſt inter Arimam & Omuram, Domina nobiliſsima, quę ante annos ſeptem Chriſtiana ſacra ſuſcepit, hoc anno *96* in Domino obiit. In cuius vita & morte quanta ſanctitas eluxerit, ex litteris P. Rectoris Arimani hìc deſcribā: Heri, inquit, qui fuit dies S. Marco ſacer, terrę mandauimus Maxentiam, magno tum vrbis totius tum noſtro etiam luctu: ſuæ enim virtutis odorem longè lateque in omnes homines ſparſerat: etſi luctum illum non parum imminuit mors eius ſanctiſsima. Ego pauca tātùm, quæ de ea ſuperioribus hiſce annis didici, annotabo. Tanto deſiderio flagrabat placendi Deo, vitamque ad ſanctiſsimarum quarundam legum normam ſic adaptabat, vt in religioſorum numero omnium religioſiſsima meritò videri poſſet. Magnos progreſſus in rerum diuinarum cognitione earundemque intimo ſenſu fecerat: ſubmiſsione ſui inter pares excellebat. Poſtquam continenter cœpit apud me errata ſua in confeſsione explicare, deprehendi in ea inuſitatam ſolicitudinem procurandæ ſuę ſalutis, quam cum temporis progreſſu etiam auxit. Nihil per hoc omne tempus vnquam ei indicaui de rebus ad gubernationem tanti populi, cui pręerat, attinentibus, quin libentiſsimè obſecuta ſit: ea promptitudine declarans, ſe oculos mentis in vnam Dei gloriam animęque ſuæ ſalutem habere defixos. Tam purā habebat cōſcientiam, vt lapſu quantumuis minimo eam fœdari putaret: itaque ſimulatque vel

minima dubitatio de re aliqua incidiſſet, faciendáve vel omittenda eſſet, ilico ad Eccleſiam confugiebat, vt conſilio Patrum vteretur. Atque hanc rationem vitæ inde à recepto primùm baptiſmo tenuit vſque ad initium præteritæ Quadrageſimæ, in qua videtur ſpiritus ſanctus ampliorem in eam effudiſſe gratiam, vt ſic eam quaſi compararet ad profectionem in cælum. Nam tanto deſiderio ſalutis & vitæ æternę tunc accenſa fuit, vt nec finem nec modum, tam pœnitentiæ quam deuotionis Chriſtianę exercitationibus, poneret. Quotidie, nullo frigoris aliorúmve incōmodorum reſpectu habito, ſacro Miſſæ intererat: nec domum niſi auditis omnibus, quę in Eccleſia fiebāt, ſacris repetebat. Valde dedita erat ieiunio, & mortificationi in prætermittendis iis rebus, quas alioquin licitè facere poterat. Licèt multa bona faceret, parum tamen ſe feciſſe arbitrabatur, & idcirco a Patribus ſępe petebat, quid ad Deo magis placendum facere poſſit: à piis etiam feminis ſedulò expiſcabatur, quid ipſę facerent ad conciliādum ſibi diuinum fauorem, vt eas imitaretur. Votum caſtitatis ediderat. Quoque menſe poſt factam confeſſionem ſingulari animi ſenſu ſanctiſs. Euchariſtiæ ſacramentum ſuſcipiebat. Exacta quarta Quadrageſimæ hebdomade, voluit confeſſionem inde ab anno ſuſceptæ Chriſtianæ religionis iterare. Aſpero cilicio noctu diuque carnem domabat, aliquot dies ſine vllo cibo, reliquos vero tenuiſſimo, nēpe cruda oriza nonnihil in aqua madefacta, trāſigebat. Qualibet nocte in corpus ſuū licèt tenellum flagro graſſabatur, ac bis quidem vſque ad ſanguinis profuſionē. Toto Quadrageſimæ tempore bis templum adiit, manè & veſperi, ac veſperi quidem aliquoties venit pedibus nudis. Lecto nunquam per dies eoſdem vſa. Ante mediam noctem euigilabat, & vſque ad ortā lucē orationi inſtabat. Vtebatur libro, in quo idiomate & charactere Iaponio deſcripta erat Chriſti Domini noſtri Paſsio: eamque magno cum pietatis ſenſu nocte perlegebat innixa columnæ domus, in qua non ſemel deprehenſa eſt tenens manu librum, cū arctus eam ſomnus legentem corripuiſſet. Hoc viuendi tenore tantam admirationē toti ciuitati huic attulit, quæ ſciebat eā in ſummis voluptatibus, vt ſolent nobiles quęque feminę in Iaponia, educatam & enutritam: vt Domino Deo placuerit, ad meritum augendum & parandam maiorem coronā in cælo, eam pluſquam quadragenariam tandem dejicere in lectum, quod factum eſt feria quarta hebdomadæ ſanctæ, qua ad communionem diei inſequētis ſe comparabat. Cùm autem ad Eccleſiam per morbum ei ire non liceret, multis verbis vſque ad extremum ſe doléter illud ferre oſten-

re oſtendit. Tam graui autem ęgritudine decubuit, vt intra dies quindecim ſpiritum Deo reddiderit, inter dolores corporis vehementiſſimos tanta patientia vſa, vt nullum vel minimum ſignum impatientis animi dederit, ſed iuges Deo gratias egerit. Vno ante mortem die, cùm cuperet per confeſſionem Deo reconciliari, Pater ex ea percunctatus eſt, num haberet aliquid, quod conſcientiā contriſtaret? reſpondit nihil, niſi quòd corpore Dominico nō cōmunicaſſet. Poſtero die, cùm mihi indicatum eſſet morbum idētidem ingraueſcere, adii illam, & animaduerti eam morti vicinā: cumque cæpiſſem de rebus diuinis ſermonem inſtituere, nō aliud illa loquebatur, quàm de gratiis Deo agendis, & nunc nomen IESV, nunc MARIAE inclamabat. Cùm verò animarem eam ad piè moriendum, non ſolùm non dolorem vllum concipiebat ex commemoratione mortis: ſed me etiam plurimum ſolabatur, reſpondens: Pater iam tempus prę́ſtò eſt. Sic enim fidem, ſpem, & voluntatis ſuæ cum diuina conformationē declarabat. Cùm hora mortis adueniſſet, trium Dominicarum orationum & ſalutationum angelicarum ſpatio, vt mihi viſum eſt, conticuit, & ſic magna cum quiete, nullo motu, vel capite, vel manibus, vel ore, ſed nec vllo alio ſigno edito animam efflauit. Priuſquàm expiraret, manui eius impoſui calculū benedictum, illaq; ter dixit IESV, MARIA, ad conſequendam Indulgentiam plenariam. Hic fuit vitæ huius piæ Maxentiæ exitus, qui nullum non ad lachrymas commouit. Atq; hæc mihi ſcribenda occurrerunt, ad conſolandos tum noſtros, tū Chriſtianos, qui eam cognouerunt, & ad gratias Deo agendas, qui nouit electos ſuos tātis opibus cœleſtibus locupletare. Patres noſtri ſeptendecim Miſſæ ſacra in eius ægritudine & morte dixere, eamque in Eccleſia noſtra loco idoneo humauere.

## DE RESIDENTIA CINGIVÆ.

IN hac reſidentia hoc anno confeſſi ſunt homines 1604, cōmunicarunt 180, in facie Eccleſiæ Matrimonij ſacramento copulati 192, baptizati 212. Subjiciam quædam quæ accidere: Dæmon obſedit feminam quandam, eamque vehementer diuexauit, ementiendo ſe eſſe eius matrem, ipſam a ſe prima ætatula educatam, ac tandem matrimonio traditam: cumque, inquit, me ſuſtentare nollet in gentilium ditionem, ad cognatos coacta ſum diſcedere: vbi, dum ad extremam vſque ætatem vixiſſem, ſemper flagraui deſiderio moriendi in regione Chriſtianorum, ac coacta ſum mori inter gentiles. Quod verò peius eſt, illa nunquam pro ſalute animæ meæ vel vnam orationem Dominicā aut ſalu-

tationem Angelicam recitauit, & idcirco iam conſtitui tantum ſcelus vlciſci, eamq; affligere. Quę cùm Chriſtiani audierint, imperabant Dæmoni, vt ex illa excederet, aduocaruntque Patrem vt ei confiteretur de peccatis, verùm illa noluit. Pater vt aduenit, humeris eius impoſuit Breuiarium ſanctę memorię Beati P. Franciſci Xauerij, ac paulo pòſt dęmon faſſus eſt, ſe non poſſe diutius ibi hęrere, ſe velle diſcedere; licèt dum Chriſtiani inſtarent, vt excederet, reſponderit ſe iam eſſe decrepitam, & ideo non poſſe diſcedere. At tandem diſceſsit, mulier autem valde feſſa & afflictata fatebatur, ſe nihil omniũ, quę à pręſentibus narrabantur, meminiſſe. Alius ſimiliter Chriſtianus in rebus ad ſalutẽ animę pertinentibus admodum languidus, beneficio eiuſdem Breuiarij applicati, ilico liberatus eſt a dęmone, qui eum grauiter diuexabat.

Adoleſcentulam quandam Chriſtianam, cuius maritus in bellum Coraianum contempta confeſsione abierat, ibique è vita exceſſerat, occupauit nequam ſpiritus, multa arcana producens, ſic vt multos eam ob rem terreret Dicebat autẽ: Ego ſum huius feminæ maritus, in Corai mortuus, & admodum dolui, quòd Patris conſilium de Confeſsione facienda reſpuerim: ſeptem mecum mortui ſunt, & omnes deturbati ſunt ad inferos: ſolus ego, qui clara voce inuocaui nomen Iesv & Mariæ, perueni ad Purgatorium: rogo itaque tum Patrem, vt pro me vnum ſacrum faciat, tum parentem meum, vt nomine meo crucem erigat, vt liberer ex hoc loco. Hæc femina iam nupſerat alteri. Pater vt collo eius iniecit idem Breuiarium, mox dæmon aufugit, & femina permanſit ſana, confeſſa eſt, & ſecundo marito copulata.

Fuit & alia quatuordecim vel quindecim annorum dirè ab eodem ſpiritu, exceptis lucidis interuallis, afflictata: ſed cùm Chriſtianus quidam, comitantibus conſanguineis, qui remedium poſtularant, eam duxiſſet in Eccleſiam, & Breuiarium dicti Patris illi applicuiſſet, ſpiritus eam confeſtim deſeruit, & incolumem atque immunem ab omni vexatione reliquit.

In alio loco, dicto Iamada, cùm adoleſcens Chriſtianus quindecim aut ſedecim annos natus frequentiùs à dęmone torqueretur, Bonzius eius patruus primùm conatus eſt dæmonem ſuis gẽtilitiis ritibus & vanis deprecationibus ad Chami & Fotochi depellere; ſed cùm irritum videret conatum, piæ cuidam Chriſtianæ ad ſe ex vicinia accerſitæ totius rei ſucceſſum percenſuit. Illa bona ſua fide freta Agnum Dei in obſeſsi collum iniecit, & manus pedeſque fune ſacris verbis benedicto illigauit. Tum dæmõ mox exclamare: Soluite me, & mox exceſſero. Reſpondit femina:

Priùs

Priùs te torquebo, & ſi non promiſeris te diſceſſurum, non te ſoluam. Sic fecit, & juuenis liber à dæmone corporeque integer euaſit.

In loco, dicto Moriama, octogenariam anum gentilem iam in tertium annum lecto affixam inuiſit Chriſtianus, cui Eccleſiæ cura eo loci incumbebat, in ſanctæ noſtræ fidei myſteriis inſtruxit, & ad Chriſtum confitendum adduxit. Vnus è Patribus noſtris, vocatus, eam ſalutari aqua perfudit, animaque eius poſtera luce ad cœlos euolauit.

Alia quoque femina gentilis cùm dictum Chriſtianum morti proxima euocaſſet, nec tempus ſupereſſet vocandi Patrem, ab eodem, quantum temporis permiſit anguſtia, & breuiter in doctrina Chriſtiana inſtituta eſt, & baptiſmi ſacramento expiata. Quo facto mox è vita exceſſit.

Annoſus quidam ſenex, qui manu victum parabat, grauiſſimis vexatus doloribus, cogitabat ſibi vim inferre, ignarus quantum crimē ea re committeret. Idem Chriſtianus aliquoties hominem conuenit, ſed quia ſurdus erat, putabat nullo modo eum poſſe de peccatis confiteri. Fortè autem accidit Patrem huius Reſidentiæ iter per hunc locum habere, eaque occaſione hūc ſenem, quem iam olim nouerat, inuiſit. Ergo animat eum ad confeſſionem; diuina gratia mirabiliter adjuuante intellexit; cōfeſſus eſt, & mox animam Deo reddidit.

## RESIDENTIA SCIMABARÆ.

A Peccatis expiati hoc anno ſunt 6410. Cœleſti pane refecti 600. Aſperſi piaculari aqua adulti 653. Eccleſiæ nouæ excitatę quatuor. Qui priore vxore repudiata alteram ſuperinduxerant cum magno offendiculo cum prima, ſunt recōciliati; infeſtis odiis diuulſi, vinculo caritatis deuincti; Omnes multum beneficio Confraternitatum proficiunt. In ditione Mijæ cū grādis quædam Eccleſia, multorum hominum capax, ipſorum ferè Chriſtianorum ſumptibus ædificaretur, etiam feminæ operā ſuā in apportandis lapidibus, & lignis è ſiluis aliiſque rebus ſecundū cuiuſque vires, contulerunt. quorum exemplo excitati Chriſtiani Scimabarenſes magno ardore & ipſi cœperunt ligna, ſaxa, cæteramque materiam neceſſariam ad templum exædificandum conuehere, iamq; copioſa ſtips in eam rem collecta eſt. Aream coëmerunt ampliſſimam, quæ ſeruiat humandis Chriſtianorum corporibus. Egenos juuant eleemoſynis.

In loco dicto Vno maior pars hominum cõfeſſionis beneficio, quæ olim languidior erat, vſa eſt hoc anno. Et nunc templum habent, in quo ſacrum & conciones audiant, dum inuiſuntur à Patribus. In Taira plures quadringentis gentilibus Chriſto nomen dedere, qui mixti erant Chriſtianis. Ex eadem ora aliquot venefici aliique homines ſcelerati pulſi ſunt.

## RESIDENTIA CANZVSÆ.

Hoc anno ad ſacrum lauacrum admiſſi ſunt mortales adulti 40, matrimonio iuncti 60, confeſſi peccata ter mille octingenti, plus minus, præter eos, qui ter in anno communicarunt, numero 400. Omnes, ſiue vrbem ſiue villas etiam minimas incolant, doctrinæ Chriſtianæ ſunt ſcientiſſimi, etiam pueri & mulieres coniugatæ: nulla ſiquidem villa eſt, quæ non ſua habeat Eccleſiam, & hoc anno veteribus acceſſere quatuor nouæ. Locus nullus eſt, in quo nõ neceſſaria veſtis & victus pauperibus ſit prouiſus. In Cuchonotau & Canzuſa omnia iam parata ſunt ad ingentem Eccleſiam excitandam. Illa Cuchonotana ex pecuniis eleëmoſynę nomine corrogatis à Chriſtianis erecta eſt, & ex iiſdem alia quædam in honorem D. Virginis non pœnitenda, concurſu & religione populi celebrata.

Hoc anno decem aut duodecim viris reſtitutæ ſunt vxores, quas repudiarant. Actum quoque eſt, vt quædam, quæ decennio à viro ſeparata alteri in ditione gentilium iam nupſerat, ad legitimum maritum rediret: quod factum eſt cum magna omnium lętitia; eoque ampliore, quo ex diuortio facto maior omnium extiterat triſtitia.

Conſcelerato mori faciendi abortus, & ante baptiſmum infantes enecandi, medela poſita eſt: ſic prorſus, vt impræſentiarum & ipſi infandum ſcelus horreant, ac cætum publicum pro eo caſtigando cogant.

In quodam loco pauperes duo coniugati gemellos vno partu effuderant, conſultò alterum è medio tollunt; res defertur ad Confraternitatis præfectum. is communicato cum Patre conſilio ordinauit, vt vterque coram toto populo in Eccleſia in ſua terga deſæuirent vſque ad ſanguinem, poſtquã frater noſter immanitatem & atrocitatem ſceleris expoſuiſſet. Quod factum Chriſtianis magnę fuit ędificationi, tum iis qui preſentes aderant, tum abſentibus, ad quorum aures rumore & ſermonibus perlatũ eſt. Confitendi mos tempore infirmitatis ſic vbique iam receptus eſt,

 etiam

etiam in locis a reſidentia Patris valde remotis, vt admiratione digna res ſit, ſi quis ſine confeſſioue è vita decedat.

Senex quidam pauperrimvs & eger ad Eccleſiam Canzuſanam venit confeſſionis faciendæ cauſa, aſſerens ſe breui moriturum. cumque ibi degeret P. Rector Arimenſis, examinatus eſt, num eleemoſynæ potiùs cauſa, quàm confeſſionis aduentaſſet: verùm ille conſtanter reſpondit, ſe deſiderio confeſsionis teneri, ne a ſalute excidat æterna. Pater confeſsionem hominis audiit: ille autem poſt vnum diem & medium hanc vitam cum altera commutauit: Rei huius fama mox per vniuerſam ditionem percrebuit.

Huius generis plures ægri fuere: ſpeciatim autem duo vel tres, qui multis annis delituerant in ſpeluncis, & a decem, duodecim, atque etiam viginti annis peccata cōfeſsi non fuerant: confeſsione autem facta cum magna ſalutis conſequendæ fiducia ex hac vita migrarunt. Addam de femina, quæ ipſos octodecim annos in ſpelunca quadam, quæ nec porcis ſatis conueniret, latuit, & fumo, fame, aliiſque infinitis ærumnis ita deformata erat, vt omnibus ſpectatoribus incuteret terrorem. certè Pater, vt primùm eam conſpexit, in lacrymas prorupit. Et quamuis illa non longè abeſſet a via, quam Pater ſæpe tranſierat, nullus tamen eum certiorem de miſerabili hac muliere reddidit. Veſcebatur leguminibus è ſcutella lignea peruetuſta, quæ illi a quibuſdā, velut beſtiæ, projiciebantur. Pater nihilominus deprehendit eam integro iudicio, claraque rerum diuinarum intelligentia præditā, orationū quoque conſuetarum gnaram, quas frequenter recitabat. Tandem cum magno doloris ſenſu confeſſa eſt, & paucis pòſt diebus è viuis exceſsit.

In Cachinotai diuina quoque prouidentia perſpicuè apparuit in quibuſdam, Meaco aliiſque regnis oriundis, qui negotiorum ſuorum cauſa illuc appulſi, non modò Chriſtiani facti ſunt, ſed etiam coniugiorum ſocietate illi genti ſe deuinxerunt. Ibidem in portum venerat adoleſcens quidā egregius, iter habens in Corai, vt ibi cuidam Domino ſeruiret: cùm autem nauem quandam cōſcendiſſet, rurſum eam diuinæ prouidentię nutu egreſſus eſt: nam poſtero die è portu in mare Canzuſanum delata, licèt maxima eſſet & pulcherrima, per mediū dirupta, à fluctibus cum multis hauſta eſt vectoribus: qui caſus ſic perculit dicti adoleſcentis animum, vt confeſtim rationes ſecum inierit de Chriſti doctrina amplectenda, & officia ſeruitioque Chriſto præſtando, in Eccleſia: quod & factum eſt: præclaro enim nunc exemplo eſt omnibus, & ingentes Deo gratias agit, quòd tam mani-

feſto periculo, erat enim natandi prorſus imperitus, fuerit exemptus.

## DE COLLEGIO OMVRANO EIVSQVE RESIDENTIIS.

IN agro Omurano verſantur de noſtris Patres quatuor & fratres nouem, & diuerſis locis operam ſuam locant Chriſtianis, qui numerum efficiunt vicenorum millium, & quotannis, nullo excepto, ad ſacerdotum pedes ſui accuſandi cauſa ſe abjiciunt. Licèt verò magnus ſit labor, obire omnia loca, & inſtar rotæ in gyrum continenter agitari; tamen quia magnus reſpondet labori fructus, Deus ſuæ vineæ operariis vires & ſanitatem congruentem hactenus ſuppeditauit. Eorum numerus qui quolibet anno cœleſti pane paſcuntur attigit ſexcenteſimum ſupra mille. In facie Eccleſiæ deſponſati ſunt 380. Aqua luſtrali aſperſi adulti 393. qui in regnum Omuranum ex gentilium terris aduenêre, vt in eo ſedem ſuam collocarent.

Hoc anno inſolitus fuit concurſus ardorque Chriſtianorum, maximè in Quadrageſima. Cùm in exitu Concionis ſpectanda præberetur Chriſti crucifixi effigies, tot lacrymæ & diſciplinæ ad ſanguinem vſque conſecutæ ſunt, vt omnes obſtupeſcerent. Quadrageſimæ diebus idem fecere per vias & Eccleſiarum ianuas numero magno: tamque multa noua pœnarum genera excogitarũt, vt Patres veriti, ne fama rei ad vicinos gentiles permanaret, (nondum enim latêre deſtitimus) mandauerint eis, vt moderatiùs agerent: ex villis enim longo ordine cateruatim Eccleſias inuiſebant. Sed moderatio eiuſmodi fuit, ac ſi nullum eſſet obſtaculum, nullum Taici edictum: longè enim maiori & numero & deſiderio pœnitentiæ agendæ & ſalutis ſuæ procurandæ confluxere.

Iam anno ſuperiore ſcriptum eſt, ab hinc quinquennio omnes Dominos Chriſtianos cæteroſque gentiles ex Scimo bello Coraiano implicitos. Quo toto tempore Dominus Sancius tam præclara virtutis ſuæ exempla reliquit, vt multi gentiles Domini palã teſtarentur ſe capere non poſſe, qua ratione adoleſcens tam nobilis, cui omnium rerum copiæ ſuppeterent, eundem vitæ tenorem in tanta integritate & honeſtate retinere poſſit. Eundẽ omnes famuli, qui multi ſunt, ſtrenuè imitantur, & conuenienter diuinæ legi viuunt. Nec inferiorem laudem alii multi iuuenes genere clari meruere, qui ad Confeſſionem ſacram, vt aliis

exem-

exemplo ſit, crebrum habent perfugium.

Iter ex Iaponia in Corai leucarum centum eſt per mare, quod altiſſimis continuò fluctibus attollitur & deprimitur: cumque per hoc quinquennium pro commeatu, omnique inſtrumento bellico, & aliis rebus neceſſariis curandis & renunciandis vltro citróq; idque cœlo incommodo nauibus trāſmiſſum ſit, nihil dubium eſt apud omnes plus quàm quingētas naues à fluctibus abſorptas. Nec vllus fuit in Corai è magnis Dominis, qui non 15 vel 20 habuerit naues, cum quibus magna opum & hominum copia periit. At hactenus Domino Sancio, Deo eius eximiam pietatem manifeſtiſſimè etiam in hac vita remunerante, ne vna quidem nauis adempta eſt, nulla vel minimum damnum paſſa: & cū quinquaginta militum millia fame variiſque morbis interierint, nullius tamen famulorum D. Sancii in omnibus conflictibus, quibus cum ſumma laude cum hoſte pedem contulere, occubuerit, exceptis duobus, qui morbo ſunt ſublati. Quod animaduertens Dominus quidam gentilis nobilitate & potentia illi par palàm dixit, fieri non poſſe, quin tam boni Domini Lex, pura ſit & ſancta, eamque ob rem etiā cum omnibus ſuis cogitauit ſacra Chriſtiana poſt digreſſū è Corai recipere, atq; etiā inde P. Rectori Omuram renūciari iuſſit, ſe in baptiſmo Chriſto nomen daturū.

Accidit nauem nobilis cuiuſdā, in qua viginti erant Chriſtiani, in Corai tendentem, ſoluto alueo, duabus ab inſula quadam leucis diſtantem, demergi. Quid facerent Chriſtiani? commendant ſe Deo, varia vota faciunt, omneſque malo veliſque nauticis affixi recta in inſulam feruntur, & duce B. Virgine in littus euadūt: quam rem gentiles inſulæ indigenæ admirati, confeſſi ſunt ſe nūquam ſimile quid vidiſſe. Chriſtiani verò gratiis Deo & B. Virgini dicendis pro tanto beneficio nullum finem fecere.

Cùm vnus è Cinenſibus Legatis è Coraiana inſula (vnde ei in Iaponiam abeundum erat, vti ſeparato ſcripto expoſitum eſt) in Cinam aufugiſſet, ingens in omnium Iaponiorum in Corai agētium animis orta eſt perturbatio & metus, verebantur enim ne Taico caufaretur hanc fugam ipſorum incuria accidiſſe, ac ideo imperio omni in ſuos Status & ditiones, ſi non vita, exueret. Hic metus imprimis perculerat Dominum Sancium, eo quòd cum tribus aliis primariis Tonis curam in ſe cuſtodum Legati illius recepiſſet. Chriſtiani Omurenſes vbi rem cognouere, pro amore quo D. Sancium complectebantur, perfugium ad vnum Deum habuere, multa Sacrificia fieri iuſſere, & Eccleſias crebrò inuiſere. Sodales Parthenii quotidie vnū Roſariū recitarūt, aliaq; pieta-

pietatis opera exercuerunt. Pater quoque Vice-prouincialis certior factus, ordinauit a patribus multa dici ſacra, & à fratribus totidem Roſaria. Ac certè placuit Deo Opt. Max. tot orationes exaudire, efficeréque vt Taico omnem iram in Legatum ipſum effuderit, multiſq; conuitiis proſciderit. Dominus Sancius autem, vt erat vir religioſus & timens Deum, ſtatim poſt Legatum fuga elapſum, ſecretò conſanguineū quēdam ſuum, cui fidebat, amandauit in Iaponiam, vt is, ſi aliqua rerum conuerſio ex hoc caſu oriretur, vxorem ſuam cum liberis totaque familia eò deſtinaret, quò Patres deſtinandos iudicaſſent.

Cum Chriſtianus quidam Omuranus lecto affixus eſſet, quo tempore partim fame partim morbis multi oppreſſi jacebant: ſocii eius, de eius vita longiore deſperantes, eum ſolum in domuncula quadam omni remedio humano deſtitutum reliquerant: ſed ecce ſub extremum vitæ punctum ingrediuntur tres veſte pretioſa induti, magnam Chriſti D.N. imaginem manibus geſtantes, imagine ad murum depoſita nixi genibus orant, oratione finita egrediuntur. idem faciunt duobus ſequentibus diebus, & quotidie quidem ſemel. Extrema vice eger ſe leuatum morbo ſenſit, ac tandem prorſus incolumis, nullo humano vſus auxilio, ſurrexit. Cùm rei euentum ſociis ſuis poſtea narraſſet, minimè crediderunt. Verùm P. Rector Omuranus, qui perſpectam habebat ex crebris cōfeſſionibus eius integritatem, accuratè cum de hac re excuſſit, nec aliud deprehendere potuit, quam verè ita contigiſſe. Et vita eius nunc idipſum confirmat, tum quòd tanti beneficii memoriā non deponat, tum quòd præter morem ſuum vnus ſit ex iis, qui cum magna pręparatione & deuotione accedunt ad ſacram communionem, & ſeriam ſalutis ſuæ curam gerunt.

Mulier quædam conjugata, cùm poſt decimum duodecimúmve annum nullos ſuſcepiſſet liberos, dici nō poteſt quātas ærumnas, maximè à ſocru, perpeſſa ſit, parumque abfuit, niſi Chriſtiani fuiſſent, vt repudii libellus ei datus fuerit, & ad parentes amandata: illa verò imitata exemplum Annæ matris Samuelis ad Eccleſiā ſe contulit, & ingentes cordis ſui angores cum multis lacrymis Domino Deo ſuo expoſuit, enixéque obſecrauit, vt à ſterilitatis opprobrio, donatione filii, ſe liberare dignaretur. Exaudita tandem eſt pro ſua inſigni fide & feruore ſingulari, ac filiū enixa eſt, quo facto vniuerſa familia illa plurimum in vera religione eſt confirmata.

Puella quædam, vnica parentum filiola, nullo neque frigore, neque niue, nec fluuioli incremento, quod tranſmittendum erat, deterreri

deterreri potuit ab audienda doctrina Chriſtiana, etiamſi æquo longiùs domus eius paterna ab Eccleſia diſtaret. Cùm in grauem morbum incidiſſet, & indies pejus haberet, domuſque gemitu & lacrymis ob impendentem mortem compleretur, illa tamen omnes ſolabatur, dicens: Nullam cauſam plorandi habetis: nā Deus in hac ætate vult me ad paradiſum ſuum traducere: cumque aliæ puellæ ad eā viſendā cōueniſſent, rogauit eas, vt ſicut voce elata preces dicere conſueſſent in Eccleſia, ſic etiam ante ſuum lectum dicerent: ad quarum voces innoxias, ſuauemque harmoniam, felix illa puella animam ſuam reddidit conditori, cum omnium circumſtantium ſtupore & ſancta quadam inuidia.

Adoleſcentulam Chriſtianam, in ditione gentilium, parentes voluerant nubere viro gentili, addita comminatione mortis niſi parêret: illa videns agi de vita, petiit triduum ad conſilium capiēdum à quodam conſanguineo item gētili. Aſſentiunt, & comites ei itineris adjungunt. Dum in via eſt, illa mutata ſententia, in ditionem Chriſtianam, vbi ei alii conſanguinei erant, ſe confert: atque ita victrix & læta laqueos euaſit, cum ludibrio eorum qui illos tetenderant.

Mulier quædam cum filio ex patria gētili ad doctrinam Chriſtianam audiendam aduenit, eamque ſic pectori infixit, vt cùm poſt ſuſceptum baptiſmum graui omnium rerum ad vitam ſuſtētandam neceſſariarum penuria premeretur, maluerit cum filio remanere intra Chriſtianos in ditione Omurana, quam opibus abundare in ſua, quò ab aliis filiis reuocabatur.

Chriſtianus quidam pius, qui bonum vitæ exemplum ſemper aliis præbuerat, imaginem Beatiſs. Virginis in charta depictam, quam magni faciebat, à Patre quodam poſtulauit, & impetrauit. Eam quia ſecum ferre cōſueuerat, quoties itineris faciendi cauſa nauem conſcendebat, accidit, vt naufragium tandem paſſus ſit, quo omnibus mercibus amiſſis nonnulli etiam mortales demerſi ſunt: Hic verò beneficio imaginis emerſit. Nam quo tempore maior ingruebat tempeſtas, eam ſuſpendit è collo, & quod ille miraculi loco habuit, ab omni aſperſione aquæ immunem retinuit: quam periculo exemptus poſtea aliis oſtendit, & magnos progreſſus in fide & feruore deuotionis deinceps fecit.

Puer duodennis in ſodalitatem B. Virginis adſcriptus morem habebat recitandi quotidie Roſarium. Is cùm Omura reuocatus à conſanguineis gentilibus in aliam ditionem, à vitæ Chriſtianæ moribus, licèt à ſuis ſtimulatus, diſcedere nollet: illi tandem grauiſsimè ei minati ſunt, niſi parêret, ſe illi victum quotidianum ſubtra-

ſubtracturos. Puer verò eligens potiùs penuriam pati in Omura, quàm rebus omnibus inter infideles tales abundare, ſe in viam dedit. Sed conſanguinei conſtantiam admirati mox eum à fuga retraxere, promittentes ſe omnia Chriſtianæ religionis exercitia libera illi relicturos. Itaque palàm cum confuſione ſuorum pergit Roſarii precationes iterare, & nonnunquam Omuram confeſſionis cauſa, ac vt Patribus vitæ ſuæ rationem reddat, proficiſcitur.

Firando Omuram caſu peruenit homo coniugatus, è patrio ſolo exulans cum liberis, famulis, cæteraque familia. & quia ęger erat, tam vicini eius Chriſtiani, quàm frater quidam noſter ei autores fuere, vt quoniam à morte parum abeſſet, baptiſmum ſuſciperet. quem, repugnante licèt ſeniore filio, libenter ſuſcepit, & cum multis ſalutis ſignis ex hac vita ad alteram feliciorem migrauit. Filius materque videntes eum ſolenni ritu cerimoniaque poſt talem mortem in Eccleſia humatum, P. Rectorem Omuranum rogarunt, vt ſibi quoque poteſtas fieret audiendæ doctrinæ noſtræ; audierunt, aſſenſerunt, orationes memoriæ mandarunt, omnes numero decem & nouem ſalutaribus aquis expiati ſunt.

Ex Iſafai, vbi initium datum eſt Chriſtianę religioni, multi gẽtiles confluunt Omuram, & poſtquam aures & fidem præbuerint ſermonibus, cedunt Euangelicæ veritati. Verſatur in Iſafai nobilis adoleſcens & Chriſtianus, qui vt ardens eſt, ita nunc cum ſuis cognatis nunc cum ſeruis Omuram contendit, vt eis perſuadeat, nomen Chriſtianæ Eccleſiæ dare, quod vbi impetrauit, antegreſſa breui inſtitutione in fide Catholica, diuinis aquis abluuntur. Dominicis quibuſdam & feſtis, licet longè abſit, ad audiendum ſacrum Miſſæ aduolauit, cum admiratione & ædificatione Omurenſium Chriſtianorum. Venerat ex alio regno in Iſafai Bonzius gentilis, qui magno cum faſtu pro concione gloriabatur, Chriſtianorũ ſermones cum ſuis ſuorũq; diſcipulorũ nullo modo eſſe cõparandos. Hic iuuenis Chriſtianus, quandoquidẽ, vt rudis litterarum, diſputationem cum homine inire non poterat, tamen deſiderio æſtuans eum pudefaciendi, nocte intempeſta eques Omuram abiit, vt à P. Rectore fratrem aliquem impetraret, qui faſtum iſtum Bonzii comprimeret. Verùm iuſtis de cauſis viſum eſt, hoc tempore quo noſtri deliteſcunt, non eſſe ſuſcipiendam à fratre illam profectionem. Ita iuuenis reuertit. Sed mox atque ad ſuos peruenit, elata voce dixit: Iam frater aderit cum Bonzio diſputaturus, ſed in quantas anguſtias miſer ille redigetur? Hoc audiens Bõzius, veritus ne coram ſuis diſcipulis à fratre pudefieret,

tanta

tanta feſtinatione illa ipſa nocte ſe in pedes coniecit, vt nec otiũ habuerit res ſuas tranſigendi cum amicis.

Inter gentiles, atque etiam apud Omuranos, antequam confeſſione conſcientiam omnes expurgant, mos inualuerat abigendi fætum, ſi quando auxilio diuino ſuiſque viribus exiſtimabant ſe non eſſe pares ſuſtentando. Sed poſtquam annua confeſſio vſurpari cœpit, abuſus ille magni criminis nomen obtinere cœpit: etſi dæmon non ceſſat quoſdam ad illud inſtigare.

Femina quædam, conditione ſerua, perſuaſerat ſibi abortum, quem fecerat, nunquam patefaciendum. At vbi innotuit, primarii Chriſtiani ex mandato Toni coierunt, & concluſerunt, quæcunque huius criminis rea deprehenderetur, publicè cæderetur. Itaque & illa cæſa eſt, timorque omnibus iniectus, ne deinceps tale aliquid tentare audeant.

Rege Franciſco ad feliciorem vitam euocato, Iuliæ eius coniugi filia vna, quæ nũc annum agit decimum-quartum, relicta eſt. Eccleſiæ viſum erat eam deſponſare Lino Domini Bartholomæi Omurani filio ſecundo. At vbi res ad aures quorundam filiæ cognatorum perlatum eſt, conati ſunt illam tradere cuidam gentili multo inferiori, ſiue perſonæ nobilitas ſiue alia dona ſpectentur: Quod etſi mala intentione non facerent, tamen res erat longiſſimè aliena à dignitate & meritis tam illuſtris perſonæ, nempe Regis Franciſci. Iam verò filia ipſa, quæ in regno Cicungano cum matre verſatur, de negotio toto reddita certior in litteris ad P. Viceprouincialẽ, qui ad eã ſcripſerat, datis, in hũc modũ reſpondet:

Accepi epiſtolam à R. V. ad me ſcriptam, cunctantes perlegi. Pro cura, quam pro rerum mearum ſtatu geris, magnas ago gratias. Noris, me, vt hactenus ſemper, ita nunc maximè in tutela & patrocinio tuo eſſe velle. Dicant conſanguinei quod libet; ego ſoli R. V. confidere pergo. Sciat itaque, me potiùs vitæ diſcrimen aditurum, quàm perpeſſurum, vt anima mea vel minima peccati labecula inquinetur. tantoque deſiderio flagro in Chriſtianam ditionem ſecedendi, vt factura id ſim, etiamſi oſtiatim mihi victus amictuſque emendicandus eſſet. Etſi enim degens inter infideles circumfluere omnibus opibus poſsim, non poſſem tamen vnquam cum vero animi gaudio ſolatióve vitam traducere. Et quoniam vehementer opto prope Eccleſiam ſedem figere meam: etiam atque etiam R. V. obteſtor, vt omni ſtudio enitatur meo voto facere ſatis, etſi enim, quia filia ſum Franciſci regis, multis obnoxia ſim ærumnis, tamen idcirco non patiar animam meam perditum iri. Voluptates delitiaſque corporis

parui

parui facio, ad ſolas animi epulas & conſolationes anhelo. Dum ſub R. V. tutela patrocinioque ſum, non admodum ſolicitus ſum de conſanguineis, nec vllam in iis fiduciam colloco. Certa ſit, me potiùs morituram, quàm in domum alicuius gentilis vnquam pedem illaturam: quocirca iterum obſecro, omnem lapidem moueat, vt ad iſtas partes veſtras commigrare poſſim. Huc vſque epiſtola. Paucis diebus poſt exaratam hanc epiſtolam, diuina ſuggerente ſapientia, factum eſt, vt tam mater quàm filia in agrum Nãgaſachanum venerint, vbi nunc cum magna ſua conſolatione verſantur.

## DE RESIDENTIA FIRANDENSI.

FIRANDI agunt duo è noſtris, alter Pater alter frater, qui multo ſudore vineam illam excolunt, quæ etſi magna non ſit, (Dominus enim eius eſt à Chriſtiana religione omnino alienus) eſt tamen in multas partes & inſulas diſtracta. Sudorem auget viſitatio Eccleſiarum in Goto, quæ plus quam nonaginta milliaribus à Iaponia abſunt, & ager Fatacanus. Quanquam hunc laborem non parum imminuunt ipſi Firandenſes, vtpote qui antiquitate, feruore, & rerum diuinarum notitia cæteris Chriſtianis longè præſtant. Magno in precio habent Sacramentum Confeſſionis & Euchariſtiæ, non veteres modò, ſed etiam noui Chriſtiani; qui aiunt, ſe dum adhuc gentiles eſſent cognouiſſe, quàm Sacramẽta illa neceſſaria eſſent ad ſalutem. Apparuit id in Domina quadam Chriſtiana Toni Firandenſis nepte, cui cùm poſt quintũ à baptiſmo ſuſcepto menſem vſurpandum eſſet Confeſſionis Sacramentum, ad incundas ſacras nuptias, peccata ſua tanto animi ſenſu, iudicio, ordine Sacerdoti patefecit, ac ſi multos iam annos inter Chriſtianos vixiſſet.

Confeſſiones hoc anno factæ plus minùs efficiunt numerum trium millium trecentorum & ſeptuaginta. Communione vſi ſunt centum octoginta ſupra mille; idque nõ ſolùm per Quadrageſimam, ſed etiam naſcentis Chriſti feriis: ac facerent frequentiùs, ſi iis permitteretur. Ex adultis ſacro baptiſmate initiatis numerauimus 162.

Filius huius Toni Firandenſis, natu major, quamuis Ethnicus ſit, tamen cùm à natura ſit in virtutem propenſus, & Chriſtianorum mores non improbet, breui creditur ad Chriſtum acceſſurus: maximè quòd ſperetur, ſecundùm Iaponiæ morem, pater eius & domui & gubernationi Status renunciaturus. Hic iuuenis matri-

monium

monium iniit cum Domina, nomine Donna Mitia, Domini Bartholomæi filia, qui fuerat Omuræ Dominus: quæ etſi, vt habitat inter gentiles, nec copiam crebram habet Patrum, multiſque iam annis nec concionem vllam nec ſacrum audierit, tamen in fide & veræ pietatis cultu conſtantiſſima eſt: ſic prorſus, vt vna cum fœminis ancillis ſuis, quæ omnes ferè ſunt Chriſtianæ, operam omnem nauet, ne quicquam de feruore & deuotione, quam olim in ædibus paternis exercuit, detrahat. Quotannis enim confeſſionis faciendæ cauſa Patrem aduocat in domum ſuam. nulla enim Firandi poſt inchoatam perſecutionem manſit Eccleſia: &, quoties fieri poteſt, etiam frequentiùs confitetur. Cùm verò aliquando Patrem euocaſſet ſumma luce, & illi videretur potiùs in nocte expectandũ, ne per vrbẽ mediã tranſiens agnoſceretur, aut à ſocero repulſam pateretur, reſpõdit ſe dedita opera id feciſſe, vt omnibus cõſtaret, ipſam nõ nomine tantũ ſed re quoq; ipſa eſſe Chriſtianã.

Gotani Chriſtiani quotannis ſemel viſitantur, non ſine fructu, ſed labore ingenti, eo quòd Inſulæ illæ in varias partes ſint diuiſę. Gens natura eſt humana & facilis. Atque hac extrema viſitatione multi gentiles, iique honorati, aures præbuere Euangelio: nec aliud expectatur, quàm vt Tono Chriſtiano ex Corai reuerſo multi ad Chriſti gregem adiungantur.

Facatani hoc anno viſitari nequeunt, propter Dominum ditionis dictum Cobaicaua, ſummum Chami & Fotochi cultorem, & ſanctæ religionis noſtræ hoſtem. Quotquot autem Chriſtiani vel in vrbe Facata vel in vicino agro verſantur, admodum firmi & cõſtantes ſunt in fide, multoſque gentiles iam permouère, vt Chriſto nomẽ dare ex animo velint. Cùm verò Chriſtiani Facatenſes cognouiſſent Patres ad ſe non venturos, multi longa itinera ſuſcepere, vt ipſi inuenirent aliquem Patrum. Excellunt operibus caritatis, ordinariè enim in commune conferunt eleemoſynas, quas poſtea erogent in pauperes. Et quia non ignorant Patres, qui villas agrumque Omuranum obeunt, magnam pati rerum omnium penuriam, ob egeſtatem Chriſtianorum ibidem commorantium, Facatani, quantumuis 14 aut 15 leucis diſiuncti, omnia ad victum veſtemque neceſſaria ſæpenumerò illis tranſmittunt.

Chriſtianus quidam, qui iam olim ex amẽtia reſipuerat, & multis annis iudicio perfecto vſus fuerat, in vſurpandis ſacramentis, audienda Miſſa, & aliis ſimilibus, hoc anno in ſummam recidit mentis væſaniam, ſic vt omnia idola Chami & Fotochi in fanis Ethnicorum inuenta ad terram afflixerit, fune ad collum ligato

foras traxerit, adiunctis multis probris & cōtumeliis, & alia multa confregerit & euerterit, nullo tamen damno hominibus illato. Gentiles rei indignitate commoti mox ſcripſerē ad eiuſdem patriæ homines Chriſtianos, percunctantes, num ſeriò & ex induſtria hæc ab homine facta eſſent; & ſi ita eſſet, ſcirent ſe eum ad necem rapturos: ſibi admodum probabile videri, tantam ignominiam diis ſuis ſine contemtu Chriſtianorum inferri potuiſſe. Verū poſtea cùm animaduerterunt hominem non eſſe compotem mētis, inſciiſque Chriſtianis omnia facta, petiuerunt eum comprehendi & vinciri, quod & fecēre, ad auertendum vtriuſque populi tumultum, & ne terræ Dominus gentilis factum hoc perperam interpretaretur.

In inſula Tacſcima, quæ occurrit in itinere Coraiano, agit Taeni Camedoni filia, nomine MARIA, Domino terræ matrimonio iuncta, qui vxoris ſuæ perſuaſione ad cultum veri DEI ſe aggregauit. Multi in ea baptiſmi flagrant deſiderio: ſed quandiu inter Coraianos & Iaponios, qui adhuc arces ſuas in Corai obtinent, de conditionibus pacis conuentum non fuerit, non poterit commodè eorum votis ſatisfieri. Etſi è primariis iam multi ſalutari aqua abluti fuerint, ac bonus quidam Chriſtianus cum facultate Patrum vicena eorum capita hoc anno abluit. Loco concionis hoc tempore Chriſtianis illis eſt vitę integritas bonaque opera Dominæ illius loci, de qua iam diximus.

## DE COLLEGIO NANGASACHANO, ET RESIDENTIIS EI ANNEXIS.

QVIA ad hunc portum Nangaſachanum quotannis nauis è Cina appellit, vti ſcriptum eſt alias, fit, vt exules omnes, & quotquot alibi ſedem ſuam figere non poſſunt, perfugium ad hanc ditionem habeant. Vnde videmus quotidie magnam fieri acceſſionem tum ad hominum numerum aliunde ventitantium, tum etiam ad frequentiam nouorum ædificiorum, ac conſequenter augeſcit & labor Patrum in illis inſtruendis. Externi, vt vident à Chriſtianis his locis omnia teneri, & ipſi ilicò aduolant ad cognoſcendam Chriſti doctrinam, & ſalutifera aqua ſe aſpergi curant. Maximum ferè laborem noſtri habent in eo, quòd noctu diuque ab ægris confeſſionis cauſa crebrò euocētur, non in vrbe modò, ſed etiam extra illam à duabus tribuſve leucis: etſi totum ferè laborem minuat ingens illud ſtudium curandę ſalutis ſuæ, quod in his Chriſtianis offendimus.

Confeſſio-

Confeſſiones hoc anno vſque ad 15 Septemb. in ſola vrbe Nangaſachana, non annumeratis Reſidentiis, fuere ſepties mille ſexcentæ quadraginta quatuor. Synaxes bis mille ducentæ octoginta duæ. Si autem eorum cupiditati fieret ſatis, multo maiore Patrum numero opus eſſet. Baptizati ſunt ex adultis tres ſupra quadringentos: nam ex aliis continenter aliqui baptizantur.

Religio huius populi Patribus magnam adfert conſolationem in Domino. Honoratiſſimi quoque, & principes viri, quoties ferè longa itinera ſuſcipiunt, non ſolùm in extera regna longè remota, ſed etiam in interiorem Iaponiam, priùs animos ſuos ab erratis expurgant, & cœleſti viatico paſcunt, ac teſtamenta condunt: reque ipſa planè demonſtrant, ſe cum temporis incremento maiores ſemper in vero Dei cultu ſanctæque Eccleſiæ amore facere proceſſus.

Die Mercurij Cinerum tantus Chriſtianorum numerus ex vrbe & proximis villis confluxit, vt ſtudio primum locum obtinendi bis confregerint chori cancellos.

Feriis ſextis Quadrageſimæ omnibus tantus numerus perſonatorum, tum virorum tum feminarum, in terga ſua per publicas vias ad ſanguinem vſque deſæuiit, vt omnium in ſe oculos cōuerterent, maximè cùm Præfecti vrbis ſint gentiles. Vtuntur autem ſaccis, vel domo propria allatis, vel commodato à ſodalitate Miſericordiæ acceptis.

Die Iouis ſancto, rogatu Seniorum populi, proceſſio religione plena inſtituta eſt: in qua prodibāt 90, qui ſe acerrimè diuerberarent, præter eos, qui interdiu idem fecerant. Alij & alia pœnarum genera admodum grauia ſponte ſubibant.

Veneris ſancto ad venerationem Crucis tanta turba accurrit, vt cerimoniæ illi finis imponi vix potuerit ante ſecundā poſt meridiem horam. Etſi enim multi conſtituti eſſent, qui ſummouerent irruentes, & ſeptis arcerent, tamen impetum ſuſtinere non potuerunt: itaque, vt reliquis ritibus perficiendis daretur locus, opus fuit effigiem crucifixi remouere, ne omnes cogerentur in ſeram noctem expectare.

Quoniam Iaponii ſingulari religione venerantur Eccleſiaſticas cerimonias, magnam voluptatē capiunt Sabbatho ſancto ex benedictione baptiſterij, dum tanta cura feruntur vaſa ad excipiendam aquam benedictam pro curatione morborum, & ignis nouus in cuiuſque ædes deportatur. Hoc anno, poſt abſolutam fontis conſecrationem, ſalutari lympha tincta ſunt 121 capita, cùm antè probè in Catecheſi inſtituti eſſent.

Multi tempore Quadrageſimæ, non ieiuniis ſolùm, ſed etiam aliis pænis voluntariis, prout quemque deuotio mouerit, corpora ſua caſtigant. nonnulli abſtinent vino, alii piſcibus, veſcendo ſemper herbis & leguminibus, alii Cia, quod eſt ordinarii potus genus, alii aliis cibis, ſine quibus difficulter tot dies tranſigere poſſunt. Multi etiam, ſecundùm conſilium Apoſtoli, continent ab vxoribus, vt ſe impenſiùs dedant pietatis officiis; alii ex longinquis regnis veniunt, vt Bungenſi & Amagucciano, quæ 40 aut 50 leucarum interuallo abſunt, tenui commeatu inſtructi, itinere difficillimo, tum ad faciendam de peccatis cõfeſſionem, tum ad viſendas ſacras ædes & cruces, vt theſaurum aliquem meritorum apud Deum colligant. Magna fide & deuotione complectuntur diuorũ reliquias, calculos benedictos, Agnus Dei, atque his armis ſe contra Dæmonis inſultus communiunt.

Agricolæ vel ruſtici, quibus his locis res familiaris admodũ anguſta eſt, etſi a Dominis ſuis gentilibus cogantur etiam feſtis colere agros: tamen, vt in ſumma reuerentia habent obſeruationem præceptorum Eccleſiæ, primùm confugiunt ad Eccleſiam, Deumque deprecantur, vt propter inopiam & neceſſitatem poſt Miſſam auditam ſibi copiam facere dignetur laborandi. Et idem faciunt omnes, qui Officium publicum ſuſtinent, quando coguntur.

Deprehenſum eſt eos ante confeſſionem grauiores de ſe ſumpſiſſe pœnas, quàm vnquam à Sacerdote eius imperatæ fuiſſent: & ideo multi fræno potiùs quàm calcaribus hac in parte indigent.

Etſi iam decimus vertatur annus perſecutionis noſtræ, Eccleſiæque nondum ſint vſque quaque patefactæ prædicationi Dominicis & Sanctorum feſtis, tamen præſentia Patrum, quorum opera ſæpe vtuntur, eorumque doctrina iam olim altè in eorũ defixa pectoribus eos ita fortes robuſtoſque in fide, ſic accenſos ad verbum Dei audiendum, frequentationem ſacramentorum, & alia myſteria reddit, vt edicti nullam habere rationem videantur.

Quidam cæteris religioſiores, diuinarumque rerum ſtudioſi, quoque menſe definitis diebus & locis conueniunt. & vnus eorũ primò prælegit quædam ſpiritalia, ad fidem ſpectantia, deinde de argumento prælecto inter ſe conferunt magno cum fructu & cõſolatione.

Ethnicus externus gentilis trucidarat ſocium ſuum item gentilem. rapitur in carcerẽ, & addicitur morti, ſodales Miſericordię rem ilico patefaciunt Patri. mittitur frater qui homini Chriſtum annunciet, diffusè ei oſtendit quanto interuallo diſtet lex diuina à ſe-

à ſecta Icoſci, quam ille profitebatur: cùm rationibus claris & inuictis hominem de ſententia diuellere non poſſet, rogat præſentes Christianos, vt flexis genibus pro homine orarent, & ſic domũ reuertit. Vix limen domus attigit, cùm mox ad carceres reuocatur, repetitur prædicatio, baptiſmi neceſſitatem homicida intelligit, cum ſignificatione intimi doloris de peccatis & ſpe ſalutis baptiſmum ſuſcipit. Percunctatus poſtea ab eo eſt frater, quid eũ priùs retardaſſet à baptiſmo: reſpondit ſe vouiſſe Amidæ Fatoco ſuo, ſe nunquam, quoad viueret, eius memoriam depoſiturum, vel ab eius cultu receſſurum: ſimulatque autem à fratre & Chriſtianis fuſæ eſſent preces, nouum in pectore ſuo exortum deſiderium cognoſcendi res ad ſalutem neceſſarias. Cùm verò illi expoſitum eſſet, quam vtilis eſſet confraternitas, obnixè petiit in eam referri, vt tanto magis ſociorum deprecationibus iuuari poſſet. Admiſſus eſt, & mortem oppetiit haud ſecus, quàm ſi multis annis Chriſtum agnouiſſet; ſemper enim nomen IESV & MARIAE extrema hora ingeminabat, & ſe orationibus Chriſtianorum commendabat.

Vir quidam huius patriæ filium vnicum quem, aliis multis antè amiſsis, in ſenectute genuerat, impensè amabat, puer incipit laborare papulis. Sanatur; paulò pòſt in eaſdem relabitur cum vitæ periculo. Parentes deſperato remedio humano, magna fide & ſubmiſſione fugiunt ad diuinum. Pater, vt erat homo autoritate apud omnes præditus, conuocat totam viciniam; adeunt Eccleſiam Miſericordiæ, quadraginta horas in oratione, mutatis per vices oratoribus, ponunt, qua finita petunt à Patre ſacrum Miſſæ dici. Omnibus peractis accurrit parens hilaris ad Patrem noſtrũ, filium ſuum iam eſſe extra periculum: qui & paucis pòſt diebus integræ ſanitati eſt reſtitutus.

Venit in has oras, è quodam gentilium regno, mercator, qui exiguo commiſſo furto mox in compedes coniectus eſt, & ſecundùm Iaponiæ leges ad mortem damnatus. Hic rogatus, eſſétne Chriſtianus, an gentilis, reſpondit, ſe in infantia baptizatum quidem, ſed quia deinceps per totos annos triginta inter gentiles viriſſet, nullam ſe, vel orationum vel aliarum rerum Chriſtianarum notitiam haurire potuiſſe. Itaque frater noſter aggreditur illi tradere doctrinam Chriſtianam, tum de confeſſione faciẽda inſtruere: ac tandem Patri cuidam confeſſus eſt cùm tanta lætitia & cõſolatione ſua, vt aliquoties ſe ad pedes eius abijceret, dicẽs: Quoniam confeſſus ſum de peccatis, penitus confido à Domino mihi ea condonata; iam mortem nihili facio. Cùm ad locum ſupplicii

 perductus

perductus eſſet, ſodales Miſericordiæ obſecrarũt Gubernatores gentiles vehementer, vt quando furtum tam exile eſſet, ei vitam condonarent. Qui reſponderunt: Quod ad ſalutem animæ huius hominis attinet, facite vos quod lubet: ſed quod ad leges Iaponicas ſpectat, nõ eſt quòd vos implicetis. Verùm quia iuxta ſuperſtitionem gentilium dies erat climactericus, & ideo mors differri debebat in diem ſequentem, reus in carcerem retractus eſt. Altero ergo die, cùm educeretur, circumſtantibus Chriſtianis, qui conuenerant, indicauit ſe dubitare, ſitne baptizatus aliquãdo, an nõ. nomẽ quidem Thomæ ſibi puero impoſitum, & tunc vixiſſe inter Chriſtianos, tamen nihil vnquam ſe à parentibus de baptiſmo cognouiſſe. Itaque ante mortem, ſub conditione, ſacris aquis perfuſus eſt. Vnde apparet mortem eius diuinitus in alterum diem dilatam.

Chriſtiani in villis quibuſdam à Domino auariſſimo exactionibus tantum nõ opprimebantur, ſic vt ter quatérve pendere cogerẽtur multo amplius, quam quotannis ſolũ magno labore cultum gigneret. ac tãdem in eam ſeruitutem tyrãnicis exactionibus adducti ſunt, vt nõ ſolùm neceſſe fuerit omnes fortunas diſtrahere, ſed etiam liberos, atque etiam, quod quibuſdam cõtigit, vxores oppignerare. In has anguſtias redacti tãdem ad vnum Deum ſuũ habuere perfugium, & ad mortem ſe comparauere: & ecce mox diuina maieſtas tãtis clamoribus & ærumnis exorata miſeros benignè reſpexit, & nõ ſine miraculo agros eorum tenui ſemine reſperſos tãta Orizæ vbertate & copia compleuit, vt facilè poſſent & iniuſtiſſimæ exactioni facere ſatis, & omne ferè æs alienum diſſoluere.

Mulier Chriſtiana profecta cum marito in aliam regionem gẽtilibus, inter paucos Chriſtianos, refertã, egregiè fide ſuã probauit. In itinere enim maritus ſatanico quaſi œſtro percitus imperare ei cœpit, vt fidem Chriſtianam deſereret, Patres inducere homines in fraudem, iam ambos verſari in ditione gentilium & Bõziorum: ni faceret, ſe eam contrucidaturum: cumque ad deſertum quendam locum perueniſſent, eaſdem minas repetiuit, & in conſpectu eius ancillam Chriſtianam mactauit. Hic pia & fortis mulier, metu omni depoſito, grauiter in eum inuehi cœpit, & dicere: Sis tu Lucifer, per me licet: me ſcias eſſe Chriſtianam, & tanquam Chriſtianam velle occumbere. Itaque orationibus paſſioniſque Domini memoria armata manibus in cælum ſublatis genua flexit, excepturа gladium. Verùm placuit Deo impii hominis emollire pectus, longiuſque progreſſo femina tandem

per-

perſuaſit, vt in ditionem Chriſtianam deflecteret: licèt nouis machinationibus eius noua conſtantia identidem fuerit reſiſtendū.

Vt in ditionem Chriſtianam peruenere, pia mulier animaduertens mentem mariti obſtinatam, mortiſq; periculū ſibi imminere, aufugit ad Patrem quendam, inde non longè disjunctum; qui re tota intellecta ei domicilium inter Chriſtianos adſignauit. Maritus, vbi deprehendit eam fuga elapſam, iter proſecutus verſus Meacum ſuę immanitatis pœnas luit; nam à Deo deſertus magno furore & rabie in via ſe-ipſum gladio confecit.

Cùm Pater quidam è villa, in qua pauperis cuiuſdam Chriſtiani confeſſioni aures dederat, domum reuerteret, obuiam ſe ei dedit ſenex candido pectore hæc verba prolocutus: Adeſdū Pater, & arborē pulcherrimam ac recentē tibi demonſtrabo. abducénſque eum in locum poſt ædes ſuas retruſum oſtendit ei crucem binos cubitos & dimidiatum longam, dicens: Hāc crucem ab inchoata perſecutione, hoc eſt à decennio, iam conſeruo, nec patiar eā per contemptum vel exuri vel abjici: vicini autem huc ventitant, vt ante eam ſuas preces Deo perſoluant. Locus, in quo bonus ille ſenex crucem ſeruabat, nitidus erat, & vndique paruis arboribus circumdatus, quas ipſe manibus ſuis plantarat. Crux autem erat virentibus ramis ornata.

Hoc anno multa mancipia vtriuſque ſexus è Coraiano regno, & nunc hærent Nangaſachi, inſtituimus. Aiunt plura eſſe trecentis, eorumque major pars ante biēnium baptiſmum ſuſcepit, hoc autem anno adjunxere confeſſionem. Experientia docet gentem eſſe ad ſanctam fidem noſtram idoneā, humani ſunt & affabiles, ſalutare lauacrum magna cum voluptate recipiunt. Exomologeſi oblectantur. breui tempore pleriq; omnes idioma Iaponicum ſic didicere, vt pro confeſſione facienda vix egeant interprete.

Die Veneris ſancto ſub noctem cùm clauſis Eccleſiæ januis pararetur baptiſterium, & alia in ſequentem diem Sabbathi, ecce ſtrepitus auditur iuxta oſtia Eccleſiæ, aperta feneſtra petitur quid rei ſit, reſpondent nixi genibus magna humilitate: Pater, nos Coraiani ſoli hic adſumus: nam quia vt mancipiis heri non licuit, nobis proceſſioni intereſſe, huc conueniendum putauimus, vt à Deo miſericordiam & criminum noſtrorum veniam impetraremus: dumque hæc dicunt, tantū ſanguinem profudere, vt qui audierunt continere ſe à lacrymis non poſſent. Valet gens hæc indicio, cum ſimplicitate quadam conjuncto, & hactenus ſatis declararunt, nulla re ſe cedere Iaponiis. Placuit Deo, occaſione

belli Coraiani, has nobis ſuppeditare primitias frugum nouarũ, ad ſalutem animę ipſorum: omniumque ea communis opinio eſt, ſi prædicatio Euangelica, quod facile per Iaponiam fieri poteſt, aditum inueniat in Corai, faciles incolarum aures inuenturam, lateque per illa regna manaturam.

Chriſtianus quidem, cui Eccleſiæ cura incumbebat, videns ſe nimium moleſtari à pauperibus Chriſtianis in expetendis antidotis pro curandis morbis, cùm aliud non occurreret, decreuit reliquias ſacrorum Cinerum, qui primo die Mercurii in Quadrageſima benedici ſolent, aquæ piaculari iniectos illis impartiri, dicens illis, crederent eſſe medicinam vitæ pro ægris, ſi biberent. credidere, bibere, incolumitatem maxime è febri recuperarunt quinquaginta ſeptem.

## DE RESIDENTIA CONGANA.

IN hac ſede Chriſtianis operam dant Pater vnus & vnus frater. Bis mille quadraginta quatuor exomologeſes hoc anno in tota patria auditæ; baptiſterii aqua luſtrati 719. Exurgit enim noua Chriſti Eccleſia per litteras Iſafaianorum, ad quos euocatus eſt aliquando à nobili Chriſtiano frater noſter, vt famulis annunciaret Euangelium. Hic nobilis & alius quidam conſpiratione facta, ex fratris eiuſdem conſilio, ſtatuerunt primo vxores ſuas cum vniuerſa familia ad fidem traducere, quàm ſubditos. Frater auſpicatus eſt concionem in alterius illorum ædibus. cumque multi in iis eſſent è ſecta Icoſcianorum, & rumore percrebuiſſet nobiles quoſdam factos Chriſtianos, plures alii ad audiendum ſermonem confluxere, dicentes: Profectò, quæ Frater ille nobis annunciat, rationi ſunt conſentanea & veritati: ac proinde quæ ſecta Icoſciorum imò omnes ſectæ Iaponicæ profitentur, cum vera doctrina è diametro pugnant. Quam ob rem Icoſciani, qui diſceſſionem iſtam ad Chriſtum minimè probabant, ſuum quoque conciliabulum habuere, in qua decreuerunt ad Bonzum ſectæ illius Principem legationem inſtituendam, eique in hæc verba dicendum: Hactenus ſanam & ſanctam exiſtimauimus Icoſciorum legem, quam prædicas, ſed quia huc venit frater quidam, qui vehemeter doctrinam veſtram redarguit, ſuamque clarè oſtendit ratione congruentem: para te ad diſceptationem cum eo inſtituendam, quam niſi coargueris & reieceris, à tua doctrina ſeceſſionē faciemus. idem ſecundò & tertiò illi indicari curarunt.

Is ve-

Is verò cum magno animi mœrore reſpondit, ſe ſub noctem affuturum, ſuaſque dubitationes fratri propoſiturum. Cumque Icoſciani ſecundum conuentum de ea re inſtituiſſent, vnus è primariis dixit: Si frater iſte Bonzo noſtro diſceptanti ſuccumbat, res noſtra optimo loco erit; ſi autem Bonzius ſuccubuerit, id in omnium noſtrûm dedecus & infamiam redundabit, etiam ipſius Toni, qui nunc agit in Corai: Itaque tu Bonzie, ſi putas te fuga elapſurũ, ſcias te nec manus noſtras nec mortem ipſam euaſurum. Quibus de cauſis Bonzius tandem adduci non potuit, vt certamẽ cum fratre iniret. ipſi verò audiendis fratris ſermonibus totos ſeſe dediderunt, atque vna vice octoginta in caſtra Eccleſiæ militantis, eiurata priſtina ſecta, tranſierunt.

Gentilis quidam, audito de Euangelii doctrina ſermone, in hęc verba ſuos famulos eſt adortus: Ego conſtitui fieri Chriſtianus, quia in Conditoris cœleſtis lege nihil offendo, quod in controuerſiam vocari queat. Si vos me imitari velitis, id eſt in libertate veſtra: nemo enim in Iaponia eſt, qui homines cogat, vel vt pareant Chriſtianorum legibus, vel vt non pareant: id tantùm volo vobis notum, deinceps neminem in ædibus meis, niſi ſalutari aqua tinctum, remanſurum: eo quòd rationi conſentaneum ſit, dum ego in vna domus parte vaco cultui veri Dei, ſerui mei in altera venerantur Dæmonem, qui eſt Dominus Chami & Fotochi. magnique beneficii loco duco, ſcire non aliud ad ſalutem ſupereſſe remedium, quàm viuere & mori ſecundùm mormam diuinæ legis. Hic ſermo multos eorũ permouit ad aures dandas Dei verbo, & caput ſubjiciendum ſalutari aſperſioni.

Cùm in ditione Iſafai centum homines verbo Dei audiendo operam darent: & Pater iam ſexaginta ſacris tinxiſſet aquis; Icoſciani, ira & furore à dæmone ſuo Magiſtro inflammati, omnem lapidem mouerunt, vt curſum Euangelii retardarent. Abiere ſiquidem ad propugnaculum, dixeruntque feminis in eo agentibus: Quandoquidem Tonus profectus eſſet in Corai, ſi res procedat longiùs, ſe bellum moturos Chriſtianis, maximè illis qui deinceps cogitarent baptiſmum ſuſcipere. Hoc audito, iuſſerunt duobus nobilibus Chriſtianis indicari, quamuis Tonus non vetuiſſet Chriſtianæ religionis prædicationem; tamen, quia in eius abſentia exiſtere poſſent contentiones inter Ethnicos & Chriſtianos, rogare ſe vt prædicationem impedirent. Ad quod vnus reſpondit: Tono probè conſtare ſe eſſe Chriſtianum, itaque nihil ſibi pertimeſcendum, ſi eos qui in ſua familia ſunt, velit eſſe ſui ſimiles, vel etiam ſi aliis autor ſit, vt ſe imitentur.

tentur. Alter verò annis prouectior dixit, optabile eſſe, in abſentia Toni nullos in vrbe excitari tumultus. Amandauit ergo quendam ad fratrem rogatum, vt nondum initium faceret prædicationi, ſed vt per diſſimulationem abiret quæſitum Patrem, qui dimidia tantùm leuca inde aberat: ſe rebus tranquillatis eum euocaturum ad prædicandum vxori ſuæ & toti familiæ: hac occaſione confidere ſe multos alios ad Chriſtum venturos. Rebus ergo compoſitis, hic nobilis fratrem reuocauit, qui abſolutis ſuis concionibus, 160 adultos, cùm priùs tantùm eſſent nonaginta, tradidit Patri baptizandos. Gentiles quidam, qui ſermoni præſtò erant, cùm Icoſcii tumultum illum excitarent, fratrem iam diſceſſum parantem rogarunt, vt ipſorum puerulos ſaltem baptizaret, ſe breui eorum exemplum ſecuturos.

Chriſtianus inops, cui olim & ampli redditus & copioſa ſuppetebant ſeruitia, rogatus eſt ab homine locuplete, ſi ſibi filiam ſuam proſtituẽdam daret, velit, ſe illi affatim commeatus ad vitam ſuſtentandam miniſtraturum. Quid faceret bonus vir? Clàm cum filia confeſtim diſcedit, adit Patrem non longè remotũ; obſecrat, vt filiam ſuam nuptui collocet potiùs cũ viliſſimo piſcatore, quã vt in laqueos diaboli ſe induat. Verùm vti diuina prouidentia nũquam deſerit timentes ſe, paucis pòſt diebus nobilis quidam diues filio ſuo eam in vxorem poſtulauit: & nunc ambo in ſancto matrimonio vitam piam ducunt.

## RESIDENTIA FOCAMENSIS.

ET hæc ſedes Patrem vnum & fratrem habet. Quorum ſtudio confeſſi ſunt homines bis mille, communicarunt 310, baptizati item multi. Chriſtiani his locis valde abhorrent a criminibus, maximè carnalibus, & rogati ferè reſpondent in hæc verba: Pater, à quo tempore mihi aditum dediſti ad ſacram menſam, non ampliùs relabor in iſta vitia.

Plurimum in eam remocis prodeſt B. Virginis Sodalitium, cuius ope rectiùs memoriæ inſculpunt conſuetas orationes. Sexagenarius quidam conſcius à ſe poſtero die exigendum orationum penſum, non antè voluit cibum ſumere, quàm penſum perſoluiſſet. Puerili quinquennes vel ſexennes, dum in æde ſacra vident à fœminis iuxta ac viris repeti, quæ duo pueri docuere, domum reuerſi per vias inter æquales vicatim recitant orationes & alia. ita

factum

factum eſt, vt plerique omnes, qui nōdum ſeptimum attigere annum, & orationes & capitula decem tam promptè reddant, vt aliorum poſſint eſſe Doctores.

Tonus loci cuiuſdam iuſſit omnes ſuos ad Eccleſiam ſigno ſonoro euocari, & ſi cunctantiùs accurrerent poſt concionem iam inchoatam, repellebat eos, dicēs; ob negligentiam ſancta doctrinā indignos: quo ſtudio effecit, vt omnes tempeſtiuè deinceps adeſſent.

Chriſtiano cuidam petenti calculum benedictum Pater negauit, quòd ſacram ædem non frequentaret: cumque ab eodem rogaret, num teneret orationes: reſpōdit, non, ſed ſe ſtatim memoriæ mandaturum. Sic fecit, & poſt triduum reuerſus, è memoria recitauit. Erat hic homo de vtroq; mutilus, nec niſi genuum manuumque opera progredi poterat, & tamen ad obtinendum vnū globulum piacularem non dubitauit per arduum aſperumq; mōtem ad magnæ leucæ interuallum huc prorepere.

Octogenarius ſenex apud ſuos in pretio cùm in morbum incidiſſet, & facilè poſſet euocare aliquem Patrem, tamen maluit per conſanguineum ſuum indicare Patri, ob incommoda longioris viæ ſe noluiſſe eum euocare. itaque ipſe æger ſe in viam dat, vt quærat Patrem confeſſionis faciendæ cauſa, ac tandem tertio die ad eum peruenit, & à peccatis abſolutus eſt.

Similiter & mulier vterum gerens huc illucque diſcurrens per dies tres, vt copiam Patris habere poſſit, tandem in quendam incidit, & ſordes animi ſui deterſit. Alia exigua ſua villa derelicta, in aliam ditionem dum iter haberet, ad audiendam ſibi rem diuinam, ſenſit ſe a ſerpente ictam, & tamen iter proſecuta eſt, ſacram ædem ingreſſa; Miſſam concionemque, nullo ſigno, vel vultu, vel voce doloris, quem tamen ſenſerat acerrimum, dato, audiuit. Ea finita Patri humiliter reuerentérque totam rem patefecit. Pater mox antidotum adhiberi jubet, ilico mulier ſanatur, & læta conſolationéque plena ad ſuos redit.

## RESIDENTIA VCHIMENSIS.

Poſt inſtitutam ſodalitatem, Vchimenſes Chriſtiani, qui verſantur in ditione Domini Sancii Omurani, tantum in pietate Chriſtianā profecere, vt ſuopte nutu, à nullo impulſi, excitarint ædem ſacram ampliſsimam, in qua quoties redeunt a piſcatione margaritarum, ſemper aliquas Beatiſſ. Virgini afferunt. Quorum ſimplicitatem ſinçerumque pectus reſpiciens beni-

benigniſſima mater, non deſinit etiam eorum neceſſitatibus ſuccurrere.

In his regionibus imbrium copia admodum exundant flumina. Vnde hoc anno quoddam ripas ſuas magno furore egreſſum omnes gentilium domos ligneas, quæ proximè ripam conſtructæ erant, abripuit in mare, cum multorum hominum interitu. Deportati ſunt & duo Chriſtiani intra ædes ſuas incluſi diem noctéque ad quinque vel ſex leucarum ſpatium. quid facerent in tanto vitæ diſcrimine? inuocant ſupplices matrem miſericordiæ, votiſque factis ſibi conciliant: cuius & clementia impetrarunt, vt tandem domus hæreret in terra, ipſique incolumes euaderent.

In Toquitru quingenti ſupra mille fideles numerantur. Eſt ibi cæcus, qui vacat humandis defunctorum corporibus, varia loca obit doctrinæ Chriſtianæ tradendæ cauſa; ad longa itinera conficienda promptior, quam multi videndi facultate præditi. Chriſtiani in ea ora tantũ veſcuntur herbarum radicibus, glandibus, cœpis; cum aliquanto hordeo, ciceraculis, & admodum modica oriza, & tamen in hac rerum omnium penuria læti viuunt & ſani, rarò ægrotant, omnes ferè ad extremam veniunt ſenectutem. Si morbo aliquo, vt febricula, tententur, cùm medicus eis præter Deum ſit nullus, perfugium ſuum habent ad Eccleſiam, in ea magna diei parte hærent, aquam luſtralem bibunt, ſe precibus cœleſti medico commendant, & denique multi pro ſua ſimplicitate & puritate ſanitatem impetrant.

## DE MEACENSI REGIONE.

Qvamuis perſecutio noſtrorum totos hos decem annos ſuum curſum tenuerit, tamen a tribus quatuórve annis, quibus langueſcere cœpit, res Chriſtiana, diuina opitulante gratia, ſemper vberiorem habuit progreſſum, Taicique & aliorum aduerſariorum animus in Societatis homines æquior extitit. Ac ſuperiore quidem anno, ſupra omnem ſpem humanam, huc vſque tantus fuit nobilium illuſtriũmq; hominum, cũ Meaci tum Ozacæ, (quæ vrbes ſunt totius Iaponiæ facilè principes, omniſque nobilitatis domicilia) ad audiendam Legem noſtram conuerſus, vt omnes, quotquot viderunt audierúntve, obſtupeſcerent. Nobiles enim hi Domini, ſimulatque ſacro lauacro capita ſubjeciſſent, omnibus ſuis amicis & notis autores fuere, vt ſimiliter facerent: vnde tanta hominum turba ad nos confluxit, vt fratres noſtri, cùm diurnis ſermonibus nocturnos addere

addere coguntur, viribus deficiantur.

Ghenifoin, Meacenſis gubernator, qui in aula Taici ferè verſatur, & ſemper præ cæteris ſe noſtris beneuolum propitiúmque demonſtrauit (duo enim eius filii, nepotes, & alii conſanguinei iã baptizati ſunt, & ipſe non longè a regno Dei abeſſe videtur), animaduertens concurſum hunc quotidie augeſcere, metuénſque ne eam ob rem apud Taicum tandem malè audiret, quòd eum non cohibuiſſet, conatus eſt, pro ſua eximia prudentia, tempus locumque opportunum obſeruare, quo animum Taici exploraret: qui ſanè ter ſe commodè obtulit: itaque cùm illi narraret multos ad cognoſcendam Patrum doctrinam, vti nouam & Iaponiis peregrinam, confluere, atque hoc recreationis genere tempus fallere, nihil ſe commoueri oſtendit, imò vultu ipſo indicauit ſe rei conſcium, & vltro diſſimulare. Quamuis verò P. Rector, vt magnam eius patriæ habet experiẽtiam, ac Taicum intus & in cute nouit, omne ſtudium adhibeat in temperando iſto concurſu; nunc vrbe excedendo, nunc Dominis ipſis gentilibus, qui audiendæ Legis noſtræ cauſa ventitant, indicando magnitudinem periculi, tum ipſis tum toti Eccleſiæ Chriſtianæ incumbendis, ſi animus Taici alienetur à Patribus: tamen, quia cernit tam ingens oſtium patefactum lucrifaciendis animabus, & Dominos ipſos tam importunè vrgere, ne oſtium illud recludatur, prorſus veretur ne ſpiritui ſancto reſiſtat, ſi ſanctæ eorum voluntati non obſequatur. Itaque magna circumſpectione pergimus nos accommodare illis, & quamplurimos, vti iam-iam dicemus, in Chriſto regeneramus.

Alius nobilis Chriſtianus, adhuc in fide neophytus, vt Meacum venit, animaduertens nocturnis æquè ac diurnis horis homines frequentes viſere ædes noſtras, admiratus eſt; veritúſque ne tam Patribus, quam vniuerſo cætui Chriſtiano, hæc concurſatio obeſſet, certiorem per litteras reddidit Vice-prouincialem, vt citò & diligenter Patribus Meacenſibus Ozacenſibuſque imperaret, vt cõcurſum illũ cohiberent, hoc eſt, ne ſe in manifeſtum vitę periculum conjicerent. Eáque cogitatio tam altè hominis huius menti impreſſa fuit, vt exiſtimaret rem totam Taico, cui familiariſſimè erat deuinctus, aperiendam, vti & aperuit, ac ſanè videtur id non niſi bono zelo feciſſe, vt videlicet hac ratione Taici mentem expiſcaretur: ſed Taicus vultu ipſo ſatis declarauit ſibi non placuiſſe à Domino illo talem illatum eſſe ſermonẽ, vtpote qui non ignoraret iſta, ſed diſsimularet, quare & paucis his verbis ei reſpondit: Ne te implices iſti negotio, nã ſalutis cura ex cuiuſq; pendet arbitrio.

Quod

Quod ad fructum in illis partibus collectum attinet, quanti æſtimari debeat, poteſt intelligi ex iis, quæ iam ſubjiciam. nam ſi magni facienda ſunt, quæ in aliis Iaponiæ partibus in ipſo perſecutionis, id eſt calamitatum & ærumnarum, æſtu facta ſunt; multo pluris facienda ſunt; quæ inde ab exacto anno in hoc tractu Meacenſi fuiit, idque multis de cauſis: nimirum, quia Taicus nobis tam vicinus, æmuli ad calumnias tam vigiles, quòd ab aula omnes leges Iaponicæ manarint; quòd Bonzii & idolatræ hîc longè ſint maiore numero, quàm alibi; quòd nunquam, à primo noſtrorũ in Meacũ ingreſſu; tanta tamque continua fuerit hominũ ad ædes noſtras accurrentiũ frequentia, quò d nunquã tam multi tãta generis nobilitate ſacris baptiſmi aquis renati fuerint.

Meaci è noſtris duo degunt ſacerdotes, & ſeni fratres, omnes concionatores, ac continenter in ſuis officiis occupati. Ozaci vnus eſt Sacerdos & frater vnus. Tam Meaco quàm Sacaio aliquoties quotannis in vicina regna miſſiones valde ſalutares inſtituuntur.

In Meaco inferiore habitabat ciuis quidam omnium mercatorum facilè locupletiſſimus, qui tanto hominum cæterarumque rerum numero ædes habebat inſtructas, vt non mercatoris, ſed Principis viri ædes viderentur. Hic olim ſectam Amidæ, quæ dicitur Idoſci, profeſſus fuerat; poſt ſuorum perſuaſionem addixit ſe ſectæ Sciaccanæ, quæ appellatur Focheſciu, in qua iam à quindecim annis tantos fecerat proceſſus, vt omnium litteratiſſimus religioſiſſimuſque in ea haberetur, nec erat Meaci vel inter Bonzios, vel inter ſæculares, qui pedem cum illo in diſputationibus conferre auderet. Quotidie religione quadam memoriter recitabat librum dictum Fochechio. Omnes Focheſcii gloriabantur de hac ſuæ ſectæ columna. & quia copioſus erat, in dies aliquot Bonzii prandebant in eius ædibus, vanoſque ritus ſuos & precationes vſurpabant, atque imprimis libros quoſdam, quaſi orationes, legebant ante oratorium inibi nitidè & perelèganter ornatum, in quo continebatur primò Epiſtola priſci cuiuſdam Bonzii, autoris & fundatoris noxiæ huius ſectæ, quam ingenti pecuniæ ſumma, ſi voluiſſet, diuendere potuiſſet. Deinde erant in eo tria genera arcarum vel armariorum anaglypha Fotochi: è quibus anno præterito vnum in Indiam miſſum, vt inde deportaretur in Europam.

Singulari neceſſitudine hic homo cum coniuge ſua iunctus erat gubernatori Sacaiano Ioſepho, eiuſque matri, qui quoniam aduerterant iis naturalem quandam ineſſe clementiam erga ino-

pes,

pes, iam pridem optarant eos Chriſti adiungi Eccleſiæ: at quia dictæ ſectæ nimium erant addicti, nunquam hactenus permoueri poterant, vt aures præberent noſtris concionibus. Verùm vt notarunt Chriſtianos & Patres operam dare egentibus, atque imprimis ægris & deſertis iuuandis, tandem cuiuſdã Chriſtiani rogatu impulſi ſunt, vt ſemel ſaltem ſermoni Chriſtiano intereſſent. Iuit ergo frater quidam ad ædes Ioſephi, vt illis verbum Dei annũciaret: ac mox vxor ita capta eſt dicentis, vel potiùs veritatis efficacia, vt diceret ſe velle eſſe Chriſtianã etiam inuito marito; comploſiſque manibus exclamabat, ſe vehementer dolere, quòd tam ſerò doctrinam noſtram cognouiſſet, quòd fruſtra tot impenſas cum Bonziis in fabricis, eleemoſynis, cõuiuiis, & veſtimentis feciſſet. agebatque immenſas Deo gratias, quòd iam claro fidei lumine illuſtrata eſſet, nec dubitabat ſibi tantum beneficium à Deo conceſſum, quòd in pauperes Dei creaturas liberalem manum antè extendiſſet. Denique poſt auditum aliquot diebus catechiſmum, cum duabus ancillis baptizata eſt; & non multo pòſt eius exemplum ſecutus eſt filius adoptiuus, conſanguineus proximus Bonzii Zacani.

Non multo pòſt maritus fortè diuertit in domum noſtram: vbi dum Pater ei tabulas coſmographicas & ſphæram oſtendit: (rerum enim Aſtronomicarum cognitione delectabatur) incidit ſermo de doctrina Euangelica: qua iterum cognita, baptiſmum expetiuit, quem etiam cum magna rerum diuinarum intelligentia & luce percepit. Erant ergo hi duo in vrbe Meacenſi quaſi binæ faces in exemplum omnium accenſæ: atque vt ilico ardoris ſui teſtimonium relinquerent, tum Bonzios nobiles & opinione doctrinæ celebres, qui quoque menſe ad ipſorum ædes precationum & conuiuiorum cauſa ventitabant, tum reliquos omnes Bonzios à ſe dimiſerunt: quam rem omnes ſupra modum ſunt admirati, eo quòd ille inſtar ignis inter omnes ſectas efferbuerit. Et iam eorum amici & cognati gentiles velut attoniti hærent, nec ſatis capiunt, qua ratione homo tot annis illi ſectæ Iocheſciorum innutritus, qui etiam Bonziis integra delubra ſuo ære excitarat, cum omni familia ſe peregrinæ iſti religioni dediderit.

Poſt hæc P. Rectorem Meacenſem adiit, eumque rogauit, vt quoniam domo ſua omnes Fotochi exturbaſſet, dignaretur ſemel ſacrum Miſſæ facere in illa: cui reſpondit Pater, nondum eſſe tẽpus opportunum. expectandum donec Bonzii mœrorem ſuum concoxerint, lacrymaſque, quas propter eius conuerſionem

profu-

profudiſſent, abſterſerint. Iam verò vbi apertè cognouit, quàm longo interuallo immaculata Dei lex à Bonziorum chymeris & fabulis diſtaret, adjuuante diuina gratia cœpit & alios ad Chriſti ouile attrahere, qui cùm ſint magna autoritate præditi, tum exẽplo tum verbo, olim vſui nobis eſſe poterunt ad multorum conuerſionem. Nomen huic homini eſt Ioannis So, qui vt quotidie vacat cognoſcendis audiendiſq; fidei dogmatibus, ita etiam cum magno applauſu ea tradit aliis: iaq; quàm plurimis & maximè amicis & familiaribus ſuis perſuaſit vt ſermonibus noſtris interſint, & inter eos celebri cuidam Focheſcio in vrbe Meacenſi ditiſſimo, qui & Patri indicauit, ſe & fratri & octo aliis Focheſciis autorem fuiſſe, vt doctrinam noſtram cognoſcerent, & fierent Chriſtiani. Speciatim mentionem hîc fieri de Focheſciis, quia eorum ſecta inter Iaponias peſtilentiſſima & pertinaciſſima eſt, à qua rariſſimi hactenus ad noſtram deflexere. Quanquam re ipſa cõpertum eſt eos, qui ſemel deflexerint, eſſe in fide noſtra reliquis multo firmiores & conſtantiores.

Taico initio regni ſui voluit filiam Chicugundoni, duorum regnorum domini, nubere Bigẽno Saiſciodono trium regnorum Domino. Hæc Domina cùm in tam grauem ægritudinem incidiſſet, vt quaternis quiníſve horis pro mortua haberetur, innumeræ deprecationes, & ritus Satanici, ab idolorum ſacrificulis adhibiti ſunt, & maximè à Iamabuſcis, qui profeſſionem ſequuntur ſacrificandi & offerendi ſe dæmonibus. Conuenere quoque eò multi magi, arioli, diuinatores, & ingens Bonziorum eruditorum, qui monaſteriis præſunt, turba; ac denique alii plurimi impoſtorum greges. Cùm ergo Domina illa tandem nonnihil reſpiraſſet, cepit inclamare palàm, ſe eſſe Inaride Vocaiama, (qui eſt ex Chami, vel idolis in Iaponia admodum venerandis) & in eo incluſos eſſe omnes alios Chami, vel Inari Iaponios. addebat præterea, ſe duos filios illius Dominæ iam vita defunctos accepiſſe, ſe item velle diſcedere, ſed vereri tantùm, ne inſequenti luce poſt diſceſſum quiddam admirabile eueniat.

Quando dæmon hominem inſedit, Iapones aiunt inſiliiſſe in illum vulpem; nomine autem vulpis intelligunt dæmonem. Ad exterminandum autem dæmonem ritus prorſus exoticos & peregrinos cum mille ſuperſtitionum & incantationum formulis vſurpant: inter quas vna fuit omnino ridicula: Iuſſerant enim omnes canes Ozacanæ vrbis trucidari, ad perterrefaciendam vulpem Dominæ dictæ ventri incluſam. Cæterùm cùm omnes iſtorum conatus & labores in irritum caderent; dæmon, inſtar callidiſſi-

lidiſſimæ vulpis, longè maiorem machinatus eſt fraudem, vt grauiùs nocere poſſet, vti iam dicemus. Nam Bigenno Saſciodono huius ægræ maritus, & Quitano Mandocoro Taici vxor, quæ nũquam eam deſerebat, decreuerunt ſupplices inuocare auxilium Amidæ, qui eſt vnus ex primariis & honoratiſſimis Iaponiæ Fatochis, votoque facto promittere, ſe, ſi femina reualeſcat, adlaboraturos, vt, quotquot ſectam profitentur Iecoſchiorum, Focheſciorum, Genſciorumque, nullo excepto nomina dent ſectæ Amidę, quę dicitur Iondoſciorum: atque vt voto mox reſponderet euentus, iuſſerunt fieri elenchum omnium principalium perſonarum, tam Bonziorum, quam ſæcularium, omneſq; euocari vt interpoſito iureiurando ſe in poſterum fore ex factione Iondoſciorũ ſua manu ſubſcriberent.

In hoc elencho continebatur & nomen Sachiondoni, Bigenni Saiſcii conſobrini, qui anno proximo ſuperiore fuit baptizatus, & eſt iuuenis magnis naturæ donis præditus, vt aliàs ſcriptum eſt. Hic ergo certior ab amicis de hoc negotio redditus, re diu multũmque expenſa, decreuit potiùs vitæ adire diſcrimen, quã elencho illi ſubſcribere. Interea extemplo Ozaca Meacum amandat è domo ſua hominem nobilem gentilem, qui Patribus rem totam ſuumque propoſitum patefaceret. Primò, noſtri Domino immenſas gratias egere pro huius iuuenis, adhuc in fide neophyti, conſtantia: deinde reſponderunt: Si ipſe Sachiondonus pro fide in baptiſmo accepta occumberet, ſe quoque omnes, tam Patres quàm fratres, libenter eius exemplum ſecuturos. Vix reſponſionem hãc abſoluerant, ecce tibi Ozaca alium curſorem aientem, Sachiondonum iuratum affirmare Patribus, ſe primum nuncium non amandaſſe ad capiendum conſilium à noſtris, quid facto opus eſſet, ſe enim pro fide & doctrina audita iamdudum paratum mori; ſed tantùm, vt Patres redderet certiores, eorumque precibus ſe commendaret. Noſtri autem ſecundo nuncio idem reſpondêre, quod primo, & ſic ambo ſub noctem celerrimè abſceſſerunt.

Nobilis gentilis, cùm iam duplicis ſclopi emiſſi interuallum abeſſet, recreatus reſponſo à nobis dato, ad ædes noſtras reuertit, dixitque ſe omnino velle fieri Chriſtianum, eandemque cum Domino ſuo mortem oppetere: itaq; breuiter tradita illi Chriſti doctrina, quantum temporis anguſtiæ ferebant, baptizatus eſt cum ſumma ſua & noſtra conſolatione.

P. Rector Meacenſis poſt illos ſubitò Vincentium fratrem hominem quinquagenarium, magni nominis omnes iſtos Dominos propter eloquentiam, emiſit Ozaçam. Quò vt peruenit, ſtatim

Sachiondonus eum vocari iuſſit, tum agentem cum Fuſcea Iuuai, qui conabatur fratri perſuadere, vt omnes vias iniret & rationes Sachiondonum è tam periculoſo caſu eximendi: poſſe hanc rem non ſolùm calamitatem afferre aliquam Patribus, ſed etiam verti in exitium totius familiæ & ſtatus Sachiondoni: itaque ſibi videri nôn eſſe definitè & abſolutè, ſed diſſimulanter & per ambages reſpondendum. At Vincentius reſpondit, ad ſalutem vnam tantùm patêre viam, atque in eam eſſe collimandum, ſeque paratum in hoc genere primas tenere, alios alia ſequi poſſe conſilia, ſibi in re præſenti aliud modò non occurrere. atque ita rediit. ac mox eum inſecutus eſt nuncius à Sachiondono, qui nunciaret, ipſum, quoniam tam opportuna ſe obtuliſſet occaſio, paratũ pro fide mori, neque id mirum debere videri, cùm conueniens ſit vitam ponere pro eo, qui vitam poſuit in cruce pro toto genere humano.

Hæc cùm Sachiondonus apud ánimum ſuum conſtituiſſet, cõtinuò adfuit, qui nomine Bigenni Saiſcii conſobrini & Domini iuberet eum catalogo nominum ſubſcribere, adiuncto iuramento de ſecta Amidæ colenda. Verùm ille animo præſenti & tranquillo his verbis reſpondit: Si quod à me petitur ſpectaret ad honorem & decus Bigenni Saiſciodoni, libentiſſimè obſequerer eius voluntati, ſicut in omnibus id genus negotiis hactenus ſemper ſum obſecutus: at quia pugnat cum fidei Chriſtianæ, quam ille nouit me profiteri, decretis, ac in grauiſſimam vergit diuinæ Maieſtatis iniuriam, nulla ratione obſequi poſſum, maloque vitam profundere, quàm ſubſcribere. Hoc reſponſo tam præciſo audito, Bigenno iuſſit ei reſponderi: Quandoquidem ita in animo ſuo conſtituiſſet, ſe illi ſoli ignoſcere, & liberum tam à iureiurando quàm à ſubſcriptione pronunciare.

Hic cùm eſſet rei exitus, Sachiondonus confeſtim per veredarium noſtros curauit reddi certiores, quod & Vincentius frater per alias litteras præſtitit: vnde magnum omnibus obortum gaudium: res enim hæc attingebat & Taicoſamam, & Quitano Mandocoro, & Saiſciodonum, qui licèt conſobrinus ſit, tamẽ eſt quoque eius Dominus. Et iam multo antè, cùm ſermo incidiſſet cum Patribus de hoc argumento, ſæpe conteſtatus erat mentem ſuam occultis quibuſdam aculeis ſtimulari ad fortiter occumbendum pro Deo creatore cæli & terræ, quem tã clarè ſuſcepta fide agnouiſſet. Cur autem Saiſciodonus illi tam bene velit, non alia cauſa eſt, quàm quia eſt vnus è maximè ſtrenuis ſuæ aulæ militibus, & idcirco denos duodenóſve, eoſque præſtantiſſimos totius patriæ,

alię

alit equos, deinde quia copia ſplendoreque armorum omnibus antecellit. Palatia quædam Ozacæ excitauit, in quorum frontiſpicio & culmine non monſtra formáſve piſcium, vt gentiles Domini ſolent, ſed cruces inauratas defigi iuſſit.

Sachiondoni vxor, cùm aliquando ſupradictam Dominam ægram inuiſeret, illa, licèt gentilis, petiit ſibi agnum Dei dono dari, quem habebat è collo ſuſpenſum, dicens ſe intellexiſſe magnā illi vim ineſſe contra Dæmonem à quo vexabatur: declarabatque, ſi ab eo liberaretur, ſe fore Chriſtianam.

Ea ipſa nocte, qua Sachiondonus noſtros certiores reddidit de caſu antè memorato, aliud quiddam euenit, quod magnam Patribus attulit voluptatem. In aula Taici agunt duo nepotes Nobunangæ, filij Ionoſchedoni primogeniti (qui eodem die cum Patre occubuerat); Maior vocatur Sabucōdonus, qui eſt Dominus maioris partis regni Mino: Minor vocatur Ochichidonus, quatuordecim annos natus, quem quiſquis, vt Patres referunt in litteris, vel viderit, vel allocutus de noſtris fuerit, etiamſi proſapiæ ignarus ſit, mox iudicabit magni alicuius Principis filium. Nam venuſta ſpecies, ſermo, geſtus, motuſque corporis non aliud enunciant, quàm, ſi Iaponium eſſe ignores, prorſus ſuſpicere magni alicuius Germaniæ Domini filium. Iam à multis mēſibus ad Chriſti Eccleſiam aſpirarat, ſed, quia domi ſuæ nullum habebat Chriſtianum, cum quo conferre poſſet, matrem inſuper habebat idolorum Chami & Fotochi cultricem, P. Rector non audebat illi aditum patefacere ad baptiſmum; reformidans ne rumor per vrbem delatus ad aures tandem Taici perueniret. Verùm quia vocatus erat à Deo, omnibus periculis cōtemptis, ſub veſperam aliquando ſe ad ædes fratris ſui Sabucondoni contulit, ibique animi ſui propoſitum duobus Chriſtianis, ſemper fratri maiori aſſiſtentibus, & Michaëli Meacēſis gubernatoris nepoti aperuit, impetratoque per eos fratris conſenſu media nocte ad domum noſtram porrexit, ac P. Rectori indicari cauſam ſui aduentus iuſſit, nempe, vt intereſſet ſermonibus ad Catechumenos inſtitui ſolitis, licet iis aliquando interfuiſſet. Pater videns præſtò eſſe nutū & vocationem diuinam, mādauit fratri, vt catecheſin iuueni traderet, quod cùm per aliquot horas poſt mediam noctem factum eſſet, illeque probè omnia mente comprehendiſſet, P. Rector illum ſalutari aqua impoſito nomine Pauli perfudit. Deinde tempus aliquod in familiari cum noſtris colloquio poſuit. Meritò Sabucondonus hunc fratrem tanto amore complectitur, quia quoties vnà conueniunt, alter ab altero diuelli nequeunt, ambo

gratioſi ſunt apud omnes, inſigni modeſtia & humanitate prædi-ti. Exultabant quidem multi ob eius conuerſionem, ſed noſtri nõ erant vacui metu: & quia adhuc deliteſcebamus, deerat occaſio alendi iuuenis fidem. itaque operam dare cœpimus, vt aliquot primarij eius nobiles ſimiliter darent nomen Chriſto: quod tamen ægre fieri potuit, propter matrem, aliaſque mulieres; à quibus educatur & regitur. Quanquam moderatiores factæ ſunt, poſtquã Vincentius frater ædes Sabucondoni adiit, viſendæ curandæque matris cauſa, cui omnis domus gubernandæ cura incumbit, ac præterea alterius cuiuſdam ægri, qui ſubitò opera fratris ſanatus eſt, cùm aliorum medicorum remedia non iuuiſſent. Quocirca per eum confidimus ad matrem Sabacondoni patefactum iri viã, vt & illa capax aliquando fiat noſtræ legis. Denique cum hoc Domino duo alii adoleſcentes nobiles ſacro lauacro ſunt initiati.

Ghenifoin Gubernator Meacenſis, qui Taici iuſſu huius iuuenis totiuſque domus eius curam gerit, exiſtimatur, cognita re, gauiſurus: nam cùm cõſcius ſit, omnes ſuos filios & nepotes Chriſti iugum ſubiiſſe, tamen nullum eorum vnquam ea de cauſa vel reprehendit, vel impediuit.

P. Rector in quadam epiſtola de nepote Nobunangæ, iam tunc ante menſes aliquot baptizato, ita ſcribit: Paulus leucæ interuallo à nobis diſtat, ſed idcirco non prætermittit ad Eccleſiam ventitare, quoties poteſt: & in conſuetudine familiari eſt quaſi vnus ex noſtris. effecit, vt omnes ſui honorarii pueri Chriſto nomen dederint, qui omnes ſunt magnæ expectationis: nunc enixè laborat vt nutricem ſuam, quæ egregia mulier eſt, faciat Chriſtianam. Mater eius, vt intellexit eum baptizatum, declarauit ſe æquo animo ferre; ſed quia valet autoritate & gratia apud Taicum, ſuam differt conuerſionem. Habet hic adoleſcens præſtantiores naturæ dotes, quàm ego in vllo Iapone notarim: humilis eſt, humanus, omnium ſe moribus accommodans, nullius contemptor, ne quidem famulorum ſuorum, nunquam ex eius ore verbum elabitur inconcinnum, ruſticum, illiberale: Omnes autem virtutes ſuperat in eo inſignis vitæ integritas, & in fide conſtantia, atque ideo ab omnibus amatur & colitur. Denique hæc nepotum Nobunangæ familia videtur quadam ſingulari Dei prouidentia gubernari: præterquam enim quòd multi iam ſint ex ea Chriſtiani in regno, & Saburondoni aula, multi etiam alii magno indies ardore accurrunt ad audienda diuinæ legis myſteria, vt & ipſi Chriſto digni fiant. Superioribus certè diebus baptizatus eſt frater & filius nutricis Sabucondoni, qui & illi ſuadere conantur, vt baptiſmum

recipiat;& ſpes eſt breui venturam:cuius exemplum proculdubio multi aliiimitabuntur , habet enim vniuerſam Sabucondoni domum ſuæ curę ſubiectam. Horum duorum Nobunangę nepotum non eſt vna mater,ſed diuerſæ.

Sacondonus in propugnaculo Cameiama,à Taico ſibi donato, ſecum habet Chriſtianum quendam,nomine Sotan,cui gubernator in ſingulos annos attribuit bis mille orizæ ſaccos;eundē quoque procuratorem conſtituit decem millium aureorum,eo quòd ſit homo ſincerus,animoſus,& eques intrepidus. Hic Sotan magno deſiderio tenebatur,vt Sacondoni Pater Ghenifoin Chriſto nomen daret:cumque diu multumque cogitaſſet de ratione eum ad Chriſtum trahendi,cæpit ſermonem inſtituere cum Foin filiis, illiſque dicere,ſe prorſus animo decreuiſſe cum Patre ipſorum loqui de rebus Chriſtianorum. Verùm illi bis eum deterruere: ſed Sotan,impatiens morę diuturnioris,tandem audacter in hanc eū allocutus eſt ſententiam. Quoque menſe ex mandato Taicoſamæ iubes in delubrum nouum Daibut octingentos cōuenire Bonzios,vt iuſta eius matri perſoluant:cùm igitur ad hoc officiū præſtandum ex omnibus ſectis ſacrificuli confluant, aueo cognoſcere, cur non & Patres Chriſtianorum Duces accerſantur, vt illi pro ſuo quoque ritu parentent? Reſpondit Foin: Lex Patrum longè diſcrepat a Iaponiorum ſectis ; neque enim licitum eſt Chriſtianis ſecundùm ſuam legem vllam communionem habere cum Bonziis: cumq; multa alia in laudem ſanctæ legis noſtræ addidiſſet,reſpondit Sotan:Videris mihi, domine, aliquando interfuiſſe Chriſtianis concionibus. Verè, inquit Foin,nemo non laudat legem illam,& in cælum tollit, multiſque modis prædicat, vbicunque vel minima mentio de ea incidit. Tum Sotan:Si ita ſe res habet,tu quoque aures præbere deberes ſermonibus qui in Eccleſia ad Gentiles habentur, & ſi deprehenderes talem eſſe doctrinam, qualem omnes prædicant,meritò eandem deberes amplecti. Ad hoc,cùm gubernator nihil reſponderet,Sotan premere hominem perrexit,& dicere omninò ipſi neceſſarium eſſe audire conciones noſtras,& ſi offendat doctrinam Chriſtianam eſſe ſolidam , veritateque ipſa niti,ipſe quoque Chriſtianis ſacris ſubſcriberet. Foin igitur videns ſe hac oratione conſtrictum, nō aliud ſemel iterumque dixit , quàm, ſic eſt, ſic eſt,vt dicis,& fine colloquendi facto magna ipſi Sotan iniecta ſpes eſt , breui Ghenifoin ad Chriſtiana caſtra deflexurum.

Aliàs eidem Gubernatori in eodem propugnaculo agenti femina quædam aperuit, tam filios quàm nepotes ipſius tranſiiſſe

 ad

ad Chriſtianos. Cui tunc reſpondit, ſalutem animæ in cuiuſque libera eſſe poteſtate. Poſt hæc & alia eum femina conuenit, quæ idem ei particulatim expoſuit, arbitrata eum non eſſe rei cõſciũ. Audiit, vnà cum vxore tum præſente, ſed ſine reſponſo eã dimiſit.

Duodecimus iam annus agitur, ex quo Meaci homo quidam nobilis baptizatus eſt, tunc 16 vel 17 annorum, Domini regni Tarabani iam vita defuncti filius. Nomẽ ei eſt Ioannes Vaitodonus, qui cum Cainocamedono profectus erat in Cinam ad fœdus de pace ineundnm. Erat huic Domino Meaci ſoror ethnica, quæ in exiguo templo, nõ ineleganti, cum aliis feminis vitam agebat eremiticam. Magni illa in aula fiebat, eo quòd inculpatè ſe habuiſſet, & vitam longè ab aliis Bicunis, quæ ſunt Iaponiorum quaſi moniales, diſcrepantem duxiſſet, nec alii rei plus quàm procurandæ ſuæ ſaluti inuigilaret; atque eam ob rem omnibus Dominis, atque ipſi Quitanomandocoro, quæ eſt primaria Taici coniunx, cariſſima erat & coniunctiſſima. Eiuſmodi cùm eſſet hæc femina, à Deo illuminata eſt, & ad audiendos Vincentii noſtri ſermones venit: cui tantum lumen mox diuinæ veritatis obortum eſt, vt & impenſè ilico peteret fieri Chriſtianam, & opiniones omnes quas habebat de ſuis Fotochi animo prorſus eximeret. Deinde, vt palã probaret, quanto cum fructu ſuo ſermonibus ſacris interfuiſſet, nõ dubitauit diſputationem cũ litteratiſſimo Bonzo, quo Magiſtro vſa fuerat, ſuſcipere; interrogatiunculiſque de capitibus fidei noſtræ poſitis ſic hominem conuicit, vt non habuerit, quod reſponderet, totuſque eius vultus pudore nõ ſemel ſuffunderetur. Ineſt feminæ huic eximia quædam prudentia, rationibuſque efficacibus tueri valet ſanctę legis myſteria, quæ ſemel menti impreſſit. Quare P. Rector Meacenſis in deliberationem vocauit, cõſultiúſne foret, eam ſtatim ad baptiſmum admittere, an verò per aliquod tempus, quod multę graues rationes ſuadebant, in catechumenorum cætu eam relinquere: ac tandem poſterius cõſiliũ placuit, vt diligentiùs vacaret dogmatibus religionis Chriſtianæ pernoſcendis, quo coram magnis & gentilibus aulæ dominis confidentiùs de iis loqui poſſet, atque etiam opportunitatem quæreret loquendi vxori Chicugendoni, Domini duorum triúmve Regnorum, eo quòd hæc Domina magnopere ad Chriſtianam religionem ſemper fuerit affecta, & cũ ſit ex primariis aulæ mulieribus, facilè per eam ad alios nobiles Dominos inſtruendos via aperiri poſſit. Sic faciendũ eſſe quidem cõcluſum eſt, tamen quia magno deſiderio baptiſmi flagrabat, rogauit, nũ hoc officiũ, quod ad gloriã Dei prȩſtare cogitaret, proficuũ animȩ ſuȩ eſſet futurũ; cum-

que

que Pater annuiſſet, maximè fore, magnam conſolationem accepit. Prorogauit itaque Pater eius baptiſmum. Cùm ergo omnibus eſſet nota, & in ſummo pretio, primò quidem rumor percrebuit, illam veteribus ſuperſtitionibus & conſuetis corporis pœnitentiis abſtinere: ſed deinde cum tempore ſummum ſecutum de tota re ſilentium. Quòd ſi templum deſerat, in quo huc vſque perſtitit, non dubium quin nouam ſit concitatura admirationem, ſed felici, vt ſperamus, euentu. Interea omnem occaſionem aucupatur agendi cum principibus aulæ Dominis, iiſque dicendi, quemadmodum à fratre ſuo Naitodono vi rationum inducta ſit in ſententiam, vt quamprimum ſe aggreget cætui Chriſtianorum. Primò autem aggredietur rem cum principibus feminis à natura nouitatum cupidis.

Gratia, Domina Tangi, de cuius conuerſione & moribus iam ſcriptum eſt, ante annos vndecim occultè domi ſuæ à conſanguinea Chriſtiana, eo quòd maritus gentilis eſſet, ſalutaribus aquis expiata fuit. Quando autem Taico nepotem ſuum Quabacondonum trucidari juſſit, cum multis aliis Dominis, prætextu initæ contra ſe conjurationis, mariti quoque Gratiæ vita in idem necis periculum vocata eſt: & quia more apud Iapones receptum eſt, vt nobiles gentiles, antequam ſibi ipſi vim inferant, priùs è medio tollant conjuges, liberos, ancillas, ne in manus hoſtium veniant, intellexit Gratia, occumbente marito, ſibi quoque cum omnibus familiæ mulieribus moriendum eſſe. Quamuis autem ſolitudo ſeueritaſque vitæ eius longiſſimè diſtet à conſuetudine viuendi aliarum Dominarum nobilium, tamen in hodiernum vſque diem plurimum deſudauit in fide ſarta tecta, tum in ſe tum in ancillis ſuis retinenda. Et quanquam à baptiſmo vndecim anni elapſi ſint, tamen toto hoc temporis ſpatio nunquam Patrem vllum conſpexit, nunquam Eccleſiam ingreſſa eſt, nunquam diuino officio vel concioni interfuit; nec plus didicit, quàm prima vice in domo noſtra Ozacana, cùm adhuc gentilis eſſet, percepit; quantumque ab illa Chriſtiana, quæ eam baptizauit, cognouit. Cumq; nunquam de peccatis confiteri potuerit, eo quòd marito nunquam ſuam conuerſionem patefecerit, anno ſuperiore, dum in diſcrimen, vt dixi, vitæ incidiſſet, per certum hominem vehementer à Patribus Meacenſibus petiuit aliquot Miſſæ ſacra pro ſe fieri, vt Deus Dominus noſter dignaretur ipſam cum marito totáque familia à tam præſenti periculo liberare: & quoniam nullam adhuc notitiam Sacramenti pœnitentiæ acceperat, ancillam Chriſtianam, cui plurimum fidebat ad ſe vocauit, eique omnia

ſua peccata confeſſa eſt, eam obſecrans, vt, quoniam ipſa per ſe nō poſſet, ea nomine ſuo P. Rectori Meacenſi fateretur, & ab eo pœnitentiam & abſolutionē conſequeretur. Pater magnam conſolationem ex hoc ardenti confitendi deſiderio accepit, & per dictam ancillam tradidit ei modum, quo à Deo poſtulare poſſet contritionem & veniam ſuorum peccatorum, inſtruendo eam in fide & ſpe, quam in Deo collocare deberet. quod reſponſum Gratiæ magnam attulit voluptatē. Deinde rurſum dubia aliqua propoſuit, inter quæ erat, quod maritus ei iuſſerat, vt impendente periculo ſe ipſa continuò interimeret. Et reſpondit ei Pater, nullo modo id ei licitum eſſe: eſſe enim grauiſſimum apud Deum ſcelus. Gratia ergo dixit ſe conſilio Patris ſtaturam. Verùm poſtea diuinæ bonitati placuit, omnes è vitæ periculo eripere.

Accidit deinde Sabucondoni nutricem in grauem incidere morbum, vnde ipſe magnum cepit dolorem; habebat enim eam matris loco, & illa humeris ſuis totam familiæ curam ſuſtinebat; deinde apud Taicum omnia neceſſaria procurabat, & ob eximias naturæ dotes omnibus aulæ Dominis gratiſſima erat. Pater Rector intellecta ægritudine, omne ſtudium adhibuit, vt fieret Chriſtiana, tum quòd Sabucondonus id optaſſet, tum quòd illa non abnueret; & quoniam aliud tempus commodum nō ſuppetebat, curatum eſt, vt breuiter Vincentium fratrem dicentem audiret; quo audito petiuit quidē baptizari, ſed cur baptiſmus illi cōferri non poſſet, fecit ingens nobilium & primariorum aulæ Dominorum eam inuiſentium concurſus, iugiſque multorum gentiliū lectum cingentium præſentia. P. Rector certè ita in omnem occaſionem conferendi ei quamprimum baptiſmum incubuit, vt duos fratres noſtros Iaponios clam in eandē domum ſubmiſerit, qui per vices aduigilarent, eamque ſalutari aqua perfunderent, ſi vel minimo momento ab ea viſitatores abeſſent. Tantæ cautionis & prouiſionis cauſa alia non erat, niſi, vt ne res ſuboleret Taico, hoc eſt, ne in diſcrimen aliquod res Eccleſiæ vel ipſius Sabucondoni venirent. Denique cùm hoc conſilium nō ſuccederet, frater noſter Vincentius homo ſenex & expertæ induſtriæ, quiq; autoritatem à medendi peritia obtinuerat, alia via anteuertendas dæmonis fraudes exiſtimauit. Adiit itaque ęgram, & dixit: Domina, ſi placet, certis ritibus coërcebo humani generis hoſtē, ne tibi incommodare poſſit. Gaudebant plurimū qui præſtò erant, perſuaſi ritus illos non diſſimiles eſſe ſuis diabolicis. Frater quieto & tranquillo animo iubet magnam proferri peluim cum aquæ poculo. vtroque allato, clara voce dixit, (ipſa ſola conſcia & in rem

mente

mente intenta) Maria, *ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti:*. inter verba injiciens aquam in caput. Et quoniam circunſtantes idiomatis ignari erant, nec cærimoniam viderant, prorſus arbitrati ſunt fratrem noſtrum recondita aliqua incantatione vſum. Ipſa verò Domina tacitè & diſſimulanter magna fuit ex hoc ſucceſſu conſolatione affecta. Dum hæc fierent, in angulo quodam latebant Sabucondonus & frater eius, ipſius Dominæ filij; (de quibus, quo pacto Chriſtiani facti ſint, ſuperiùs dictum eſt) qui conſpecta fratris noſtri induſtria, & gentilium ignorantia, à riſu ſe abſtinere nequiuerunt. Iam verò quoniam illa magno deſiderio teneri cœpit cognoſcendi res fidei Chriſtianæ, creſcente licèt morbo, poſtulauit a Sabucondono deferri in ædes ſui fratris, vt commodiùs ibi curari poſſet. Qua occaſione Vincentio fratri aditus ad eam patefactus eſt, qui eam de capitibus fidei accuratè inſtruxit. Hora autem mortis appropinquante, Sabucondonum, quem ſuo lacte aluerat & educarat, vocauit, eiq; dixit, ſe nihil teſtamento ipſi legaſſe, eo quòd omniũ ſuorum eum feciſſet hæredem. Deinde animaduertẽs ſe Chriſtiana ſepultura ob perſecutionem noſtram, & quia apud Taicum totamque aulam in ſumma exiſtimatione eſſet, vti non poſſe: rogauit, ne corpus ſuum vllo modo in conſpectum Bonziorum veniret, ſed peruenuſtæ ac diligenter occluſæ arcæ imponeretur; immo nec more Iaponico exureretur, ſed terræ mandaretur. Vtrinque multa fuit comploratio, multiq́ue gemitus & ſingultus: cumque hora adeſſet, qua ſpiritum Deo reddìtura videbatur, omnes, quotquot præſentes erant, numero maximo cœperunt lata voce inuocare nomen Amidæ, & Fatoche icones aliquot locis affigere. Quod videns ægra, confeſtim iuſſit vocari fratrem ſuum & filium, quos voluit ſuo lateri inhærentes continuò inclamare ſanctiſſimum nomen Ieſu & Mariæ, ne auribus admittere cogeretur nomina demonũ, qui à gentilibus inibi inuocabantur. Quod ſedulò illi fecere, ac deniq; cum nomine Ieſu animã ſuam in manus Dei tradidit, ſignis declarans externis, illum quoque cordi ſuo impreſſum fuiſſe. Qui felix exitus tum Chriſtianos omnes, tum imprimis Sabucondonum, qui nunquam ab ea diſceſſit, incredibili lætitia affecit; imò conſiderans, quemadmodũ hæc nobilis femina, nutrix ſua fuerit à Deo electa, immenſas gratias pro tanto beneficio diuinæ maieſtati rependebat.

Quod ad conuerſionem attinet, à Septembri ſuperioris anni vſque ad præſentẽ anni 96 factam, ſumma eſt: Meaci & Ozacæ, quæ duæ ſunt vrbes primariæ, in quibus Taico cum vniuerſa

nobilitate Iaponica ſedem fixit, multa capita mortalium ſanctiſſimis baptiſmi aquis tincta ſunt: nec enim vel vnus dies abiit, quin in alterutro loco aliqui Eccleſiæ ſe aggregarint. Referemus de aliquibus genere nobilibus, prætermiſſis nominibus eorũ qui iam baptizati ſunt, nec enim ea prodi ſinit temporum iniquitas, ipſique ea ſilentio ſupprimi malunt. itaque ſatis erit, cognoſcere, nunquam à tempore, quo noſtri in hanc regionem Meacenſem peruenere, neque tam multos neque tam illuſtres perſonas ad baptiſmum admiſſas, atque hoc anno: nec aliud iam expectamus, quàm, vno exilii & perſecutionis obice remoto, diuina aſpirante gratia, maximum conuerſioni oſtium tandem patefactum iri.

Præter Paulum Nobunangæ nepotem, de quo ſuprà egimus, Chriſtianis ſe adjunxit nobiliſſimus adoleſcens 22 annorum, Regis Vomenſis filius, cuius Pater ante aliquot annos obiit Chriſtianus, & mater etiamnum Chriſtiana eſt: ne autem ipſe fieret, multa hactenus obſtiterant. Patri nomen erat Quiongocudono, ipſi verò Ioannes Sciurindonus, propter eximias naturæ dotes, & generis claritatem Taico omnibuſq; aulæ Dominis percarus, atque ideo illum amplis vectigalibus ornauit. Deinde ex parte matris ſanguine proximè conjunctus eſt Taici filio: mater enim eius Maria eſt matertera matris filii Taici: vnde & cõſanguineus eſt filiorum Nobunangæ, atque in regno Sciano pro annuo reditu habet ducenta ſexaginta millia ſaccorum orizæ. Baptizatus eſt cum magna ſua lætitia, cùm ſanctæ fidei capita omnia ita accuratè didiciſſet, vt ad quaſuis quæſtiones promptè reſpondere poſſet. Suapte ſponte ad ædes noſtras cum alio æquè nobili iuuene venerat, doctrinæ Euãgelicæ cognoſcendæ cauſa, quam vterq; etiam pari voluntate & ſtudio complexus eſt.

Idem Ioannes Sciurindonus dedita opera aliquando nobilibus ſuis appoſuit exquiſitum epulum, vt hac illecebra eos ad audiendum Dei verbum proliceret, & clàm interuenire curauit fratrem Iaponium, qui eos inſtrueret. Totam is noctem vſque ad matutinam lucem in dicendo conſumpſit, effecítque, vt paulatim ad baptiſmum accurrant; & iam primarius quidam illius domus, cũ aliis quatuor, eſt hoc Sacramento initiatus. Eorum exemplum ſecutus eſt alius Dominus, cuius annuus cenſus eſt ducentorum quadraginta millium ſaccorum orizæ, & continenter alii atque alii principes viri illis ſuccedunt. Quando autem hi conueniunt, cùm omnes aulici ſint, & ſingulari intelligentia rerum Chriſtianarum præditi, ſpeciem quandam præbent quaſi Religionis, ob

eximiam

eximiam virtutem in eorum animis impreſſam. Caput eorum & præfectus eſt homo quinquagenario major, qui in frequentanda domo noſtra aſſiduus eſt, & quæ in dies à nobis de Theologia Chriſtiana audit, tam perfectè & clarè perſpicit, vt ſubitò ſe cõparet ad ea aliis prædicanda, tantáque dicendi gratia valet, vt auditoribus videatur eſſe vnus ex Chriſtianis antiquis. Vnus quoque ex puerorum honoratiorum Sciurindoni præfectis aures præbet legi Chriſtianæ cum voluntate ſuſcipiendi baptiſmi: & quia longiſſimè abeſt ab ædibus noſtris, non poſſunt noſtri toties, quoties vellent, eum conuenire. Sciurindonus quoq; ſæpe inuiſit nobiliſſimos quoſque gentiles; ac vt prudentia inſigni valet, non omnibus patefacit ſe eſſe Chriſtianum, ſed tantùm iis, quos nouit in legem Chriſti propenſiores; & noſtri pergũt totam eius familiam facere Chriſtianam.

Quadam nocte idem de induſtria ſeptem vel octo doctiſsimos homines è Meaco viciniſque regnis in ædes ſuas euocauit, & cũ iis vnum è fratribus noſtris Iaponium, feruentem & concionandi peritum; qui totam noctem docendo & diſputando cum illis cõſumpſit, & denique efficacitate rationum conuicit. Singulari Dei auxilio factum eſt, vt frater improuisò quæſtiones eorum omnes perdifficiles & curioſas accuratè diſcuſſerit. Inter eos erat quidam nomine Soan, qui in omnibus legibus tota Iaponia celebratis peritiſſimus habebatur: Is quæſtiones tam arduas in medium protulit, vt Sciurindonus aliique præſentes obſtupeſcerent: & tamen ille quoque tandem veritati locum dedit. cumque omnes eſſent viri graues, apertè declararunt optare ſe in Chriſtianorum numerum adſcribi. Quotidie Sciurindonus optaret noſtrorum uti conſuetudine, ſed quia maxima eſt apud homines auctoritate, nec in publicum prodire poteſt ſine magno hominum comitatu, non poteſt, toties ac vellet, ſuo deſiderio facere ſatis. Quòd ſi rhedarum vſus à Taico vetitus non eſſet, crebriùs ventitare ad ædes noſtras poſſet. In magnam ſpem venimus fratrem eius Præfectum propugnaculi, cui nomen Votur, inter ea quæ exſtant in Gochinai præſtantiſſimi, & abeſt tres quatuórve leucas Meaco, breui Chriſtiana ſacra ſuo calculo probaturum.

Magna nobilium pars, qui nunc in ædibus noſtris cœleſti doctrinæ dant operam, fuerunt diſcipuli celeberrimorum excellentiſſimorumq; Doctorum Bõziorum monaſterii dicti Muraſache, quod totius Iaponiæ eſt nobiliſſimum, & ſectæ Genſciorum caput, qui docent poſt hanc vitã nihil eſſe. Hi Domini tã ſubtiles

&

& acutas quæſtiones proponunt, vt, ſi fratres noſtri Iaponii non accuratè callerent ſectarum Iaponicarum commenta, ( ſeriò enim illis cognoſcendis operam nauant ) non poſſint facilè eas enodare.

Filii Ghenifoin, qui agit in propugnaculo Camaiamæ regni Tambæ, cum aliis Chriſtianis ibidem degentibus omnem funem mouent, vt totum Regnum regno Chriſti ſubjiciatur.

Ex regno Volciu duo primarii Chriſtiani domus Sidandoni, proximo anno vita defuncti, ſcripſere totum populum teneri deſiderio cognoſcendæ doctrinæ noſtræ, nec aliud expectari, quàm fratrem aliquem qui eam annuntiet.

Nepos quidam Sacumondoni præfecti generalis exercitus Nobunangæ, opibuſque & potentia apud eundem clariſſimi, ſalutari aqua perfuſus eſt. Nomen ei eſt Mango Ziro. Cùm autem audire cogitaret doctrinam noſtram, ſecum duxit excellentem quendam Iaponię doctorem nomine Ciuan, qui primò prænobili Monaſterio dicto Meoſciengi præfectus erat, aliáſque dignitates magnas inter Bonzios obtinuerat: deinde ad conſequendum Doctoris gradum ſe in Sciengui vrbem Regis Cainocume contulerat; quod regnum poſt eius mortem à Scibatandono, Domino Regni Iechigé, occupatum eſt: quo mortuo, fuga elapſus, vrbem Meacenſem incolere cœpit, & docere idioma Cinenſe, in quo ſicut & in verſibus æquè Cinenſibus ac Iaponicis pangendis excellebat: quæ res in magno pretio eſt apud nobiles. Hic ergo cum noſtris multas & graues, præſente Mango, habuit diſceptationes, & poſt dies aliquot, in audienda fidei doctrina tranſactos, demonſtrationum Euangelicarum efficacitate expugnati, ſupplices ſe Chriſto ambo eiuſque lauacro ſubdiderunt. Hoc opus fuit illius Sotan, qui conatus eſt ipſum Foin adducere ad Chriſtum, & mirificum habet donum declarandi res fidei iſtis Dominis: quod non aliunde proficiſcitur, quam quia magno ſenſu legis Euangelicæ dogmata apprehendit.

Baptiſmum item accepit primarius quidam vir è familia Ieiaſi, qui Ieiaſus poſt Taicum primas inter Iaponiæ Dominos obtinet: atque ita ignis Spiritus ſancti vndique ſe prodit.

Nobilis quidam, dictus Cumagai, vnus ex quinque principibus viris, quos ſecum habet Achinomori rex Amagucci, aliorumq; regnorum nouem, ante decennium Chriſtum in regno Bungen ſecutus fuerat, ſed quia a baptiſmo nihil de fidei rebus cognoſcere potuit, ſatis elanguerat. Verùm poſtquam cum illo per biduum de iis actum eſt, ſic animum collegit, vt literis ad Patrem datis palam

iàm teſtatus ſit, ſe conuenienter fidei ſemel ſuſceptæ vitam deinceps inſtituere velle; omnémque lapidem moturum, vt multos Dominos è domo Mori in ſuam ſententiam pertrahat.

Sachiondonus Bigenni Saiſcii, de quo iam actum eſt, nepos petiuit a P. Rectore, vt ad ædes ſuas veniret. Venit Pater: ipſe verò cum aliis aliquot Chriſtianis eum deduxit ad Oratorium ſuum, in quo primò characteribus Iaponicis grandibus deſcripta erant præcepta Decalogi, deinde oſtendebatur ingens Agnus Dei magni pretii. Deinde ex vna altaris parte erat effigies crucifixi, quam magni æſtimabat, ab altera verò Deiparæ; ad pedem verò corona & diſciplina. cumque ibi omnes orauiſſent, poſtulauit à fratre P. Rectoris comite, vt nobili cuidam Domino, nomine Camondono, qui eſt princeps omnium qui præſunt Taici operibus in Ozaca exſtruendis, diuinam legem annuntiaret, quod & fecit. Productuſque eſt ſermo ipſo vrgente in quartam vſque horologii horã, & cùm omnia probè intellexiſſet, promiſit ſe Meaci reliqua auditurum, & baptiſmi ſignaculum recepturum.

Quòd hoc anno 96 tantus gentilium numerus Meaci & Ozacæ ad ædes noſtras audiendæ catecheſeos cauſa confluxerit, illa potiſſimùm ratio & origo fuit, quòd, cùm Taico pulcherrimam vrbem, dictam Fuſcimum, binarum leucarum interuallo à Meaco diſtantem, excitarit, factum ſit, vt innumerabilis hominũ multitudo eò cõfluxerit, partim vt operam ſuam ibi locarent, partim vt mercaturam facerent: alii verò, vt viri Principes & magni Domini diuerſorum Iaponiæ regnorum, quò ſedem figerent in aula Taici. Ac quamuis metropolis Iaponiæ Meacum deſeri habitatoribus cœperit, poſtquam propugnaculum ampliſſimũ cum regiis palatiis Quabacondoni tranſlatum eſt Fuſcimum, quò & aliis multis Dominis cum omni familia ſua demigrandum fuit, ac proinde Meacenſi vrbi multum de veteri ſplendore & magnificentia detractum ſit; tamen nunc tranquillior eſt, & turbarum ac tumultuum expers, quos aula ſecum trahebat. Deinde in ea remanſit Daire cum ſuo ſtatu, & immenſus ille circum vrbem tractus, quo quingenta templa, & inter ea multa Bonziorum cœnobia, continentur. Deinde noua vrbs Fuſcimenſis longiſſimè protracta eſt, ſic vt extremæ eius ædes extremis Meacenſium jungantur. Itaque affluente hominum numero, vigentibuſque commerciis, toties à Iaponiis, natura curioſis & nouitatum cupidis, ad noſtras ædes ventum eſt: vt non niſi maximo labore hoc anno eorum votis fieri potuerit ſatis: immo etiam opus fuerit, fratribus iam oneri penè ſuccumbentibus, à P. Vice-prouinciale per litte-

ras & nuncios noua poſcere ſupplementa, quorũ acceſſione nonnihil mitigatus eſt prædicationis Euãgelicæ labor. Accedit, quòd magnæ ſint ædium noſtrarum anguſtiæ, ac ad verbum Dei multis exponendum valde incommodæ, & ideo nonnunquam horis nocturnis prædicandum fuit, vel certè in quorũdam Chriſtianorum ædibus; ſed clanculum, ad cauendum periculum, ne rumor perueniret ad aures Taici. Multi enim ſunt quibus non vacat diurnis horis ad nos venire, & quibus vacat, ii ſæpenumero integras noctes inſomnes, deſiderio audiendi monita ſalutis, ducunt.

Vnus ex illuſtribus Dominis 16 annorum adoleſcens, Regni vnius Dominus, tanta prudentia & maturitate res ſuas agit, ac imprimis quæ ad religionem Chriſtianam ſpectant tanto feruore & ædificatione exercet, vt omnibus ſuis ſit virtutis ſpeculum & exemplar. Ter hoc anno confeſſus eſt. atque eam ob rem noctu curat ad palatium ſuum euocari Patrem aliquem, ne, ſi ipſe ad nos veniat, res Taico innoteſcat. P. Rector autem, vt rectiùs in fide corroboretur, nonnunquam etiam amandat ad eum aliquem fratrem Iaponium, qui cum illo de rebus diuinis loquatur, vnde magnam capit voluptatem. Ex animo optabat omnes ſuos fieri Chriſtianos, & ideo, licèt humanum & affabilem ſe præbeat omnibus, plus tamen declarat ſe bene velle & fidere Chriſtianis.

Habet hic Princeps domi ſuæ duos nobiles Dominos Chriſtianos: alteri nomẽ eſt Thomæ, alteri Iacobi, qui ſunt eius quaſi pædagogi in rebus fidei: ac vt ſunt prudentes, & ſalutis ſuæ amantes, præclarè officio ſuo in informando iuuene funguntur: cauentque diligenter, ne vel exaſperentur in ipſos Ethnici, vel rei Chriſtianæ curſum inhibeant. Omnes autem ſæpe ad domũ noſtram Miſſæ, concionis, & confeſſionis cauſa veniunt.

Filii Ghenifoin, (qui fuit Meacenſis gubernator, nunc autem præeſt negotiis Dairi, omnibuſque cœnobiis & delubris Meacenſibus) cum aliquot ſuis nepotibus, multum proficiunt aſſidua noſtrorum conſuetudine, omneſque Chriſtianos frequentatione concionum & ſacramentorum facilè ſuperant. magnam etiam in fide conſtantiam animique robur declararunt in tolerandis parentum conſanguineorumque ſuorum reprehenſionibus & conuitiis, ſuaque vitæ integritate & probitate morum omnibus magnam afferunt admirationem.

Sacondonus filius maior Foin, qui propugnaculum habet in regno Tambæ cum redditu centum milliũ ſaccorũ orizæ, nullis occupa-

ccupationibus ſinit ſe auocari, quo minùs ſuis temporibus de
:ccatis fateatur: & P. Rector Meaco crebrò ad eum mittit quoſ-
am fratres, qui de rebus diuinis cum eo colloquantur. Leo eius
ater inter omnes eximium omnibus virtutis exemplum præbet,
oſque progreſſus in rerum diuinarum ſapientia fecit, vt om-
ium, ſiue gentilium, ſiue Chriſtianorum, animos ſermone ſuo ca-
at. nec vllus eſt, qui non optimè de eo loquatur & ſentiat: ac v-
rque parens tantopere eius conſuetudine delectantur, vt non ſi-
int eum à ſe diuelli. Æſtate præterita, cùm æger eſſet, domum
oſtram venit, vt à Vincentio fratre noſtro antidotum aliquod
ciperet, à quo & paucorum dierum interuallo tandem integræ
nitati eſt reſtitutus, cum magna parentum congratulatione: ac
ater quidem diſſimulans, quaſi neſciret domi noſtræ ſanatum,
primùm rediit Fuſcimum, percunctata eum eſt, quo medico
us fuiſſet, reſponditque ſe vſum quodam medico Meaci inferio-
s, nec nomen eius prodidit.

Conſobrinus quidam Sacondoni dictus Michaël, comes indi-
duus Leonis, adoleſcens amabilis & placidus, in dogmatibus
lei plurimum proceſſit. Is à Foin reprehenſus de capitibus qui-
iſdam falsò ad eum delatis, ita præclarè ſe purgauit, vt accuſa-
res ſuos capitales Chriſtianorũ hoſtes mendacii luculenti coar-
erit, omnibuſque ſuam integritatem & fidem egregiè proba-
. Et quia tam præclaris naturæ donis præditus eſt, Magdalena,
iæ à ſecretis eſt vxoris Taici, decreuit conſobrinam quandam
am ei in Matrimonium tradere, quod factum non niſi diuinæ
ouidentiæ attribuimus.

Alius prȩterea eſt nobilis adoleſcens Ioannes, conſobrinus vx-
is Foin, qui grauiſsimè à matre ſua & amita reprehenſus eſt,
òd nomen Chriſtianȩ Eccleſiæ dediſſet, & crebriùs ad ædes no-
as diuerteret: verùm ille, vt prudentia præſtat, neque ſui pur-
ndi cauſa quicquam illis reſpondit, ne iram accenderet, ne-
e minis earum ſe commoueri oſtendit; quare neque de priſti-
ſuo more nos adeundi, vel Miſſæ vel confeſſionis cauſa, quic-
am detraxit: & illæ etiam deinceps totam rem vltro diſſimu-
unt.

Omnes famuli nepotum Foin, Dominorum ſuorum imitato-
, pergunt viuere bene, & exomologeſin frequentare, Do-
niſque ſuis fideliter & amanter omnia officia & ſeruitia de-
re, ac Deo immenſas agere gratias, quòd Dominos nacti
t Chriſtianos, à quibus humaniter iuxtà ac beneuolè tra-
ntur.

Paulus Fidandoni cõgnatus,qui fuit è præcipuis Dominis au-
læ Taici,& Nobunangæ gener; & Ioannes Dux belli præcipuu
eiuſdem Fidãdoni, commorantur in ditione Oſciu,longè à Mea-
co remota,cũ aliis Chriſtianis.Is multis principibus viris aucto
fuit complectendæ Chriſti doctrinæ, & idcirco à P. Rectore mul-
tis precibus petiit mitti prædicatorem, qui tum ſuis amicis, tum
famulis,quos habet quamplurimos,regnum Dei annunciet.Cùm
verò poſtea ambo Meacum rediiſſent, vt præſtò adeſſent Lega
tioni Cinenſium,prorſus indicarunt, ſe concionatorem aliquem
ſecum abducturos.

Hic Ioannes Fidandoni capitaneus ſecum duxit filium ſuum
natu majorem,& generum,cum aliis duobus nobilibus ſibi ſub-
jectis,ad audiendam Chriſtianam Catecheſin: quam iam audiêre
cum magno fructu, atque ideo parantur ad ſacrum baptiſmum
Taico Ioannem, dum Fuſcimum peruenit,magno honore & hu
manitate ſuſcepit; habet enim eum in numero maximorum for-
tiſſimorumque belli Ducum: idem fecit eius filio & genero, quã
primum eos conſpexit, & coram nobilitate Iaponica tum præ-
ſente collaudauit,dicens ad Ioannem: ô te felicem, quòd tã præ-
clarè indolis filios habeas: ſpero, eos non inferiores te magnitu
dine & robore animi futuros.

Conſueuit Ioannes Patribus Meacenſibus mira commemora
re de propenſione ad fidem gentis Regni Oſciu, quod inter ſexa
ginta ſex Iaponiæ regna maximum eſt, aſſerens ſe iam illi Euan
gelium prædicaſſe,& multos in communionem ſuæ ſentẽtiæ bre
uiſſimo ſermone pertraxiſſe. Cuius ſermonis ſumma erat: Null
vim vel virtutem Chami & Fotochi ineſſe,non modò non ad cõ
ciliandam homini ſalutem,ſed neque ad vindicandas injurias ſib
ab hominibus illatas:idq; procliue & facile eſſe ſibi probare:iren
modò, ſi vellent,ſecum ad Atango Vaſacima Deum belli,vel a
alium quemlibet Fatochum Iaponiis præ cæteris formidabilem
ſe in præſentia eorum ſtercora aliáſque ſordes in capita idolor
conjecturum, nec minima re ſe vltura. Quod autem ad Deun
mundi conditorem attineret,aiebat, illum poſſe omnibus homi
nib⁹ in ſe cõfidẽtibus impartiri ſalutẽ: id ſe audiſſe à Magiſtris a
omni faſtu,auaritia,& laſciuia alienis, qui viã veritatis nõ doctri
na duntaxat,ſed etiã operibus demõſtrarẽt,lõgè diſcrepãtibus a
illis Bonziorũ,qui mille mendaciis & impoſturis miſeram plebe
culam decipiunt. Hac ergo familiari agendi ratione cum amici
& familiaribus ſuis quamplurimos ad baptiſmum traduxit: in
ter quos primus fuit filius Findandoni, qui ſpopondit ſe Chriſt

legen

legem ſuſcepturum, vt primùm ſe opportunitas obtulerit.

Thomas quoque, qui anno ſuperiore baptizatus fuit, eſt Taico omnibuſque principibus viris aulæ notus, ob eximiam in familiari conuerſatione gratiam & candorem. Hic crebrò cum iis de noſtra ſancta ſide maxima prudētia & dexteritate agit: nec eſt, quo eum in hoc genere ſuperet; nam non ſolùm ab eloquentia, ſed etiam rerum Iaponicarum ſcientia ſic eſt inſtructus, vt facilè omnibus obiectionibus reſpondeat. Accidit Bonzum quendam nomine eruditionis clarum, quique ſermonibus quibuſdam noſtrorum interfuerat, conſpecta imagine Saluatoris, Thomæ amico ſuo caſu obuiam facto hanc quæſtionem proponere: Vidi in templo veſtro Fatocum, quem vos appellatis Deum, manibus geſtantem mundum: aueo ſcire, qua ratione id fieri queat, cùm mundus ſit tam magnus, Fatocus autem ille tam paruus: & vt manus eius multo fiat amplior, vnde ſuppetent ei vires ad ſuſtinendam molem tam grauem? Reſpondit Thomas: Non equidem mi[r]or te hanc quæſtionem audere in medium proferre, quia exiguā [h]actenus nactus es rerum ſimilium notitiam. Vt autem ad eam [r]eſpondeam, ſcire te volo, imaginum vſum repertum, vt per eas [r]udibus & imperitis quadantenus rerum veritas repræſentare[t]ur. Vnde, ſicut cùm dicimus Taicoſamam eſſe regem admodum [p]otentem, eo quòd omnia Iaponiæ regna cum parte regni Cora[i]ani ei ſunt ſubiecta, eaque prudentiſſimè in ſumma tranquilli[t]ate adminiſtrat, rectè dicimus ea ab ipſo quaſi geſtari manibus: [ſ]ic poſſumus verè dicere, Deum mundi Saluatorem, ſua potentia [&] ſapientia infinita ſuſtinere, & gubernare cælum atque terram, [i]dque nullo labore, haud ſecus, quàm ſi homo manu ſua ſuſtentet [p]ilam, eaque vtatur, vt collibuerit. Hoc reſponſo Bonzus conui[c]tus obmutuit.

Aliàs cùm quendam è ſecta Focheſciorum optimis clariſſimiſque rationibus, poſt ſermonem de fide Catholica habitum, contrinxiſſet, reſpondit Focheſcius: vltro ſe fateri ratiocinationem [T]homæ eſſe optimam: tamen id vnum ſe mente comprehende[r]e non poſſe: ſi tanta ſit Dei potentia & ſapientia, vt vno verbo [p]otuerit noxas omnes condonare hominibus, cur nulla neceſſi[t]ate impulſus necem tam probroſam crucis, ab hominibus viliſ[ſ]imis illatam, ſuſceperit ad eaſdem expiandas? Reſpondit Thomas: Quamuis myſteria hæc capere nunquam perfectè poſſis, [n]iſi fias Chriſtianus, hoc eſt, lumen fidei in ſacro lauacro ſuſci[p]ias: quo adiutus poſsis aliquo modo huius myſterij magnitudi[n]em intelligere, ac perſpicuè videre, quemadmodum tota illa

paſſionis mortiſque Chriſti ignominia ceſſerit in ſummam eius gloriam & triumphum: tamen ne anceps hæreas, nec perperam loquare de lege Chriſtiana, exponam tibi, quid ego ex meis Magiſtris de hoc argumento didicerim. Dico itaque Deum vno verbo poſſe perinde ſaluare omnes homines, ac quondam vno verbo totum mundum creauit. Hoc dogma indubitatum eſt & clarum. Cæterùm quia id facere voluit ea via & modo, qui cum infinita ſua bonitate & iuſtitia congrueret, non poterat ſecus facere, quàm fecit. Etenim homo, qui infinitè offenderat Deum, non poterat infinitæ eius bonitati ſatisfacere, quia vis ſatisfaciendi in eo erat finita. Deus autem, qui ſatisfacere optabat, non poterat pœnam vllam ſuſtinere, qua pro peccato ſatisfaceret. Quocirca neceſſe fuit Deum fieri hominem mortalem, vt pœnam exſoluendam pro peccato ſuſtineret tanquam homo, & debitum infinitum expiaret tanquam DEVS, atque ita condonando hominibus debitum infinitum declarauit miſericordiam infinitam, patiendo verò tam dira pro iiſdem, exercuit iuſtitiam infinitam. Atque hoc eſt, quod ego accuratè & ſtudioſè à meis magiſtris didici, hoc eſt, à Patribus Europæis, quando vacabam cognitioni rerum ad ſalutem neceſſariarum. Bõzus verò nihil habuit, quo infringere hanc doctrinam poſſet.

Aliàs idem Thomas cùm iter haberet ad monaſterium quoddam primarium Meacenſe, cui nomen Toſucuſi, Bonzij amici viſendi cauſa, obuius ſe obtulit miles quidam notus, poſtulans ſibi fieri thecam pro igniario, hoc eſt ſilice & ferro, quæ illi in manum dedit; ipſe autem in manicam condidit. Vt ingreſſus eſt monaſterium, humaniſſimè à Bonzo exceptus eſt; occurrit enim ei cum diſcipulis ſuis vſque ad portam, & quia nox erat, lumine accenſo eum deduxit intra monaſterij penetralia, & cœnam paulò pòſt appoſuit. Dum autem ambo ſoli initium cœnæ facere cogitant, Bonzus emungens candelam dixit Thomæ: Vos dicitis Tonum Iaponiæ, id eſt, Solem, Lunam, & aſtra non eſſe adoranda, eo quòd à Deo veſtro creata ſint, cui ſemper parent: dic mihi nunc obſecro, quomodo poſſis videre ſine luce cãdelæ? & ſi veſter Deus eſt is, qui cælos, ſolem, lunam, ſtellas, ignem, &c. creauit, fac vt noua luce illuſtret hanc domum, vt poſſimus cœnare. Reſpondit Thomas, ob hanc rem non opus eſſe diuino miraculo, cùm aliis inſtrumentis poſſit fieri, vt domus colluceat: ac mox producto è manica igniario, igniqúe è ſilice excuſſo, candelam accendit, dicens, Deum homini vires & facultatem conceſſiſſe ad procurandum ea, quæ ad vitam ſuſtentandam eſſent neceſſaria, atque etiam in-

telligen-

telligentiam ad agnoſcendum diſcrimen inter creatorem & rés creatas: itaque probè eum ſcire, proprium verumque Tonum non eſſe hunc ſolem materialem, multo autem minùs lunam, aut ſtellas; ſed aliam quandam naturam ab his omnibus creaturis diſtinctam. Hoc reſponſo audito Bonzius admiratus eſt Thomę ſapientiam.

Anno ſuperiore ſcriptum eſt, Bonzium quendam ob æs alienū morti addictum: à Paulo filio ſeniore Ghenifoin morti, ſoluto debito, exemptum, nec aliud ab eo cõpenſationis loco petitum, quam vt aures præberet Euangelicæ veritati, eaque cognita fieret Chriſtianus. Vtrumque fecit cùm eximio animæ ſuæ fructu; & cùm non multo poſt ſuſceptum baptiſmum in grauem morbum incidiſſet, eiuſque depellendi cauſa in regni Farimam thermis totum quaſi annum conſumpſiſſet, nunquam otio locum dedit, ſed familiaritate cum aliquot magnis eius loci Dominis, & aliis qui remedii cauſa eò confluxerant, contracta, continenter Chriſtianorum leges collaudauit, & rationibus efficaciſſimè probauit eas ſolas veritati conſentaneas: Iaponicas verò, quarum ille egregiè peritus erat, falſas eſſe & cõmentitias. Cùm ergo P. Rector Meacenſis homo iam grandæuus & infirmus ad eaſdem thermas, in quibus & ſanatus eſt, ſe contuliſſet, aliquot nobiles à Bonzo conuerſos ſalutaribus aquis abluit. Reuerſus autem Meacum, ſecum Bonzum duxit, vt aliquot ſermonibus noſtrorum intereſſet: quibus firmiùs inſtructus cœpit Fuſcimi doctrinæ Chriſtianæ rete in ipſam nobilium Dominorum turbam, è quibus multos notos habet, feliciter ejicere, ac paucis antè diebus quatuor vel quinque primarios ad littus Eccleſiæ Chriſti attraxit, atque inter eos nobiliſſimum Dominum, nomine Caminocaua ex regione Bandana oriundum, cuius annuus redditus eſt ſaccorum orizæ centum viginti millium. Homo integer eſt & ſincerus, qui cùm multis annis litteris Iaponicis in Bando operam dederit, accuratè nouit quibus argumentis gentiles conuincantur: promittitque ſe perſpicuè demonſtraturum, ſectas Iaponicas non poſſe veram ſalutis viam oſtendere, eam à ſola Chriſtiana oſtendi.

Congregationes & Sodalitates, in quas, aliàs ſcripſimus, diſtributos Chriſtianos, per hoc perſecutionis tempus, egregiū in feruore & caritate progreſſum fecere, & in dies, cū nouorū Chriſtianorum acceſſione, maius ſumunt incrementum: ſic prorſus vt Dominicis opus ſit fratrem vnum ante prandium duobus in locis longo interuallo inter ſe diſiunctis concionem habere; nonnunquam etiam maiores Clerici, iam in munere prædicandi ſatis in-

 ſtructi,

ſtructi, in hanc meſſem emittuntur. Harum concionum, quia familiariter, & de argumento facili, ac ſæpenumerò per modum collationis inſtituuntur, ſingularis exiſtit fructus; & quæ dicuntur, reipſa poſtea præſtantur. In eorum vita nulla permittitur perturbatio, nullaque diſſenſio: & ſi quis à recta via deflectat, eum omnes conantur ad ſanitatem reuocare. Exercent ſe operibus caritatis in proximum, & idcirco ſemper habent aliquam pecuniã collectam in egenos diſtribuendam. In his congregationibus aliquando ſacrum Miſſæ fieri ſolet, confeſsiones excipi, & corpus Domini porrigi, eo quòd periculo non careat aditus liber ad ædes noſtras. Itaque Congregationes iſtæ tempore perſecutionis ſunt quaſi Eccleſiæ noſtræ, in quibus conciones habentur, & ſacramenta adminiſtrantur.

Alius quidam vnius regni Dominus iam iam baptiſmum recepturus dixit, ſe fieri Chriſtianum cum propoſito firmo, potiùs iacturam faciendi ſui ſtatus & vitæ, ſi opus ſit, quàm fidei Chriſtianæ deſerendæ. Et quanquam ſedulò caueat ne gentilibus Dominis ſuboleat ipſum factum Chriſtianum, tamen vt zelo noſtræ legis ardet, & magno animi ſenſu de ea loquitur, ſic tenere ſe non poteſt, quin interdum ſermonem de rebus noſtris oblata occaſione inferat, & de rotonda mundi figura, contra Iaponum opiniones, de cæli motu, de eclypſi, & de aliis curioſis quæſtionibus Aſtrologiæ, diſputet, vt per has ambages tandem irruat in diſputationem de mundi opifice & moderatore, de Chami & Fotochi, qui fuere homines ſimiles nobis mortales; ac tandem concludit: O quàm longè aberrarũt Iaponii à via ſalutis! Quibus colloquiis id minimum efficit, vt omnes intelligant eum non abhorrere à Chriſtianæ religionis placitis. Paulo antè quàm Chriſtianus fieret, filia eius nupſit primogenito filio Ghenifoin Chriſtiano, quæ etſi olim aliena fuerit à lege Chriſtiana, tamen poſt ſuſceptum à marito baptiſmum cœpit æquiore in eam animo eſſe, & breui putatur caput lauacro Chriſti ſubmiſſura.

Ioannes Sciurindonus, (cuius conuerſio ſuperiùs commemorata eſt, & in regno Scinano vectigal annuum habet ducentorum quadraginta millium ſaccorum orizæ, cui vterque parens Chriſtianus, ac denique cui frater conſobrinus vxoris Taici) exemplo matris adhuc in aula degentis, & patris defuncti, baptiſmum recepit: & in magno pretio habet reliquias, roſaria, piaculares globulos, & imagines à Patre religioſiſsimo viro relictas. Dici non poteſt, quanto gaudio exilierit ob ſuſceptum baptiſmum tantopere expetitum, promiſitque ſe ſtatim effecturum apud ſuos, vt & ipſi

pſi Euangelium audiant;quod iam præcipui quique, qui aſsiduè
i aſsiſtunt,fecerunt,imò & baptiſmum ſuſceperunt. Mater quo-
que eius, vt cognouit filium baptizatum, ſic lætata eſt, vt ilico
uendam ſubmiſerit, qui eo nomine ingentes gratias P. Rectori
geret, poſtea per alios munuſcula quoque ſubinde miſit, indicās
ehementer optare ſe maiorem familiaritatem inire cum Eccle-
a. Verùm quia degit in penetralibus palatiorum Taici, non po-
uit voto ſuo potiri. Poſtulauit à Patribus aliquot libros pios, di-
ens ſe alium non habere præter eum, qui inſcribitur, Contem-
tus mundi, vel Gerſon: eiuſque libri lectione, ſimulque oratio-
e, quam ante imaginem quandam habeat, ſe ſpiritum fidei ſe-
nel hauſtum fouere & conſeruare, nullum alium ſibi ſuppetere
el concionatorem vel conſiliarium, quo in ætate iam prouecta
n tantis occupationibus & ærumnis vti poſsit. P. Rector miſit ei
es libros, Catechiſmum, Rationem confitendi, & librum Medi-
ationum. Et quamuis filius eius Sciurindonus toties nón poſ-
t ad domum noſtram venire, quoties vellet, quia Taico nondū
onſtat eum baptizatum; tamen quoties poteſt, curat viſitari Pa-
es per aliquot nobiles Dominos Chriſtianos, & vicisſim P. Re-
tor mittit ad eum fratrem quēdam, qui cum eo de rebus diuinis
olloquatur. Magno deſiderio tenetur Patrem aliquem alioſque
rædicatores in regnum ſuum amandandi, cùmque bene ſit fun-
atus in fide, nec ipſe nec Eccleſia ſuo officio deerit, cùm oppor-
unum erit, id præſtandi.

Ante paucos dies Chriſti militiæ adſcriptus eſt illuſtris quidam
ominus, dictus Ioan. Vongui, filius Taigaradoni Domini regni
uiuſdam in Iaponiæ finibus, verſus Aquilonem ſiti, quod 30 die-
um itinere Meaco abeſt. Is ſacris aquis tinctus eſt rogatu patris
entilis, qui cū olim Ozacæ à Vincentio fratre de fide noſtra mul-
a audiſſet, iam tandem hoc anno audiendi finem facere ſtatuit, &
hriſti inſignia ſuſcipere. Duobus tribúſve ſermonibus interfuit,
optimè omnia intellexit. Auditurus erat preterea aliquot alios,
ſolutionem quæſtionū, quæ occurrerant: ſed quoniam manda-
Taici cogitur proficiſci in ſuum Regnum, filum abrūpere de-
ebuit. Filium interim natu minorem, vndecim annorum, inſti-
endum & baptizandum tradidit: maiorem quoque Meaci ea-
em de cauſa reliquit, vt poſt ſuum reditum baptiſmo initiaretur.
ehementer optabat ſecum abducere aliquem fratrem prædica-
rem: ſed quia non erat Meaci vllus ſuperuacuus, cæcumquen-
am rei Chriſtianæ peritiſsimū ſecū duxit, partim vt Chriſtianam
dē ſubditis ſuis annunciaret, partim vt filiolum ſuū Chriſtianum

 oratio-

orationes conſuetas doceret. Vbi baptizatus fuerit Pater, omnino neceſſarium erit illi attribuere concionatorem, promittit enim ſe ædificaturum templa in ſuo regno, & ampla vectigalia adſignaturum. Et quia ad Septentriones in Iapone extremus eſt, cōmercium habet cum Iezis, id eſt Tartaris, qui ex continēti veniūt ad inſulam Mateumai, 12 vel 15 leucis à dicto regno Zuegarano diſtantem, in quo vendunt piſces, pelles animalium, & certas herbas maris, quibus veſcūtur Iaponii, aliaque id genus: atque ab his viciſſim coëmunt pānos pro veſtibus, arma, aliaque inſtrumenta. Aiunt Tartaros illos eſſe populos admodum barbaros, colore fuſco, capillis barbaque promiſſis, vti Moſcouitæ; venatu viuunt & piſcatu, agriculturam reſpuunt. Hoc regnum Zuegaranum (vt idem Dominus Patribus noſtris referebat) abundat vuis excellentibus, nigris & candidis, quæ nullo hominum cultu ſponte vbique naſcuntur, promiſitque Patribus ſe Meacum deportaturum aliquot vites, vt ibi ſerantur. Filius primogenitus ſeruit Taico; is nuper viſendorum Patrum cauſa venit, petiitque ſibi dari copiam ſermonum noſtrorum cum propoſito ſe adiungendi Chriſto.

Paulus Nobunangæ nepos decimumquintum agens annum, de quo ſuprà egimus, poſtquam Chriſti caſtra ſequi cœpit, omnibus famulis ſuis & ancillis autor fuit, vt audirent catecheſin noſtram; audiere, & magnam partem Chriſto ceruices ſubiecere; eoſdem nunc crebrò monet, vt vitam fidei congruentem inſtituant, & frequenter confeſſione mentem expient. Quoties ipſe domum noſtram ventitat, eos ſecum ducit, vt familiaritatem nobiſcum ineant: & dum mittit eos ad ſpacium vnius leucæ confeſſionis faciendæ cauſa, ipſe exemplo eos præcurrit, cauens ſedulò ne à via deflectant, & ſi cōtrariū faciant, acriter eos reprehendit. Quod à fratre ſuo didiciſſe videtur. Matrem continenter verbis factiſque vrget, vt Chriſti ancilla fiat, & iam rationibus eius ceſſit, ſed conſanguinei, qui ſummopere execrantur Chriſti legem, eam abſterrere conantur. Speramus breui amorem conſanguineorum ceſſurum amori filii, eamque baptiſmo caput ſubmiſſuram.

Ioannes Sotan Dominus honoratus, qui anno præterito Chriſtianus factus eſt, habet vxorem tam infeſtam diuinis legibus, vt imperarit famulis, ſi quando comitarentur maritum ſuū ad ædes noſtras, nullum vel potum vel cibum à Patribus porrectum ſumerent, etiamſi id mandaret Sotan: ſe enim cognouiſſe, nos dulciariis quibuſdam ita incantare homines, vt nunquam poſtea à Chriſtiana lege abduci poſſint. Maritus tamē tandē, prò ſingulari ſua prudentia laudibus extollens res noſtras, ei perſuaſit, vt clā cū

paucis, ipſo viam monſtrante, ad Eccleſiam noſtram veniret. in qua primò ei oſtendit effigiem Deiparæ ad exemplar D. Lucæ in ſacello quodam expreſſam; tum coſmographicam tabulam, horologium, aliaque eiuſmodi, quæ erant in alio quodam loco, & ab Ethnicis magna voluptate ſpectantur. Ac vt iſta quæſtionum occaſionem præbent, inuectus mox ſermo eſt de naturæ auctore, & totius orbis conditore: atq; ita nullo ſermone habito cum Patre aliquo vel fratre læta domum reuertit, ac deinceps, praua opinione depoſita, procliuiùs cœpit audire de rebus in colloquium à marito tum illatis. Accidit id temporis, vt, quemadmodum illa refert, Domina, quam in ſacello conſpexerat, ſe viſendam ipſi per quietem obtulerit, hilarique vultu dixerit, ipſam parituram filiã nomine Mariam, cuius memor exultabat gaudio, dixitque marito: Prorſus debeo fieri Chriſtiana. nam Domina à te in templo demonſtrata, hac nocte mihi cum pulcherrimo in brachiis filio apparuit, recepitque ſe mihi in hac tam prouecta ætate daturam filiam (erat enim vetula natura ſterilis.) Itaque eo ipſo die cũ marito cœpit aures præbere Euangelio, & tandem perſeuerans cum ingẽti amborũ lætitia & ſolatio baptizata eſt, iãq; orationibꝰ addiſcẽdis vacat, & in frequẽtãda Eccleſia ſe à marito vinci nõ ſinit.

Extra filios & nepotes Ghenifoin anno proximo aquis ſacris renatos, hoc anno alii duo nepotes 14 aut 15 annorum, magnæ expectationis, renati ſunt. Alter, nomine Iacobus, ſemper adhærens Foin, in hanc ſententiam inductus eſt, ab officio anniſq; æquali Ioanne. cui aliquando, vt puerorum mos eſt, ſecum decertanti dixit: Ioannes, ego puto me eſſe ſuperiorem te in omnibus. Nam ſum te fortior, ingenioſior, habilior, & in fingendis litteris peritior. Cui reſpondit Ioannes: Fateor me in omnibus iſtis te eſſe inferiorem, at ego vna re, quæ longè excellit omnia iſta elogia, te ſupero, nempe quòd ſim Chriſtianus, & tu nòn. Iacobus, cũ non haberet quod reſpõderet, tandẽ victoriam illi ceſſit, ſimulque rogauit, ab eo deduci in domũ noſtram, vt fieri poſſet Chriſtianus. Factus eſt, duce Ioanne, qui etiã poſt ſuſceptum ab eo baptiſmũ, proteſtatus eſt, ſe nullũ amplius cum eo ſuſcepturũ certamen, ſed intimam in poſterum amicitiam culturum. Degunt Fuſcimi, & inter eos qui famulantur Foin, ſoli profitentur Chriſtum.

Alius nepos Foin, nunc dictus Paulus, etiam iurauit in Chriſti leges, & puer honorarius eſt Sabuncondoni nepotis Nobunangæ, natura alacer & viuax, aliiſque ſociis Chriſtianis in exercitiis pietatis minimè cedit.

Hoc anno, cũ duobus nepotibus Sacumandoni, (qui fuit Dux

belli generalis Nobunangæ, & omnium aulicorum eius nobiliſſimus) ſacris aquis immerſus eſt eorundem Magiſter, ſectarum Iaponicarum valde peritus, & in aula ea de cauſa notiſſimus. Crebrò ad ædes noſtras venit, vt Iaponium quendam fratrem noſtrũ occultiſſima quæque ſectarum myſteria edoceat, & viciſſim Chriſtianæ religionis dogmata, quorum cognoſcendorum impenſè cupidus eſt, à nobis hauriat. Non ſemel faſſus eſt, ſe ab eo die, quo Chriſtianus factus eſt, plus didiciſſe, quàm omnibus retro annis in diſciplina Iaponica. In ſermonibus enim de Chriſtiana lege habitis veniſſe ſe in cognitionem primi omniũ rerũ principii & fontis, ſine qua neceſſe ſit omnem aliam ſcientiam nullam eſſe & vanam.

Eodem anno baptizatus eſt nobilis vir cum coniuge & familia, cui nomen eſt Ioannes, & Procuratorem agit Sabucondoni, quem etiam cognatione ex parte matris attingit. Omnes in rebus diuinis multum profecere, & cum noſtris tanto amore & confidentia agunt, atque ſi eſſent ex veteribus Chriſtianis. Ac Ioannes quidem omnibus Chriſtianis hoc anno ex aula Sabucondoni factis antecellit, & animi ſubmiſſione, & caritatis operibus, & zelo alios conuertendi.

Adiũctus eſt quoque gregi Chriſti quidam cæcus Quenguius, nomine Michaël, iam dicti nobilis viri conſanguineus, homo multis dotibus naturæ præditus, eruditus, & hiſtoriarum Iaponicarum gnarus, qui paucis a baptiſmo menſibus opera & fauore Sabucondoni ornatus eſt dignitate Quenguiorum, qui habentur pro hominibus in hiſtoriarũ Iaponicarum cognitione perfectis. In horum Quenguiorum congregationem adſcripti ſunt quinquaginta cæci, quorum priuilegium eſt poſſe libere comparere in conſpectu Principum, maximorumque Dominorum Iaponiæ, ad percenſendas veteres ipſorum hiſtorias. In magna exiſtimatione ſunt apud omnes, ſuæque ſcientiæ beneficio magnam vim pecuniæ corradunt. Iam alias ſcriptum eſt, quinque ex Quenguiorum cœtu agnouiſſe Chriſtum, idque Chriſtianorum ſtudio & induſtria, ſed non cum exigua ipſorum iactura, cùm ad illius honoris gradum conſequendum mille circiter aureos ſcutatos expenderint. Omnes admodum idonei ſunt ad legem Euangelicam inter magnos Dominos propagandam, ob dicendi libertatem, qua vtuntur, & quia eorum dicta ferè æqui boniq; conſuluntur. Itaq; quamprimum hi Quenguii aliquam nacti ſunt myſteriorum fidei noſtræ cognitionem, & rerum cœleſtium ſenſu capi cœperunt, Concionatorum vice ſunt inter nobiles, quorum multos

iam in ſuam ſententiam pellexerunt.

Nobilis & ſtrenuus quidam belli Dux in regno Deua, (quod Zuegarano in finibus Iaponiæ proximum eſt) nomine Iſcenocamidonus, qui hoc anno Meacum venit non alia rerum noſtrarum notitia imbutus, quàm ea, quam à noto ſibi Chriſtiano hauſerat; tantum fructum breuiſſimo tēpore fecit ex audita doctrina Chriſtiana, vt non multo pòſt cum omnibus ſuis famulis ſalutari baptiſmi aqua ſit perfuſus. Quo tempore Meaci commoratus eſt, crebrò inuiſit ædes noſtras. Non dubitamus hoc exiguum ſemen magnum fructum redditurum, vbi in regnum reuerterit ad ſuos ſubditos, qui numerum efficiunt trium vel quatuor millium hominum.

Eunuchus quidam, qui Taico eſt à poculis, & potum dictum Cianoiu illi ſubminiſtrat, tantos progreſſus fecit in diuinarum rerum notitia; vt poſt baptiſmum, in quo ei inditum eſt nomen Ioannis, nuſquam finem nec modum faciat de iis loquendi, itaque hactenus integritate vitæ ſuæ & diſſerendi gratia permultos nobiles ad Chriſti ouile adduxit. Et quoniam ipſe genere nobilis eſt, & olim magnum quendam ſtatum gubernauit, multis in aula notus eſt, ex quibus, quamprimum ſe ingerit occaſio, non negligit aliquos in rete Chriſti pellicere.

Baptizatus eſt quoq; nobilis ex familia Mori, Regis Amagucciani, nomine Ioannes, qui dum Mori eſſet Ozacæ, ſæpe itabat ad Eccleſiam viſendi Patris ergò, & ad perdiſcenda capita doctrinæ Catholicæ. Cuius exemplo & verbo paruit & alter nobilis Paulus Firacondonus, homo copiòſus & carus Mori.

Habitabat in iiſdem partibus nobilis quidam vir, dictus Thomas, qui etſi multis antè annis baptizatus fuiſſet; tamen, quia aditum ad Eccleſiam non habuit, nonnihil in ſuſcepta ſemel pietate elanguerat. Habebat autem vxorem Chriſtiani nobilis iam defuncti neptem, cuius coniunx, neſcio marito, Chriſto nomen dederat. Hoc igitur anno Thomas, diuinitus impulſus, errorem ſuum agnouit, & cum ingenti vitæ præteritæ dolore, totius vitæ lapſus ad pedes Sacerdotis aperuit, omnibuſque impedimentis ſublatis, ad baptiſmum quinque liberos & fratrem minorem cum omnibus famulis adduxit. Hinc Domino Deo placuit, vt filia eius Iuſti Vcondoni filio natu maiori ad confirmandam fidem nuberet. Habuit Thomas & aliam filiam matrimonio iunctā cuidam Domino in regno Iamatano, cui in reditum annuum cedebant centum viginti millia ſaccorum orizæ: cuius gener ſuperiore anno ex mandato Taici ob amicitiam cum Quabacondono

 cultam

cultam eſt interemptus. Et quia rumor erat, vxorem quoque eius è medio tollendam, vti patriæ mos poſtulabat, illa ſecretò ſe fecit Chriſtianam. Quo facto, nullus de ea necanda, ita prouidente Deo, ampliùs ſermo inauditus eſt. Omnes in ea familia egregiam ſalutis ſuæ curam gerunt, & licèt in Regno Iamato nulli præter ipſos Chriſtiani ſint, tamen tum litteris tum nunciis noſtrorum in fide aluntur, & Thomas certis temporibus ſolet ſe conferre Meacum, & à Patribus pia documenta aliqua referre.

Nepos cuiuſdam nobilis, adoleſcens annorum 14, nobilē Bungenſem exulem, Magiſtrum in arte ſcribendi legendique nactus, eius hortatu factus eſt Chriſtianus. Adoleſcens hic erat adoptatus ab hoc patruo ſuo, & magno baptiſmi deſiderio tenebatur, ſed duo eū a baptiſmo arcebant. Primò quòd præſentem nō haberet ſuum parentē: Secundò, quòd patruus eſſet æger & hoſtis Chriſtianorum. Magiſter ergo, quoniam Chriſtianus erat, & multis antè hac autor fuerat in Chriſtum credendi, huic adoleſcēti quoque perſuaſit, vt fidem & baptiſmum à ſe ſuſciperet. Ad quem Pater Rector poſtea Meaco Roſarium, ſacras ſphærulas, & imagines miſit.

In villa Meaco vicina commorabatur anus octogenaria ex ſecta Amidæ, dicta Iondoſciorum: quæ morti proxima emit chartaceam veſtem à Bonziis characteribus Cinēſibus vndique completam, vt cum ea humaretur, ſicut apud nos quidam humantur cum habitu S. Franciſci. Hæc veſtis appellatur Quio catabira, quam Bonzii fabulantur ſignum eſſe animæ ſtatim poſt mortem in paradiſum Amidæ recipiendæ. Emerat anus hāc veſtem modiis orizæ viginti ſupra centum manuum labore cōquiſitis. Mota autē exēplo alterius vetulæ notæ, quæ paucis pòſt diebus, quā Chriſtiana facta eſſet, ex hac vita diſceſſerat, data opera Meacū abiit, vt noſtros audiret: auditóque cum magna deuotione & lacrymis catechiſmo toto (venerat enim duce & motore Spiritu ſancto) factum baptiſma ingenti cum gaudio recepit. Quo recepto, ilico ſe ad P. Rectorem contulit, eique immenſas gratias egit, quòd tāta caritate & inſtitui & baptizari meruiſſet: veſtem quoq; diabolicā illi reliquit a Bonziis vēditam, vnà cum globulis precatoriis, quibus vti ſolebat in orationibus faciendis. ac P. Rector viciſſim illā donauit Roſario Chriſtiano & Agno Dei ſacro: quibus acceptis cum ſumma ſimplicitate & vitæ innocentia ad ſuos reuertit.

In vrbe totius regni Voari principe, dicta Chiosù, puer habitabat vndecenus, oblatus à matre opulento Bonzo cœnobiarchæ, vt litteris operam daret. Mos autem eſt Bōziis, vt pueros, nomine

Caſchi-

Caſchichi, permittant prolixis paſſiſq; incedere capillis, qui poſt mortem manent hæredes ipſorum, tum quoad habitationem eorum & redditus, tum quoad dignitatem. Puer hic cũ Bonzo manſerat in annum ætatis 13, quo ferè bona a malis dijudicare adoleſcentuli incipiunt. Contigit autem matrẽ viduam nubere Chriſtiano homini, eóq; ſuaſore etiam fieri Chriſtianam; qui ambo & dicto puero, ſi quando viſendæ matris cauſa è cœnobio veniebat, cœperunt viam ſalutis veram annunciare, & ſimul declarare in quam pernicioſo & periculoſo ſtatu verſaretur. Puer rem ſedulò expendens, primò in conſilium adhibuit Bonzi famulũ, tũ ambo deliberant de fuga ineunda, ad quã maturandã juuit, quòd Bonzus pridie monuiſſet puerum, illum inſequenti die, quo feſtũ erat Sciacæ, tondẽdum, quo ritu initiatus, Bõzus in perpetuum factus fuiſſet. Itaq; ille, vt conuentũ erat, cũ ſocio nocte, cũ iã omnes cubitũ conceſſiſſent, & ingens de cœlo imber decideret, per poſticũ cœnobii, ſuperatis magno labore quibuſdam hortis & foſſis, aufugit in ædes vicinas cuiuſdam Chriſtiani. Et ne Bonzus reſciſceret, puerum conſultare & duce famulo illo aufugiſſe, eadem via famulus ad cœnobium & lectulum ſuum, ac ſi facti conſcius non eſſet, noctu rediit. Bonzus autẽ cognitã ſummò diluculo pueri fuga, vehementer excanduit, deinde omnia turbãs, vndiq; emiſit certos homines, qui eũ è fuga retraherent, ſpeciatim autem ad ædes matris, quã norat iam eſſe Chriſtianam: cumq; repertus nõ eſſet, cœpit animo reuoluere, quiſnã illi autor fugæ eſſe potuerit: ac primò quidem in ſuſpicionem venit dictus famulus, à quo multis minis veritatem extorquere conatus eſt, ſed fruſtra; conſtanter enim negauit ſe quicquam ſcire de puero: licèt ſequenti nocte & ipſe in domum illius Chriſtiani, in qua latebat puer, ſe recèperit, & inde ambo ad alium Chriſtianum nomine Tacheia diuertẽre, apud quem eſt quaſi Eccleſia noſtrorum, in qua ſacrum Miſſæ celebratur à Patre, dum ea loca inuiſit, & ſingulis Dominicis feſtiſque precandi cauſa conuentus à Chriſtianis habetur. Hic delituere ambo diebus aliquot, & Conſtantius ille ſenex, qui eſt antiquus pater Chriſtianorum regni Voareni, poſt catecheſin, ſalutari aqua baptiſmi eos tinxit. Ne autem in Bonzi manus inciderent, qui in omnes angulos emiſerat exploratores, coacti ſunt recipere ſe Meacum, quod itinere quinque aut ſex dierum ab illo cœnobio aberat.

Nobilis quidam Chriſtianus, nomine Naito, & perantiquus, Domino regni Voareni familiaris, commiſeratione dicti pueri motus eum ſecum Meacum abduxit: quò vt peruenit, mox ædes

ædes noſtras adiit:inde autem famulus ad viſendos cognatos ſuos diſceſſit. Bonzus, vbi tandem intellexit puerum eſſe Meaci, per ſocerum Domini regni litteris ad Chriſtianum quendam Voarenſem, Meaci tunc agentem, ac pueri conſanguineum datis, curauit in manus ſuas eum tradi. Verùm quia Michaël, hoc enim erat nomen puero, etiam atque etiam optabat manere in Eccleſia, & domo noſtra, idque fieri Meaci ob exploratores à Bonzo ſubmiſſos non poterat, P. Rector eum cum duobus aliis iuuenibus ad ſeminarium ſtudiorum cauſa amandandum putauit. Simulatque Nangaſachum peruenit, tonſus eſt, & à P. Vice-prouinciale ad ſeminarium cum ingenti ſua voluptate miſſus. Puer eſt optimæ exſpectationis, & litterarum ſtudioſus, multáq; argumenta præbet egregii futuri Concionatoris. Omnibus denique ob morum ſuauitatem cariſſimus.

In eadem vrbe Quieſu erat femina Chriſtiana, quæ etiam ante ſuſceptam fidem propenſa erat ad præſtanda opera pia, & ſigillatim ad excipiendos hoſpitio paſcendóſque pauperes. Accidit aliquando, vt cùm cœcus quidam, vir venerabilis Meacum tendens, diuerſorium quæreret, illa eum in ædes ſuas receperit. Maritus item Chriſtianus, poſtquam domum venit, multum ſibi de hoſpite gratulatus eum inuitauit ad cœnam. A cœna, omnibus rebus compoſitis, more recepto, quotquot erant in familia, magni & parui conueniunt ad faciendam orationem, & ſupplices coram ſacra imagine recitant Litanias. Cœcus, qui nihil horum videbat, ſed tantùm auribus voces precantium audiebat, rei nouitate attonitus, percunctatur, quod genus illud orationis ſit toti familiæ tam gratum, ac à ſe hactenus nunquam auditum? Reſpondit pater-familias, eſſe formulam orandi, qua Chriſtiani ad Deum cœli terræque Dominum vti conſueſſent: ſe autem cum tota familia Chriſti legi nomen ſuum dediſſe. Cæcus, cùm ſubjeciſſet ſe oppidò cupere aliquid cognoſcere de illa lege: pater-familias commemorare cœpit, ſe quondam Fochefciam fuiſſe, & ſtudioſum honoris Sciacæ promouendi: verùm cùm à quodam concionatore didiciſſet Sciacam & Amidam fuiſſe homines, habuiſſeque more hominum conjuges & liberos, atque idcirco nec aliis nec ſibi potuiſſe conciliare ſalutem, quandoquidem non agnorint verum Dominum conditorem cœli & terræ, ac hominum Seruatorem, quem Chriſtiani appellant Deum: ſe noſtris auditis ſermonibus renuntiaſſe Sciacæ, & in Chriſti veri DEI cætum tranſiiſſe: itaq; ſi ipſe & ſimilium ſermonum cupidus eſſet, habere ſe filium, qui facilè eos ſit expoſiturus. Cùm cœcus annueret, adoleſcens filius

hoſpitis

hoſpitis item cœcus ( atque is quem antè diximus Zueganum cũ filio Domini eiuſdem regni profectum)cępit illi doctrinam Chriſtianam tanta cum gratia explanare,vt tandem poſt aliquot dies illum in album Chriſtianorum retulerit.Cœcus deinde Meacum pergens, & ſæpius de rebus noſtris audiens,confirmatuſque in fide,in ſuum regnum Bandanum,vnde venerat,lætus reuertit,cum propoſito omnes diſcipulos ſuos & amicos in eãdem ſententiam pertrahendi.

Chriſtianus quidam Meacenſis, nomine Laurentius, hoſpitio ſuſceperat militem cum vxore exulãtem,qui antè ſeruierat Quabacondono:ei perſuadet,vt in Chriſti militiam tranſeat, auditiſque aliquot concionibus aſſenſit, ſed vxor omnibus modis refragata eſt,ne faceret.Verùm DEVS eam alia via nihil minùs cogitãtem in ſocietatem viri traxit. Vicina partui,quem vti juuencula nunquam erat experta,tantis oppreſſa eſt doloribus, vt crederet ſe morituram. Omni remedio humano deſtitutæ maritus accurrit cum effigie Beatiſſ. Virginis. eam primò imponit eius capiti, tum in cubiculi parte deponit,monens eam, vt illi Dominæ magna fide commendaret,fecit,ac mox & imminuti ſunt cruciatus, & fœtum edidit cum magno omnium gaudio & conſolatione. Quo euentu commota, non ſolùm non impediuit ampliùs maritum,ſed etiam recepit ſe verbo Dei audito in Chriſti militiam cũ eo per baptiſmum trãſituram:ac publicè omnibus prædicauit ſe, ob beneficium ſibi à ſacratiſſima Virgine aduocata noſtra præſtitum,velle fieri Chriſtianam.

Deo propitio vbiq; in omnibus Iaponiæ partibus etiam apud ipſos Ethnicos in tanto pretio & exiſtimatione eſt Lex noſtra ſanctiſſima,vt modò non ſint,qui perperam de ea,vt olim, loquãtur: ſed, quod magni faciendum eſt, omnes lætantur, ſe nunc libentiſſimè audire,quæ antè deteſtabantur. Et cùm omnes Chriſtiani ſint ferè viri principes, nomen Chriſtianorum non modò ſalutiferum,ſed etiam honorificum eſſe cœpit.

Taicus quoque non obſcuris argumentis declarat ſe eodem loco habere res noſtras:quoties enim de nobis in multorum Dominorum præſentia ſermo incidit,ait nos fide eſſe integros & ſinceros, ſeque facilè Chriſtianorum ſacra ſuſcepturum,niſi vereretur Bonzos fame morituros, quia nullæ illis ampliùs ſuppeditarentur eleemoſynæ: deinde deſtituerentur tot templis, quæ ſunt ornamenta Iaponiæ. Quòd ſi interno aliquo odio nos proſequeretur,non vtique vel toleraret nos in Iapone,vel permitteret tot fieri in conſpectu ſuo Chriſtianos. Quitanomandocoro pręcipua

eius coniux ſæpenumero quoque bene de rebus noſtris loquitur, ac imprimis apud Dominas Chriſtianas, quæ illi aſſiduè præſtò ſunt.

Erat in palatio Domina, quæ hactenus vehementer aduerſata eſt Chriſtianæ legi: ſed poſtquam à cæco Chingiuo Chriſtiano quædam de ea cognouit, immutauit opinionem, affirmauitque ſe ex falſis aliorum narrationibus in errorem inductam.

Ghenifoin etſi certò norit, & filios & conſanguineos omnes ſuos iuraſſe in fidem Chriſtianam, non tamen audet eos reprehendere, tum quia probè intelligit quàm bonam viam ingreſſi ſint, tum quia animaduertit quantus fructus, non obſtante Taici edicto, ex prædicatione etiam occulta conſequatur: ne autem ex huius mundi regno exterminetur, fingit ſe nobis ſuccenſere, & criminatur nos, quaſi ſua conſilia reſpuamus: multaque cum magno periculo nunc faciamus, quæ poſtea liberrimè facturi ſimus.

Eandem affectionem in nos oſtendit Gubernator Meacenſis Gibonoſcius gẽtilis, vnus ex Taici intimis, qui & litteris & nũciis noſtris indicauit, quantum faueat noſtris ſucceſſibus, monuitque, vt modò noſtri Meaci nihil turbent; ſe noſtram cauſam apud Taicoſamam, quando opportunitas ſe offeret, ſumma fide acturum.

Idem ſenſus eſt aliorum Dominorum in regnis, vt Sabucondoni in regno Mino, & Auano Cami in regno Aua, & Tucnocamedoni in regno Fingano, & Sciurindoni in regno Sinano, & aliorum principum Dominorum, qui manibus pedibuſque recta Chriſtiana tuentur.

In palatio quoque ipſo annumerari debent nonnulli primarii Domini, vt Quigocudonus, & Maria Ioannis Sciurindoni mater, quæ ſemper cum filia ſua adeſt Taico: ac Magdalena Quiacuzin, quæ cum filia miniſtrat Mandocoro Samæ vxori Taici, ac illa quidem ei eſt à ſecretis, hæc verò filia à theſauris Taico; aliaque munera ſuſtinet cum tam præclaro vitæ exemplo, vt omnes non parum mirentur. De hac Magdalena libet aliquid ſubjicere.

Hæc femina etſi tanti momenti officia ſuſtineat, dignitateq; longè anteeat omnes reliquas, tamen aliena eſt ab omni auaritia: ſi enim illi animus fuiſſet accumulandi opes, vel accipiendi, quæ ei offeruntur, propter officia magnis quibuſque Dominis apud Taicum exhibita, ingentes hactenus coëgiſſet theſauros: verùm

rùm quia nihil vult accipere, quod in illa aula perrarum eſt, in magna eſt æſtimatione omnium. Atque ideo Taico vxorque eius plus ei fidunt, quàm aliis, & in argumẽtum ſui erga eam affectus præſtitæque fidei compenſationem ſemper donant eam opulentis ſtrenis. Ac ſpeciatim Taico, cùm ſuperiore anno lethali morbo deiectus eſſet in lectum, vocauit ad ſe Magdalenam, ac poſt breue colloquium in manus ei dedit laminam auream quingentis Taes æſtimatam, dicens: Hoc aurum poſt mortem meam pro libito tuo ad ſenectam ſuſtentandã expende: ſcio enim non amplius tibi eſſe ætatem ad ſeruiendum aliis, nec volo vt expendas, niſi in tuas neceſſitates. Quod dixit, quia verebatur ne erogaret in pauperes. Deinde hæc veneranda matrona mirifica vtitur diligentia in expediendis negotiis ſibi commendatis: quæ magna ſunt & continua, vt vix illi ſuperſit tempus capiendi cibi vel ſomni. Nunquam preces conſuetas in oratorio ſuo intermittit, etiamſi negotia in mediam noctem extrahantur. Ac ferè contingit, vt ſtudio perficiendi quæ ad animam ſpectant, ſomno oppreſſa Roſario in manu hærente, labatur in terram. Hac certè æſtate ex nimia corporis fatigatione & imbecillitate duos vel tres menſes grauem perpeſſa eſt morbum, qui tandem eam compulit Fuſcimo (vbi ſemper degit in palatio) migrare Meacum, vt curari poſſet. Quamprimum autem venit, Vincentium fratrem noſtrũ in medicum popoſcit. P. Rector quoque ſacrum in mariti eius Scinzæ optimi ſenis ædibus, vbi ipſa erat, dixit: confeſsionẽ eius audiuit, & cœleſti pane, cum aliis multis eius conſanguineis, erat enim dies feſtus aſſumptæ in cœlum Deiparæ, eam refecit. In ægritudine nihil illi grauius fuit, quàm quòd ſuo more orationes recitare non poſſet: impediebatur enim partim viſitantium multitudine, partim virium imbecillitate. Mirificè addicta eſt operibus caritatis, quoties enim Chriſtianus aliquis eius auxilium in inopia aliqua interpellat, relictis omnibus aliis negotiis, operam omnem nauat, vt inopia ſubleuetur. Nullus in vrbe Meacenſi eſt, cui ęquè atque illi ſimus ob beneficium eleëmoſynę, quã ſuis temporibus ſubminiſtrat, obligati. Conſanguineos item ſuos alioſque egentes multis iuuat eleëmoſynis. Ipſa æquè atque maritus ſimplicitatis & humilitatis laude conſpicua eſt. Maritus ita humilis ęſt, vt nomen ſuum dare voluerit Congregationi, quę dicitur Pauperum: cùm multę alię ſint nobilium & diuitum. Certè in vniuerſo Gochinai non ſunt qui hunc cum ſua coniuge pietate cæteraque virtute ſuperent.

*Miſsione facta in regna Mino & Voari, de qua paulo pòſt agemus,*

agemus, Pater magnam conſolationem accepit, ex lætitia cõmuni Chriſtianorum, qua ipſum venientem excipiebant: erant enim inter eos viri ſenes, qui à quatuor vel quinque leucis aduenerant; & vnus quidem quatuor annorum ſupra octoginta, qui magna fatigatione per vias aſperrimas aduolarat. Hic bonus ſenex cum vxore ſua pauperrimam vitam agit inter gentiles, à quibus (vti ipſe commemorauit noſtris) olim graues perpeſſus eſt perſecutiones, eo nomine tantùm, quòd eſſet Chriſtianus. Cæterùm tãdem conſtanti eius integritate & patientia, bona nempe malis, ſecundùm conſilium Chriſti, rependentis, ita ſunt pudefacti, vt non ſolùm non malè eum tractent, ſed etiam eleemoſynis iuuent, ac patientiam ſubmiſſionémque Chriſtianorum laudibus in cœlum tollant. Erat hic ſenex tam candidus & purus mente, vt cùm ſe contuliſſet ad locum, in quo Pater anno elapſo fuerat in feſto Paſchæ, ibique totos quatuor dies vſque ad finem feſti hæreret, ac deinde Pater ab eo diſceſſum parante percunctaretur, num eſſet confeſſus, reſponderit coram omnibus, ſe præterita æſtate cõfeſſum, & ab eo tempore nihil confeſsione dignum admiſiſſe. Suã vitam in illa affecta ætate non eſſe aliam, quam diu noctuque in ſudore vultus cõficere calceos ex paleis ad tolerãdam vitã, ſi quid temporis à labore vacuum ſit, id in oratione ponere, vel ad amicũ gentilem diuertere, vt ei de rebus diuinis loquatur. Quo reſponſo Pater fraterq; quibus hæc referebat, mirificè ſunt ædificati. Hoc autem anno bonus ſenex cum ſingulari humilitate & animi cõſolatione de peccatis confeſſus eſt.

Alii duo ſenes, maritus atque vxor, Chriſtiani antiqui, confeſſionis cõmunioniſque cauſa ex remotis locis venerũt: ac hi quoque inopem vitam inter Ethnicos traducunt, ſeque vno patientiæ ſcuto ſic tuentur aduerſus infidelium probra & calumnias, vt alii mirentur, alii pudefiant, alii quoque terreantur. Imò ipſi referebant, eſſe quinque vel ſex in ſua ipſorum familia, qui magno faſtu & contemptu, ac incredibili verborum contumelia, ſe omneſque Chriſtianos laceſſant & diuexent. Quos Deus Dominus noſter pauperum protector ſeuerè caſtigauit. Omnes enim ſex fœda ægritudine miſerabiliter extincti ſunt. Hi verò in tanta inopia, ad extremam vſque ætatem, ne minimo quidem capitis dolore laborarũt. Erat eis filia duodeuiginti annorum, cuius nuptiæ à multis ambiebantur: ſed quia Chriſtiano tantùm marito eam collocare ſtatuerant, nunquam paſſi ſunt à ſe diuelli. Nobilis adoleſcens & copioſus cùm eius pudicitiæ inſidiaretur, vterque parens, deſerto tugurio ſuo, cum filia aliò profecti ſunt,

vt ne

ꝛt ne Deum offenderent, & honorem filiæ tuerentur.

Petrus Scijemone nobilis, qui ſuit primogenitus Domini Regni Iechu, in Mino Patrem cum aliquot Chriſtianis in ædes ſuas nuitauit, Euangelium vxori ſuæ gentili aliiſque domeſticis mulieribus annunciari petiuit, quod & factum eſt. A concione maitus rogauit vxorem, an omnia intellexiſſet, reſpondit, mirificè ibi arridere quæcunque dicta eſſent, eſſe enim cõſentanea ratioi & veritati, ac idcirco ex animo ſe optare baptiſmum; ſi id conſcia ſua matertera vxore Ghenifoin, aliiſque conſanguineis; qui omnes erant gentiles, fieri poſſet. Atque hac de cauſa paulo ampliùs baptiſmum diſtulit, licèt aliquot præcipui è domo eius, qui idem concioni interfuerant, ſtatim baptiſmum ſuſceperint.

Futuſcimãdonus Dominus regni Voari multum fauet Chriſtianis, & per Quinguium cæcum Voarenum Chriſtianum comnodum locum promiſit pro vna Eccleſia. Eius regni Chriſtiani aborant, vt continenter ſecum habeant ordinarium Prædicatoem, qui data opportunitate nunc hos nunc illos impellat; eſt eiim gens illa admodum elata à natura & ferox, & licèt initio ægre ſe dedat alicui rei, tamen ſi ſemel vel bono vel malo ſe appliuerit, ei tenaciter adhæreſcit. Vtinam, iuuante Deo, priſtinæ libertati tum ibi cum in aliis regnis aliquando reſtituantur, & magnus animarum fructus ad gloriam Dei colligi poſſet.

Quamuis tot nobilium hominum conuerſio hoc anno facta nagnam omnibus Chriſtianis attulerit conſolationem, tum in Meacenſibus tum in Scimanis partibus: non minorem tamẽ conciliauit quorundam Principum virorum obitus, ex quibus, tanquam bono ſemine in terram iacto, tam copioſus extitit fructus. Qui enim poſt illos aquis ſalutaribus perfuſi ſunt, ſuo exemplo, antam de ſe ſpem & expectationem in omnium animis cõcitaunt, vt dolorem ex morte priorũ acceptum omnino reſtinguãt. De duobus tantùm vel tribus faciam mentionem.

In regno Voari erat quidam, nomine Leo Tacheia, qui temore Nobunangæ baptizatus eſt Anzuchijamæ, verè Chriſtianoum illorum columna: ſuo ſiquidem tum exemplo tum ſtudio in rbe Chiros attraxit ad Chriſtum quàm plurimos, & in pietate ſeel ſuſcepta cõſeruauit, cõuertens domum ſuam in Eccleſiam, oſque paterno amore in omnibus calamitatibus adiuuans. Et uia eius officium erat cognoſcere pretium gladiorum & machearum Iaponicarum, (erat enim in hoc genere omnium Iaponiæ pificum excellẽtiſſimus) cum tota familia ex Voari cõmigrauit Meacũ, vbi in magna exiſtimatione erat apud Dominos & Princi-

pes: Ædes ſuas autē Voari partim conuertit in Eccleſia, partim Patri, qui eò viſitatum veniebat, reliquit inhabitandas. Meaci verò ædes, quas coëmit, ſic adaptauit, vt à noſtris ibi diuina res fieri poſſit: ſicut & in hodiernum diem fit, confluentibus eò multis tā ex ſuperiori quàm inferiori Meaco.

Idem Leo magnus erat amicus pauperum: multos enim, licèt ignotos, hoſpitio ſuſcipiebat, eo nomine tantùm, quod Chriſtiani eſſent, & ſumptus gratis eis ſubminiſtrabat. Vt autem ſanus operibus ad ſui imitationem omnes impellebat, ita æger, & moribundus, ſua patientia, & pia ad obitum præparatione, omnes ſe viſitantes conſolabatur. Accidit initio menſis Iulij, cum certis de cauſis proficiſceretur Sacaium, eum corripi febricula, cùm qua, & ſignis nō obſcuris periculoſi apoſtematis ſub aure enati, Meacum reuertit: & quia malum augeſcebat, & vires deficiebant, celerrimè ſe ad mortem, facta de vita anteacta exomologeſi, & teſtamento condito, comparauit. Deinde allocutus eſt filios, monens illos, quàm nullius pretii ſit tempore mortis omne aurum & argentum: ac vt imprimis operam darent vitam omnem traducere in timore DEI. Ac denique, cùm vi morbi premeretur, poſtulauit cœleſte ſibi porrigi viaticum, & ſacrum Miſſæ in loco conſueto fieri, quod à P. Rectore facilè illi fuit conceſſum. Et quamuis ob morbi magnitudinem ſacram Euchariſtiam ſumere nō potuerit, eam tamen ſingulari animi ſubmiſſione in altari adorauit, magna fiducia ſe Chriſto commendans: Contigit id Dominica poſt ferias Apoſtolorum Petri & Pauli: ac inſequenti die Dominica ſumma cum quiete ex hac vita migrauit, ſermone de rebus piis ſemper continuato cū multa conſolatione circumſtantium.

Anno ſuperiori ſcriptum eſt in regno Voari nobilē & antiquū Chriſtianum, nomine Syluestrum, qui fuerat miniſter Nobunangæ, euocatum fuiſſe ad cælum Hic vno ante obitum anno matrimonio copulatus erat cum femina, quæ poſt agnitum Chriſtum miram vitæ mutationem inſtituit; nam ſtatim à gentilitiis ritibus, quibus maximè dedita fuerat, ſummopere abhorrere cœpit. Nomen ei erat Marthæ: manſerat vidua, ſine liberis, ab omni præſidio humano deſerta: hæreditas enim mariti ceſſarat prioris vxoris liberis: reliqui redditus verò ad Iaponiæ monarcham redibant. Nec à conſanguineis vel parentibus gentilibus vllum adiumentum ſperare poterat, nam omnes illi erant ex ſtirpe Bonzi Ozacani ſectæ Icoſciorum principis, & gentiles; qui, poſtquā Chriſtianæ legi ſe addixit, ne conſpectum quidem illius tolerare voluerant, niſi Chriſto renunciaret. At illa firmiter in animo ſuo

conſtituit potiùs occumbere, quàm fidem ſemel Chriſto in baptiſmo datam reſcindere. Quare & capillos ſibi reſecuit, parata labore manuum ſuarum inter Chriſtianos vitam tolerare, quo nomine Sodalitas Miſericordiæ & locum inter egentes feminas ei attribuit. In hoc ſtatu perſtitit integrum annum; nullo vnquã ſubſidio vel à matre vel à cognatis, qui in eadem vrbe Meacenſi habitabant, petito. Tandem in grauem & tetrum incidit morbum; ſic vt videretur tota leproſa: nec tamen vlla medicina poterat depelli. Torquebatur ſancta mulier acerbiſſimis doloribus, nec ab vno latere in aliud conuertere ſe, ſine alieno auxilio, valebat. Mater re cognita obnixè eam rogauit, vt ſe fineret valetudinis reſtituendæ cauſa in ſuam domum deportari, cùm adiuncta promiſſione, de Chriſtiana religione ſummum fore ſilentium. Reſpondit illa ſe facturum, quod viſum eſſet Patri noſtro, qui conſilio cum Chriſtianis eius vrbis capto, dixit videri ſibi precibus maternis faciendum ſatis, ſi modò ea conſtantia in fide ſibi prædita videretur, vt potiùs mori parata ſit, quàm Chriſtum negare, ſi ad id à matre & conſanguineis cogeretur. Et reſpondit, ſe non idcirco maternæ petitioni reſiſtere, quòd de tali conſtantia in fide ambigeret, vel vacillaret, ſed quòd prauam aliquam inconſtantiæ ſuſpicionem in animis quorundam gignere potuiſſet, ſi facilè ei aſſenſiſſet: nunc autem, quia ita omnibus viſum eſt, ſe ad liberandos moleſtia Chriſtianos libenter aſſenſuram. Itaque facta priùs confeſſione, delata eſt ad ædes maternas, vbi vſque ad mortem in tanta patientia & fidei conſtantia perſeuerauit, vt mater non parum commota fuerit eius exemplo ad talem fidem ſuſcipiendam cum tanta virtute coniunctam. Nam & Patres medicum & medicinas, aliaque neceſſaria ad curationem, ei mittebant. Nonnullæ quoque feminæ Chriſtianæ, quod poſtulabat caritas, eam viſebant. Rogabat medicum Chriſtianum, vt aliquid de lege ſancta diceret, quod fecit: & bis quidem, vetula illa admodùm doctrinam traditam probauit, ac poſtea multas quæſtiones filiæ propoſuit, quas illa non verbis, ſed exemplo fidei, patientiæ, & caritatis ſuæ & Chriſtianorum diſſoluebat. Tandem fracta morbis, inuocato continenter nomine IESV & MARIAE, ſpiritum Deo reddidit. Matri autem ante obitum cõmendauit, vt corpus mitteret ad Eccleſiam noſtram, rogaretque Patres, vt dicerent officium pro ſe defunctorum, veſtes relinqueret pauperibus: Reliquias verò, roſarium, calculos benedictos, & imagines feminis, quæ in ægritudine inſeruiiſſent. Quæ omnia mater præſtitit. Sepulta eſt à Chriſtianis, domus noſtræ impenſis: materque

mox noſtris per quendam magnas gratias egit, & cādelas pro officio defunctorum & eleemoſynas pro pauperibus miſit. Poſt aliquot verò dies & ipſa præſens gratias agere Patribus voluit, dicēs, ſe nobis & Chriſtianis ob eximium amorem in vita & morte erga filiam ſuam demōſtratum tātopere obligatam, vt exiſtimet ſe tātæ obligationi ſatisfacere nō poſſe, niſi & ipſa fiat Chriſtiana. Itaque comparauit ſe primùm ad audiendam catecheſin doctrinæ Chriſtianæ, deinde etiam ad baptiſmi ſacramētum: quod eo ampliorem voluptatem attulit omnibus Chriſtianis Meacenſibus, quo illa maioribus honoribus renuntiauit & commodis, quæ à Bonzo Ozacenſi locuplete & potente accipiebat.

Meaci degebat quidam, qui in propugnaculo Tacatachi, aliiſque partibus, ſeptem & decem annis Iuſto Vcōdono inſeruierat, viuebatque inter Chriſtianos, ac talis habebatur, maxime à Iuſto. Is hoc anno in regno Cangano, dum ibi redditus annuos Iuſti colligit, incidit in febrim, rogauitque ſocios ſuos, vt ſe ægrum ducerent ad ædes noſtras, velle ſe ibi de peccatis confiteri. Vt eò aduenit, patefecit, quo tempore Iuſtus Vcondonus ſtatum Tacatachi adminiſtrabat, ſuiſque ſuadebat, vt diuinæ legi aures pręberent, ſe cum tota familia ſua finxiſſe ſe eſſe Chriſtianum, & ideo nec concionibus illis opus habere; idque ſe feciſſe, quòd pater ſuus profiteretur ſectam Icoſciorum, & Chriſtianam legem maximè deteſtaretur. Patres his auditis magnopere obſtupuêre, & quia grauiter ægrotabat, P. Rector ſubitò illū baptizauit, domūque reuerſus cum gaudio, poſtero die multis prædeſtinationis ſuę ſignis relictis ex hac vita commigrauit in cælum, Patre eius in luto Ethniciſmi adhuc hærente.

## DE MISSIONE CVIVSDAM PATRIS IN REGNVM MINO ET VOARI.

VT melius intelligatur hæc miſſio, commemorabīmus ea, quæ ipſe Pater de ea ſcripſit. In miſſione hac, inquit, viginti dies conſumpſimus. quo tēpore baptizati ſunt omnino homines ſexaginta, nō cōtemnendi. Et ſi alios viginti dies ibi commorati fuiſſemus, baptizati fuiſſent circiter quinquaginta ſupra centum; verùm quia ſtatim redeundum erat Meacum, in aliud tempus baptiſmus eſt dilatus. In Mino filii & filiæ fratris nutricis Saburondoni iam mortui, & nepos vxoris Gubernatoris Meacenſis, Chriſto nomen dedere. Multorum quoque aliorum honoratorum virorum iam antè baptizatorum, tum coniuges

tum

rum filij, ſunt baptizati. Atque hæc omnia accidere in vrbe Gifa, quæ eſt præcipua in regno Mino, vbi Saburōdonus nepos Nobunangæ, qui eſt Dominus maioris partis regni, ſedem ſuam habet. Simulatque intellexerat Fratrem Paulum mecum adueniſſe, bis magna humanitate & beneuolentia, nec ſine muneribus, nos viſitari curauit, addens ſeipſum quoque venturum. Dominus iam dictus Meaco ad regnum Mino reuerſus eſt manè in ipſo die Paſchæ: omneſque Chriſtiani eum maiore, quàm aliàs, gratulatione receperunt: ipſeque viciſſim vultu magnam erga omnes lætitiam, amorem, & benignitatem demonſtrauit. Ad veſperam inuiſit eum nobilis quidam, nomine Sacādonus, qui in illa vrbe eſt velut caput & Pater omnium Chriſtianorum; quem palatium intrantem Saburondonus ilico iuſſit ad ſe vocari, rogauitque quamdiu perſtituri eſſemus in vrbe, ac epiſtolam ſua manu ad Paulum fratrem dedit, eumque ad propugnaculum inuitauit: ſed quia ratio habēda erat noſtri exilii & ſilentii, ne ab æmulo aliquo nomen noſtrū deferretur ad Taicum, certis de cauſis deprecati ſumus, quibus ille quoque acquieuit.

Sequenti die, id eſt, octaua Paſchæ, omnes pueros & famulos nobiles ad audiendam rem diuinam amandauit; & Chriſtianus quidam dictus Sceirocundonus omnes primarios Chriſtianos Saburondoni inuitauit ad epulum. Neceſſe autem fuit me & fratrē ibi præſentem adeſſe, vt in dierum illorum ſolennitatem collationem aliquam inſtitueremus. Multi libenter audiſſent ſermonem; verùm quia Taico vehementer vrgebat labores ſuorum, nō fuit amplius tempus eò redeundi. Itaque frater eò reuertet, cùm tempus magis commodum ſe offeret ad audiendum.

Saburondonus Sceirocundono magnam planitiem dono dedit, in qua exſtrueret Eccleſiam, & domum pro noſtris, quando eò diuertent. Opuſque abſoluet ante dies Natalitios.

Ex feruore deuotioneque Chriſtianorum in regno Voari, cùm ex Mino diſcederem, eximiam conſolationem hauſi, qui tędio affecti diuturnioris moræ Ghifam ad Paſcha profecti fuere: qui autem proficiſci nō potuere, cōuenere in Chriſtiani cuiuſdam domo, quæ nō eſt abſimilis Eccleſię noſtrę, & in ea orationes ſuas ac de rebus diuinis colloquia habuere. Poſt hoc, cùm illis videretur nos abitum parare, ter ſatis longè in publicā viam progreſſi ſunt, vt nos exciperent, & in ſuas ædes deducerent.

In hoc regno Voari, poſtquam iuſto Dei iudicio ex illo exturbatus eſt Quabacondoni Pater, capitalis Chriſtianorum hoſtis, acceſſit nobilis quidam, nomine Fucuſcimadonus, Taici

conſanguineus, qui publico hominum ſermone ferebatur omniũ in Iaponia crudeliſſimus. Hic vno ſermone audito Ozacæ ex Vincentio fratre, quo oblata occaſione oſtendit rem eſſe iniquiſſimã apud Deum & homines, ac cum ipſa ratione pugnare, iniuſtè & exquiſitis in hoc tormentis occidere homines, ſubitò dixit, Vincentium præclarè de eo argumento locutum; ac deinceps nõ ſolùm veterem crudelitatem ſuam correxit, ſed etiam amicitiam Chriſtianorum colere cœpit: quibus cum ſingulari beneuolentiæ & amoris ſignificatione tantum areæ cõceſsit, vt exædificare poſſent Eccleſiam. Aliquot ibidem ad Chriſti Eccleſiam ſunt aggregati: quotquot autem antè Chriſtiani erant, exomologeſi mentem expurgarunt. Inde Fanamaſam profecti ſumus, in quo multi veteres Chriſtiani degunt, à bono ſene Conſtantino ante annos triginta-duos inſtituti & ſacris aquis tincti.

In loco, dicto Simo, eſt Quida Tãgodonus, & gener eius Sciozaimus, qui erant columnæ Chriſtianorum regni Voari, ſed exulare coacti ſunt, quando trucidatus eſt Quabacondonus, eo quòd illi ſeruiſſent. Sed placuit Deo, vt illis duo alij Chriſtiani nobiles ſuccederent, qui non minore amore proſequuntur fideles, quã primi. Vale eis diximus cũ multis lachrymis, & Meacum iter proſecuti ſumus.

Ozacæ Chriſtianus factus eſt nobilis admodum locuples, & ex prima nobilitate aulæ Aquini Mori Regis Amacucciani, cui nomen eſt Firacandoni; ac poſt illum duo alij nobiles & prædiuites.

In regno Tuono Quni, quod vnum eſt è quinque, dictis Goquinai, ſunt thermæ valde ſalutares, ad quas ordinariè 3 vel 4 millia ægrorum ex diuerſis prouinciis confluunt. P. Rector, quia iam ſenex eſt & infirmus, ad thermas illas miſſus eſt. Primò, vt recuperaret ſanitatem, quam ſcribit ſe recuperaſſe. Secundò, vt piſcationem aliquam ſpiritualem inter homines otioſos inſtitueret. Et iam ſcribit ſe aliquot nobiles tradita catecheſi Chriſto adiunxiſſe. Inde Pater profectionem inſtituit ad nobilem quendam virum, Dominum terræ, in qua ſunt thermæ, & Taico admodum carum, cuius filij, poſt auditum de fide noſtra ſermonem, valde propenſos ſe eſſe ad eam declararunt. Et bis eorum parẽs noſtros cum muneribus viſendos curauit. Deinde obuiam factus eſt aliis tribus nobilibus, qui ſatiari non poterant concionibus noſtris, è quibus vnus erat filius Præfecti propugnaculi Otai. Hic iuuenis Patri promiſit ſe effecturum per parẽtem ſuum, qui multum gratia valet apud Taicum, vt Patrum Meacenſium res meliore tutioreque ſint loco.

## DE RESIDENTIA OZACENSI.

HOc anno noua conſtituta eſt Reſidentia Ozacæ: & licèt domus nondum ſit abſoluta, tamen durante perſecutione, ob cõcurſum multorum nobilium ad audiendum noſtros ſermones, ſecus facere nõ potuimus. Aula ſiquidem Taici nũc tota pẽdet à Fuſcimo & Ozaca. Cõtinẽter ibi degit vnus Pater, cum fratre, & vno clerico cõcionatore; qui nõ ſolùm Ozacẽſium curã habent, ſed inuiſunt etiam Oiacai, aliáque loca in regno Tucnochuni & Cauacci.

Nobilis Chriſtianus retulit Patri Ozacenſi, cùm Bungi eſſet, quando Ioſcimane Regis Franciſci filius mandauit cum conjuge & liberis trucidari Ioran, eo quod columna eſſet omnium Chriſtianorum in ditione Facatana ipſum Ioſcimanem culpam huius cædis conjeciſſe in cognatum ſuum matrimonio ſuæ ſorori junctũ, dicens, quòd propria manu vnũ è filiis Ioran & famulos interemiſſet. Eodem anno huius hominis conjugem partui proximam obſedit dæmon dicens, ſe non permiſſurum vt pariat, ſed matrem cum filio abducturum ad tartara. Hoc triſti caſu perterrefacti ambo, & vir & mulier incipiunt vota facere ſuis idolis. Vir promiſit ſe omnia arma ſua & optima quæque ſuæ mulieris ornamenta oblaturum Teſciondaigin, qui eſt vnus ex præcipuis Chamì vel Diis Iaponiæ. ſed quo plus illi faciebant, hoc deterius habebat vxor. Conſuluit tunc gentilis quidam, qui præſtò erat, vt vocarent Vngaſauaram fratrem infirmæ, Chriſtianũ, illum, quoniam aliàs tres dæmones expuliſſet, poſſe expellere & præſentem. Venit frater, & primùm juſſit omnia vota & promiſſa ſuperſtitioſa reſcindi, deinde ſuaſit, vt promitterent ſe fore Chriſtianos. Quod cùm feciſſent, oſtẽdit energumenæ ſacrarum reliquiarum thecam, dicens: Qua fronte auſus es tu ingredi in hanc feminam, cùm ſcias me eſſe Chriſtianum, & hanc ſororem meam? Conſpecto reliquiario dæmon magnum cœpit ſtrepitum excitare, & horribiles motus, dicens: Dimitte me: non enim me latet te eſſe Chriſtianũ. Frater miſertus puellæ, promiſit Deo, ſi ſanitati reſtituatur, diſciplinas, iejunia, precationes, & injecta in collum theca reliquiarum, Symbolum Apoſtolicum, quod ſciebat Dæmoni eſſe formidabile, recitauit. Subjecit Dæmon: Probè noui, te moleſtè ferre ſororem tuam, quòd gentilis ſit, & non velit fieri Chriſtiana: ſed ego dico tibi, me non mea voluntate, ſed rogatu primæ conjugis gentilis, quam tuus

cognatus repudiauit, in eam ingreſſum: quæ promiſit mihi ſe mo adoraturam, ſi in hanc feminam ingrederer. Denique ſubitò dæmon abſceſſit, & partu edito femina quaſi mortua concidit. vbi autem reſpirauit, mater cum filio ſacro baptiſmo expiata eſt. Dæmon verò è ſecunda coniuge egreſſus ingreſſus eſt ilico primam, quæ cernens ſe vehementer ab eo diuexari, etiam atque etiã petiit à quodam Chriſtiano baptizari. Poſt baptiſmum autem receptum dæmon mox ab ea receſſit.

Hoc anno in Tacatacqui vnus ex optimis religioſiſſimiſq; Chriſtianis, quales in Iuſti Vcondoni ſtatu reperiri poſſent, vitã hanc cum æterna commutauit: qui apoplexia tactus, etſi loqui nõ poſſet, conſuetas tamen orationes nunquam prætermiſit. Pater Ozacanus eius confeſſionem audiuit, & intellexit, vndecim aut duodecim annos inter ipſum & vxorem, feminam piam, caſtitatem eſſe conſeruatam.

Adoleſcens pauper è regno Fiunga, nobilis cuiuſdam famulus, Ozacam abiit, vt operam ſuam ibi præberet erigendis ædificiis Taici, pòſt incidit in morbum grauem. Dominus eius gentilis cũ remedium nullum ſuppeteret ad ſanandum, curauit eum efferri foras, & abjici in domum vndique peruiã, ſpeciem porticus præ ſe ferentem, in qua gentiles conſueuerant ſuo ritu exurere defunctorum corpora, non longè à domo noſtra remota. Fortè duo è clei[illegible] illac tranſeunt ſub noctem, vident duos ingentes canes ve[illegible]s lupos proximè domum aſtare: vix dubium, quin ad hominem [illegible]uorandum. Domum ingreſſi hominem morti vicinum [illegible]endunt. mox certiorem reddunt Patrem, is iubet eum deportari in ędes noſtras: pro temporis anguſtia in fide inſtituitur, & baptizatur, ac poſt horam vnam, mirabili prouiſione Dei inter electos, vt apparet, adſcriptus, moritur.

Hoc anno Ozacæ ſalutari baptiſmi aqua tinctus eſt vir admodum illuſtris vnius regni Dominus. Mouit autem Deus eum hoc quo ſubjiciam modo. Poſtquam Dominus Paulus Scinganus cum aliis Dominis Bungenſibus in exilium miſſus eſt, & Taico Iaſcimoni (vti ſuperiore anno ſcriptum eſt) regnum ademit, Dominus Paulus ſe huic Domino comitem adiunxit, vt illi ſua officia deferret in bello. Cumque in eius præſentia de rebus Chriſtianorũ tractaretur, conuerſus ad Paulum dixit, quandoquidem Taicoſama legem Chriſtianam in ſuis regnis promulgari vetuiſſet, conſultum videri, vt vel ipſe à cœpto abſiſteret, vel ita fidem diſſimularet, vt notari non poſſet ipſum eſſe Chriſtianum. Ad quod Paulus confidenter reſpondit: Inter multas cauſas duæ potiſſi-

mùm

mùm occurrunt, cur id facere nequeam; Prior eſt, beneficium, quo tanquam Chriſtianus Domino Deo in omnem vitam ſum obſtrictus. Poſterior, quòd initio conuerſionis meæ in cauſa Iaſcimonis tantùm ratione fidei Chriſtianæ exilio ſim multatus, ac poſtea propter meam in fide conſtantiam à Rege Franciſco, qui me imprimis diligebat, reſtitutus. Hac reſponſione effectũ eſt, vt deinceps libere omnes de rebus Chriſtianis locuti ſint: ſic prorſus, vt coram dicto Domino ſemper aliquæ diſceptationes de fide haberentur, cui etiam rationes, vt erat homo eximii ingenii & iudicii, mirificè arridebant. Tantopere autem placuit illi Domini Pauli conſtantia, vt Ozacæ ſtudio domum noſtram adierit, quo ſermonibus catechiſticis intereſſet: cumque multis quæſtionibus curioſis propoſitis tandem omnia accuratè percepiſſet, baptizatus eſt: quamuis nunc metu Taici, eo quòd ſit ex maximis aulę Dominis vnus, non poteſt pro arbitratu ſuo omnia facere. Verùm ſic in fide animum confirmauit, vt cùm aliquando nobilis quidam coram ipſo malè de Chriſtianis loqueretur, per ludibrium in hæc verba ei reſponderit: Videris mihi, bona venia tua dixero, bone vir parum in hoc argumento ſapere. qua ratione enim de lege tam excellenti, tam rationi conſentanea, & à tot illuſtribus Dominis, tot doctiſsimis hominibus probata, tu potes perperam loqui? Subiecit & alia cum tanta prudentia & iudicio coniuncta, vt nullus circumſtantium ampliùs auſus fuerit quicquam effutire in Chriſtianos.

Baptizatus quoque eſt Ozacę cognatus Bigenno Saiſcio trium Regnorum Domini, nomine Camidonus; cuius conuerſione confidunt noſtri in Regno Bigen magnam portam patefaciendam ad ſalutem multorum.

Adhæc baptizatus eſt Ozacæ filius nobilis Domini, dicti Ienrai, qui omnibus Taici fabricis Ozacæ præeſt: Atque hic eſt, qui in Scichi & Amacuſa, cum ob negotia Taici in regnum Finganũ iter haberet, noſtris ſatis moleſtus fuit.

Sed & alii multi nobiles milites ex aula regni Bigé, & ex regnis dictis Chungochi regi Amagucciano ſubiectis, cœperunt aures accommodare noſtris ſermonibus cum ſpe recipiendi ſancti lauacri, maximè cùm iam liberati ſint metu diſceſſus, & ſumptuum intolerabilium, quos facere debebant in operibus Taici ad recreandos Cinenſium Legatos. Multus enim veſtium in eam rem aliorumque ornamentorum apparatus ruina ædium in terræ motu obrutus eſt.

Ozaca Pater nonnunquam ſe confert ad viſitandos Chriſtianos

nos finitimos, qui olim, cùm Iuſtus Vcōdonus teneret propugnaculum Tacatucqui, Eccleſiæ Chriſti ſunt adſcripti. deinde ad alia loca, quæ partim tota Chriſtiana ſunt, partim mixtos habent Ethnicos. Omnes autem tanta conſtantia in fide & pietatis operibus perſeuerant, vt admirationi ſint iis qui cum illis conuerſantur. Vnum tantùm hîc commemorabo: Omnibus diebus Veneris in Quadrageſima ducenti vel treçenti vtriuſque ſexus & ætatis, à nullo voçati vel impulſi, ſponte conueniunt in Eccleſiā paulo ante Solis occaſum, vt corpora ſua vſque ad ſanguinem diuerberent, idque in præſentia mille aliquando Ethnicorum, qui ex remotis locis confluunt ad hoc ſpectaculum. Nonnunquam autem contingit venire maritum cum vxore: quæ ſi Chriſtiana ſit, ſub veſtibus ordinariis induta eſt ſacco vel veſte propria flagellantium, & vicina Eccleſiæ, abiecto ſuperiore veſtitu, opertoque vultu mox ingerit ſe flagellantium turbæ. Omnes autem tanto feruore & deuotione in ſupplicatione publica per vias in ſe deſæuiunt, vt multi hoc exemplo commoti idolis ſuis renuntient, & baptiſmo ſuſçepto Eccleſiam Chriſti ingrediantur.

Ozacæ accidit quiddam rarum & notabile, quod inter omnia, hactenus relata, meritò principem poteſt obtinere locum, cuius narratione has annuas litteras concludemus. Eſt autem huiuſmodi: Gentilis quidam Ozacenus ære ſuo coëmit adoleſcentulas duas forma egregias & Chriſtianas ex regno Bungenſi oriundas, quæ in vaſtatione regni in ſeruitutem abductæ ſunt à gentilibus. Scopus hominis erat quæſtum meretricium ex iis facere. ipſæ autem vehementer dolebant, ſe, cùm eſſent liberæ, tam iniquè venditas, & homini tam ſcelerato & infami. Altera earum, quæ decimum octauum circiter attigerat annūm, decreuerat potiùs mori, quam tanto crimine animam ſuam perdere, & Deum offendere. Et quanquam Dominus eam veſte pereleganti & venuſta ornaſſet, vt vtraque ſpecie naturali & externa laſciuorum in ſe oculos pelliceret, tamen toto pectore illa ſe Deo commendabat, vt fortiter omnibus impendentibus tentationibus, diuina adiuuante gratia, reluctari poſſet. Itaque bona femina, vt primùm vidit gentilem quendam ad proſtituendā pudicitiam ſuam aduolare, orationum armis fiduciaque diuina munita, non ſolùm nō vel minimi aſſenſus impio homini indiciū dedit, ſed etiam poſt lacrymas, multaſque precés vt honori ſuo parceret interpoſitas, vim inferentem pugnis, morſu dentiū, aliiſque modis, quibus potuit, abegit. Strepitu audito mox accurrit Dominus, cumque rogaret, quid iſtuc rei eſſet, reſpondit fortiſſima

feminas

mina: Non ea ſum cōditione, vt tibi in ſtatu tam infami & exercitio tam ſpurco ſeruire velim aut poſſim. Christiana ſiquidem ſum, & genere nobilis: quare etiamſi mihi necem certiſſimā mittere, nunquam in hoc fœdiſſimum facinus cōſenſero. Sic gentilis, qui eam proſtituere voluit, cum ignominia abſceſſit. Dominus decreuit eam, ſi mentem tandem mutare nolit, aſperrimis fatigare verberibus: cæterùm cùm nec precibus nec verberibus eam in iam abducere ſententiam poſſet, ſtatuit extremum tentare remedium, nempe comminari illi mortem, vnde & nocte quadam eam ad locum tetrum & horribilem, in quo extremum ſuppliciū ſumi ſolet de facinoroſis, abduxit: ibique ſtricto enſe ei minatus eſt, ni ſequenti diluculo voluntati ſuæ in proſtituenda pudicitia obſequatur, ſe illi caput obtruncaturum. Orta luce aduentante lenone, nihilo minùs quàm antè conſtans & intrepida, priorem reſponſionem repetiuit, ſe, cùm Chriſtiana ſit, potiùs oppetiturum mortem, quàm in ſcelus conſenſuram. Ad quod reſponſum incredibili furore inflammatus peruerſus leno, ac a dæmone ipſo incenſus, vt cæteris feminis atrocitate pœnæ terrorem incuteret, conſtituit eam trucidare. Quo animaduerſo mox generoſa femina in genua collapſa, manibus in cœlum ſublatis, animam creatori commendans, collum carnifici Domino denudauit, qui & caput à ceruice reſecuit, ac poſtea corpus eius in loco ſupplicii iam nominato ſepeliuit. Hic fuit glorioſus huius feminæ exitus. Hæc omnia retulit eius ſocia Chriſtiana nobili cuidam Chriſtiano ex regno Cunquocu, nomine Cumagaidono: quem etiam rogauit, vt ſe ex ſtatu tam miſerabili & infami liberaret: adiungens ſe quidem eandem fidem & ſalutis deſiderium idē cum ſua ſocia iam occiſa retinere, ſed tamen longè abeſſe ab illa animi fortitudine & conſtantia, quam in morte tam felici & glorioſa demonſtraſſet. Hic autem nobilis vir, quia tenebat Meacum, ſanctè recepit, ſe in reditu ſuo eā in libertatē vindicaturum, candemque hiſtoriam in ſuo ex Ozaca diſceſſu Patri narrauit. Expectamus tamen à Patre narrationem clariorem & vberiorem cum nomine glorioſæ feminę, eiuſq; parentum, aliiſque circūſtantiis, vt Deo propitio anno ſequenti pleniùs poſſimus rem totam ad V. P. perſcribere.

Infinita alia pietatis exempla, quæ paſſim in aliis quoque partibus occurrunt, in has litteras referri potuiſſent: ſed ne lōgiùs æquo hæ annuæ occurrerent, præcipua tantùm, & quæ maioris ponderis videbantur, ex variis litteris Patrum excerpta, annotanda putauimus. Quod ſupereſt, etiam atque etiam V. Paternitatē,

quoad

quoad valemus, obteſtamur, vt, quod hactenus fecit, paternis ſu
caritatis oculis pergat reſpicere in has regiones tam longè ab o
be Europæo remotas, tum nos ſuos minimos filios ſuis ſuorumq
ſanctis ſacrificiis & orationibus iugiter commendando, tum eti
tot operarios in hanc prouinciam amandando, quod tam ingen
& copioſa meſſis poſtulat. Omnium enim deſideria hac vnica ſp
continuò ſuſtentantur: quo enim operariorum numerus magi
augeſcet, hoc labores latiùs diſtribuentur, & ſingulis euadent to
lerabiliores ſuauioréſque: ipſa autem gentilium conuerſio in die
vberius incrementum ſumet. Dominus noſter V. P. diu ſaluam &
ſoſpitem nobis conſeruet. AMEN.

Ex portu Nangaſachano, 13 Decemb. Anno M. D. XCVI.

*V. Paternit.*

Minimus filius in Chriſto,

LVDOVICVS FROIS.

FRAN-

# FRANCISCVS PASIVS ADMODVM R.do P. CLAVDIO AQVAVIVA, PRAEPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV.

*Admodum Reuerende Pater in Chriſto IESV.*

QVAMVIS menſis Martius, quo nauis Iaponica ordinariè è littore ſoluit in Sinas, annuis litteris dandis ſit deſtinatus: tamen quia nunc alterius nauis, quæ hoc menſe Octobri Macaum tendit, opportuna ſe obtulit occaſio, viſum eſt breuiter R. P. V. de rebus à Societate noſtra inde à Martio menſe hucuſque geſtis certiorem reddere; &, quę eſtant, in annuas proximè inſequenti Martio conſcribendas reſeruare.

Ad feliciorem vitam commigrarunt de noſtris tres, P. Antonius Lopez Luſitanus, Rector Nangaſachanus, P. Fuluius Gregorius Peruſinus, & è fratribus Matthias Nacaus Iaponius. Cognouimus quoque è naui quadam Indiæ Orientalis diem ſuum obiiſſe, D. Petrum Martinez Iaponiæ Epiſcopum, cùm iter inſtituiſſet in Indiam, ad procurandum efficax antidotum contra ruinam ſui gregis, aliáque magni momenti negotia pro Eccleſiæ ſuæ ſalute tractanda. Nam ſimulatque Malacam appulit, creatori ſuo ſpiritum reddidit, & in Eccleſia noſtra Malacenſi, quæ non longè aberat, honorificè eſt humatus.

In abdito quodam domus Nangaſachanæ loco rurſum excitauimus Seminarium, cuius memoria, poſt Arienſe ſublatum, de quo aliàs, apud gentiles prorſus videbatur extincta. In eo nunc

degunt

degunt alumni ſeptuaginta, & litteris operam ſedulam nauant, quorum inſignis conſtantia; vti nobis materiam præbet diuini nominis extollendi, (vnde omnia manant bona) ſic ipſi maxima laude dignos ſe declarant, dum parati ſunt nobiſcum vel exulare, ſi è Iaponia exterminemur, vel etiam ſanguinem pro Chriſto profundere. vtriuſque enim periculi metu laborauimus. Itaque non dubiam ſpem teneræ hæ plantulæ vberioris aliquando conſecuturi fructus promittunt, vbi voluntatem piam confirmauerit ætas, & perſecutionis æſtus tandem aliquando Deo propitio deferbuerit.

Ad juuandorum horum Chriſtianorum difficultatem, poſt ſolo æquatas Eccleſias ædeſque noſtras; illud nouum acceſſit, quòd quo tempore fideles maximè opella noſtra eguere, ex conſilio Chriſtianorum Dominorum Societatis Patribus opus fuerit ſe conjicere in latebras, crebróque ſtationes & ſedes mutare, ac nocturnis horis itinera periculoſa conficere: etſi totam hanc moleſtiam mirificè leniat Chriſtianorum tum caritas & beneuolentia, qua in his ærumnis nos fouent & complectuntur, tum etiam ſingularis & ſincera in fide conſtantia, quam Deus eis in tam diuturna perſecutione eſt largitus.

Neque tamen, opitulante diuina gratia; quicquam deſiderari paſſi ſumus in functione officii noſtri: vt audiendis confeſſionibus ſanorum & ægrorum; quorum ægrorum, ob contagionem quæ inſtar peſtis vniuerſam corripuit Iaponiam, numerus ſolito major extitit: deinde tingendis ſacro lauacro iis, qui fidem Chriſti complexi fuerant; ac erigendis & ſolandis, qui ob euerſas Eccleſias animis conciderant. omnibus denique aliis ſocietatis noſtræ muneribus exercendis.

Quoniam verò Taicoſama aliique gentiles Domini æquo ſeueriora in Chriſtianos edicta promulgarant, vetnerantque nequiſquam ampliùs ſe profiteretur Chriſtianum, vnde videbatur ſecutura magna ſanguinis profuſio: Pater Viceprouincialis opuſculum confecit, typiſque Iaponicis edidit, in quo primò expoſuit Martyrii definitionem, dignitatem, vtilitatem, conditiones; deinde adjunxit, qua præcipue intentione & præparatione illud, impendente huiuſmodi neceſſitate, ſuſcipi debeat. Quod omnibus Chriſtianis poſtea communicatum non paruum attulit fructum.

Vt quoque incommoda minuerentur, quæ ex noſtrorum ſolitudine & latebris, quas ad majora mala cauenda Domini Chriſtiani ſuaſerant, ſequebantur; idem Pater conſtituit, vt varii conuentus, nunc in his nũc in illis ædibus, & interdum noctu, inſti-

ſtituerentur, idque numero capitum definito, & adjuncta in-
ructione, (ſi forte è Societate nullus præſtò eſſet) quemadmo-
um tempus impendendum ſit, partim habendis precibus, partim
ælegendis libellis ſpiritualibus, partim colloquio vel colla-
one facienda de adjuuãdis in corpore & anima proximis. Certè
uantus ex huiuſmodi congreſſibus fructus collectus fuerit, & de-
ceps ſperetur colligendus, experiẽtia ipſa ſatis hactenus docuit.
Neque intra Iaponiam tantùm hic fructus conſtitit, ſed foras
iam longiùs ſe protulit. Cùm enim Domini Chriſtiani in regno
oraiano degentes ob Taicoſamæ edictum nullum è Societatis
atribus ſecum continenter retinere auderent, & tamen confeſ-
onis præſidio non viderentur tanto tempore deſtituendi, duo
atres ſeſe ad propugnaculũ Do. Auguſtini, in quo major Chri-
anorum pars verſabatur, contulerunt, ibique ad binos menſes
ommorati, tum cõfeſſionis communioniſq; ſaluberrimis ſacra-
entis, tũ ſermonibus piis majorem in modum eos ſunt conſo-
ti. Optabant quidem illi eos perpetuò ſecum commorari, ſed
ia non exiguum periculum erat, ne nomen Domini Auguſt. cui
aula non deſunt ęmuli, ea de cauſa apud Taicoſamam deferre-
r, conſultius viſum eſt, reuerterent in Iaponiam, & inde nonnũ-
am ad Coraianos reuiſendos commearent.
In reditu itaque, dum iter facerent in Iaponia per propugna-
lum Ciunagondoni trium Regnorum Domini, gentilis qui-
m, ſed in Chriſtianos bene affecti, præcipui omnes illius aulæ
omini, belliq; duces, ſuſcepto baptiſmo nomen Chriſto dede-
nt, cùm paulo antè idem feciſſent nonnulli alii, Domini Pauli,
iunagondoni conſanguinei, & Domini Ioãnis, eiuſdem cogna-
(qui ambo cum eo degunt) rationibus conuicti; &, quòd viderẽt
uguſtinum, Arimandonum, & Omurandonum cum vniuerſo
pulo ad Chriſtiana ſacra tranſiiſſe. Horum Dominorum con-
rſio non parum valebit ad propagationem ſancti Euangelii
dictis tribus regnis futuram; cùm enim illi eorum ſint princi-
s & capita, tum autoritate tum exemplo, facilè permoue-
nt cæteros ad veram ſecum fidem, cum magna tranquilli-
te, quam Deus Eccleſiæ ſuæ impartiet, complectendam. Et
m operam noſtrorum implorarunt, non ſolùm pro adjumen-
ſpiritali ſuo, ſed etiam ad baptiſmum vxoribus & liberis
is conferẽdum, ac breui è Societate duo in hunc finem ad eos
andabuntur.
Hic cùm eſſet rei Chriſtianæ ſtatus, ac Taicoſoma indies mi-
or, miniſtrique eius humaniores effici viderentur, nos quoque
munera

munera noſtra majori libertate obiremus: ecce tibi ad littus Ia-ponium appellitur nauis referta gentilibus,qui ex Philippinis re-dibant. Erant autem in eadem naui religioſi duo,de quorum ad-uentu,licèt Iaponico vterentur amictu, tamen quia indigenæ nõ erant;ſed externi,illico fama per vniuerſam Iaponiam vſque Co-raium percrebuit. Quare Tarazauandonus, Nangaſachenſium regnorumq; horum Scimanorũ gubernator in Coraiano regno degens, vt primũ ex litteris Subſtituti ſui Nangaſacho rem cog-nouit, mox ab eo & alio quodam incola Nangaſachano petiuit certior reddi de totius negotii ſucceſſu; ſe enim ante alios omnes rem ita delaturum ad Taicoſamam,vt neque ipſe neque alii Do-mini Chriſtiani inde in diſcrimen aliquod vocari poſſint.

Sed certè non dubius nobis erat metus nouæ procellæ; ſi enim nuncius de illo aduentu fuiſſet ad aures Taicoſamæ perlatus,non ſolùm ingẽti furore excanduiſſet,(nullo enim nuncio grauiùs ex-acerbari ſolet, quàm dum intelligit edicta ſua & leges negligi) ſed omne rabiei ſuæ virus,vti fecerat ante biennium,in Chriſtia-nos effudiſſet. Magnopereque in falſa illa opinione,quòd externi moliantur inuaſionem regni Iaponici,confirmatus fuiſſet.

Itaque P. Vice-Prouincialis ad auertenda hæc mala mox ad Tarazauandonum ablegauit intimum quẽdam eius amicum,qui infimis eum precibus obteſtaretur,ne illa denũciatione in extre-mum vitæ fortunarumque periculum conjiceret Dominos Chri-ſtianos vnà cum Nangaſacho cæteriſque fidelium reliquiis. Qui precibus tandem ceſſit,ſuoque ſubſtituto tantũ mandauit, vt ſe-dulam curam vnius captiui haberet, alterum quoque eius comi-tem omni ſtudio quæſitum comprehenderet,vtrumque verò,an-tequam in aula quicquã de illis ſuboleret, ad Philippinas remit-teret,nullo mortalium ad eorum colloquium admiſſo. Nec lon-giùs adhuc res progreſſa eſt.

Qua re cognita P. Vice-Prouincialis vndique perplexus opera Principum virorum Nangaſachanorum effecit, vt captiuo com-modior locus cæteráq; neceſſaria propter Societatem attribue-rentur. Eius verò ſocius, peritior iſtius nationis,(nam aliàs in Ia-ponia fuerat,& ſuperioris anni Octobri à Tarazauandono miſſu in Philippinas) ſe in viam dedit Meacum verſus. cuius aduentu cùm Gubernatoribus vrbis,qui ſunt tres primarii è quinq; totiu Iaponiæ maximis Dominis,vehementer diſplicceret,ilico eum ſub pœna mortis proſcripſerunt;omnibúſque imperarunt, vt patefa-cerent,quo loco deliteſceret;qui autem eum in ædes ſuas recepiſ-ſent, cum vniuerſa familia atque etiam vicinia agerentur in cru-

cem

tem. Quis autem fuerit rei exitus, necdum cognouimus: hæc enim proſcriptio proximè elapſo menſe contigit. Non dubium eſt totam hanc rem non modò Tarazauondono, dictiſque gubernatoribus, verùm etiam Chriſtianis ipſis grauem & permoleſtam fuiſſe, propter manifeſtiſsimum diſcrimen, in quod tota Eccleſia Iaponica hoc infelici caſu conjici potuit.

Cæterùm ſingulari Diuini numinis fauore & prouidentia factum eſt, vt Taicoſama ſub hoc tempus in morbum inciderit: ſiquidem incolumem & ſanum nullo modo Gubernatores hoc factum cælare potuiſſent. Faxit diuina bonitas, vt res hęc felicem tandem, quemadmodũ bene ſperamus, exitum ſortiatur; videtur enim Deus, pro ſancta ſua conſuetudine, tam diuturnam & acerbam duodecim annorum tempeſtatem breui cum ſerena conſolationis & gaudii luce commutaturus. Cuius vt initium faceret, quinto die Auguſti Matri miſericordiæ dedicato ſaluos & incolumes Nangaſachum deduxit Reuerendiſsimum Dominũ Aloyſium Iaponiæ Epiſcopum & P. Alexandrum Valignanum Viſitatorem cum quatuor aliis de noſtra Societate. Octauo verò pòſt die, vt maior eſſet conſolatio, P. Egidius de Matta cum P. V. litteris ad hunc portum appulit euentu inſperato; nam cũ nauis, qua vehebatur, ęquo longiùs Macaũ, quò tendebat, incuria Nauarchi eſſet præteruecta, ſic prorſus, vt retrorſum agi ampliùs non potuerit, Nauarchus errore ſuo deprehenſo eam maluit curſum tenere Nangaſachum, quam in portu aliquo Chinenſi hybernare.

Atque vt manifeſtiùs conſtaret diuinæ bonitatis hoc eſſe opus, eo ipſo die, quo Reuerendiſſimus Epiſcopus aduenit, Taicoſama, qui aliquot dies iam decubuerat, tam exitiali tentatus eſt morbo, vt nihil à mortuo diſcreparet: ſed reuera tanta erat morbi vehementia, vt nulla vitæ ſpes affulgeret. Itaque Taicoſamæ miniſtri gentiles, licèt mandatum accepiſſent, prima oblata opportunitate nauigiorum Chinenſium, omnes Societatis homines, excepto Ioanne Rodriguez aliiſque nonnullis ob Luſitanorum cõmercia neceſſariis, Macaum deportandi; tamen poſt cognitam lethalem Taicoſamæ ægritudinem non modò non inhumaniter, vt alias, nobiſcum egere, verùm etiam magna comitate & benignitate P. Viſitatorem cum ſociis excepere.

Verùm, vt rectiùs intelligatur, quanto beneficio affecti ſimus, per hanc Taicoſamæ inualetudinem, inde à primo initio rẽ perſequam. Rex, cùm in propugnaculo Fuſcimano degeret, exeunte menſe Iunio laborare cœpit dyſenteria, coniuncta, vt ferè ſit, cũ quadam intemperie ſtomachi. Principio quidem omnis peri-

culi videbatur abeſſe ſuſpicio, ſed Nonis Auguſti, vt diximus, eouſque proceſſit, vt penitus de vita periclitaretur. Verùm ille, ne minimum quidem hoc caſu conſternatus, non ſecus, quam ſi corpore eſſet valentiſſimus, pectore intrepido, & inuſitata quadam prudentia (vt in omnibus negotiis ſemper fecerat) de rebus ſuis ſtatuere cœpit: eò autem collimabant eius conſilia, vt nimirum filium ſexennem in imperio poſt ſe relinqueret ſucceſſorem. Quocirca apud animum ſuum reuoluens, vnum eſſe Ieiaſum Dominum de Quanto, hoc eſt, octo regnorum Principem, omnium in Iaponia potentiſſimum, Ducem belli fortiſſimum, genere nobiliſſimum, populoque cariſſimum, qui vſurpare poſſit monarchiam Iaponiæ, decreuit eum tanta beneuolentiæ ſignificatione ſibi deuincire, vt non poſſet non ſpondere fidelitatem.

Accitum itaque ad ſe, primariis Dominis præſentibus, in hunc modum allocutus eſt: Morior, nec mori piget, mors enim omnibus hominibus communis eſt; illud modò non parum me angit, quòd filium ea ætate relinquam, qua capeſſere imperium necdum poſſit, & idcirco diu multumque perpendens, cui adminiſtrationem, donec ipſe Regno ſit idoneus, tutò cõmittam; (quod ſanè non niſi potentia & bellica virtute præſtantiſſimo committẽdum eſt) neminem profectò reperio aut magis appoſitum, aut magis idoneum præter te; quare & tibi vnà cum filio vniuerſæ Iaponiæ Imperium nunc in manus trado, ea ſpe fretus, te viciſſim illud filio meo, cùm ad ætatem gubernationi idoneam peruenerit, redditurum. Vt autem hæc pacta conuenta ſolidiora ſint, & ampliori omnium Iaponiorum lętitia ineantur, quoniam è tuo filio ſtatus hærede nactus es filiolam bimulam, volo, vt hanc filio meo nuptiali fœdere pariter copulemus, vt auus vnius, ſimul fias alterius pater.

Non potuit ad hanc orationem Ieiaſus continere lachrymas, ſiue ob ingentem dolorem, quo percellebatur de imminente exitu Taicoſamæ; ſiue, vt hoc quaſi ſigno teſtaretur, quàm gratus ſibi accidiſſet fauor tantus, quantamque eius poſtulatis fidem eſſet præſtiturus; licèt non deſint, qui aſſerant eum, vt callidum & vafrum, ac in poteſtate ſua lacrymas habentẽ, ex nimio gaudio mortis eius, quem tantore hactenus timuiſſet, illacrymaſſe, atque imprimis, quòd iam quaſi manibus teneret tamdiu optatum omnique ſtudio ambitum Imperium. Etenim diſcuſſo mœrore & planctu ſermonem in hæc verba exorſus eſt:

Domine mi, cùm inter viuos eſſe deſiiſſet anteceſſor tuus Nobunanga,

bunanga, regnum mihi vnicum tantùm erat Micauanum, at Celſitudine tua Regni Iaponici gubernacula adeunte, terna alia acceſſere: nec multo pòſt, pro immenſo fauore & beneuolentia in me tua, hæc ipſa in Quantanum Regnum, hoc eſt, quaterna in octona, quæ nunc teneo, ſunt commutata. Neque hic beneficentiæ in me tuæ curſus conſtitit; ſed continenter tot tantiſque me obruiſti donis, vt me omneſque poſteros meos indiſſolubili vinculo obſtrinxeris ad omnia obſequia ſeruitiaque etiam ſub perſpicuo vitæ diſcrimine filio tuo deinceps deferenda. Atque ideo, vt primùm Celſitudo tua voluntatem ſuam mihi detexit, conſtitueram omne ſtudium atque induſtriam conferre in tutelã Principis, quo illi ſartum tectum maneret imperium. Cæterùm, quia inſuper dignata eſt, fidei meæ regnum cum rege ipſo committere, filiumque ſuum filii mei generum facere, (quo beneficio nullũ hactenus mihi contigit excellentius) non aliud factus ſum, quàm mancipium tuum, tot amoris catenis tibi alligatus, vt non poſſim non de cætero omnem lapidem mouère, quo vota & imperata tua reapſe perficiantur.

Hoc dato reſponſo, ſponſa in Taicoſamæ conſpectum adducta eſt, &, quoad tempus ferebat, cum gaudio & ſolemnitate initum matrimonium. Voluit deinde Taicoſama Ieiaſum ſponſionem ſuam firmare iureiurando, cæteroſque Dominos præſentes, item iuratos, obedientiam & fidem promittere, tum quòd filium, vbi adoleuiſſet in regni poſſeſſionem eſſent promoturi, tum quòd Ieiaſo interea debitam reuerentiam & obedientiam eſſent delaturi; imò & iuſſit reliquos inferiores Dominos in ædibus ipſius Ieaſi idem iuramentum præſtare. Adhæc ad deuincendos ſibi vaſallorum animos, vt fideles eſſent filio, magnam auri argentique aliarumque rerum pretioſarum vim in eos profudit; tantaque liberalitatis & munificentiæ argumenta dedit, vt etiam priuatorum hominum non locupletum, vt viduarum & veterum famulorum, non ſit oblitus; ſed quemque, congruenter vniuſcuiuſque conditioni, dono aliquo affecerit.

Adiunxit deinde quatuor Imperij Rectoribus quintum, omnium caput; is fuit Aſonodangius; omnibus autem commẽdauit, vt Ieiaſum Superioris loco haberent, curarentque, vt Princeps ſuo tempore adiret monarchiam Iaponiæ, deinde omnes Dominos aulicoſque ſuos in ſtatu ſuo relinquerent, neque leges vllas à ſe latas immutarent. Vt verò firma inter eos coaleſceret pax & cõcordia, ſine qua nulla diu ſtare poteſt Reſpublica, mãdauit omnibus, vt, depoſitis veteribus odiis & diſſenſionibus, mutuam

inter ſe colerent amicitiam; ipſos verò gubernatores; quorũ diſcordia imprimis poterat incommodare patriæ, voluit coniugiorum fœdere, inter filios & filias eorum contracto, arctiùs copulari. Idemque cum aliis Dominis fecit, adoptando quorundam filias, vt libentiùs cum illis nuptias celebrarent. Deinde ad præcauendos bellorum tumultus, qui oriri ſolent poſt ſupremi monarchæ obitum, iuſſit munitiſſimum Imperij propugnaculum, nempe Ozacanum, nouorum murorum acceſſione reddi inexpugnabilius, intra quos præcipui Domini excitare poſſent palatia, cum vxoribus & liberis ab eis incolenda: cogitabat enim, ſi in hunc modum quaſi caueæ incluſi extra proprios ſtatus degerent, haud facilè rebellaturos.

Vt autẽ omnia hæc eius conſilia effecta darentur, voluit mortem ſuam in longum tempus cælari, donec dictum opus eſſet cõfectum, & pax inter Coraianum regnum & Iaponiam; ſiue benè ſiue malè, concluſa, omneſque Domini inde reuertiſſent; ſic enim arbitrabatur, ſua opinione, filio ſuo omnia futura ſecuriora.

Denique cupidus nominis ſui apud omnem poſteritatem perpetuandi, vt nempe coleretur tanquam DEVS, noluit corpus ſuũ (licèt mos in tota Iaponia contrarius obtinuiſſet) poſt mortẽ cõcremari, ſed in arcam artificioſè ad id elaboratam incluſum in propugnaculo ſuo, idque loco recreationibus & ludis deſtinato, deponi. Itaque ſe voluit deinceps eſſe inter Chamos (hoc enim nomen eſt magnorum Dominorum, virtuteque bellica olim præſtantium, qui poſt mortem in Deos relati putãtur). Appellari autem voluit Scinfaciman, hoc eſt, nouum Faciman; nam vt olim apud Romanos Mars, ſic Faciman apud Iaponios habetur Deus belli.

Dum hæc aguntur, Fuſcimum peruenit P. Ioannes Rodriguez cum aliquot Luſitanis, vt nomine præfecti nauis, quæ recens in portum delata erat, munera Regi offerret; quod fieri ſolet, quoties recens nauis ex India ad Iaponiam appulſa eſt. Quorum aduentu cognito Taicoſama vni Rectorum mandauit, vt eis de felici nauigatione congratularetur; ſolumque P. Rodriguez in ſuũ adduceret conſpectum, nolle ſe ab alia gente viſitari. Patri verò tot aulæ, areæ, domicilia, cubicula, antequam ad regem perueniret, tranſeunda fuerunt, vt in reditu ſine duce exitum inuenire prorſus fuerit impoſſibile. Peruenit denique ad regium cubiculum, inuenitque Taicoſamam decumbentem in culcitra inter puluinos holoſericos, ſic toto corpore conſumptum, vt vix vllam hominis ſpeciẽ repræſentaret. Patri propiùs accedere iuſſo dixit,

ſe

e non parum eius præſentia recreari, eo quòd tam parum à mor-
te abfuerit, vt putarit ſe non ampliùs eum viſurū: agebatque gra-
tias pro labore, quem non modò nūc, ſed etiam ſuperioribus an-
nis in ſe viſendo impendiſſet. Iuſſit deinde eum donari ducentis
orizæ ſaccis, veſte Iaponica, & nauigio vno ad iter repetendum i-
doneo. Luſitanis quoque eius comitibus certas veſtes attribuit,
ac binis Præfecti antè nominati cælocibus ducentos ſaccos ori-
zæ, ac totidem etiam naui. Voluit quoque Principem à Patre viſi-
tari, cùm priùs quoſdam moneri iuſſiſſet, vt humaniter Patrem
cum ſociis Luſitanis, eo quòd externi eſſent, exciperent. Id fecit
filius, & ſingulos, vti fecerat parens, veſtimento ſerico hono-
rauit.

Poſtero die, quo inter Rectorum quinque filios & filias inita
ſunt coniugia, vt diximus, voluit Patrem Rodriguez feſtæ ſolem-
nitati, quæ propter coniugia inſtituebatur, intereſſe, ac denique
poſtquam illi plurimum commendaſſet Luſitanos, vt bene tra-
ctarentur, multis verbis magnaque beneuolentiæ ſignificatione
eum à ſe dimiſit. Quanquam Pater magno cum dolore ab eo a-
uulſus eſt, quod videret miſerabilem hominem iſtum cæteroquin
in aliis omnibus rebus tam prouidum & ſapientem, in maximo
ſuæ ſalutis negotio tam pertinaciter cœcutire, vt ne verbum qui-
dem de hoc argumento, licèt id impensè optaret Pater, ad aures
ſuas admittere voluerit.

Cùm in hunc modum Taicoſama de rebus Iaponiæ cōſtituiſ-
ſet, & morbus indies incrementum ſumeret, mandauit ſe depor-
tari ad locum totius propugnaculi altiſsimum & occultiſsimum,
ad cauendas omnes viſitationes & ſtrepitus, vt ita vel tranquilliùs
curaretur, ſi ſpes vlla foret medelæ, vel certè ſine perturbatione
vita defungeretur. Itaque Principi, petita ſecedendi facultate, di-
xit, vt Patrē deinceps appellaret nō ſe, ſed Ieiaſum, cui & illū tunc
commiſit. Cùm verò & reliquis Dominis extremum vale denun-
tiaſſet, numerumque eorum deſignaſſet, qui ſecum manerent, &
aliorum, qui ad cubiculum admitti poſſent; mandaſſet quoque
medicis, vt continenter ibidem commorarentur, in locum præ-
ſcriptum fuit delatus. Quanto dolore hic ſeceſſus tum filii tum
aulicorum, qui ob domeſticam cum eo conſuetudinem multo
ampliores ab eo honores expectabant, pectus perculerit, quiuis
facilè æſtimare poteſt. Tanta autem conſecuta eſt comploratio,
vt cùm, ob arctiſsimè communitos vndique exitus & portas, ne
littera quidem efferri potuerit, tamen quia luctuoſæ quædam
voces verſus eam partem, in qua degebat Taicoſama, foris

inauditæ ſunt, rumor mox percrebuit regem vita deceſſiſſe. Ita-
que prædones vias publicas inſidere, plebs conſcia turbarum, quę
tali tempore excitari ſolent, ſe in loca ſecuriora abdere; Ozacæ,
Meaci, & Fuſcimi omnia ſurſum deorſumque mouere; ſic prorſus,
vt neque Ieiaſum neque Rectores regni tranquillare multitudi-
nem potuerint. Confirmabat opinionem populi, quòd videret à
ſingulis Dominis euocari milites pro ſui cuſtodia ſuarumque ar-
cium. Hæc opinio obtinuit ad octo vel decem dies, donec Rex
nonnihil è morbo reſpirans, ad ſe euocauit duos gubernatores,
iiſque mandauit, vt Ozacam abirent, ad faciendum initium am-
plificandi propugnaculi, efficerētque omni ſtudio, vt quam citiſ-
ſimè totum opus abſolueretur. Dominos deinde, qui Fuſcimo de-
bebant illuc migrare, magno auri argentique & orizæ pondere
iuuit ad ſuſtinendos ſumptus.

Ambitus murorum, quos erigere debebant, æquabat ſpatium
trium milliariorum. Operarum conductæ aliquot myriades, nul-
lo Taicoſamæ ſumptu. Continebantur intra hoc ſpacium pluri-
mæ domus mercatorum, aliorumque opificum, (ſeptenorum de-
norum millium numerum ſuperabant) quæ omnes, quia lignea
erant, intra biduum triduúmve (interpoſita pœna iacturæ om-
nium bonorum ni imperata facerent) ab ipſis incolis fuerunt ac
terram afflictæ. Attributus eſt autem iis locus alius in prælonga
& rectas vias diſpertitus: mandatumque vt ſinguli ea forma æde
excitarent, quæ ex æquo reſponderent plateis, tantaque altitudi-
ne eductas, vt haberēt tabulatū, idque Finochianum, Finochi ge-
nus ligni eſt totius Iaponiæ optimum. Qui id negligeret, & loco
ſuo & lignis neceſſariis deſtitueretur.

Cùm igitur populus animaduerteret principium tanto operi
cum tanta & Dominorum & plebeiorum hominum turbation
factum, credere omnino cœpit, Taicoſamam adhuc eſſe in viuis
vti Rectores affirmabant: facilè enim odorabantur, neque Ieia-
ſum, neque ipſos, tam arduum odioſumque opus facilè aggreſſu-
ros fuiſſe. Valetudo deinde Taicoſamæ licèt proſperior eſſet vſq
in tertium vel quartum diem Septembris, tamē nulli aditum ipſ
ad ſe dedit, niſi Rectoribus, & quibuſdam ſuis intimis; totuſqu
fuit in procurandis variis matrimoniis, exigendiſque nouis iura-
mentis, vt magis magiſque imperium filio cōſtabiliret. Ad quar-
tum autem Septembris peiùs valere cœpit, cūſtodiæque arctiore
ad portas omnes renouatæ. vſque ad decimum-quartum eiuſ-
dem, quo morbus ſic eum deiecit, vt pro mortuo habere-
tur. Sed decimo-quinto quaſi in ſe reuerſus, phreneſi corre-

ptus eſt, in qua multa de variis rebus ineptè effutiit; de filio autē ad monarchiā Iaponię promouēdo vſq; ad extremū ſpiritū prudēter & cōſtāter eſt locut⁹. Obiit tādē luce inſequēti ſūmo diluculo.

Extincto Taicoſama, Rectores Iaponiæ omnibus opificibus aliiſque incolis Fuſcimanis imperarunt, vt iurarent primò ſe neque de vita vel morte neque de morbo Regis bene vel malè locuturos, deinde ſe neminem in ædes recepturos, qui non idem ſanctè promitteret & ſeruaret. Cui mandato, cùm fortè neſcio cuius Domini famulus minùs paruiſſet, (loquēdo de morte Taicoſamæ) ſtatim actus eſt in crucem. quod exemplum ita terruit Iaponios, vt nullus deinceps auſus fuerit hiſcere de hoc argumēto. Summa hucuſque in regno vniuerſo eſt tranquillitas, & opus Ozacę inchoatum ſuum habet proceſſum: colleſque nonnulli, in loco Dominis adſcripto, exæquantur vallibus.

In Coraianum quoque regnum a Ieiaſo & Rectoribus amandati ſunt curſores duo, (poſtquam iuraſſet ſe nulli in Iaponia patefacturos cauſam ſuæ profectionis) qui iubeāt omnes Dominos ibi degentes redire in Iaponiam, ſiue pacis fœdera inter Coraianos & Chinenſes inita ſint, vt quidam aſſeuerant, ſiue non ſint. Atque ita finis imponetur tandem bello Coraiano in ſeptimum hactenus annum extracto. Quod bellum etſi multo labore & ſumptu Chriſtianorum continuatum fuerit, eius tamen beneficio id conſecutum eſt, vt Dominis Chriſtianis ſalui & incolumes ſui ſtatus remanſerint, qui proculdubio à Taicoſama, ſi bellum illud non interueniſſet, fuiſſent in alios, cum ſummo Eccleſiæ Chriſtianæ diſpendio, commutati.

Quare infinitas debemus Deo gratias, tum propter ſucceſſus iam commemoratos, tum quòd ſanum & incolumem Reuerendiſſimum Epiſcopum eo tempore recepérimus, quo nouella hæc vinea tot Principibus viris, iiſque non paruis, mirum in modum aucta poterit ſine impedimento in ordinem aliquem redigi. Vt verò pleniùs & cumulatiùs diuinæ bonitati debitæ gratiæ agantur, quòd perſecutioni tam diuturnæ ad ſui ſancti nominis gloriam tandem finem impoſuerit; Eccleſiæque ſuæ nomen & æſtimationem non ſolùm non imminuerit, ſed etiam adauxerit apud fideles æque ac infideles, obnixè P. V. omnium filiorum ſuorum nomine rogo & obteſtor, vt ſuis ſanctis ſacrificiis precibuſque apud Deum nos iuuare velit, ſimulque ob oculos ponere ingentem nouorum operariorum inopiam, in tanta meſſe iam-iam parata ad faciendum fructum. Varia enim regna & Domini poſtulant Societatis Patres, vt regna de Bigen Meaco proxima,

Cicungo, Figen. vt Morindonus octo regnorum Dominus Iſafaindonus, cuius ſtatus ſitus eſt intra terras Arimæ & Omu ræ. Itodonus item, Dominus tertiæ partis ditionis Fiunga næ. Pateſiunt & aliæ portæ ad multarum animarum conuer ſionem, vt in regno Saſſumæ, cuius Rex iam reconciliatus eſt Chriſtianis. Et in regno Bungenſi, vbi tres gentiles Domini qui bonam eius partem obtinent, poteſtatem noſtris fecerunt inibi commorandi. Et in multis aliis partibus. Denique per ſpicimus, cùm alibi tum maximè in hoc tractu Sciniano, ita com parata eſſe omnia; vt videamur poſſe dicere: *regiones albæ ſunt ad meſſem*. Quare planè in Domino confidimus, ſi P. V. pro conſueta ſua liberalitate nouas ſuppetias huc miſerit, breui lætiſ ſimum nuncium ſecuturum de ingenti victoria, ex inimicis crucis Chriſti reportata. Nangaſacho, tertio Octob. anno 1598.

R. P. V.

*Indignus filius & ſeruus in Domino.*

FRANCISCVS PASIVS.

PE-

# PETRVS GOMEZ VICE-PROVINCIALIS INDIÆ

## *REVERENDO P. CLAVDIO AQVAuiua Societatis IESV Generali.*

PRÆTERMISSA narratione, quam inſtituere poteram de conſueto fructu, qui diuino adſpirante numine collectus eſt ex confeſſionibus, concionibus, miſſionibus, aliiſq; exercitiis, quibus Societas noſtra ad majorẽ diuini nominis gloriam, & ſpirituale proximorum auxilium, vti ſolet; atque etiam iis, quæ generatim de huius nouellæ Eccleſiæ atu, de gentilium conuerſione, de diſpoſitione regnorum ad ſcipiendam fidem Catholicam, dici poterant; tantum particuria quædã acta, idq; breuiter, ad cauendũ faſtidium, quod pareſolet prolixitas, atq; ea, quæ ædificationem & conſolationem ferre queant, commemorabo.

Cùm in regno Coraiano copiæ Iaponicæ ad proſequendum choatum bellum ex mãdato Taicoſamæ pararentur, præcipuus uidam Omurandoni cognatus, qui in eodem exercitu erat, à dio Omurandono poteſtatem ſibi fieri poſtulauit Omurã redeũdi nfeſſionis faciendæ cauſa, adjuncta ſponſione ſe quamprimum diturum. Ea obtenta bonus ille Dominus alacriter ſe ad trajiẽdum mare, quod plus centenas leucas in Iaponiam vſque pa-r, & crebris tempeſtatibus exagitatur, cõparauit. Trãſmiſit feliter, cõfeſſioneq; ter iterata, ſumptóq; ſanctiſſimo Chriſti corre, in Corai reuertit. Cui⁹ exẽplũ alii cõplures mox ſunt imitati.

Dominus Amacuſæ, cùm in quartũ annum bello Coraiano inrfuiſſet, in ſtatum ſuum reuerſus, ſic ſibi ipſi attendit, vt remotis nnibus negotiis in abditum locum octiduo ſeſe receperit genelis confeſſionis inſtituendæ cauſa. Quæ quanto cum fructu pora facta ſit, opera demonſtrarũt. Primò enim cuidam Patri no-o obtulit ſcriptum manu ſua ſignatũ, quo ſe obligabat ad præinda integre omnia, quæ Societas ei ad ſeruitium diuinũ ſuáq;

 ſalutem

ſalutem neceſſaria judicaſſet. Deinde redditus quoſdam ſuis lo-
cis reſtituit, qui neſcio ob quod delictum erant abalienati. Terti
ad ſuſtentationem viginti capitum agrum attribuit, qui in abſen-
tia noſtrorum curã gerãt Eccleſiarum, quo decenter in iis omni
tranſigantur, dum pueri doctrina Chriſtiana imbuendi, mort
proximi juuandi, defuncti vita humandi, aliáque id genus carita-
tis officia exhibẽda. Quartò iuſſit per vniuerſum ſtatum promul-
gari, vt ſi quis injuria aliqua à ſe affectus fuiſſet, nõ celaret, ſe pa-
ratum qualibet ſatisfactione ſibi præſcripta illam compenſare
Quibus ex rebus, & aliis, quæ ille egit, quantus fructus manari
ad eius ſubditos, teſtata ſunt noua deſideria multorũ de vita ſan-
ctiore deinceps inſtituenda.

Adoleſcens quidam in patriam, quę gentilis erat, reuerſus, cùm
Sabbatho quodam fortè comediſſet carnes, oblitus eſſe diẽ Sab-
bathi, ſe ipſe triduana à carnibus abſtinẽtia mulctauit. Idem cui-
dam ſeni accidit, nam cùm cædendis in ſylua lignis operam da-
ret, per incuriam manducarat carnes. Deprehenſo errore, erat e-
nim dies Veneris, ſic indoluit, vt omiſſo labore domum repetiue-
rit, flagroq; aſperrimo vltus ſit lapſum, atque etiam inſequent
mox Sabbato labore manuum nullum quæſtum facere vo-
luerit.

Chriſtianus quidam grauiter diuexabatur à dæmone. Bonzu
eius Dominus multiplici & ſuperſtitioſo ſuo ritu conatus e
auertere vexationem, ſed irrito conatu. tandem implorauit aux-
lium feminæ cuiuſdam piæ & Chriſtianæ ibidem commorantis
vt quandoquidem gentilitiæ preces non profuiſſent, illa Chri-
ſtiana pro Chriſtiano ſuum DEVM precaretur. Illa non ab-
nuit, & cùm initium orandi feciſſet, magna fide arrepta diſci-
plina energumenum verberauit. dæmon autem non ferens
muliere hoc genus verberis, dixit, ſi à verberatione ceſſes, recedã
illa contrà ſubjecit, nõ ſe ceſſaturam, niſi promittat ſe ad homin
illũ nunquam rediturum. Sic malignus ſpiritus receſsit, & Bõziu
ob efficaciam precum Chriſtianarum attonitus hæſit.

Alius dæmon obſederat mulierem, & per eam multos incon-
ditos, more ſuo, edebat geſtus. Chriſtiani, qui accurrerant viden-
dæ illius cauſa, Dominum ſedulò pro ea precati ſunt, & ad con-
feſſionem, tanquam antidotum præſens in huiuſmodi affli-
ctione, cohortati. paruit pio conſilio, & ſacerdotem accerſ-
ri permiſit. qui cùm præſtò eſſet, repentè ſic illa obmutuit
vt nullum verbulum ampliùs eloqueretur. tantùm continua-
bat ſuas geſticulationes, & clara voce clamabat. Sacerdos, cũ fru-
ſtr

ra varia remedia ad dæmonem fugandum vſurpaſſet, domum
uertit, miſitque B. P. Franciſci Xauerii Breuiarium, eius collo
ppendendum. Deportauit illud in poſterum vſque diem, quo tā-
em non ſolùm cepit loqui, & magna ſua conſolatione de pecca-
s confeſſa eſt, verùm etiam quieta, licèt dirè tractata & laniata,
ermanſit.

Idem capitalis hoſtis noſter per ſuos miniſtros tētauit & alios
ruinam impellere, vt liquebit ex ſubjecto exemplo. Bonzus
uidam multis ſchedulis ad fraudem faciendam onuſtus iter ha-
ebat per locum Scimabaræ vicinum. huic Chriſtianus, qui
uaſi æditus curam gerebat Eccleſiæ, obuiam factus, percon-
tur hominem, qua autoritate per ditionem illam fraudulentas
as chartas ſpargere auderet. oſtenderet patentes à Taicoſama,
haberet. ſi non, ilico ſarcinulam ſuam, quam geſtabat, in ter-
m deponeret. Bonzus cernens Chriſtianum tam intrepidum
hementer cœpit conturbari, & affirmare, ſi ſchedulas illas ab-
ciat, in vitæ diſcrimen vocandum. Verùm alter, contemptis eius
ctis, fortiùs eum vrſit, vt ſarcinulam traderet. Itaque Bonzus in
guſtias redactus putauit ſe præclarum ex mercibus quæſtum
cturum, ſi porrectis ſchedulis extemplo ſe inde abriperet: quæ,
cum ſummo pudore inde digreſſo, luculentis ignibus ſunt
nſumptæ.

Alii quidam Bonzi non longè ab Omura diſiuncti, exiſtiman-
s Chriſtianos ſupplicio in viginti ſex crucifixos à Taicoſama a-
às decreto ſic perterrefactos, vt facilè ad ſuperſtiones gentilitias
uocari poſſint, ſi eſſent, qui eos ad id exſtimularent, ceperunt
murandi ditionem percurrere cum dictis ſchedulis, vt eas in
hriſtianos diſtribuerent, & magnam inde eleemoſynam colli-
erent; quam ſcilicet ampliorem, ac ſperabant, reportarunt, nam
ro paucis ſchedulis multis affecti plagis ad ſuos repedare coacti
nt; nec quiſquam illorum deinceps comparuit.

Anus quædam ſeptuagenaria inſtar ouis deſertæ inter lupos,
oc eſt infideles, degens, cùm non ſolùm à vicinis, qui eam per-
quebantur, ſed etiam à nepotibus, atque adeò a propria filia
npelleretur ad deſerendam fidem Chriſtianam, inuicta conſtan-
a omnes inſultus repreſſit.

In regni Farimani parte Gubernator quidam, ad tuendum ſta-
um, cùm atroces multis Chriſtianis minaretur pœnas, niſi ad ve-
rem idolorum cultum redirent, magno illi animi robore & pru-
entia reſponderunt, vt ipſe ſedulò primùm exploraret, quid re-
m ageretur Meaci, & nunc decerneret quod tempori eſſet ma-
gis

gis conueniens: quod ad ſe autem attineret, futuros ad quem-
uis nutum ipſius promptiſſimos, maiori enim ſe deſiderio fla-
grare aduerſa quæuis, etiam mortem ipſam, perferendi, quam
ille inferendi. Viſa eſt Ethnico homini ſagax reſponſio, & ſaluta-
re conſilium. Ne tamen æquo cunctantiùs officio ſuo functus vi-
deretur, decem vel duodecim illorum in vincula coniecit, do-
nec ex aula nuncium recepiſſet. Non ſatis exprimi poteſt, quanto
cum gaudio benedicti Chriſtiani certatim contenderint aggre-
gari ad numerum incarceratorum. Denique vt omnes glorioſo-
rum vinculorum fierét participes, viciſſim nunc hi carcerem ſub-
ibant, nunc illi, (obſtupeſcentibus ad ſpectaculum Ethnicis) vt
aliis locum cederent, exibant.

Cùm Chriſtianus quidam capite eſſet multandus, Bonzu
cum alio ſocio gentili eum hortati ſunt, vt baptiſmum execrare-
tur, adiuncta ſponſione, ſi faceret, ſe illi vitam impetraturum
at ille in ſchola Chriſti dudum edoctus, temporalia bona aſper-
nanda pro ſempiternis, fidenter reſpondit, ſe nunquam tantum
errorem commiſſurum, vel tam iniquam commutationem factu-
rum, vt pro ſalute corporis perdat animam; itaque pergerent exe-
qui ſententiam iam latam, tantillũ modò moræ ſibi indulgerent
vt in extremo illo vitæ momento ſe Domino commendare poſ-
ſet. quod cùm illi conceſſum eſſet, flexis genibus orationem in-
ſtituit, & inter orandum capite eſt truncatus, circumſtantibu
Ethnicis conſtantiam eius admirantibus. Atque hæc ſatis ſint d
mediis, quibus Satan fideles quoſdam conatus eſt à directa a
cœlum via abducere, & præcipitare in tartara: iam ſubiungam e
uentus & ſucceſſus nonnullos, ex quibus patefient modi, quibu
diuina benignitas miſeros iſtos gentiles ex idololatriæ tenebri
ad lucem veritatis Euangelicæ attraxit.

Puer ſeptennis crebrò tantis terroribus noctu exagitabatur
vt parentes quoque ſuos perterrefaceret. Pater tandem con-
ſcius ſui lapſus conſtituit redire ad gremium Eccleſiæ, quam
deſeruerat, filiumque ſacris aquis tingendum offerre, quando
quidem conſtet ſolam religionem Chriſtianam hominem libe-
rare à dira diaboli tyrannide. Certè ſimulatque puer baptiza-
tus fuit, nulla ampliùs terriculamenta eſt expertus. Mater auten
cernens tantam baptiſmi vim, vnà cum cæteris liberis totaq; fa-
milia, ſanctiſſimis lauacri vndis caput ſubiecit.

In ſtatu Iſafai degebat Gentilis Iecuſciorum ſectæ vnà cum
coniuge, ſic addictus, vt inter populares ſuos eſſet, vt apud Chri-
ſtianos, quaſi Parochus & concionator. Huic nocte quadam
ſiu

ue vigilanti ſiue ſubdormitanti, apparuit homo vultu venuſto
: placido, (Patérne an frater de Societatè noſtra fuerit, non ob-
ruarat) qui benignè eum compellans dixit: Valde ſordidus es.
ffer huc paululum aquæ, vt te lauem. & abluendo impoſuit ei
omen Pauli. quo facto euanuit. Fuit hoc viſo gentilis ille totus
onſternatus, & mox vnà cum coniuge copiam ſibi fieri petiit
icuius de noſtris. viſione expoſita ardenter petit admitti ad Ca-
chefin. Ea vbi ſatis vterque imbuti fuere, numero fidelium
r ſacrum baptiſmum ſunt adiuncti. & maritus quidem nullo a-
o nomine appellari voluit, quam Pauli.

Similiter cùm alia femina gentilis cum filiola ſua noctu dor-
iret, ecce ſe ſpecies ei obtulit elegantiſſimi adoleſcentuli ardẽ-
r eam cohortantis, vt filiolam faceret Chriſtianam, & vocaret
heclam. Femina, ſimulatque ſe ſpecies ex oculis ſubduxit, im-
s ſui manſit: exiguam enim fidei Chriſtianæ, nullam autem no-
inis noui notitiam habebat. Vbi diluxit, percontata eſt à vici-
s, an apud Chriſtianos nomen illud eſſet vſitatum; qui reſpon-
runt, ſibi quoque nomen illud eſſe inauditũ; à Patre aliquo So-
cietatis rem eſſe ſciſcitandam. Qui cùm eò loci veniſſet, mox
currit, viſum commemorauit, & cùm à Patre cognouiſſet no-
en eſſe Chriſtianum, vnà cum filia, quæ Thecla deinceps
cata eſt, ſacramento baptiſmi eſt initiata. Cæterùm vt liquidò
nſtaret illam diuinitus ad fidem Chriſti perductam, Deus nouo
emplo patefacere dignatus eſt.

Sub idem tempus è Coraiano bello dictæ mulieris maritus re-
bat gentilis, grauem tempeſtatem in mari perpeſſus. Nam
m, inſaniente mari, gentiles metu exanimati magnis clamo-
us inuocarent auxilium ſuorum idolorum, duo Chriſtiani ea-
m naui vecti ingenti fiducia & animi tranquillitate obteſta-
ntur verũ Deum, vt faceret quod ſuæ diuinæ voluntati placuiſ-
. Hæc obſeruans dictus gentilis, nempe in eodem periculo,
tam Chriſtianorum pacem & fiduciam, ethnicorum verò ſuo-
m perturbationem & deſperationem, decreuit legem Euan-
licam profiteri, cœpitque cum Chriſtianis nomen veri Dei
uocare, vt liberari poſſet ex tam præſenti periculo. Exauditus
; mare tranquillatum eſt, ſecurus portũ cum ſociis tenuit. Si-
ulatque domum venit, vxoremque & filiam Chriſtianam repe-
, beneficii præſtiti memor cũctatione omni excluſa ad baptiſ-
antidotum conuolauit. & nunc omnes tres vitæ ſanctioris e-
egium ſpecimen aliis Chriſtianis præbent, conſtantiamque
m factis etiam comprobarũt. Nã cũ Gubernator illis mandaſ-
ſet, vt

ſet, vt abiectis Roſariis fidem abnegarent, nulla ratione parē
voluerunt, parati potiùs vitam profundere, quàm fidem ſem
Creatori, qui eos tam benignè è ſordibus idololatriæ extraxiſſe
promiſſam violare.

Placuit quoque diuinæ clementiæ hoc anno ſolari principen feminam, Gratiam, regni Ieiu Dominam, ingreſſu duarun filiarum in ouile Christi. è quibus natu maior iā nubilis inuſita to quodā modo conuerſa eſt. Nam cum minore ſorore ad Chriſt adducta, illa pergeret pertinaciter adhæreſcere erroribus pa triis, ecce in ſomnis viſendam ſe ei præbet mater erecto & alacr animo, ſorore minore comitante, tendens ad martyrium. er go conatur & ipſa ſe ad tam illuſtrem triumphum adiunger ſociam. at mater eam in ſocietatem non admiſit, dicens ean gloriam non gentilis, ſed ſolius eſſe Chriſtiani. Repulſam paſſ à matre tanto obruta dolore eſt, vt ſoluta in lacrymas & ſingul tus euigilarit cum tanto baptiſmi ſuſcipiendi profundendiqu cum matre ſanguinis deſiderio, vt ilicò eam adierit, vehemente rogans, ſibi vt aditum ad baptiſmum pararet, quem tandem cun maxima ambarum gratulatione ſuſcepit.

Dominus quidam Ethnicus extremo ſupplicio addixerat bi nos reos, ſententiæque executionem commiſerat duobus ſuis mi niſtris, quorum alter erat Chriſtianus, & olim Iuſti Vcondoni fa mulus. Hic ergò cupidus ſeruandæ animæ eius, cui caput debe bat adimere, cœpit cum eo de animæ immortalitate animæ ac ſa lute diſputare. Vt autē perſuaderet homini cōplectendā eſſe leg Euangelicam, præter alias rationes, protulit hanc: Tam ſanctan illam eſſe & perfectam ob mandatorum quorundam, quæ præ ſcribit, obſeruationem, vt multi qui eam ſemel ſuſcepere, tame ab ea deſciſcant; alii verò, qui eam talem eſſe cognoſcant, nō ta men amplectantur; in ipſo autem hanc difficultatem nullum ha bere locum, cū ſubitò ſit moriturus, ac ideo ſolo ſuſcepto bapti moad æternam ſalutem commigrare poſſit. Breuiter, cùm reu veritati doctrinæ cederet, poſtulauit baptizari. Interea ſocii vrge bant Chriſtianum, ne longiores necteret moras, iam omnia pa rata eſſe ad alterum decollandum. Verùm flocci faciens illorun dicta, bonam temporis partem conſumpſit in illo inſtituendo cumque alter nuncius veniſſet, illum ſua cunctatione moleſtun eſſe ipſi Domino, diſertè reſpondit, ſe miſerum hominem in fide Chriſtianæ myſteriis inſtruere, & ideo opus habere tempore. Sa tis denique inſtructo, impertiuit Sacramentū baptiſmi. Quo ſuſ cepto. Iam, inquit Neophytus, exſecate mihi ventrē, lætus enin

ha

c vita excedo cœlum conſcenſurus. Sic inuocato ab eo nomi-
ſanctiſſimo IESV & MARIÆ, caput a ceruice reſectum eſt. Et ad-
npletum eſt. quod dixit Saluator: *Vnus aſſumetur, & alter relin-
etur.* hic enim Chriſtianus, alter gentilis occubuit.
Iam verò ſicut ingens miſericordia Dei elucet in vocandis ad
cleſiam ſanctam infidelibus, ſic non minor benignitas diuinæ
otectionis ſe prodit in auertendis fidelium periculis & ærum-
:. Vno alteróve exemplo demonſtrabo, quod dixi. Cũ ignis
cubi corripuiſſet domum, vicinus Chriſtianus, veritus ne flam-
ı in ædes quoque ſuas & Eccleſiam inſiliret, perfugium habuit
Agnum Dei è collo ſuo ſuſpenſum. illum enim arundini bene
ngæ impoſitum magna fiducia & vento & flammæ ſerpenti op-
ſuit, ac mox à domo & Eccleſia incendium auertit.
Vir nobilis è B. Virginis ſodalitate cùm iter faceret ad bellum
raianum, medio mari tantus imber effuſus, tantaque caligine
ductum eſt cœlum, vt nemo ſcire poſſet, quò prora dirigenda
et. Itaque ab omni humano conſilio auxilioque deſertus, pro-
xit ſacram imaginem, & cum omnibus ſociis ante eã hu-
proſtratus Matri miſericordiæ ſupplicauit, vti dignaretur in
ıto diſcrimine ſibi deuotis ſuccurrere; vouebantque magnum
merum precum, diſciplinarum, & ieiuniorum. Exaudiit beni-
iſſima patrona ſuorum preces; nam vnico temporis momento
ınis ventorum furor conſedit, & tenebræ diſcuſſæ ſunt, ac mox
imaduerterunt ſe littori proximos, ac de ſalute ſecuros, cùm
nen ea tẽpeſtate multa nauigia fluctibus hauſta fuiſſent. Cùm
ò ſalui in portum Coraianum inuecti fuiſſent, actis Deiparæ
ctiſſimę gratiis, fidem ſuam votis ſtatim perſoluendis ſedulò li-
:arunt.
Ad extremum non prætermittam commemorare quod nuper
:idit, &, niſi fallor, non erit abs re alienum. Inter ruinas ſupe-
ris anni terræmotu Meaci factas vna fuit famoſi idoli, cuius
ſa brachium vnum diuulſum in partes, pectus, & venter pate-
tus eſt. Eo conſpecto, Taicoſama paulò ante mortem, ira ſuc-
ſus, iuſſit illud diffringi in partes, dicens nõ potuiſſe illud prò-
ſe aliis, ſi in terræmotu non poterat ſibi ipſi ſuccurrere: ap-
henſoque arcu voluit ſagitta configere, niſi Gheuefoin illum
pediiſſet, diſſuadens ne faceret, poſſe ſibi inde maius aliquod
lum creari. Quod verò malum, ſubiunxit Rex, mihi inferre
ic poterit mons ligneus, quem ego ipſe curaui excitari? Ita-
: cœperunt idolum comminuere cum ingenti dolore genti-
n, qui velut amentes non ſuſtinent oculis tam miſerandum
ſpectacu-

ſpectaculum Dei ſui, quem colunt & venerantur.

DEVS Opt. Max. pro ſua bonitate tandem aperiat eorum oculos, vt clarè perſpiciant fraudes, quibus ſunt inuoluti. Certè, ſi per tempus licuiſſet tradere Catechiſmum omnibus, qui illum exponi deſiderarunt, multi ex dẽſis Ægypti tenebris emerſiſſent, nec pauciores hoc anno, (qui fuit duorum millium centum quadraginta) quàm ſuperioribus, ſacris aquis expiati fuiſſent. Et licèt multi ab Euangelio deterriti eſſent, quòd crederent id excogitatum ad occupanda tandem Iaponiæ regna, non tamen Spiritus ſanctus deſtitit aliorũ corda ſuo igne accendere ad agnoſcendam veritatem. Nec defuerunt, qui, frigidiores redditi in baptiſmi deſiderio, extinctam in ſe flãmam iterum exſuſcitarint; & cùm minima ſpes affulgeret, Christum cupidè ſint complexi. Anno M. D. XCVII.

R. P. V.

*Filius & Seruus,*

PETRVS GOMEZ.

# ORNATISSIMO
## VIRO
## D. FERDINANDO
## DE BEREVR,
### PRÆTORI DOLANO
*Equitumq́; Ductori fortiſs.*

*AVERE te ſcribis ſcire quid agam. Quietam, Deo laus, ſine omni contentione vitam viuo. Caluini Miniſtri non ampliùs mihi negotium faceſſunt: vires ſiquidem ipſos, alioquin laudis & honoris cupidos, deſi-*
*unt; quibus ſi Legulej aliqui parum cauti ſubſidio*
*n veniſſent, Caluinianæ ſectæ gloria omnino conci-*
*ſſet. Sed bene cecidit, quòd miſellorum hominum ef-*
*enata Societati noſtræ nocendi cupiditas omnes eis*
*entis partes ſic ademerit, vt libellos ſuos magnis &*
*npudentibus mendaciis reſarcire non ſint veriti. Io-*
*lare illud de muræna, ſeu muſtela, (de piſcis huius,*
*ui Gallis eſt Lamproye, germano nomine certant*
*ritici) quatuor nummis aureis à quodam Socio no-*
*ro (in Vtopia fortaſsis) empta, hominis in mentiendo*
*cētiam ſic conuincit; vt nemo, niſi à mente inops, ſit*
*hinc ipſi fidem habiturus. Sed quid dicā de illo de-*

*crepito ſene, (octoginta dicitur annos natus) qui int[e]*
*ſubſellia omnem ſuam triuit ætatem? Is legatione[m]*
*Iaponicam ad ſummum Pontificem Gregorium XII[I]*
*toti orbi Chriſtiano teſtatam tamquam rem ludicr[am]*
*irridet: immo & Societatis noſtræ pro religionis Chr[i-]*
*ſtianæ apud Iaponios propagatione ſuſceptos labor[es]*
*ſic extenuat, vt, quod eſt apud omnes exploratè cogn[i-]*
*tum & perceptum, in Gargantuæ patroni ſui delir[a-]*
*tionibus reponendum impudenter fingat. Sed hom[i-]*
*nem ſenili ſtultitia oppreſſum relinquamus. Tibi (v[t]*
*certò mihi perſuadeo) gratiſsima erit Iaponica ep[i-]*
*ſtola, quam ad te Latinam mitto, vt intelligas, nul[la]*
*quibus diſiungimur terrarum interualla eſſe tant[a,]*
*vt mei erga te amoris interrumpat iter. Si quid aliu[d]*
*haberem quod tibi gratum fore exiſtimarem, nō gr[a-]*
*uatè ad te mitterem. Sed inſtitutum noſtrum pro[b]*
*noſti: quod ſi nominis noſtri hoſtes cognouiſſent, ſe[...]*
*maledictis, quæ in nos aſpere & ferociter coniecerū[t]*
*fortaſsis abſtinuiſſent. Nolo te pluribus detiner[e.]*
*Valebis ergo in Domino; &, ſi mihi credas, quam es i[n-]*
*greſſus de patria tua bene merendi viam tenere pe[r-]*
*ges. Antuerpiæ, ex Collegio Societatis IESV, 160[...]*

Seruus in Chriſto,

*Ioannes Hayus.*

# CHRISTIANO LECTORI INTERPRES S.

STYLO ſimplici & perſpicuo E-
piſtolam hanc ex Italico in Latinū
conuerti, quo faciliùs ab ijs, qui
non magnos in lingua Latina pro-
greſſus fecerunt, intelligeretur. Sūt
porrò voces aliquæ apud Italos
mbiguæ, exempli cauſſa, *Nepote*, *Zio*, *Antiano*,
uarum propria quæ ſit in hàc Epiſtola ſignificatio,
a eſt ingenij mei imbecillitas) conjicere non po-
ui: qua de re te præmonitum volui, ne mihi vitio
ares, quòd *Neptis* vocabulum in ſignificatione a-
ud primos linguæ Latinæ auctores, vt ſuſpicor,
nuſitata vſurparim. Vale: & ſi intellexero hunc la-
orem meum tibi non diſplicuiſſe, propediem, iu-
ante Deo, mirabilem rerum Iaponicarum com-
nutationem audies.

# ALEXANDER VALIGNANVS SOCIETATIS IESV IN IAPONIA ET CHINA VISITATOR ADMODVM R. P. CLAVDIO AQVAVIVA EIVSDEM SOCIETATIS PRÆPOSITO GENERALI S.

*Admodum R. P. N. in Chriſto*

PAX CHRISTI.

FVIT nobis hic annus ex eo die, quo in viuis eſſe deſiit Taicoſama, totius Iaponiæ dominus, variis rerum euentibus mirabilis. Acciderunt ſiquidem non pauca, quæ nobis magnum fecerunt timorem, atque in ſummas plerumque anguſtias adduxerunt: quæ omnia Numinis erga nos fauor ſic tēperauit, vt nec in aduerſis ſolatia deficerēt, quibus abundare conſueuerunt, qui ante nos iter hoc propagandi Chriſtianam religionem ſunt ingreſſi; neque, ad voluntatem fluere cùm omnia viderentur, deeſſent, qui ſe noſtris conatibus opponerent. Quare factum eſt vt in officio contineremur, adeò vt nullæ res turbidæ laborum à nobis ſuſceptorum curſum retardarint, nullaque ſtudiorum noſtrorum proſperitas nobis Chriſtiano homine indignos ſpiritus attulerit. Hoc rerum triſtium cum lætis temperamento factum experimur, quòd diuinæ maieſtati debitus à Chriſtianis ſemper tributus fuerit honos, bonaque de fide Chriſtiana ſit opinio infidelium animis planè inſita, fideliumque numerus ſic auctus, vt à menſe Februario, quo tempore poſtremæ ad R. P. V. datæ fuerunt à nobis litteræ, ad Octobrem, quo hęc ſcripſimus, ſalutari aqua variis in Iaponiæ locis ſint tincta ad quadraginta Gentilium millia, magnuſque patefactus ſit aditus ad impertiendam Euangelij lucem multis gentibus, quæ hactenus ſuperſtitio-

num

um variarum excæcatæ fuerunt tenebris, ac denique (vt ſuo di-
:tur loco) Templa noſtra, quæ abhinc biennium fuere diruta,
ædificare cœperimus.

Ceterùm vt hæc omnia meliùs intelligantur, paullo altiùs re-
:tenda ſunt, quæ anno ſuperiore ad R. P. V. ſunt perſcripta; ſine
iorum memoria non ſatis perſpici poteſt, quis Sociorum his in
cis ſit ſtatus, quantique vineæ huius, quam ad Dei illuſtrandam
oriam pro virili colimus, fructus exſtiterint, cùm tamen hic lit-
rarũ noſtrarũ ſit finis. Taicoſama itaq;, (quemadmodũ eſt anno
oximo ſcriptũ) admirabili quadã prudentia, eũ totius Iaponiæ
llocauit ſtatũ, quo ſtaturum hoc ſuũ imperium vſque ad matu-
m filioli ſui ætatẽ nõ leuibus coniecturis ſibi perſuaſerat. Affini-
tibus magnates ſibi deuinxit, ac iurare coëgit, quòd cõſtitutũ à
rectionis ordinẽ in poſterũ diligenter ſeruarent. Quare tutam
anquillamque pacem ſe tracturos Iaponij putarunt, quoad
aicoſamæ filius per ætatem idoneus eſſet, qui paternam cerne-
t hæreditatem. In matrimonio eidem filio ſuo dedit neptem
iuſdam Gieiaſi inter Iaponios potentiſſimi, (octo ſiquidem
t Regnorum dominus) cui cùm principis tutelam, tum to-
us Imperij Iaponienſis adminiſtrationem commiſit, collegaſ-
ue dedit quatuor principes viros; vt hac ratione multi huius
noris participes effecti, & in adminiſtranda Republica pote-
ıte quaſi pares, inter ſe pacem colerẽt: cum enim eos ſciret ar-
iſſimis ſanguinis & affinitatum vinculis coniunctos, nullum
ſſenſionibus & diſſidiis ſupereſſe locum exiſtimauit. Ceterùm
m ſuſpecta ipſi eſſet nimia iſtorum quinque principum virorũ
tentia; ex ſuis familiaribus, quos ad magnos euexerat honores,
legit quinque, qui filij ſui principis ſingularem curam gererẽt,
miliæque ipſius immo Iaponiæ vniuerſæ ſic præeſſent, vt in
bus magni ponderis omnia ad Gieiaſum ipſiuſque quatuor col-
gas referrent. Fuere itaque hi poſteriores quinque & honoris
ulo & nomine Iaponiæ gubernatores: at priores illi, quorum
inceps fuit Gieiaſus, præ ceteris Taicoſamæ charus, totius Im-
rij clauum tenuerunt, & gubernacula tractarunt.

Poſtquam mortem obiiſſet Taicoſama, magna animorum (vt
ultis videbatur) conſenſione decem hi gubernatores, de fide
ortuo quam dederant præſtanda ſoliciti, conſtituerũt, vt omnes
ſius leges diligenter obſeruarentur; quæque morientis teſtamẽ-
ſuæ fidei ſcirent credita, ad eum quem ipſe optabat exitũ per-
nirent. Factus eſt itaque continuò finis bello Coraiano, & Ia-
nienſis exercitus eſt in patriã reuocatus. Certè in iis, quę ad gu-

bernationem ciuilem conducunt,eam præſertim, quam rerũ ca
ducarum amantes ſolent ſuſpicere,intelligentiſſimus fuit Taico
ſama,qui nuptiis,muneribus,honoribus,aliiſque id genus rebus
Iaponios omnes , cùm nobiles tum plebeios, ſic deuinxit ſibi; v
nemo ſit,qui non ſummo ſtudio contendat ipſius filio Imperium
conſeruare,honorificumque iudicet , non modò puero fauere &
obſequi,verùm & pro legibus à parente quõdam latis propugna
re.Et,quod multis videbitur mirum , inter Iaponios repertus eſ
hactenus nemo , qui vel minimo ſigno declarauit ſe lætitiam vll
ex Taicoſamæ morte cepiſſe .Quare proceres , qui nobiſcũ Chri
ſtũDñm colũt,ſeriò nos ex variis prouinciis monuerũt,ne de mu
tatione vlla occupationũ noſtrarũ hoc tempore cogitemus, név
Taicoſamæ mortẽ fuiſſe nobis gratã ſigno vllo teſtemur : quòd
aliter fecerimus,in multorũ offenſione periculoſam nos facilè in
curſuros. Tempore porrò nõ breui ſpes & timor in animis noſtri
cõflixere,cũ neſciremus quorſum eſſet euaſura tranquillitas ma
gna,ſummo cum ſilentio coniuncta:quãuis rei Chriſtianæ bene
nobis gerendę oblatam à Deo occaſionem non eſſe negligendam
reapse oſtenderimus.

Cùm enim Meaco Seimũ perueniſſent Gibunoſcius & Afono
dangius, Imperij Iaponienſis gubernatores, (ex decemuiris ſun
non infimi)vt de communi collegarũ omnium ſententia Coraia
no bello finem facerent; & exercitum in Iaponiam reuocarent
nõ vulgarẽ cũ ipſis amicitia iũximus.Litteris enim ad me ſcriptis
gratum ſibi fuiſſe meum in Iaponiã reditum,ſunt teſtati ; & Nã
gaſachi(in qua ſola vrbe nobis Taicoſamæ voluntate licuit com
morari)vt ſubſiſterem monuerunt, liberaliſſimeque polliciti ſun
(maximè Gibunoſcius,ſummus noſtri Auguſtini Tzunocamindo
ni amicus)ſe futuros rerũ noſtrarũ memores,ac ſtudia noſtra, vb
occaſio fuerit data,promoturos:hoc verò tẽpore , cùm nihil po
ſent contra ordinem à Taicoſama præſcriptum, vt patienter fe
remus quam habemus moleſtiam rogarunt, quoad rerum viciſſi
tudo noui conſilii capiendi anſam ſuppeditaret.

Magna fit celeriter rerum commutatio : ſtabilis namque rar
eſt concordia inter eos, qui cõmuniter imperãt. Gibunoſcij erg
& Aſonodangij (qui ad hoc tempus ſimulatam inter ſe coluerun
amicitiam) occulta odia tandem eruperunt : graues item inte
principes viros, belli apud Coraium adminiſtratores, exortæ ſun
diſſenſiones, cùm nõ eſſet omnibus eadem ſententia de faciend
cum Coraianis pace, ac de reducendo in Iaponiam exercitu. A
lienatio itaque & diſiunctio animorum foris facta , eſt dom

 mirific

nirificè aucta. Qui Auguſtinum in Coraia ſunt ſecuti, nouo fœ-
lere Societatem çoierunt cum Gibunoſcio: qui verò alterius e-
āt factionis, ad Aſonodangii rationes ſunt adjuncti. Nobiles ita-
ue & principes viri plerique, graui contentione diſtracti, nouas
nter ſe ſuſceperūt inimicitias. Pro Auguſtino ſteterūt Gibuno-
cius omneſque ipſius clientes & amici, domini Arimæ & Omuræ
um ſuis clientibus & amicis, Rex Saſſumæ Gianangauadonus cū
liis proceribus Cicungi, in quibus numerantur noſter Toſcirō-
onus, & Tarazauandonus gubernator Nangaſachi, & aliorum
ocorum dominus. Horum hoſtes fuere magnæ auctoritatis viri,
Aſonodangius, Canauidonus, (cuius dominium, quòd cōplecti-
ur mediam Regni Figenſis partem, pertinet ad dominiū Auguſti-
i, à quo Aſonodāgius capitali diſſidet odio) Cainocamus, & Ichi-
ocamus, domini Regni Bugēſis, & Nabeſcima Dominus Figēſis.
)dio itaq; non ampliùs recto, factiones hæ inter ſe diſſidebāt: &
oſtquā Meacū (vbi Regium eſt domicilium) peruentū eſt, ſe mu-
uo cœperunt judicio perſequi, criminibuſq; onerare, adeò vt fa-
tio Aſonodāgii omni ſtudio cōtēderit hoſtes ſuos funditus per-
ere. Et quāuis Gieiaſus aliiq; Magnates nihil intentatū relique-
int, vt omnes, depoſitis inimicitiis, ad ſtabilem traducerentur a-
nicitiam, nihil tamen antea promouere potuerunt, quàm ſecun-
ùm Auguſtinum à Magiſtratu data eſſet ſententia. Cæterū non
ropterea quieſcendum iudicarunt Aſonodangiani, ſed in ſuam
ententiam pertractis aliis viris principibus, & in primis iis, qui
rincipi adeſſe cōſueuerāt, tandē omnis Iaponia bello ciuili arde-
e cœpit, ex quo timebatur totius Iaponiēſis Imperii cōmutatio.
Gieiaſo aduerſari cœpit palā Gibunoſci⁹, ei exprobrās quòd in ad-
niniſtrādo Imperio nimiā ſibi vſurparet auctoritatē, quodq; non
bſcura indicia de occupādo dominio Tāzę dediſſet. Captis itaq;
rmis, Gibunoſcius, de ſententia aliorū gubernatorū, nuncios ad
Gieiaſum miſit, qui apertè declararent, quæ ſibi de ipſius rebus
iſplicerēt. Benignè ad omnia reſpondit Gieiaſus, factorūq; ſuorū
uas potuit optimas dedit rationes: ceterùm, ne imparatus inue-
iretur, ex Regnis ſuis militum triginta millia acceſſiuit, quibus
quàm potuit maximè contra vim hoſtium muniuit. Et cùm per
l temporis omnes Iaponiæ proceres in Regia verſarentur, [inter
ia quæ Taicoſama moriens dedit gubernatoribus præcepta nō
iit extremum, vt ad domus Regiæ ſplendorem conſeruandum
agnatum alii degerent Fuſcimi, (eſt munitio prope Mea-
um) alii verò Ozacæ] ex iis fuit nemo, qui non ſectam
nam aut alteram ſequeretur, quantumuis omnes ab om-

 ni con-

ni contentione ſe alienos cõſtanter affirmarent, & vtrique fauere parti palam teſtarentur. Magnus fuit militum, ex variis Regnis à dominis ſuis euocatorum, Fuſcimi & Ozaci concurſus, adeò vt numerus fuerit ampliùs ducentorum millium. Singulos videre licebat proceres in ædibus ſuis ſtipatorum multitudine cinctos, non ſecus ac ſi arcta tenerentur obſidione. Nocturno verò tempore tantus in duabus his munitionibus fuit armorum ſtrepitus, vt non tantùm ipſarum interitus, ſed & mundi occaſus appropinquare videretur. Et nihilominus ea fuit Iaponenſium moderatio, vt nemo hominum hoſtem ad pugnam prouocarit, nemo è vagina gladiũ eduxerit, vt alterius factionis militi noceret: quod ſi factum fuiſſet, magna conſecuta fuiſſet mortalium cædes, totiuſque Imperii Iaponienſis perturbatio. Eiuſmodi enim incommodis proſpexerunt ipſi proceres, qui voluerunt vt capitale eſſet, hoſtem quouis modo ad pugnam laceſſere. Temporis porrò progreſſu, & militum numero, & magnatum, qui a Gibunoſcio defecerant, acceſſione inualuit Gieiaſus, vt victor non alia ratione tranquillari poſſe Iaponiam diceret, quàm ſi Gibunoſcius ritu patrio ſibi ventrem finderet. Meritò Auguſtinus ceteriq; Chriſtiani, qui Gibunoſcii ſequebantur factionem, iudicarunt, Gieiaſi furorem vnius hominis interitu non poſſe conſidere; ſed & periculum ſibi certiſſimum eſſe vitæ ſubeundum, ſi factionis princeps ſibi conſciſcere mortem cogeretur. Tandem Gieiaſus occupat munitionem Ozacam, in qua degebat princeps Taicoſamæ filius: ac tanto aſtu negotium hoc ex animi ſententia confecit, vt propter repentinum impetum neque hoſtibus ſuis, qui in præſidio erant, ſpatiũ dederit ſe defendẽdi; neque Gibunoſcius, qui in ædibus non longè a munitione ſex armatorum millibus ſtipatus pernoctabat, huic inopinato malo occurrere potuerit. Gibunoſcius, cùm in has redactus eſſet anguſtias, ad munitionem Fuſcimo, quæ in poteſtate erat gubernatorum collegarum ſuorum, ſe recepit: quem Auguſtinus, ne fidem Taicoſamæ olim datam falleret, ſequi conſtituit. Non enim ſine infamiæ nota deſeri poſſe Gibunoſcium amicum ſuum iudicauit, quamuis oppetenda eſſet propterea mors; maximè cùm hæc factio, vt ordo gubernationis, quem inſtituerat Taicoſama, ſartus tectus conſiſteret, laborare putaretur. Non exiſtimauit Gieiaſus procraſtinandam ſuam ad munitionem Fuſcimo profectionem: quò poſtquam cum exercitu peruenit, principum virorum adhortationibus inductus, ab armis diſcedere promiſit, ea lege, vt Gibunoſcius, in ordinem redactus, quem gerebat magiſtratum deponeret, & in poſterum ſe à Reipu-

eipublicę gubernatione abſtineret,cumque vniuerſo ſuo milite
d dominium ſuum, quod eſt in Regno Omi,continuò abiret.
acta hac gratiæ inter factionum principes reconciliatione, Gi-
unoſcium cum filiolo Gieiaſi,tamquam ſtabilis inter eos amici-
æ obſide, domum redeuntem Auguſtinus comitari voluit: quod
on permiſit Gibunoſcius, qui nō obſcurè ſe obligatū Auguſtino
ſtabatur, maximè quòd res ſuas aduerſas Auguſtini ope & con-
lio ſubleuatas meminiſſet.Hinc eſt factum,vt in regia, Auguſti-
nomen propter fidem amico præſtitam eſſet celeberrimū. Im-
o ipſe Gieiaſus nullum laudandi Auguſtinū facere potuit finē:
iem honoribus proſequi inſtituit, palam dictitans, eum qui &
tam & fortunas omnes,vt amico opē ferret, periculo expoſuit,
uod feciſſe Auguſtinum Gibunoſcii gratia cōſtabat) non poſſe
o meritis honorificè ſatis & liberaliter tractari, ſeque cum Au-
uſtini imitatoribus lubentiſſimè amicitiam iungere. Quare po-
ea non rarò Auguſtinum ad intimam ſuam familiaritatem ac-
rſiuit,magnaque eſt beneuolentia proſecutus.Poſteaquam his,
uæ commemoraui, aliiſque periculis defuncti,Auguſtinus ce-
riique Chriſtiani, qui communem cum ipſo ſubierant fortunā,
omum rediiſſent, ſecuro eſſe animo cœpimus, maximè quòd
ieiaſo gratioſum ſciremus eſſe Auguſtinum: quare ſine timore,
eo ſit laus, nunc viuimus. Negandum porrò non eſt, quin Gie-
ſus in his tumultibus ſe virum præbuerit, cùm omnem Iapo-
am, ſine fuſione ſanguinis, ex turbulentiſſimo ad pacatiſſimum
duxerit ſtatum. Tanta ſiquidem prudentia in compeſcēdis ini-
icis eſt vſus, vt non euaginato gladio eos ad gyrum rationis re-
re,dictóque audientes eſſe, magno totius Iaponiæ bono coë-
rit. Collegis ſuis,quos ſecum retinuit, eam, quam antea obti-
erant, Reipublicæ curam non ademit quidem, verùm nihil ab
is ſuo iniuſſu fieri permittit.qua in re ſe Taicoſamę obſequi nō
ſcurè profitetur,cùm ordinem ab eo in gubernanda Republica
ſtitutum, & ad Principis maieſtatem conſeruandam in primis
dem, diligenter retinendum iudicet. Cùm hoc modo ſtaret pa-
tiſſimus Iaponiæ ſtatus, conquieſcere non potuerunt Gibu-
ſcii hoſtes: qui, non cōtenti hominis ex altiſſimo honoris gra-
depulſione; calamitatem, immo & necem ipſi machinari non
nt veriti. Eos etenim malè habuit, quòd paſſim etiam ab ipſo
eiaſo non vulgaris Auguſtino haberetur honor: quare de inte-
o apud Gieiaſum poſtulant Gibunoſcium & Auguſtinum, ſed
uſtra: nam Gieiaſus grauibus eos repreſſit verbis, inſimulauitq;
daciæ,quòd pacē labore magno partā contemnerent,& diſcor-

diam ac ſeditionem in Iaponiam inducerent. Omnibus ergo eſt domum redeundi facta poteſtas, adeò vt ſtabili, præter omnium exſpectationē, in vniuerſo hoc Imperio nūc pace fruamur. Nemo certè in Iaponia hominum erat, qui vlla ratione fieri poſſe exiſtimabat, vt optimatū diſcordię hoc tēpore ſedari poſſent. Incluſum porrò in principum virorum animis remanſit odium: nā quatuor illi principales in Imperii adminiſtratione Gieiaſi ſocii hoc ſummopere cauent, ne ipſe Gieiaſus totius Iaponiæ dominatū occupet, Imperiiq; hęredem apud ſe retineat; cæteroquin omnem ei deferunt honorem cum maximæ beneuolentiæ non vulgaribus ſignis conjunctum. Hæc ſunt quæ hoc tempore litteris committenda duxi, quo faciliùs, quæ de Sociorum noſtrorum & Chriſtianorum Iaponiorum ſtatu ſum ſcripturus, intelligantur.

Dum gererentur quę ſuprà cōmemoraui, cœpimus Socios ſenſim ad præcipua loca remittere, quæ temporis calamitas nos deſerere coēgerat. Rediit item Meacum Pater Organtinus cū Patrum fratrumque noſtrorum cōmitatu ad noſtros, qui eadem in vrbe commorabantur. Et cùm Tarazauandonus parū ſe æquum Sociis præberet, conſtituimus ex iis, qui Nangaſachi erant, non exiguam partem ad alia loca amādare, quo liberiùs inchoata litterarum ſtudia perſequerentur. Quod vbi cognouit Reuerendiſſ. Epiſcopus, magno animo ſe peregrinationis huius ſociū præbuit: animaduertit namq; ſibi planè neceſſariam eſſe linguæ Iaponicæ cognitionem, vt ritè Pontificio munere fungatur. Quare nō ætas ingraueſcens, (eſt nunc annos natus quinquaginta) non corporis debilitas, (multorum annorum laboribus imminutæ ſunt corporis ipſius vires) nō difficultas addiſcēdi ſermonē, à quo hominum Europæorum abhorrent aures, ipſum in hoc dignitatis gradu cōſtitutum à ſuſcepto conſilio deterrere potuit. Socios peregrinationis ſibi adjunxit P. Valentinum Caruaglium, & P. Ioannē Pomerium. Optimi itaq; & religioſiſſimi Præſulis exēplum nos omnes mouere debet, vt nullum in quauis ętate recuſemus laborem, quem Chriſti Eccleſiæ fore vtilem ſperamus. Ad hoc litterarum ſtudium Amacuſa, quæ eſt Auguſtini inſula, præ ceteris locis putabatur commoda, cùm ab omni negotiatione ſit remota, & non incōmoda habeat Sociorum noſtrorum exercitiis ædificia. Martii menſe ſedecim Socii cum Reuerendiſſ. Epiſcopo, & ampliùs triginta Seminarii alumnis, (qui præcipua fidei noſtræ dogmata in epitomen redacta, Iaponicoq; ſermone conſcripta, ſine intermiſſione diſcunt) in hanc Inſulam ſeceſſimus; vbi menſes aliquot majorē in ſtudium hoc addiſcēdæ Iaponicæ linguæ inſumpſimus

laborem,

iborem, quàm olim in juuenili ætate vt Theologiæ & Philoſo-
hiæ nobis ſcientiā pararemus. Scholæ habebātur quotidie binæ,
um repetitionibus & ſtyli exercitatione. Cùm porrò experiētia
ſceremus, nos lōgiùs, quā officii mei ratio patiebatur, ab iis ab-
ſe, qui meæ erant commiſſi fidei, & in dies pacatior fieret Mea-
ſis ſtatus; conſilium cepi de loci mutatione: quare Auguſto mē-
cœpimus domicilium habere in vrbe Sicco nomine, quæ eſt in
ugùſtini terris; vbi habitamus commodè, cœptis ſtudiis dili-
ntem nauantes operam. Vicinitas præterea vrbium Arimæ, O-
uræ, & Nangaſachi, multis de cauſis nobis percommoda eſt.
Magna curā & diligentia in hac vrbe Sicco (in qua olim domi-
lium fuit Societatis) nobis exædificari curaui domum. Nam
ārazauandonus hac maxime de cauſa nobis cœpit negotium
eſſere, quòd injuſſu ſuo P. Organtinum Meacum remiſiſſem.
erebatur ſiquidem, ne ipſius nomen Imperii Iaponienſis guber-
atoribus deferremus de euerſione quam ipſe noſtro Templo in-
lit, ac propterea vrbis Nāgaſachi adminiſtratione ſpoliaretur.
œpit vehementiùs eidem P. Organtino minari, niſi Nan-
aſachum maturaret reditum, (in hac ſola vrbe Iaponiæ, vt di-
um eſt, per Taicoſamæ leges nobis fuit liberum commorari)
uòd cogeretur ea & dicere & facere, ex quibus magnam eſſet
iter moleſtiam capturus. In eandem ſententiam P. Prouincia-
ſcripſit litteras quærimoniarum plenas, atrociter iis dira queq;
initans, qui ſuis obtemperare juſſis recuſarent. Suo itaque in
lminiſtratione Nangaſachiana vicario hoc negotii dedit, vt
nni ſcelere nos vexaret, Chriſtianoſque omnes Eccleſiæ noſtræ
litu prohiberet. Poſtquam vicarius idolorum cultor Tarazauā-
oni litteras (idque ea, qua Chriſtiani cultu ſingulari proſequun-
r Chriſti Domini mortem, hebdomada) accepiſſet, mirum
t quanta cum diligentia, quod ſibi fuerat præſcriptum, perfece-
. Nam inter alia; Chriſtiani duo, qui dum ſe verberarent, vt
ppliciorum acerbitates, quas Dei filius humani generis cauſa
biit, ad memoriam meliùs reuocarent, ſunt comprehenſi, ma-
ium vitæ periculum adierunt, ipſique conſules Nangaſachia-
ab eodem ſunt vicario verborum contumeliis lacerati. Qui er-
ex noſtris remanſerant Nangaſachi, in magna perturbatione
imminentis magni alicuius mali timore verſabantur: quare
e per litteras rogarunt, vt inde non modò Seminarium, verùm
fratres noſtros auocarem, ac Sacerdotes tantùm paucos,
i rem Chriſtianam curarent, remanere permitterem, vt hac ra-
one Tarazauandonus placaretur. Quod itaq; eſt ſupra ſcriptum
de mi-

de migratione noſtra ad inſulam Amacuſam, factum fuiſſe diuinitus, nunc deprehendimus. Et, vt imminenti occurrerem malo, Meacum miſi P. Ioannem Rodrighez, hominem in Regia optimè notum; quippe qui frequenter cum Taicoſama de Societatis noſtræ rebus egiſſet; ſcripſique ad Auguſtinum, quicum periculi ſocietate junctus erat Tarazauandonus, de iis, quas noſtri fuiſſent nulla ſua culpa perpeſſi, moleſtiis. Curaui prȩterea vt ipſi Tarazauandono reuerſionis P. Organtini Meacum ipſo inſcio iuſta redderetur ratio: cui item meis renuntiari iuſſi verbis, vt odioſam quam de nobis habebat ſuſpicionem deponeret, cùm nos ob aliã cauſam nullam in Iaponiam veniſſemus, quam vt ad Euangelii lucem Iaponios traduceremus, pro qua defendenda ſanguinem fundere noſtrum Dei præſidio non dubitaremus. Quòd ſi laboribus noſtris fauerit, nos maximè cupere vt vrbis Nangaſachi adminiſtratio ipſi continuaretur: ſi verò (vt cœpit) nos perſequi conſtituit, non propterea damnum vllum aut malum à nobis metuere debere. Chriſtiani item Nangaſachiani vnum ex prȩcipuis conſulibus, eandem ob cauſam, ad Tarazauandonum delegarunt.

P. Rodrighez fuit Meaci, cùm à Gieiaſo tum ab aliis qui in Regia degebant, humaniter acceptus, immo ab ipſo Tarazauandono: qui poſtquam audiuiſſet Auguſtinum, Arimandonum, & Conſulem, de rebus noſtris differentes, abundè ſibi eſſe factum ſatis de ea, quã propter reditum Patris noſtri Meacũ ſuſtinere videbamur culpa, non verbo tantùm, verùm & re ipſa eſt teſtatus. pœnituit eum, quòd noſtros inimicè fuiſſet ſectatus; & ad vicarium ſuum vberrimas dedit litteras, ei præcipiens, vt nos honore & gratia tractaret, tamquam viros quos ipſe beneuolentia & fauore proſequendos ſuſcepiſſet. Harum litterarum fructum non vulgarem continuò percepimus: tantus ſiquidem eſt virorum & mulierum ad Eccleſiam factus concurſus, quantus fieri potuiſſet, ſi in integrum fuiſſemus reſtituti, atque a Taicoſama libertate, qua olim fruebamur, donati.

Egit prætereà P. Rodrighez cum Gieiaſo de nobis in antiquũ noſtrum ſtatum reſtituendis: a quo benignè auditus hoc accepit reſponſum, ſe hoc turbulento tempore præſtare poſſe nihil, cùm à Taicoſamæ legibus ſine ſuſpicione occupandæ tyrannidis diſcedere non liceret; futurum porrò tempus, quo nõ incommodè noſtræ poſtulationi ſatisfieri poſſet. Ex hac Gieiaſi reſpõſione, aliiſque verbis inter ipſum & Patrem noſtrum vltro citroq; habitis, in eam Chriſtiani proceres venerunt ſententiam, quòd Gieia-

ſus

ıs nullum ſit noſtris in Euangelio promulgando laboribus alla-
urus impedimentum,ac propterea quòd nos animo eſſe debere-
nus tranquillo.
Vix ſedata erat iam commemorata procella, cùm noua priore
ericuloſior, ob cauſam quam nunc explicabo,ſit excitata. Mor-
em obierat ſenior Firandi Tonus, cuius filius Foin nomine,ido-
orum cultor,poſtquam à concilio publico totius Iaponiæ,quod
ſt Meaci,impetraſſet vt ſibi frui liceret paternis dominiis, ad fi-
um ſuum,qui auitis terris præerat, diligenter ſcripſit, vt curaret
b omnibus,in quos imperium habebat, pro anima parẽtis mor-
ui preces fieri, & ad hoc officii munus præſtandum cogeret Don
Iieronymum, cum Don Thoma ipſius filio,& cognatis,vniuer-
ſáque familia. Immo voluit vt Chriſtiani omnes,qui Firandi de-
ebant,ad Chriſtum Dominum abjurandum adigerentur: ſecum
pſe equidem conſtituerat, omnes Chriſti cultores ſuis terris de-
ellere. Hoc iniquiſſimo edicto ſe armarunt omnes Chriſtiani
ominis hoſtes, vt Chriſti cultus apud eas gentes, quæ omnium
rimæ in Iaponia veritatis lucem adſpexerant, prorſus extermi-
aretur. Exſecrandum hoc paternum edictum filius indicari vo-
it Donnæ Mitiæ, coniugi ſuæ, quæ eſt Omurandoni ſoror: im-
o ipſemet, inter blanditias malitioſas,parentis ſui minas eidem
oniugi expoſuit, dicens, patrem ſuum, virum in cœptis conſiliis
ſequendis in primis conſtantem, edixiſſe, vt Chriſtiani omnes
l antiquam Iaponiorum ſuperſtitionem redirent, vtque ipſa,
in matrimonio ſecum perſiſtere vellet, ceteris hac in re exem-
o prę̨iret.Sed optima matrona,ex qua impius maritus tres pro-
eauit filios, clàm ipſum ſalutari aqua tinctos, ſimilibus terrori-
ıs ad conſtantiam in ſuſcepta fide diu multumque aſſuefacta,
agno animo reſpondit, ſe non poſſe diſſimulare, quin grauiter
ffligeretur, ſi à viro ſuo abire cogeretur, hoc tamen præ iis, quæ
o Chriſti nomine ferre eſſet parata, ex minimis eſſe, cùm ſex-
ntas, ſi fieri poſſet, mortes potiùs judicaret oppetendas,quàm
l tantillum Chriſtianam deſerere fidem, vtque hoc ſuum re-
onſum, ab animo verè Chriſtiano profectum,intelligerẽt om-
s,deſerto marito in alienam domum ſe recepit,continuoq; fra-
ſuo Omurandono ſcripſit,vt comitatus mitteretur, quò poſ-
commodè Omuram redire: ſe namque planè conſtituiſſe ma-
ùm deſerere ſuum,ne in Chriſtum Dominum peccans (pro cu-
s honore & in mendicitate viuere, &, ſi opus eſſet, vitam po-
tè cuperet) ſcelere nefario ſe contaminaret.In eandem ſenten-
litteras dedit cũ ad Reuerendiſſ. Epiſcopum, tũ ad Societatis
Patres,

Patres, vt precibus ad Deum ſe magnis affectam miſeriis iuua-rent. Reſpondit Omurandonus non ſecus atqui verùm Chriſtianæ Religionis cultorē decuit. Hāc animi magnitudinē cū in vxore cerneret maritus, nihil in præteritis reliquit, vt eā placaret; vtque de migratione ad fratrē ſentētiā mutaret: cui illa antè noluit aſſentiri, quam promiſſionē de poteſtate Chriſtū Dominū libere colendi accepiſſet, adeò vt in poſterū nemo ſibi hoc nomine moleſtiā exhiberet, quòd ritu Chriſtiano viueret. Magna itaque cum laude Chriſtum ipſa nunc in domo mariti colit.

Eodem prorſus tempore ſolicitudinem non exiguam Chriſti hoſtes ſtruxerūt Don Hieronymo, Dō Thomæ ſuprà nominatis, aliiſque ipſorū fratribus, cū Don Balthazare ipſorū cognato, qui ſunt inter Firandi incolas nobiliſſimi, multorū clientum domini, & cum ipſo Tono ſanguine iuncti; qui omnes libere reſponderūt, ſe non nūc primùm, verùm ab auitis temporibus, Chriſto nomen dediſſe, ac propterea in rebus omnibus, quæ Dei præceptis nō repugnarēt, ſe Tono obtēperaturos. Firandi gubernatores, qui ſibi ab his nobilibus Chriſtianis periculū aliquod metuebant, ad aſtū iudicarūt cōfugiendū; ſpeculatores nāq; cōſtituerūt, qui diligenter ipſorū occupationes obſeruarēt; & in primis ne hominū multitudo ab ipſis vnū in locū congregaretur, vnde tumultus aliquis exoriri poſſet. Cùm dies pauci aſtu hoc conſumerētur, iidē gubernatores multis verbis hos nobiles obſecrare & obteſtare cœperūt, vt, ſi ſalui eſſe cuperēt, ſaltē verbo dicerēt, ſe in omnibus Tono fore obſequentes. Ad Epiſcopum rē omnē nobiles hi deferendā iudicarunt: qui mortē etſi potiùs oppetiiſſent, quàm Chriſtianam deſererent religionem, paſtoris tamen ſui in omnibus duxerūt ſequendā ſententiā. litteris ergo ſuis Reuerendiſs. Epiſcopū de rerū ſuarū ſtatu certiorem fecerunt, ſimulque Societatis noſtræ ad Deū precibus ſe commendarūt. Et quia in dies ipſius Foin reditus exſpectabatur, nos cum litteris noſtris ex Sociis quendā miſimus; qui dolorē ipſorū cōſolaretur, (quamuis alii quatuor Socii, qui in eodē erāt Regno, ſtrenuè ſuo fungerētur munere) quique in re tā ardua quid agendū eſſet, corā exponeret. Tandē hi Chriſtiani ante reditum Foin ſolum vertere conſtituerunt, & Nangaſachum proficiſci; quod ipſorum conſilium, mirum eſt, quantum Deus fortunarit: nam tempore nocturno, inſciis omnibus Chriſtianorum hoſtibus, ipſi cum coniugibus, filiis, & familiis, quibus ſe adiunxerunt ampliùs ſexcenti eorum clientes, cōſcenſis nauibus, iter Nangaſachum verſus ſunt ingreſſi. Quod vbi Firandi cognitum fuit, idololatræ, admiratione obſtupefacti, rē accidiſſe pu-

tunt omni fide maiorē; quòd nimirum proceres cum tanto co-
itatu patriam, cognatos, & fortunas deſeruiſſent, ſeque cōmo-
s priuaſſent ſuis, ne Chriſtianam fidem prodere cogerētur. Mi-
m eſt, quantū hoc præclarum poſt hominum memoriā factum
uſtrarit Chriſtiani nominis his in locis gloriam: quod & nobis
on vulgarem attulit conſolationem, quāuis cū duabus implici-
m eſſet difficultatibus, quæ non faciles habebant explicatus.
Lex eſt à Taicoſama lata, quòd nullus, ſiue cliens ſiue famu-
s, poſſit Toni ſui iniuſſu ad alterius Toni territorium transfer-
familiam, ſeque ab heri ſui obſequiis ſubducere: quod qui fe-
rit, à Tono ſuo, vbicumque eum repererit, impunè occidi po-
rit: immo alter ille Tonus cogitur eum in domini deſerri pote-
tem tradere. Cùm verò hoc tempore, quo hæc ſunt acta, reli-
i proceres Chriſtiani eſſent Meaci, neminē reperiebamus, qui
nto hominum numero ſuis in terris locum daret, omnemque
ſtiū iniuriam ab eis propulſaret. Et cùm Tarazauandonus Nā-
ſachi gubernator ſummus eſſet ipſi Foin cùm amicus tum co-
atus, ab hoſtibus ſuis hi peregrini Chriſtiani in ea vrbe tuti eſſe
n poterant: immo vicarius Tarazauandoni omnem ad vrbem
itum ipſis negabat. Hinc orta eſt altera difficultas, quòd ipſa-
et Societas, quæ in dies maximis affligebatur difficultatibus,
cum non haberet, qui multitudinem hanc caperet: & ſi aliquid
ntra Taicoſamæ leges, quas Iaponiorum nemo violare eſt au-
, tētaſſemus, in hominum odium incurriſſemus. Ceterùm cùm
remus hos extorres Chriſtianos, quo occultiùs patriam deſe-
ent, ſibi de commeatu non proſpexiſſe, niſi quantum ſatis eſſe
tarunt in itinere vſque ad confinia Nangaſachi, ac pro-
erea omni humano deſtitutos ſubſidio; Dei gloriam in ipſis
tandis omni noſtro periculo anteponendam iudicauimus.
eacum ergo ſcripſimus ad Patrem Organtinum, & Tzunoca-
ndonum, vt apud publicum Iaponiæ concilium Chriſtia-
rum cauſam defenderent, tantæque perturbationis culpam
nem in Foin, qui ſolus tanti mali fuit auctor, conjicerent.
m etenim hi proceres Chriſtiani annis abhinc quinquagin-
Chriſto nomina dediſſent, & in bello Coraiano pro repu-
ca ſtrenuè decertaſſent, non erant abſurdiſsimis mandatis de
inquendo Chriſto Domino onerandi, quibus pro re bene ge-
, ampliſsima erant tribuenda præmia, non autem cogendi vt
em Deo datam fallerent, ſi patriis fortunis frui vellent, maxi-
cùm à Taicoſama, ſi in viuis eſſet, nihil eiuſmodi commiſ-
n fuiſſet.

Chriſtia-

Chriſtianis exſulibus hoſpitium parauimus in iis quibus olim pro Collegio ſumus vſi ædibus, quæ ſex circiter ſtadiis Nangaſa cho extra imperium Tarazauandoni abſunt, ſub dominio Omu ræ, atque, vt laxiùs habitarent, occupauimus domos aliquot à Lu ſitanis derelictas, quæ in vicinia erant, & pro plebe nouas aliquo exædificauimus; ita vt nemo eſſet ex iis, qui ſub tecto nõ degeret

Dum hæc geruntur, Meaco rediit Omurandonus, qui, poſtea quam rem omnem à principio intellexiſſet, præcepit Tono clien ti ſuo, in cuius fundo erat hoc domicilium, (qui timore percul ſus hoſpites hos amandare conſtituerat), ne vllam eis exhibere moleſtiã, verũ omnibus quibus poſſet rebus faueret; itẽ, non ſin beneuolentiæ erga afflictos ſigno, vt eoſdem nomine ſuo inuiſe ret. Iam ab eo tempore, quo ad nos venerunt Chriſtiani exſules menſes præterierunt tres, quibus Societas ex ſuis anguſtiis ipſor ſuſtentat tenuitatem, ſic vt hactenus, Dei beneficio, nullius rei a vitæ conſeruationem neceſſariæ indiguiſſe ſciantur. Operam & ſumptus in eorum ſalutem collocaſſe nos pœnitebit numquam nam & Chriſtiana charitate ad hoc officium compellebamur, & Chriſtiani omnes noſtro ſunt facto impulſi, vt virtutem in die magis magiſque amplectantur; cùm perpendunt, neque ſumptu magnitudinem, neque vitæ periculum nos deterrere potuiſſe, qu minùs iis ſuccurreremus, qui fidei cauſſa patriam deſerere, fortu narumque ſuarum iacturam facere non dubitarũt. Gentiles iter furorem ſuum in poſterum non tam facilè in Chriſtianos exerce bunt, vt à Chriſti Domini legibus eos deſciſſere cogant, vbi me minerint repertos eſſe, qui exſules Firandianos, hominum iud cio planè oppreſſos, & ab omnibus propè rebus deſperatos, foue rint, inflãmareq; non ceſſarint, vt magno fortiq; animo, quæ ho minum improbitas intulit, damna negligerent. In his omnibu ad quæ Chriſti cauſſa aggreſſi ſumus, ſingulare Dei præſidium pe cepimus. Cùm etenim Foin Firandum rediiſſet, ſeipſe condemna uit impudentię, quòd Chriſtianis moleſtiam exhibuiſſet; quos d inceps Chriſtianis legibus eſt viuere paſſus Ceterùm ſtultitiæ ſu finem non ſtatim fecit: nam eorum, qui fidei cauſſa in exſuliu abierunt, domos aliquot combuſſit, abitumque ſibi eſſe gratiſ mum verbo declarauit. Auguſtinus verò mihi iuſſit renuntiar quòd, vbi Meaco in patriam redierit, ſit exſulibus Chriſtianis an nuos daturus fructus, vnde commodiùs viuant, quàm in natali ſo lo ex patrimoniis erant viuere ſoliti. Voluntarium in horũ Chr ſtianorum exſulium ſunt imitatæ ex procerum Firandianoru clientibus familiæ ampliùs triginta. Immo ſi per litteras Firãdi

no

os ciues Chriſti cultores non monuiſſemus, vt de patria relin-
uenda; modò nulla ipſis Religionis cauſſa exhibeatur moleſtia;
on cogitarent, iam ad vnum omnes ſedem mutaſſent. Tentauit
uidem Foin multa, vt eos apud ſe retineret; nam & quoſdam ex
ſis, quòd ſe in fugam dare tentaſſent, necauit: at nihil promoue-
potuit. Magna denique eſt Dei prouidentia factum, quòd ſu-
erſtite Taicoſama turbam hanc non fecerit Foin: nam illo vi-
o, neque licuiſſet nobis eo quo factum eſt modo ea curare, quæ
ntæ multitudini ad cultum victumque ſuppeditarét, neque ipſi
iud ſuarum miſeriarum reperiſſent perfugium.

Hoc interim temporis ſpatio, quo hæc ſunt geſta, voluit Do-
inus felici aliarum rerum ſucceſſu nos conſolari. Ex tranquillo
quidem Iaponiæ ſtatu anſam arripuimus ablegandi aliquot ex
oſtris in varia loca, vt Euangelium promulgarent: quòd ab ipſis
t magno fructu diligenter factum, maximè in terris Fungi, atq;
iis quæ ſunt Auguſtini, vbi noſtrorum labor exitum habuit no-
bilem. Cùm P. Ioannes Baptiſta reſideret Oiani, ſingulari qua
ollet in rebus tractandis dexteritate ſibi principum aliquot vi-
rum beneuolentiam conciliauit, vtq; non pauci fidem Chriſti
nplecterentur, effecit: & cùm ſolus tãtis laboribus par nõ eſſet,
Sociis ſunt alii ſubſidio miſſi, quorum opera ſex menſium ſpa-
o ampliùs triginta hominum millia ſacroſanctum ſuſceperunt
aptiſmum. Tantùs porrò ad Chriſtianam religionem ſe adiun-
ndi feruor per Gentilium animos peruaſit, vt multorum ſit o-
nio, quòd breui tẽpore illis in locis ſuperſtitio omnis euaneſcet.
aximo fuit noſtris in hoc pio opere adiumento vir nobilis & o-
ulentus, nomine Iacobus Sacuiman, ex præcipuis Auguſtini cliẽ-
bus, qui prouinciæ illi pro Auguſtino præeſt. Is rediens ex bello
oraiano, Nangaſachum rectà venit: priùs etenim animum cura-
voluit, quàm domum ſe reciperet. Poſteaquam ergo Reueren-
ſſimum Epiſcopum ſalutaſſet, animi maculas Confeſsionis Sa-
amento deleuit, ſacroſanctamque Euchariſtiam ſumpſit, vt hac
tione Deo gratias ageret pro immenſis cùm in Auguſtinum, tũ
ſe & commilitones ſuos omnes collatis beneficiis, quæ obſcura
ſe non poterãt, cùm non rarò à certiſsimis diuinitus exempti
erint periculis. Expetiit idem vir nobilis Confirmationis Sa-
amentum: quod ab Epiſcopo ſolenni ritu adminiſtratum, ma-
no cũ pietatis ſenſu accepit; cuius fructus vberrimi exſtiterunt:
am continuò vbi ad ſuam munitionem Giateuſcitum peruenit,
npulſus ſtudio cum aliis communicandi eum, quem in ſe ad cul-
um diuinum propagandum experiebatur, animi ardorem, egit

diligenter cum præcipuis loci incolis de iis, quæ animorum ipſ
rum ſaluti neceſſaria iudicauit. A P. Ioanne Baptiſta adiutus ta
tum præſtitit, vt primùm ipſorum aures ad Catechiſmi ſchola
quæ à Patre habebantur, paterent, ac tandem vt Baptiſmo tin
in Chriſtianorum numerum cooptarentur. Non conſtitit in pa
cis incenſus hic mentis ardor, neque antea conquieuit, quàm
idololatris plurimi ad Chriſtianum cultum perducerentur; ad
vt breui tempore in territorio illo quinque circiter & viginti c
pitum millia Baptiſmo initiarentur. Peruaſit eadem diuini am
ris flamma in Vtum munitionem principalem ex iis, quæ in d
minio ſunt Auguſtini, & ceterarum caput; octo autem leuc
Giateuſcito abeſt: paucorum autem dierum ſpatio quatuor Ge
tilium millia Euangelij lucem adſpexerunt, &, paucis interi
ctis diebus, bis mille veritati manus dederunt. Nunc verò qui
decim viri primarij ex munitione Vto (vt ad nos ſcriptum eſt) c
ſtituerunt aures dare Catechiſmi doctoribus: qui ſi Chriſtiana
fidem, (quod ſperamus) abiecta Gentilium ſuperſtitione, an
plexi fuerint; non dubium eſt, quin & alij plurimi, tantorum v
rorum exemplo, eandem quæ ad beatitudinē ducit viam ſint i
greſſuri.

Ad aliam quandam Auguſtini munitionem nomine Giamb
quæ ſpectat regnum Bungo, & decem leucis à nobis longiùs a
eſt quàm Vtum, miſſus eſt è noſtris qui ad hunc diem ſalutari
qua lauit ampliùs bis mille quingentos, vtq; ſummatim dican
tanto ſuſcipiendi Baptiſmum flagrarunt hæ gentes ſtudio, vt S
cij nulla ratione potuerint, vel ad breue tempus, ſe relaxare occ
pationibus miniſtrandi hoc Sacramentum, & docendi rudime
ta fidei, quoad ex ipſis quatuor, tantis laboribus ſuccumbente
in morbum inciderint. Ne verò cererorum ſalus in diſcrimen v
niret, laboris facta eſt intermiſſio, vt poſtea maiore cum alacrit
te cœptum opus ad exitum perducatur.

Cùm Auguſtinus Meaci optatiſſimum accepiſſet nuntium
felici apud clientes ſuos propagatione rei Chriſtianæ, mirum e
quàm ſit exhilaratus; nihil etenim accidere potuit, quod eū m
gis lætificaret. Sæpius ad me ſcripſit, quòd, vbi redierit, de fruct
bus ad noſtros, qui in domicilio Fungi eſſent commoraturi,
lendos proſpiciet. Nunc eum in horas ſingulas exſpectamus: na
certò nobis conſtat, quòd Meaco patriam ſuam verſus ſit iter i
greſſus.

Hoc tempore Meaci degebat Arimandonus, qui de vxore du
cenda cogitans, (ſuperiore etenim anno mortua eſt ipſius coniu

Donn

›nna Lucia, magno Chriſtianorum, qui in ipſius territorio ſunt,
lore & damno) animum adiecit ad primariam quandam femi-
m; filiam cuiuſdam Congi, (honoris eſt hic gradus inter Iapo-
›s magnus) Gentilem quidem, quæ tamen Dei fauore ad Chri-
ına ſacra (vt ſperabatur) ſuſcipienda, vbi Arimam perueniſſet,
facilem præberet. Cùm Auguſtino voluit Arimandonus filium
ım natu maximum affinitate deuinciri: matrimonio ſiquidem
ıctus eſt patris ſui iuſſu adoleſcens annos natus quatuordecim
n domini Benedicti fratris Auguſtini & gubernatoris Sacai fi-
, ab ipſo Auguſtino priùs (quo faciliùs in ampliſſimam hanc fa-
liam nuberet) adoptata.
Pacata quo diximus modo Iaponia, ex Chriſtianis proceribus,
i Meaco domum redierunt, omnium primus fuit Omurando-
s: qui mox ac Omuram peruenit, omni ſtudio à me contendit,
uæ clientelæ Chriſtianos cõſolationis impertiendæ cauſſa in-
erem, quos, poſtquam in Iaponiam poſtremò veni, videre non
ıit. Hunc itineris laborem recuſare nõ potui. Tãta porrò fuit
ıniũ, qui variis ex partibus ad me venerunt, de meo aduentu
itia, tantaque congratulatio, vt octo dierum ſpatio, quo apud
ſubſtiti, ne punctum quidem temporis habuerim vacuũ, quo
n Sociis noſtris agerem. Quare tanto congratulantium con-
ſu defatigatus, poſtquam cum loci Tono de ſtabiliendo Chri-
næ religionis ſtatu diligẽter egiſſem, Nangaſachum celeriter
eundum iudicaui. Cum Tono verò Chriſtianorum negotium
tranſegi, vt initium fieret ab ædis ſacræ, quam hominum im-
tas annis ſuperioribus diſturbauit, ædificatione. In eam ſiqui-
n deſcenderunt Chriſtiani principes ſententiam, quòd tempo-
tranquillitas hoc à nobis fieri poſtularet: quare nobis aucto-
fuerunt, vt ad nobis vſitata docendi rudimenta, fidei munera,
niniſtrandi Sacramenta, rediremus, vtque Chriſtiani omnes
àm ſacroſãncto Miſſæ ſacrificio intereſſent; & (vt vno ver-
dicam) omnia ad eum reuocarentur ſtatum, in quo erant an-
bellum Coraianum, cùm Chriſti Eccleſia his in locis pace
eretur. Mirum eſt, quanto fuerint Chriſtiani omnes gau-
perfuſi, poſtquam hæc ſententia in vulgus emanaſſet. Pau-
poſtea diebus venit Arimandonus; quem, poſtquam deferbuiſ-
primorum dierum congratulatio, & ego inuiſi, octiduiq; ſpa-
tantum Dei præſidio perfeci, vt non modò ſponſa, (cuius ſuprà
mini) verùm & itineris comites ac familiares, (qui in Genti-
tis tenebris erant educati) audito Catechiſmo, Euangelij ve-
ıtem amplecterentur, Baptiſmumque peterent: quibus non

ſine ſolenni ritu factum eſt ſatis. Confeſſionis verò Sacramen-
ſe Arimandonus expiauit, & finito Miſſæ ſacrificio, cui interfu-
runt noui hi Chriſtianæ militiæ tyrones, nouo matrimonij vi-
culo ipſum principem cum ſponſa, magno omnium, qui aderan-
applauſu, coniunxi. Actum eſt de ædificandis ædibus ſacris: Ton-
autem in ſe ædis Arimæ exædificandæ negotium ſuſcepit. Vt ite-
Omurenſes locum ad cultum diuinum haberent accommodati-
de templo Omuræ faciendo ratio eſt inita non incommoda. F-
cit & Tonus decreta aliqua vectigalibus ſuis admodum ſalutari-
adeò vt Chriſtianitas his in locis renouata videatur. Iamq; mu-
tis in locis ædes ſacræ fiunt: quæ etſi ſplendore non ſe iis æquen-
quas hominum furor annis ſuperioribus diruit, commodæ nihi-
ominus ſunt, & certè ſi Chriſtiani Principes ſumptibus belliſ-
annorum ſeptem maximis apud Coraianos exhauſti nō fuiſſen-
multa nunc Templa magnificè extruerentur. Sed tempori eſt pa-
rendum, quod hoc anno fuit miſerrimum, cùm ex infima plebe n-
pauci, propter ciborum inopiam, animam efflarint, & vulgus pro-
pè omne in egeſtate vitam degat.

Duorum præterea Sociorum miſsio, quorum vnus eſt Sace-
dos, alter verò Iaponius nondum ſacris Ordinibus initiatus, fu-
Gentilibus admodum vtilis: eorū etenim bimeſtris labor ad Chr-
ſtianam religionem (quod ſine peculiari ope diuina fieri non po-
tuit) mille & quingentos Iaponios perduxit.

Patefactus eſt item, adiutore Deo, aditus ad traducendos nō
paucos ad ſuſcipienda Chriſtiana ſacra hac quam nunc explicab-
ratione. Cùm primùm ex bello Coraiano Meacum & inde ad ſu-
rediiſſe dominia per multos principes viros intellexiſſemus, ec-
honoris & congratulationis cauſſa iudicauimus inuiſendos: quo-
noſtrum officium adeò ipſis fuit gratum, vt omnes de noſtris a-
ſe euocandis ſeriò cogitent. Principes verò ſunt, rex Saſſumę duo-
rum Regnorum & dimidij Regni dominus, Nabeſcima dominu-
dimidiæ partis Regni Figen, Cainocamus dominus maioris pa-
tis Regni Bugen, Toſcirondonus (qui nunc Findenanus nomina-
tur) dominus quartę partis Regni Cicungi, Itodomus aut patruu-
aut auunculus (Italica vox *Zio* vtrumque ſignificat) fratris noſtr-
Mantii, Itus dominus tertiæ partis Regni Fiungæ, Iſafaidonus
& alij proceres, quibus diuiſum fuit Bungi regnū. Nondum po-
tuerunt hi principes de certis, vt conſtituerant, domiciliis hacte-
nus noſtris proſpicere, propter occupationes quibus incredibili-
terdiſtinentur in exædificandis munitionibus. Propugnacula ſi-
quidem parant, quibus inimicorum impetus, ſi ad arma redeun-

dum

tim fuerit , ſe poſſe propellere ſperant. Ceterùm Iſafaidonus
uius territorium, Omuræ & Arimæ interiectum, neutri in ferti-
ate cedit) nobis locum aſſignauit, in quo habitemus commo-
,domuſque nunc ædificatur. Cogitauerat idem princeps vnà
m filio ſuo herede Baptiſmum ſuſcipere: at dæmon, operâ cu-
ſdam principis idololatræ ſibi fœdere iuncti, tanti boni ade-
ionem retardauit. Recepit nihilominus ſe tempore perfectu-
m ſuo, vt omnes animi ſui maculæ Baptiſmi Sacramento e-
antur. In ipſius dominio aliquot iam annis ſeptem millia Chri-
anorum numerantur. Socios verò noſtros, qui in hac Domini
nea excolenda laborant, & qui per ipſius terras iter faciunt, ma-
a ipſe princeps proſequi beneuolentia conſueuit.

Toſcirondonus, (cuius vxor eſt Donna Maſſentia, filia optimæ
emoriæ Franciſci regis) poſt ſuum Meaco in patriam reditum,
cij, qui eum inuiſerat, operâ & conſilio ſe virum præbuit verè
hriſtianum: cuius exemplo multi ſe ad frugem bonam recepe-
nt, & ex Gentilibus ad Chriſti Domini caſtra conuolarunt nō
uci; adeò vt Chriſtianorum illis in locis numerentur millia
atuor: quorum curam commiſimus duobus Sacerdotibus no-
is, totidemque fratribus; qui item duobus Chriſtianorum
llibus, qui ſunt in terris Cainocami, præſunt. Ipſe porrò Cai-
camus, qui ineunte ætate, Quambioidoni parentis ſui iuſſu,
ucis antè menſibus quàm Taicoſama diuina omnia & huma-
, maximè quæ ad Chriſtianos ſpectabant, vexare cœpiſſet) Ba-
ſmum ſuſcepit, ac toto Coraiani belli tempore in caſtris vixit,
cuiuſdam è noſtris ad ſe acceſſu occaſionem arripuit de inte-
audiendi Catechiſmum: quem ſunt comitati non modò no-
es ipſius familiares, verùm & Bonzii, qui varias de fidei dogma-
us poſuerunt quæſtiones; ad quas ſic reſpondit Catechiſta no-
, vt cumulatè ſit omnibus factum ſatis, vnde non mediocrem
inocamus cepit voluptatem.

Regni Bungi principes, quorum ſuprà memini, quantumuis
la colant, poteſtatem noſtris in Regno conſiſtendi fecerunt,
maniterque tractarunt Patrem noſtrum, qui hoc anno Bun-
ſis diſperſionis reliquias (numerantur hoc tempore in Regno
ad duodecim Chriſtianorum millia) in officio continuit. Iidē
ngi principes Chriſtianis ex Euangelicæ legis præſcripto viuē-
oteſtatem dederunt; & vectigalibus ſuis, qui nondum Iapo-
s depoſuerunt errores, permiſerunt vt ſententiam mutent, &
Chriſti Domini vexillo impunè militēt. Horum principū co-
hæus non obſcurè declarauit, quòd vbi ſe expedierit à muni-

 tione,

tione, in qua exædificanda eſt nunc totus, vellet audito Catechiſ-mo peccata ſua Baptiſmi Sacramento abluere.

Cœpimus domicilium habere in vrbe Amangucci, vnde ſpera-mus quòd magnus in Iaponios redundabit fructus. Nam Amã-gucci dominus, nomine Morindonus, nouem Regnorum guber-nacula tenet, & ſecundùm Gieiaſum omnium Iaponiorũ eſt po-tentiſſimus. Spẽ noſtram auget profectio nepotis ipſius Morin-doni, ab eo in filiũ adoptati, ad vrbẽ Amanguccium, vt in ea ſed ſuã collocet. Nepos hic Sacerdoti noſtro, qui rem procurat Chri-ſtianã apud Amanguccianos, benignè fecit. Numerantur autem tempore B. Patris Xauerij Chriſtiani quingẽti, quos nulla tẽpori procella de ſemel ſuſcepta Chriſtiana fide dimouere potuit.

Idem Morindonus, duobus Sociis domicilium aſſignauit com-modum in quadam vrbe ſua maritima, quæ eſt in via qua Seim itur Meacum, ac tantundem ſe facturum promiſit in principa munitione, in qua ipſemet reſidet. Immo Gentilis Morindor conſanguineus in ſe recepit, quòd negotium hoc ad eum, quer optamus, exitum perducet.

In Regno Figen, quod Meaco propiùs quàm Amangucciur abeſt, & principi trium Regnorum domino paret, multi in di ſalutare Chriſti Domini iugum ceruicibus imponi ſuis permi tunt; ex quibus non pauci ſunt viri honorati; & cognatione cu ipſomet rege coniuncti.

In Mini Regno, cuius rex eſt Nebunangæ nepos, (qui, decim ſeptimum agens annum, non longo ab hinc tempore Baptiſmu ſuſcepit) eſt bona ipſius regis voluntate exædificata ædes ſacra, i quam Chriſtiani ſumptum quadringẽtorum nummũm aure rum inſumpſerunt: eſt autem Templum hoc multorum homin capax, &, prout ſunt ædificia Iaponienſia, pulchrum: quod ii qui in Iaponicis rebus hoſpites ſunt, incredibile fortaſſis videb tur, cùm ædiculam quadringentis aureis qui conſtruat, vix rep rias. Sed in Iaponia operæ gratis abſque mercede, in quas he volunt res, laborem impendunt ſuum; & ædificia omnia gneâ conſtant materiâ. Nos porrò hoc noſtrum Mini domic liũ magni æſtimamus, non ſolùm quòd in viri principis ſit tutel verùm & quia Meaco viginti tantùm leucarum interuallo abe

Tandem in ipſa vrbe Meaco plurimi Chriſto Domino nomi hoc tempore dant: quare ſperamus magnam, Deo iuuante, melius rerum Iaponicarum conuerſionẽ, atq; ad Chriſti Eccl ſiam ab idololatria acceſſionem; quam incredibilis in ædificand munitionibus procerum occupatio remoratur. Iaponij in turb

lent

:nte Taicoſamæ dominatu nouam belligerandi rationem didi-
cerunt: quare antiquas nunc diſturbant munitiones, & no-
as ad hoſtium vim propulſandam tempori accommodatas ædi-
cant.

Ex his, quæ hactenus ſcripſi, R. P. V. facilè conjiciet, quàm ſi-
nus felici laborum noſtrorum curſu contenti, maximè quòd
oſt annos aliquot, quibus multis jactati iniuriis in perpetuo
netu viuendum fuit, benignus Dominus, rebus nunc ſecundis,
urbidarum rerum tolerantiam abundè remuneret. Obſtupeſcũt
ẽtiles, quòd Taicoſama, maximus omnium qui hactenus in Ia-
onia dominationem obtinuerunt Princeps, quem omnes for-
nidabant, non potuerit annis aliquot, quibus grauiſſimè Chriſti
Domini cultores vexauit, Chriſtianam religionem in ſuo Impe-
o funditus euertere: quam in dies augeri, etiam cũ maximè de-
rimi putaretur, magna noſtra voluptate vidimus; adeò vt nunc
neliore, quàm vnquam, res Chriſtiana apud Iaponios ſit lo-
o. Ceterùm ne immoderatè de ſecundo laborum noſtrorũ pro-
reſſu exſultaremus, voluit Dominus re aduerſa, quam nunc cõ-
nemorabo, lætitiæ noſtræ modum temperare. P. Ægidius della
lata, in congregatione prouinciæ huius Iaponiæ procurator,
ui Romam iret electus, hinc conſcenſo nauigio quod Iuncus no-
ninatur, Februario menſe Meacum verſus diſceſſit: de quo men-
Iulio audire potuimus nihil, quamuis iter hinc Meacum ſit
uindecim aut ſummùm viginti dierum. Macaenſes verò, cùm
on cõpareret Iaponienſis nauis, ſuſpicati ſunt Taicoſamæ mor-
:m magnas in Iaponia excitaſſe turbas, ac propterea Luſitanos
nercatores, cùm non facilè emptores repeririſſent, hiemaſſe in Ia-
onia, vt tandem, ſedatis tumultibus, merces ſuas quàm optimè
endèrent. Hac Macaenſium ſuſpicione factum eſt, vt eorum ne-
no hoc anno in Iaponiam venerit. Exiſtimabant ſiquidem è re
a non fore, naues antea in Iaponiam mittere, quàm Macaum
ppulſus fuiſſet Iuncus. Sed magno cùm ſuo tum noſtro damno
lſi ſunt Macaenſes: nam Iuncus in Iaponia non remanſit; &
nauis Macao in Iaponiam appulſa fuiſſet, damnum magna ex
arte reſarciuiſſent mercatores, quod Iunci interitu factum fuit.
n Iunco extincti ſunt vectores multi, cum ampliùs ſeptuaginta
uſitanis; nummorum verò aureorum perierunt quadringenta
illia: nos verò & damni participes fuimus; nam optimum Pa-
em amiſimus, & ſimul ſpem maximam, in quam ex ipſius in Eu-
opam profectione eramus adducti, de nouo ad nos mittẽdo, quo
aximè hoc tempore indigemus ſubſidio. Acceſſit ad hoc dãnum

& aliud non leue. Decem Sacerdotes, quos per litteras ex Macaē
Collegio euocabam, (Macai autem conuenire ſolent noſtri, qu
ad rem Chriſtianam in Iaponia curandam certis temporibu
mittuntur) nondum ſunt iter ingreſſi, cùm tamen ipſorum
fuiſſet hoc anno vtiliſſima opera in traducendis idololatris a
Chriſtiana ſacra, & in aliis Societatis noſtræ muneribus, qu
& varia & grauia fuerunt, propter ædium ſacrarum & domorum
noſtrarum ædificationes, frequenteſque ad varias gentes Socio
rum excurſiones. Hoc porrò nos conſolatur, quòd ſciamu
Deum non deſerturum ſuos, quos variis iuuare ſolet modis: qua
re & nobis alia, vt ſperamus, ratione ſuccurret, prout Iaponien
ſium ſalus poſtulauerit. Ad Dei itaq; arbitrium nutũq; nos cōpo
nere debemus, & ab ipſius voluntate omnibus in rebus pendere

Reuerendiſs. Epiſcopus hactenus domi apud nos vixit, & in
poſterum, quamdiu viguerint Taicoſamæ leges, viuet: cùm vero
in Iaponia ſoli Socii ſint Eccleſiaſtici, cogetur nobiſcum habi
tare. In eo habemus præſtantiſſimarum virtutum ad imitandum
domeſticum exemplum; quod nos omnes, vt ad inſtituti noſtr
præſcriptum cum virtute viuamus, impellere meritò debet. Prin
cipibus viris, immo & Chriſtianis omnibus, gratiſſimus eſt: ſingu
laris etenim ipſius humanitas ſuauiſſimiq́ue mores faciunt, vt a
pud omnes ſit honoratus: &, cùm tēpus poſtulat, munere ſuo Pon
tificali fungitur ſanè diligenter.

Cùm hanc ſcriberem Epiſtolam, Nangaſachum venit Auguſti
nus: qui mox ac Reuerendiſs. Epiſcopum non adeſſe intellexerat
ſalutato P. Prouinciali Scichium ad nos venit, & Epiſcopi roga
tu biduum nobiſcum magno cùm ipſius tum noſtro ſolatio ſub
ſtitit. Actum eſt cum eo diligenter de rebus multis, quas commu
ni Chriſtianorum his in locis ſtatui fore ſperamus ſalutares. Hinc
verò diſceſſum maturauit, vt in ſuis terris varias ædificet muni
tiones. rediturum ſe propediem, hoc eſt, antequam effluat dierum
viginti ſpatium, recepit, vt ab Epiſcopo Confirmationis Sacra
mentum accipiat, quod propter feſtinationem nimiam hoc tem
pore perficere non potuit. Deum rogamus, vt cùm Auguſtinum,
tum alios Chriſtianos proceres, in iis quorum nūc potiuntur ipſi
honoribus & dominiis conſeruet.

Quod ad Imperii Iaponienſis ſtatum attinet, quamuis non
omnia, quam optant multi, habeant firmitudinem, tamen ad
tempus aliquod nulla notabilis rerum mutatio timetur. Nã pro
ceres Iaponii omnes, cùm ſint Taicoſamæ maximè obligati, ac
propterea de Imperio conſeruando ipſius filio, qui nunc ſeptimũ
eſt

ſt ingreſſus annum, mirificè ſoliciti, Gieiaſo lubenter obtempe-
abunt, modò is ex Taicoſamæ præſcripto omnia adminiſtret.
Quòd ſi tyrannidem occupare fuerit conatus, ad vnum omnes ip-
obſiſtent, ac propterea bello crudeliſſimo omnis Iaponia arde-
it. Cùm verè Gieiaſus vir ſit prudens, ætatiſque prouectæ; (eſt
tenim natus annos 60.) non facilè in diſcrimen ſe offeret, vt rem
ncertā, periculiq; plenam, magna cum honoris & exiſtimationis
ſuæ jactura conſequatur, maximè quòd de ſua probitate, & in
Taicoſamam fide, optimam Iaponios imbibiſſe opinionem non
gnoret.

Non exiſtimaui eſſe hoc loco prætereundum ſilentio, quòd
nter alia, (vt anno proximo eſt ſcriptum) quæ poſt mortem ſuam
Taicoſama fieri juſſit, hoc ſibi præcipuū fuit, vt, vbi mors in vul-
us emanaſſet, Camus fieret, nominareturque Scinfaciman, hoc
ſt, nouus Faciman, & apud Iaponios, Deus belli. Formam ſum-
tuoſi fani expreſſerat, in quo cadauer ſuum ſepeliri voluit, ſi-
ique perſimilem ſtatuam, cui Iaponii diuinos tribuerent hono-
es, collocari. Sedatis itaque, quos ſuprà commemoraui, tumul-
bus; exædificatum eſt gubernatorum Imperii Iaponienſis iuſſu
elubrum, omnium quæ in Iaponia ſunt (vt narrant qui viderūt)
agnificentiſſimum, ad formæ à Taicoſama præſcriptæ ſimili-
dinem: ac poſtquam in Deorum eſt numerum ſuperſtitioſa
npietate relatus, Camorumque omnium Camus principalis
ppellatus, abjectum & putidum cadauer, ab eo in quo erat
pultum loco, ad nouum hoc fanum eſt delatum; ſtatuaq; in eo
oſita, quam omnes pro Deo colere & venerari debent. Cæterùm
nfelix miſerrimi hominis anima ad ſibi accommodatam apud
nferos ærumnarum ſedem commigrauit, vbi æternis flammis
um dæmonibus excruciata, falſum eſſe magno ſuo malo experi-
ur, quod homo impius, cùm viueret, tamquam veriſſimum mor-
icus defendebat, hominis nimirum animum ſimul cum corpo-
e in morte exſtingui: quæ opinio eſt planè abſurda, humanoque
eneri pernicioſa.

Fuit ſpectaculum hoc contra Iaponios Camos concio in pri-
is vehemens, & maxima veritatis, quam nos tuemur, ſolidaque
onfirmatio. Qui enim inter Iaponios non planè deſipiunt, cùm
nimaduertunt Taicoſamam, hominem auarum, ſordidum, ſu-
erbum, multis flagitiis ſceleribuſque coopertum, Deorum ſuo-
um numero adſcriptum, quamuis multa tētauit in vita quę per-
cere non potuit, & tandem non ſecus atqui mortales alii vitam
niſerit, ſecum ipſi concludunt, & alios Camos, quos Iaponiēſis

 ſuper-

ſuperſtitio Deos eſſe nugatur. homines fuiſſe nobis ſimiles. Paſſim itaque hæ voces in Iaponia audiuntur: Numquid ſunt vera, quæ Patres de Camis noſtris affirmant? Numquid homines fuere vt nos ſumus? His & id genus aliis, in hoc argumento quæ vulgo dicuntur, Chriſtiani in ſuſcepta fide confirmantur, idolorum verò cultores (vtinam ſuo bono) de ſtultitia ſua verecundantur.

Dum eo quo diximus modo inſanirent Iaponii in noui ſui Cami cultu; Chriſto Domino placuit, ipſorum ſtultitiæ nouum opponere ſignum, quo magis ſuæ fœditatis idololatras puderet. Giateuſciri (locus eſt in ea Regni Fingi ora, quam habet Auguſtinus Tzunocamindonus, in quo ſuprà diximus multos Baptiſmo initiatos) Crux in cœmeterio à Chriſtianis fixa, ad quã ipſi orandi cauſa conuenire ſolent, puerulo inter orandum eſt ſplẽdere viſa: à quo cùm alii, qui vnà orabant, hac de re monerentur, & ipſis variæ res circa crucem apparebant. cuius rei fama poſtquam Giateuſcirum & vicina loca peragraſſet, mirum eſt quanta mortalium vis eò confluxerit, vt rem tam inſolitam oculis viderent ſuis. Ex vrbe Arima non pauci, cùm nobiles tum plebeii, ad idem ſpectaculum accurrerunt. Multi cùm primùm ad locum accederent, vnicam cernebant Crucem; poſtquam verò paullulum temporis orationi tribuiſſent, multæ antè & ponè, à dextris & ſiniſtris ipſius Crucis, quæ ſtabilis & fixa permanet, videndæ offerebantur, idque non modò interdiu, ſed & nocturno tempore, ita tamen vt nonnunquam Cruces omnes viderentur magnitudine inter ſe pares, & aliquandò aliæ aliis longiores. Oſtenti huius cauſam nouit Deus, effecta verò Iaponiis perſpecta ſunt ſatis: quorum plurimi, rei nouitate moti, de anteactæ vitę peccatis vehementer dolent, doloremque ſuum vberrimis teſtantur lacrymis, ac, poſt erratorum ſuorum Pœnitentiæ Sacramento expiationem, de vita in poſterum emendanda ſeriè laborant. Ex Gentilibus item non pauci, qui rei huius admirandæ ſpectatores fuerunt, ad Chriſtianam Religionem animum appulerunt.

Reuerendiſs. Epiſcopus poſtquam à viris fide-dignis didiciſſet, quæ circa Crucem acciderunt, re tota cum Patribus diu multumque perpenſa, in eam ſententiam venit, quòd nihil eſſet hoc tempore innouandum, maximè quòd nullum miraculum præter illud, quod iam commemoraui, exſtitiſſet: quare de communi Patrum ſententia conſtituit, vt populus Crucem, vt hactenus fecerat, colere permitteretur; &, ne ipſa Crux diſſiparetur, (ſinguli

ſibi

ſibi partes abſcindebant, quas ſacrarum reliquiarum loco domum aſportabant) in maiore Cruce eſt incluſa, ac ſub tecto, quod quatuor columnæ ſuſtentant, ſic collocata, vt ab omnibus, qui volunt, videri & coli poſſit.

Hæc ſunt quæ in præſens ad R.P.V. ſcribenda duxi. Reliquum eſt, vt cùm R.P.V. tum Socios omnes obnixè rogem, vt ſanctis ſacrificiis & orationibus à Deo nobis impetrent vires, quibus impoſitum propagandi fidem Chriſtianam onus pro dignitate ſuſtineamus; ne meſsis copioſa, quam ante oculos habemus, noſtrâ (quod auertat Deus) culpâ amittatur. E Iaponia, 10 Octobris,

ANNO 1599.

(:·.)

ILLV-

# ILLVSTRISSIMO

DOMINO DON GASTONI SPINOLA COMITI DE BRVAY, EQVITI ORDINIS S. IACOBI, Catholicæ Majeſtatis in rebus bellicis Conſiliario, Sereniſſ. Archiducis Alberti, &c. cubiculario intimo, & hippocomiæ præfecto, Ducatus Limburgen. & terrarum quæ trans Moſam ſunt, Gubernatori, &c.

*IAPONIENSEM ad te, Illuſtriſsime Comes, mitto epiſtolam, quam ſuperioribus diebus ex Italo in latinum verti, cuius lectio tibi (vt certò mihi perſuadeo) gratiſsima erit. Nam omnis hiſtoria te delectat, magnáque tibi adiumento ſuppeditat, vt eum, quem tua ſingulari, qua excellis, prudentia & fide apud Sereniſsimum Principem es conſecutus honoris & dignitatis gradum, cum laude conſerues. Admirabilem rerum Iaponienſium cernes conuerſionem, Chriſtiáq; apud Iaponiqs eccleſiam magnis agitatam procellis, præter hominũ exſpectationem diuino beneficio, pace frui, tyranniq; impia contra Chriſtianos decreta planè neglecta iacêre: Quæ res ſanè hæreticorum fautores, vt in viam redeant, ſempiterniq; Numinis mandatis obtemperent, mouere debet. Qui enim Taicoſa-*

*mæ*

*mæ impios conatus contra Chriſtianos fecit irritos, tranquillitatémq; poſt aliquot annorum ſpacium iis, qui hoc nomine vexabantur, quòd veritati patrocinarentur, reſtituit; nullo poterit negotio hæreticorum furorem comprimere, atque vt omnes, ſumma animorum conſenſione, Dei præpotentis laudes, ad Euangelii præſcriptum, quemadmodum maiores noſtri fecerunt, celebremus, efficere. Teſtari poſſum te in hoc vnum incubuiſſe, & hoc tempore incumbere, vt Sereniſsimi Principis, cuius ſingulari fauore & beneuolentia frueris, auctoritas in Belgio non minor ſit, quā fuit olim aui ipſius, optimæ memoriæ Caroli Quinti Imperatoris. Verùm malis quibus Belgium affligitur non antea imponendus videtur finis, quàm hæretici ſcelerum ſuorum, quas ſunt promeriti, pœnas perſoluerint. Cum hiſtoria coniunxiſti Matheſeos ſtudium, quod & iucundiſsimum eſt, (nulla ſiquidem eſt ſiue ars ſiue facultas ex iis, quæ humano excoluntur ingenio, modò Theologiam excipias, quæ hominem ad ſui amorem ſic alliciat, vt Matheſis) & magnos iis, qui ſeriò in illud incubuerūt, parit vtilitatis fructus, de quibus nūc dicēdi locus nō eſt: Quòd ſi Belgæ, qui in aliis diſciplinis excellūt, diligentē Mathematicis nauaſſent operā, non defuiſſet qui Oſtēdanos ad deditionem coëgiſſet. Verùm cùm nulla in Academiis nobiliſsimis celeberrimiſq; Louanien. & Duacen. ſit publica Matheſeos ſchola, nulliúſque Mathematicis habeatur honos: quid mirum ſi præclara ingenia ad alia, quæ nunc in precio habentur, ſtudia ſe applicent? Nō*

*dubito*

*dubito quin Sereniſsimus Princeps eruditorum viro-rum fautor & adiutor, qui tuo grauiſsimis in rebus vti conſueuit conſilio, ſit te auctore perfecturus, vt in Academiis ſtudium hoc, propter tumultus bellicos magna ex parte neglectum, reuiuiſcat. Et quia mirificè Solariis delectaris, optarem tibi dari facultem videndi horologium, in quo ex vmbra iudicabit, qui ſenſibus fidem omnibus in rebus habendam putat, Solem antemeridianis horis à meridie recedere, & tempore pomeridiano ad meridiem curſum inflectere. Qui Matheſeos eſt ignarus, rem ludicram me ſcribere exiſtimabit, aut certè ſi oculis fieri conſpexerit, quòd ratio certiſsima fieri poſſe docet, per præſtigias ſe falli arbitrabitur. Theologus porrò, in Mathematicis hoſpes, rem hanc tanquam abſurdam repudiabit: Ceterùm ſuum tuebitur veritas locum, & hominum, qui diſciplinas Mathematicas non coluerunt, iudicia nequaquam reformidabit. Eſt & pulchra dignoſcendi horas diurnas ratio ex vmbra hominis in planicie æquata & aprica ſtantis: Verùm cùm Domino Michaële Coigneto nobiliſsimo Mathematico lubenter Doctore vtaris, his de rebus plura ſcribere ſuperſedebo; Concludam ego, te obnixè rogans, vt Epiſtolam hanc Iaponienſem, qua ſoles benignitate, tanquam meæ erga te obſeruantiæ teſtem, accipias, atque vt in hominum*

*manus*

*manus tui nominis auctoritate munita veniat, patienter feras: Ego interim Deum precabor, vt te valentem, virtutibúſque & Sereniſsimi Principis gratia florentem, quàm diutiſsimè conſeruet incolumem. Vale.*

*Antuerpiæ, ex Collegio Societatis IESV,* CIↃ. IↃC. III.

Obſequentiſſimus in Chriſto ſeruus,

*IOANNES HAYVS.*

CHRI-

# CHRISTIANO LE-
## CTORI INTERPRES S.

MONVIT me amicus, in reconditis do-ctrinarum ſtudiis apprime verſatus, facul-tatiſque, (Scientiam, ne apud Peripateti-cos malè audiam, non appello) quam hoc noſtro ferreo ſeculo profitentur illi Pro-uinciarum ocelli & oculi, mundique lumina, (ſimilibus honorum titulis ſe mutuò compellant, qui Antiquita-tem coniecturis ſuis emendant renouantque) non vul-gari cognitione præditus, vt Iapones ſub cum veſtitu Romam ingredi finerem: cui ſum conatus facere ſatis quamuis Pontifice Gregorio XIII. Iaponios legato in ciuitatem Romanam fuiſſe ſuſceptos exiſtimem quare mirum videri non debet, ſi Iapones Roman nonnunquam veſtitu induantur. Hac de re te monitum volui Optime Lector, ne frequens vocis *Dono* ſonu auribus moleſtiam tuis exhibeat. Scire præterea te cu pio, Annales illas litteras, quarũ in hac epiſtola fit men tio, nondum in Europam, ſi non fallor, perueniſſe. T verò tuo commodo, noſtro fruere labore, Deoque m commenda, cuius ope fretus, aggrediar ad res Perua nas; quarum cognitio vt ſpero tibi iniucunda non eri Vale.

ADMO

# VALENTINVS CARVAGLIO, ADMODVM R. P. CLAVDIO AQVAVIVA PRÆPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV.

*Admodum Reuerende in Christo Pater noster.*

PAX CHRISTI.

QVANQVAM exempla mobilitatis rerũ humanarũ, Regnorumque maximè, in omnibus terrarum oris quotidie abundant; creberrima tamen ſunt & clariſſima, quæ nobis Iaponia ſuppeditat. Ac ne longiùs abire, & ex Annalium vetuſtate, turbidorum temporum memoriam, vt me verum dicere confirmem, eruere cogar: talem ac tantam ſumus xperti, his proximis quinque menſibus, (hoc eſt ab Octobri Anni ıɔ. ıɔc, quo ad R.P.V. ſcriptæ ſunt annuæ litteræ, ad Februaum huius anni cıɔ.ıɔc.ı.) apud Iaponios rerum propè omniũ ɔnuerſionem, tot hominum, & imprimis principum virorũ, ſtraes vidimus, vt nos eiuſmodi perturbationibus aſſueti obſtupeſımus. Proceres ſiquidem illi Iaponiæ totius gubernatores, qui ɔntra Daifuſamam (hoc ſibi nomen delegit Gieiaſus) fœdus inr ſe fecerant, (vt in Annalibus ſcriptũ eſt) & quaſi victores omibus lętitiis læti, cũ de hoſte cõmuni, quẽ ab omni Reipub. traatione excluſerant, ſe triumphare exiſtimarent, in eas ſe indueınt miſerias, vt lamentabilis tragœdiæ exemplum poſteritati requerint. Societas porrò noſtra, quæ in Iaponia rem tractat Chriianam, immo & Chriſtiani omnes communem miſeriã ſic par-

ticiparunt, vt in maximum periculum & extremum penè diſcrimen adducti fuerint. Sed Deus, ſingulari ſua erga nos providẽtia, ſic Eccleſiæ huius navem variis bellorum procellis tempeſtatibuſque exagitari permiſit, vt ipſa perſtiterit ſalua, & nunc, poſtquam reddita eſt malacia, meliori, vt ſperamus, erit loco, quam antea fuerat. Et certè res noſtræ melius ire incipiunt, quam putabamus: quare in ſpem maximam, &, vt confidimus, veriſſimam adducti ſumus, damna, quæ nobis attulit communis belli calamitas, magno cum emolumento propediem reſartum iri. Hoc verò faciliùs intelligetur, ſi belli inter Iaponios Principes exitum (cuius initium eſt factum, cùm annuæ litteræ ſciberentur) breuiter ſtrictimque deſcripſero, vt inde ad alia particulatim narranda mihi ſcriptionem transferre liceat.

Ardebat omnis Iaponia ciuili bello, in duas factiones diuiſa; quarum vni præfuerunt Nouem viri Regni Adminiſtratores, aliique complures viri principes; alterius verò factionis caput fuit Daifuſama, qui in ſuis Regnis Quãto conſiſtens, bellum faciebat Cangueraſo, qui fuit ex Adminiſtratoribus. Cogitauerant quidẽ Adminiſtratorum partes qui ſequebantur, aditus omnes quibus Meacum itur occupare, vt hac ratione hoſti ſpes omnis eò cum exercitu reuertendi adimeretur. Vt autem cogitata perficerent ſua, maximam copiarum ſuarum partem coëgerunt in Regnis Iſci & Mino, quæ Voari attingunt Regnum, in quo erat vna ex optimis totius Iaponiæ munitionibus, eo fine vt Regni illius potirentur. Cæterũ magnates illi, qui cum armata multitudine Cangueraſo erant obuiam profecti, Daifuſamæ promiſerant, ſe Voari verſus ituros, modò is belli duces cohorteſq; ſimul mitteret, quo faciliùs, vbi ad munitionem Voari perueniſſent, hoſtem reprimere, & viam qua Meacum Voari itur liberam conſeruare poſſent. Non fuit Daifuſama in ſubſidio cùm ductorum exercitus tũ militum mittendo negligens, nam breui temporis ſpacio, in munitione illa numerabantur militum triginta millia, quibus nulla eſt data quieſcendi facultas, continuò enim educti in munitionẽ Guifu ſumma cum celeritate irruerunt. Toto autem hoc belli tempore Daifuſamæ milites ſummam in exequendis Ducis ſui mandatis adhibuerunt celeritatem, quippe quòd ab vnius hominis voluntate penderent omnes: contrà verò apud hoſtes, qui à multis regebantur, nihil niſi tarditas & procraſtinatio. Cùm enim Adminiſtratores deliberarent, & multa inter ſe diſputarent, rei bene gerendæ occaſio è manibus elabebatur. Eſt porrò munitio Guifu in Regno quod Mino vocatur, cuius Dominus fuit ad-

eſcens Chriſtianus, annos natus duos & viginti, Ciunangodono
omine, (de quo in Annuis eſt ſcriptum) Nobunangæ nepos. Hic
tempore procul erat ab hoſtium metu, neſciebat enim tantam
ſe Voarenſium militum multitudinē, quantam poſtea ſuo dam-
ſenſit. Sciebat autem bonam exercitus Adminiſtratorum par-
m in proximo Regno Iſci tria occupaſſe loca, quæ antea pro
aifuſama ſteterant, & Gibunoſcio cum ſex aut ſeptem militum
illibus in eodē Regno maiorē in horas ſingulas expectare nu-
erum, vt in eam Voari partē, qua à Regnis Iſci & Mino attingi-
r, irrumpere poſſet. Cæterùm cum Adminiſtratorum factio cū
ando bellum duceret, Voarenſis, vt eſt dictum, exercitus in Re-
um Mino irrupit, & poſtquam ad munitionem Guifu appro-
nquauit, ita vt in exercitus ipſa cōſpectu eſſet, in valle ſunt col-
cati milites vicies mille, qui propter interiectū mōtem ab iis,
ii in munitione erant, nō videbantur. Quingenti aut ſexcenti in
ſpectum præſidij venerunt, quibus data fuit cura loci ſitum ex-
orandi, quos cùm vidiſſet Ciunāgodono, (qui falsò ſibi perſua-
at non adeſſe plures iis, quos ipſe conſpicabatur) præſidium e-
xit, ac magna impreſſione in hoſtem irruit, qui de induſtria ſe
detētim recepit, quoad Ciunangodono in medium inſidiarum
currit, vbi redintegratū eſt prælium. Sed cùm tantæ hoſtium
altitudini præſidium reſiſtere non poſſet, ſe ad munitionē ſuam
cepit, quod tanta celeritate fieri non potuit, quin multi ab in-
quente hoſte, qui vnà cùm ipſo præſidito munitionem ingreſ-
eſt, cęderentur. Ciunangodono, qui difficulter in turrim aufu-
rat, obſidentium multitudine oppreſſus, ſe tandem dedidit ho-
, a quo ad munitionem Voari eſt amandatus. Exercitus victor,
ſtquam captæ munitioni de firmo præſidio proſpexiſſet, ad a-
m, in qua erāt Gibunoſcio, contendens, in via caſu in bis mille
ius milites incidit, quos omnes occiſione occidit, vt & alios
lle, quos in eadem itidem via offenderat.

Dum hæc gererentur, ad munitionem Gibunoſcio peruenerūt
Saſſumæ & Auguſtinus Tzunocamindono cum militibus a-
uot, qui hoſtem adeſſe intelligentes, omni qua potuere feſtina-
ne militem ſuum in vnum locum contraxerunt, & ad duo paſ-
um millia progreſſi ad ripam fluminis, vt hoſtem à progreſſu ar-
rent, ſubſiſtendum iudicarunt. Cùm hoſtis militem ducesq; ex
xillis cognouiſſet, ſe loco continuit, ac de flumine trajiciendo
ntentiam mutauit, ſciebat quippe ſibi fore negotium cum ſtre-
is ducibus, quos tanto ſe exercitui paucis ſtipatos militibus nō
ilè oppoſituros iuſtigabat: ac propterea cohortes multas in in-

 ſidiis

ſidiis collocatas ſuſpicabatur, quare ad alteram fluminis ripa
& ipſe conſtitit.

Cainocamo hoc eodem tempore, cùm è Daifuſamæ partibu
ſtaret, ad parentem ſuum Quambioiendono principem Chriſtia
num, vt domeſticorum vnus expeditus nauigio proficiſceretur, e
fecit, qui ei renũciaret, quę ad eam horam in iis, quibus ipſe era
locis geſta eſſent omnia. Nuncium accepit Quambioiendono, c
in Regno Bugen militum haberet octo millia, quæ, poſtquam to
tius vitæ feciſſet ſacerdoti peccatorum ſuorum confeſſionẽ, edu
xit verſus Bungenſe Regnum, quod Daifuſamæ hoſtes tenebant
Miſerant & Adminiſtratores in idem Bungenſe Regnum, Franci
ci quondam Bungenſis Regis filiũ, (qui aliquot annis Meaci Ta
coſamæ iuſſu detentus fuerat) vt is tanquam legitimus Regni i
lius dominus faciliùs Quambioiendono impetum à ſuis clienti
bus propulſaret. Hic nouus Bungi Rex, cùm militũ quatuor mi
libus vix Bungo peruenerat, cùm de Quambioiendoni aduent
certior fieret, ad manus eſt continuò ventum, captus eſt Rex, & ca
ptiuus ad munitionem Bungen ablegatus. Milites porrò ipſiu
non pauci in conflictu ceciderunt. Victor autem paucis diebus
niuerſum propè Bungo Regnum in ſuam redegit poteſtatem.

Dum Quambioiendono in occupando Bungo Regno detine
retur, Canzviedono, mediæ partis Regni Fingo dominus, parti
odio, quo inſectabatur Auguſtinum Tzunocamindono, incenſu
partim itẽ, quia Daifuſamæ partes ſequebatur, in eam Fingo pa
tem inuáſit, quæ Auguſtino parebat, cũctaque ferro igniq; ſu
jiciens, ad præcipuam Auguſtini munitionem, cui nomen eſt Vt
obſidendam rectà perrexit.

Cùm in his Regnis eſſent omnia, Quambioiendono & Can
viedono opera, bellicis tumultibus plena, Domini nouem R
gnorum Scimò in factiones ſunt diſtracti, aliqui ſe pro Daifuſ
ma ſtare ſunt profeſſi; alii adminiſtratoribus adhæſerunt, no
nulli neutram in partem propenderunt, ſed ἀδιάφοροι permanſ
runt. Arimandono & Omurandono ab Adminiſtratoribus mon
ti, vt cùm ſuis cohortibus Meacum venirent, tantum abeſt quò
eis paruerint, vt Quambioiendoni exemplo ſe ad Daifuſamę pa
tes adiunxerint. Qua in re ſummam Dei prouidentiam agnoſc
mus, nam hac rátionẽ hi Principes nõ modò ſeipſos, verùm & r
liquos his in locis Chriſtianos clientes ſuos, ab omni pericu
bellique calamitate conſeruarunt.

Cùm hic eſſet nouem Regnorum Scimo ſtatus, Adminiſtr
tores, qui multis in locis diſperſum habebant exercitum,

il intentatum reliquerunt, vt eum in Regno Mino congre-arent, quod & fecerunt. Conuenerunt ergo ad octoginta ominum millia, quorum opera omnis, qui iis in locis pro Daifu-ma erat, exercitus paucarum horarum ſpacio extingui & fundi-is deleri poterat. Sed tam exigua fuit Adminiſtratorum inter ſe onſenſio, vt totis triginta diebus ne ſemel quidem in hoſtilem ercitum, qui nō attingebat numerum triginta millium, impe-m fecerint. Daifuſama verò diſpoſitis ritè omnibus ad bellum ontra Cangueraſo (non contemnendo exercitui filium ſuum æfecit, qui Cangueraſo obſiſteret) in Regnum Oari cum reli-uo milite abiit, quod præter aduerſariorum expectationem ac-dit, qui exiſtimarunt Daifuſamam militem habere nō potuiſſe, ui Cangueraſo, quem in armis eſſe probè nouerant, reſiſtere, & mul hoſtilem in ſuo Meacum reditu injuriam propulſare poſſet. d Daifuſama, ne tempus inutiliter tereret, eodē quo Oari per-enit die, ſe cum militibus, qui in Mino erant, coniunxit; adeò vt ercitum haberet quinquaginta millium, & poſtridie eius diei, m hoſte prælium commiſit, quod vix inchoabatur, cùm nōnul-qui hactenus putabantur Adminiſtratorū partes ſequi, ad Dai-ſamæ exercitum tranſierunt. In his fuit Ciunangondono nepos oris Taicoſamæ, à quo Regnum Cicugen acceperat. Item tres ij proceres, nō quidem ex opulentiſſimis, qui arma verterunt in dminiſtratorum exercitum, in quo eſt mox de proditione exor-s clamor, quem ſecuta eſt ordinum perturbatio. Milites item orindono (qui nouem Regnorum erat Dominus) ſe ex loco nflictus ſine pugna receperūt. Proſtrato itaque breui temporis icio Adminiſtratorum exercitu, victoriam reportauit Daifuſa-a, cuius hoſtes nō pauci interierunt, quorum aliqui ſibi ventres nſciderunt, alii verò in victoris poteſtatem viui peruenerunt, in ibus numerabantur miſer Gibunoſcio, qui propter animi im-cillitatē (quod ipſe poſtea faſſus eſt) nō fuit auſus ſua manu ſibi am exhaurire, & Auguſtinus, qui nulla timiditate ſe tāto ſcele-ſibi manus afferendi abſtinuit; (quāvis Iaponij eos ignauiæ cō-nent, qui in ſimilibus cōſtituti miſeriis vitam ſibi nō auferunt) rùm in Chriſtianā, quam ipſe profitebatur, legem ne peccaret. Daifuſama poſt fuſum fugatumque Adminiſtratorum exerci-n, ne victoriam labore & induſtria ſua partam amitteret, mu-ionem vnam in Regno Mino occupauit, & aliam nomine Sa-iama, cuius Dominus erat Gibunoſcio, in Regno Omi: Huic initioni præerat Gibunoſcii frater, qui poſtquam theſaurum litibus diſtribuiſſet, ac fratris vxorem, filiumque, propriosque

MM 3 natos,

natos immani quadam barbaria necaſſet, munitionem incendit ſibique ventrem ſcidit.

Progreſſus eſt Daifuſama cũ exercitu verſus munitionem Ozacã, in qua degebat Morindono, qui eo tempore eundem tenebat honoris gradũ, quẽ antea habuerat Daifuſama, (præſidis quippe concilii publici, quaſi Adminiſtratorum caput, officio fungebatur) in iiſdemque morabatur ædibus, quas ante exortum bellum incoluerat Daifuſama. Erat tunc temporis Morindono nouẽ Regnorum Dominus, præeratque principali, totius Iaponiæ loco, in ſuaque habebat poteſtate cùm theſaurum tum filium Taicoſamæ, & omnium principum virorũ obſides, etiam eorum qui Daifuſamam ſequebantur, ac præterea ex ſuis Regnis militum quadraginta millia. Denique commeatus aliaque ad multorum annorum bellum neceſſaria ipſi abundè ſuppetebant, & nihilominus cõtinuò ac intellexit ſuæ factionis exercitum a Daifuſama profligatum, adeò fuit metu obſtupefactus & perterritus, vt confligere cum hoſte, ipſiuſque vim propulſare, ne cogitarit quidẽ; & quod mirum eſt, ad ſua Regna, cùm tamẽ facilè potuiſſet, ſe nõ receperit, neque hoſti pacis cõditiones vllas propoſuerit, ſed vt homo mente inops, & inſanorum inſaniſſimus, cum omni ſuo comitatu egreſſus munitione Ozaca, latère cogitauit extra eam in villa ſua magnificè exædificata, ibique ſe hoſtis ſui voluntati ſubmittere. Facilè itaque Daifuſama recuperauit amiſſam munitionis Ozacæ poſſeſſionem, & paucis poſtea diebus totius propè Iaponiæ imperio potitus eſt. Verum quidem eſt, Cangueraſo in remotiſſimis Quanto oris nõdum ab armis diſceſsiſſe, ſed & ipſe, vt putatur, tandem manus dabit. Rex item Saſſumæ necdum cum Daifuſama ſuſceptas depoſuit inimicitias. Is pro Adminiſtratoribus prælio acriter decertauit, & cùm victoriam è manibus ſuæ factionis excidere animaduertit, incredibili fortitudine cum ſexaginta ſuis militibus viam ſibi per medios hoſtes nequicquam obſiſtentes ferro patefecit, ac ſanus & ſaluus ex cõflictu euaſit, & quingẽtis circiter militibus comitatus ante Daifuſamã peruenit Ozaca, vbi nemine ſibi auſo reſiſtere, nauigia accepit neceſſaria, quib⁹ cũ ſuo comitatu omni nauigauit Saſſumã, quæ ducẽtis leucis Ozaca diſtat, ac ſe cõtra omnem vim ſic muniuit, vt nõ facilè a Daifuſama expugnari poſſit. Ceterũ hoc nũc ſcitur, eũ tãdẽ æquis cõditionibus & honeſtis pacẽ facturũ. Quare Daifuſama omniũ, qui hactenus Iaponiæ Dominatũ obtinuerũt, erit maximus. Nã Morindono ſeptẽ abſtulit Regna, in quibus ſunt argẽti venæ, duo tantũ nouẽ ei relinquẽs, quæ tẽporis progreſſu putatur occupaturꝰ. H

bet præterea idem Daiſuſama octo ſua Regna Quanto, cum omnibus prouinciis, quæ olim fuerunt Taicoſamæ. Certum præterea eſt, eundem potentia ſuperaturum omnes, qui ante ipſum Tenzæ imperium occuparunt; adeò vt libere quicquid volet perficere poterit, nullus enim ſe ipſius conatibus opponere audebit, ipſe verò neminem formidabit. At Taicoſama cùm ipſius Daifuſamæ cum Morindono, qui multis Regnis imperarunt, rationem coactus fuit habere maximam.

Cùm hic eſſet rerum Iaponicarum ſtatus, quantum damni fecerit Societas noſtra, immo omnis qui his in terris eſt Chriſtianus populus, oratione perſequi nõ eſt facile, vt nihil dicam de laboribus & moleſtiis, quas bimeſtri ſpacio ſuſtinuimus. Nam cùm Auguſtinus, omnium qui in Iaponia ſunt Chriſtianorum facilè princeps, cum Daifuſamæ hoſtibus fœdus feciſſet, partim vt veteris, quam cum Gibunoſcio habebat, amicitię munus expleret, partim aliis iuſtis de cauſſis, quæ infra commemorabuntur, omnes timore fuimus magno perculſi, ne propterea exiſteret Daifuſama nouus Chriſtianorum afflictor, & Iaponienſem eccleſiam, præ cæteris, qui eam hactenus afflixerunt, inimicè inſectaretur. Et certè nõ ne acerbiſſimo animi ſenſu & dolore periculum, quod Chriſtianis imminebat, iis maximè, qui commorabantur in Regnis, quorum domini contra Daifuſamam ſteterant, ante oculos noſtros quotidie verſabatur.

Vt porrò de iis, quæ nobis hoc bellum attulit, detrimentis aliquid dicam; ordiar à Regno Mino, cuius dominus fuit Ciunagōnono Chriſtianus, cuius exemplo permoti Regni illius viri principes, equiteſque nõ pauci, Chriſto nomina dederant. In munitione Guifu anno ſuperiore exædificatum fuit tẽplum ſanè præclarum & dignitatis plenum, nõ ſine ſpe traducendi ad Chriſtiana ſacra omnes Regni huius incolas. Hanc porrò munitionem, vt ſuprà eſt dictum, cùm finitima eſſet Regnis, quæ Daifuſamæ parebant, omnium primam occupauit Daifuſamæ exercitus. Ciunagondono, Regno ſuo deturbatus, fortuniſque ſpoliatus, in locum bonziorum Coia nomine, in quem ſe recipere ſolent proceres, qui è poſſeſſionibus ſuis ejiciuntur, tanquam in exilium eſt detrusus. Et quoniam Iaponiorum eſt lex, vt cùm Regem aliquem Regno ſuo contingit ſpoliari, proceres omnes, & nobiles ipſius vectigales, omnium ſuarum fortunarum iacturam faciant; nõ dubium eſt, quin Nobilitas omnis, quæ Chriſtũ Dominum in Regno Mino colit, multas perpeti ærumnas cogatur.

Proximè hos, qui maximum acceperunt detrimentum, ſunt

Chriſtiani, qui in Regno Bigen degũt, cuius Pro-rex quaſi & Ad. miniſtrator fuit Ioannes Acaſcicamon Chriſtianus, domini Regni huius cognatus. In munitione principali, in qua erat Regis domiciliũ, numerabantur Chriſtianorum millia tria, quorũ præcipui erant ipſi Regi ex domeſticis & intimis familiaribus. Immo de ipſius Regis Regnique totius ad Chriſti eccleſiam acceſſione ſpem habebamus maximam, propter ſummũ, quo nos ipſe Rex réſque noſtras complectebatur, ſtudium, ſed ipſe in prælio extinctus eſt. Nobiles autem ipſius vectigales, qui Chriſtum colebant, ſunt aut in conflictu cæſi, aut qui ſalui ex prælio euaſerunt, vitam nunc in egeſtate degunt, cùm agris, quos à Rege ſuo acceperant, tum penſionibus ſpoliati.

Similibus ſunt incommodis affecti Chriſtiani Corumi in Regno Cicũgo, Nam Findeçani & ipſe Chriſtianus, Corumi (in quo erant Chriſtianorum millia ſeptem) dominus, cùm eſſet Morindono aut patruus aut auũculus, (vox Italica Zio vtrumq; ſignificat) Adminiſtratorum partes tuebatur, ac propterea de gradu ſuo eſt deiectus, huius vxor Donna Maxéria, filia optimæ memoriæ Franciſci Regis, erat in munitione, cùm milites Daifuſamæ in eius venirent poſſeſſionem, quæ opera Chriſtiani (qui & militum erat doctor, & frater Quambioiendono) a furore gentilium defenſa, & in loco tuto conſtituta, ex non leui periculo euaſit. Sunt itaque hoc tempore Chriſtiani Corumi, rerum omnium egentiſſimi, quorum templum eſt planè dirutum.

Socii item noſtri, qui erant in munitione Firoſcima, quæ eſt caput Regni cui imperabat Morindono; ſingulari affligebantur calamitate. Continuò ſiquidem ac fuit cognita Morindono aduerſa fortuna de amiſſione Regnorum ſeptem, Bonzii aliique Idololatræ tantum ſuo principi propterea accidiſſe malum aſſeuerabant, quòd Societas noſtra in ipſius commoraretur terris, quę opinio ſic prouinciam illam oppleuit, vt Chriſtiani, loci illius incolæ, Patrem noſtrum, qui rem Chriſtianam tractabat, obnixè rogarint, vt ſe Nangaſachum reciperet, quoad Bonziorum furor reſideret. Idem Patri verbis ſuis renunciari iuſſit Saſſedonus, cui totius prouinciæ demandata fuit cura, immo & P. Viſitator, poſtquam rei ſtatũ intellexerat, litteris, ad Patrem illum ſcriptis, ſe in eandem veniſſe ſententiam eſt teſtatus. Coactus ergo Pater Firoſcimam deſerere, vt ſe à certiſſimo, quod ſibi a Bonziis imminebat, vitæ periculo eximeret, eſt mare ingreſſus, vbi maiora quã antea adiit vitæ diſcrimina, nam ex piratarum, qui id tẽporis mare illud infeſtabant, manibus elabi vix potuit.

Pericu-

Pericula verò & conuicia, quæ noſtri Amangucci ſuſtinuerũt, cognoſci poterunt ex litteris Patris, qui ibidem eodem reſidebat tempore, ad P. Pro-prouincialem ſcriptis, quarum partem hîc adſcripſi. Talia, inquit, extiterunt pericula, vt in ſimilibus me aliquando fuiſſe non meminerim; vt R. V. ſociorum malis & ærumnis miſericordia moueatur, ex variis quæ nobis euenerunt incommodis, vnum aut alterum cõmemorabo. His in locis ſparſus erat rumor, nos eſſe adeò vecordes, vt cogitaſſemus nos vita priuare; qui ſic eſt auctus, vt aliqui eum nobis tanquam rem certiſſimam renũciare non dubitarint. Et quanquam rem planè abſurdam flocci fecerimus, Dei bonitate nixi quòd huic malo eſſet medicinam adhibiturus; tamen cùm triſtis, nihilominus falſa, de Morindono Regni huius domino, quaſi ſibi ventrem ſcidiſſet, Amanguccium fama perueniſſet, ac propterea in magna rerũ omnium vrbis huius ciues perturbatione verſarentur, rectà domum noſtram venit ex vrbis Gubernatoribus vnus, qui ante illud tempus apud nos fuerat nunquam. Is certiſſimè eo putatur veniſſe fine, (quod & nos ex certis iudiciis deprehendimus) vt nos omnes mactaret. Ego porrò in re hac aſperrima, Dei beneficio, cum præſenti vſus animo & conſilio: Poſtquam domeſticos omnes ipſſem breuiter adhortatus, vt ſe ad mortem pro Chriſto Domino oppetendam pararent, ipſi Gubernatori obuiam proceſſi, aliquantulumque temporis tum cùm ipſo tum cum ipſius comitibus collocutus, cum pace ſum ab ipſis diſcedentibus dimiſſus. Mihi ſanè exploratum fuit, Dominum ipſius mentem voluntatemque mutaſſe: nam quî fieri potuit, vt tempore tam calamitoſo idolorum cultor, qui antea domũ noſtrã erat ingreſſus nunquã, ad nos alio quàm malo animo veniret.

Hoc timore vix liberati, in nouas maioreſque adducti ſumus anguſtias. Renunciatum ſiquidèm fuit nobis, aut nocte eadem aut primo diluculo Socios ad vnum omnes à maleuolis quibuſdam mactandos eſſe, quare denuo noſtros ſum adhortatus, vt ſe ad mortem compararent, ac confeſſionis ſacramento animi maculas eluerẽt. Nocte itaque tota cum nullũ cepiſſemus ſomnum, albeſcente die rem diuinam feci, ſociiſque omnibus ſanctiſſimũ Euchariſtiæ ſacramẽtum dedi: at nõ ſatis fuimus idonei, qui martyrii lauream conſequeremur. Cùm his cõficeremur angoribus, Ozaca huc venit Niſcimangobioio iuratus noſter hoſtis, qui timorem iam propè depulſum renouauit: Sed Dei paterna erga nos prouidentia eſt factum, vt præter noſtram opinionem proſpere nobis ipſius aduentus euenerit. Sociũ equidẽ noſtrum Antonium,

quem miſeram vt eum ſalutaret, accepit humaniſſimè, eique pro-
lixè de ſua erga nos voluntate promiſit, non minus, quam ſi ordi-
nis eſſet noſtri amiciſſimus. Hæc ſunt quæ ex litteris Patris de-
ſcripſi.

Similia multa commemorare licet incommoda, quæ luculen-
ter labores & pericula teſtantur, in quibus verſantur ſocii, qui in
Iaponia turbulentis temporibus degunt. Poterunt ſanè Domino
dicere: *Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occi-
ſionis*, cùm in maximo & cõtinuo timore, Chriſtiani nominis ho-
ſtes, à quibus jugulandos ſe putant, exſpectent. Quòd ſi quæ iam
commemoraui incommoda, tanquam res nullius ponderis con-
tempſerit aliquis, quod nunc ſubjiciam, diligenter cum animo
ſuo perpendat. Cùm Canzviedono arcta obſidione (vt ſuprà nar-
rare cœpi) cinxiſſet munitionem Vto, Socii quinque in ea e-
rant, qui Chriſtianis tam periculoſo tempore Euchariſtiæ & Pœ-
nitentiæ Sacramenta miniſtrarent. Milites porrò eorumque
duces, qui omnes Auguſtino parebant, (nam & ipſe munitionis
Dominus erat) tam ſtrenuè ſe tuebãtur, tantiſque damnis hoſtem
afficiebant, vt Ganzviedono deſperarit ſe armis munitionem
hanc poſſe in ſuam redigere poteſtatem, & quia ſine ſummo dede-
core & periculo obſidionem ſoluere non poterat, vehementer cu-
piebat inire rationem, qua obſeſsi de heri ſui Auguſtini morte cer-
tiores redderentur, quo faciliùs, quam armis non poterat, ho-
neſtis conditionibus munitionis deditionem obtineret. Obſidio-
nis initio inter milites omnes conuenerat, vt qui ab hoſte aut lit-
teras aut nuncium acciperet, peccati ſui pœnã morte lueret, hinc
factum eſt, vt ſagittæ omnes ab hoſte in munitionẽ immiſſæ, qui-
bus alligatæ erant litteræ, in ignem cum litteris nõ reſeratis con-
jicerentur. Cùm hic eſſet obſeſſorum ſtatus, de Auguſtini heri ſui
morte vel rumor minimus ad eos peruenire non potuit. Tandem
Ganzviedono in mentem venit, vt P. Viſitatoris opera, ad id quod
perficere conſtituerat, vteretur; ad ipſum ergo, qui tunc Nanga-
ſachi erat, litteras dedit, rogans vt ex ſociis aliquem ad Auguſti-
ni milites mitteret, qui ipſis indicarent Tenzæ ſtatum, quæque
ſuperioribus diebus in prœlio accidiſſent; & proinde pacem in-
ter partes diſſidentes conciliaret. Vt verò ſui fieret voti compos,
Sociis eſt atrociter minitatus, ſi P. Viſitator ipſius poſtulationem
repudiaret, contrà verò, ſi eidem acquieſceret, multa eſt prolixè
pollicitus. Et quamuis magno tenerentur Socii deſiderio, poſt-
quam è viuis diſceſſiſſe Auguſtinum intellexerant, vt concor-
dia conſtitueretur, eiuſmodi tamen occupationibus ſe implicare

nolue-

noluerunt. Quare apud Canzviedono ſe excuſarũt, cùm Religioſi eſſent, & hanc vnam ob cauſam in Iaponiam veniſſent, vt Euangelii lucem Iaponii aſpicerent, & qua in cœlum rectà itur viam eis traderent; ab inſtituto ſuo alienum eſſe res bellicas curare, atque adeò tanquam ſequeſtres, militibus obſeſſis auctores fieri, vt munitionem hoſtibus traderent: Hoc enim ſi facerent, Iaponii proceres ſuſpicarentur Socios ſemper ea tractare, quæ ad rerum ciuilium ſtatum pertinerent. Excuſationem non accepit Canzviedono, quem cæcum reddidit vehemens, qua tenebatur, occupandi munitionem cupiditas: Verùm ira percitus, Socios, qui Vti erant, gladio ſe confecturum, omneſque qui in Iaponia erant apud Daiſuſamam, tanquam ipſius inimicos, vtpote quorum conſilio non dederetur munitio, poſtulaturum eſt minatus, effecturum denique vt ad vnũ omnes, quaſi Imperii Iaponienſis hoſtes, in exilium ex omni Iaponia ejicerẽtur. Sed falſus eſt Cãzviedono nimio tunc animi motu perturbatus, vt poſtea ſedatior factus perſpicuè cognouit. Nam toto hoc obſidionis tẽpore, Sociorum fuit nemo, qui aut conſilio aut alia quauis ratione rem curauit bellicam, ſed omni ſtudio & labore hoc vnum ſpectarunt omnes, vt Chriſtiani milites virtutibus excolerent animos, quare aſſiduè occupabantur, aut Deum ſupplices orantes, vt Chriſtiani in ſummo conſtituti periculo, ſarti tecti conſeruarentur, aut ſeipſi flagellis cædentes, vt Dei iram cùm propter ſua tum propter aliorum peccata cohorti imminentem auerterent, aut mortuorum cadauera terræ mandantes, iis etiam in locis, quę ſine vitæ periculo adire non licebat propter globulorum, quos hoſtes ex tubis ferreis (qui Sclopi paſſim nominantur) in munitionem conjiciebant, ſine intermiſſione frequentiam, aut denique aures iis, qui peccata ſua Chriſtiano ritu cõfitebantur, dantes, & à peccatis pœnitentiæ Sacramẽto expiatos, ſalutari Euchariſtiæ Sacramento reficientes. Hæ erant toto obſidionis tempore Sociorum aſſiduæ occupationes, nam milites ex ſuis ſtationibus veniebant ad templum armis ſuis tecti, quibus ad propugnationẽ munitionis redeuntibus, qui erant in excubiis, ſe paululum ad eandẽ ſacrã ædem recipiebant. Hoc itaque modo eſt factum, vt neq; deeſſent, qui inſultantem hoſtem comprimerent, neque ſalutariũ Sacramẽtorum vſu propter bellicas occupationes ſe abſtinere cogeretur vllus. Videre licebat milites, cœleſti pane, qui eſt fortiũ cibus, paſtos, non ſecus ac leones, nullũ reformidare mortis, quã intentabat hoſtis, periculum: verũ animo magno & forti, vt viros ſtrenuos decebat, quod vnicuique erat præſcriptũ officii
munus

munus fortiter ſuſtinere. Quotidie in eorundem gratiam ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, magna ipſorum voluptate commodóque, à nobis eſt factum.

His animorum adjumentis impulſi milites Auguſtini, munitionem cùm noctu tum interdiu ſtrenuè defendebant; ſumma enim inter ſe beneuolentia conjuncti, pro hero ſuo, quem vnicè amabant obſeruabantque, lubẽter mortem oppetiuiſſent omnes; neque ab hac ſententia antea deduci potuerũt, quàm ex Auguſtini domeſtico omnibus noto, qui Vto venerat, aduerſum prælii euentum, & Ozacam in hoſtium eſſe poteſtate, Auguſtinumq; gladio percuſſum interiiſſe, intellexerunt. Quæ vbi à pręſidio fuerũt cognita, de pace agendum judicatum eſt, maximè cùm milites herum non haberent, pro quo confligendum eſſet. Multis verbis vltro citróque habitis, tãdem certis cõditionibus, quas Canzviedono confirmauit, pax facta eſt, munitioq; Vto ipſi tradita: Huius præſidii exẽplũ ſecuti alii Auguſtini clientes, reliquis eius munitionibus Canzviedono ceſſerunt, in his fuit illa, quæ Giateuſciro nominatur, cuius præfectus ſummus Religionis Chriſtianæ cultor (nomen ei Mimazaca) ex intimis erat Auguſtini. Is quidem conſtituerat potiùs mori, quàm ſe hoſti dedere; Verùm ne omnem, qui iis in locis verſabatur, Chriſtianorum cœtum in ſummas conjiceret miſerias, ſententiam mutauit: & re vera tanto Mimazaca amore ciues ſuos proſequebatur, vt cũ ipſis ſupremum diceret, lachrymas tenere non potuerit; nam eos deſerere cogebatur, qui opera & labore ſuo Chriſtianam fuerant amplexi fidem, quibus & multa exædificauit templa, & ſalutaria, quę pietatem promouerent, monita non pauca dedit. Magno prætereà flagrabat ardore & ſtudio, erga puerulorum in ediſcendis Chriſtianæ doctrinæ principiis progreſſum: nam cùm eos fidei dogmata recitantes audiret, ingenti perfundebatur voluptate, adeò vt præ lætitia lachrymaretur; vtque ipſis animos adderet, vnà doctrinæ Chriſtianæ laudes decantabat. Nonnunquam verò, quo magis ipſos in hoc memoriæ mandandi præcepta Chriſtianæ Religionis ſtudium incitaret, apud ſe pomeridianis horis cibum capere immo & cœnare voluit. Cùm in conclaui ſuo, quod ſoli honoratiores viri ingredi conſueuerant, his puerulis conuiuium inſtruxiſſet, & à quibuſdam rogaretur, cur puſillos pueros tanto dignaretur honore, Reſpõdit, quia Angeli eſſent Dei, cùm in terris facerent, quòd cęleſtes mentes in cœlis. Sæpius domo egrediens, à puero ſuo honorario comportari ſaccum voluit, in quo erant imagines, Roſaria, orbes cerei à ſummo Ponti-

fice

ſtæ bendicti, pannoque ſerico affabre veſtiti, & id genus alia, quæ ad promouendã Chriſtianam pietatem vſui eſſe poterant, quæ ſua manu Chriſtianis diſtribuebat, quod cùm faceret, (vt ex ipſomet intelleximus) maximo voluptatis ſenſu afficiebatur, cũ præſertim Chriſtiani importunè hæc pietatis incitamenta non modò verbis peterent, ſed & ipſius trahentes veſtes, vt aliquid harum rerum acciperent, cupidè inſtarent. Cùm equo veheretur, incidit in Chriſtianum, in periculo neſcio quo ſanctiſſima nomina, IESVS & MARIA, clara voce pronunciantem, quibus auditis continuò ex equo deſiliit, ac magna cum feſtinatione in genua ſe projecit. Cumque rogaretur cur hoc feciſſet, reſpondit, quia ſuperioribus annis in illis terrarum oris non alia quàm Dæmonum audiebantur nomina. Cùm verò hoc tempore Chriſtum Dominum ſanctiſſimamq; ipſius matrem nominarent paſſim veritatis cultores, diuinæ majeſtati ſe quas poterat maximas egiſſe gratias. Ex his & aliis id genus, quæ in annuis ſunt perſcripta, litteris facilè quiuis perſpicere poterit amoris, quo vir hic nobilis, loci illius Chriſtianos complexus eſt, magnitudinem: ac proinde quantum ipſis attulerit dolorem optimi viri ex munitione digreſſus, quem lugubri lamentatione diu multumque ſunt proſecuti.

Conſcendit Mimazaca cum conjuge & filio, aliiſque non paucis, quorum omnium ſumma erat capitum mille quingentorum, ac tandem ſaluus ad portum Regni Saſſumæ appulit (nam in hoc Regnum, cùm Canzviedono nihil confideret, ſe recipere conſtituerat). Vbi autem intellexerunt Bonzii, in ipſius comitatu eſſe Societatis patres, ſeditionem excitarunt, minitãtes ſi è naui egrederentur, ipſos tali modo excipiendos, vt Bonziorum memoriam ex animis ſuis nunquam eſſent depoſituri; quæ res Mimazacam, hominem nominis noſtri ſtudioſiſſimum, vehementer perturbauit. Sed poſtquam Patres rem intellexerunt, quibus poterant modis, eripere hunc ipſi dolorem ſunt conati: nam quamuis feſſi inedia fluctibuſque, (ad communia nauigantium mala hoc ipſis acceſſerat incommodi, quòd diebus aliquot cibum non guſtaſſent) in naui tamen ſe commoraturos dixerunt, quoad de ſua Nangaſachum profectione certi aliquid conſtitueretur. Deus porrò, qui ſuam erga ſeruos ſuos prouidẽtiã maximè declarare ſolet, cùm humana non ſuppetunt ſubſidia, hanc dedit nobili viro idolorum cultori mentem, vt patribus, nequicquam aduerſantibus Bonziis, de hoſpitio commodaret. Is itaque veteranum Chriſti Domini militem Bunginatum miſit, qui ipſos ſuis verbis rogaret,

rogaret, vt confidenter hoc Chriſtiano duce ad ſe venirent, cùm enim ipſorum eſſet amicus, nihil erat quòd Bonzios, quamdiu in ſuis eſſent terris, timerent. Tam liberalem viri nobilis promiſſionem pro fide publica vſurparunt Patres, & è naui egreſſi, biduũ apud Mimazacam ſubſtiterũt, Miſſæ ſacrificium facientes, ac ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum cùm ipſi tum aliis Chriſtianis miniſtrantes. Vbi verò ſunt allatæ litteræ, quibus P. Viſitator Patres Nangaſachum accerſiuit, eos non ſine magno dolore diſcedentes vir hic nobilis dimiſit.

Magnum certè ex eiuſdem miſeriis hauſerunt Socii dolorem, nam videbant nauum & probum Chriſtianum, in patria ſua paulo antea opulentum, ſine vectigalibus, à ſuis terris exulem, in aliena viuere prouincia, idq; beneficio & liberalitate hominis Idololatræ, cùm nullum aliud reperiret perfugiũ. Canzviedono quidem benignè ſatis Auguſtini clientes videtur tractare. Cæterùm cùm ex iis, qui in munitione Vto erant, virum principem mactari, hoc ſolo nomine quòd Auguſtini eſſet frater, curauit; verendum eſt ne ſimili ſcelere de medio tollat Mimazacam præfectum munitionis Giateuſciri, à quo in eruptione quadam complures ex Canzviedono militibus ſunt proſtrati.

Nondum malorum noſtrorum finis: Nam Canzviedono munitionis Vto poſſeſſionem accipiens animo irato & percito ſocios quinque cum ipſorum domeſticis captiuos detinuit, militumque ductori Idololatræ in mandatis dedit, vt eos in vilem anguſtamque caſam concluderet, quod & factum eſt, immo diurni nocturnique cuſtodes conſtituti, qui ipſos diligenter obſeruarent. Dum Socii in carcere detinerentur, ipſorũ ſuperior P. Alphonſus Gonſalez in morbum grauẽ incidit, cui in loco tam incõmodo cùm medicina fieri non potuerit, & æger aliis non paucis incommodis afficeretur, tanta eſt nunc ipſius inualetudo, vt de ſanitate recuperanda medici planè deſperẽt. At res hæc omnis meliùs intelligetur ex litteris ab alio Patre ex eodem carcere ſcriptis; quarum partem hîc adſcripſi. Sic ergo ipſe: Gentilis ille cuſtos noſter conſtituerat nos ex hoc, in quo ſumus, loco ad alium à munitione remotum tranferre, & cùm Chriſtiani nobiles multis ab eo precibus contenderent, ne id faceret, ſummi beneficii loco hoc ſolùm non ſine difficultate impetrarunt, vt Patri Gonſalez hîc remanere liceret. Magno ſanè dolore afficiebar, quòd patrem hunc graui oppreſſum morbo, omnique Sociorum ſubſidio deſtitutũ, deſerere cogerer. Cũ rei exſpectaremus exitum, eidem cuſtodi redditæ ſũt litterę è pręcipuis Cãzviedoni aſſeclis, quibus rogabatur,

vt nos

ſt nos eodem, in quo eramus, pateretur commorari loco, quoad Canzviedono rediiſſet ex munitione Gianaua, quam obſidione nagere conſtituerat. Commendatitiæ huius epiſtolæ hic extitit fructus, vt poteſtas P. Gonſalez facta hîc ſubſiſtendi reuocaretur. Quare hic Gentilis, meo iudicio, ad Leopardorum, quorum meminit S. Ignatius martyr, imitationem, quo magis rogatur, deteriorem ſe difficilioremque præbet. Omnes itaq; locum coacti mutauimus, neq; propterea hiſcere ſumus auſi, & in alium priore longè incommodiorem contruſi carcerem, à cuſtodibus, qui tri- us in locis ſunt in excubiis obſeruamur, adeò vt Chriſtianis ad os liber non pateat aditus. Duo ex Auguſtini nobilibus, cùm ex is locis abire conſtituiſſent, nos inviſerunt, & valere iubentes, ex uis domeſticis duos nobiſcum remanere voluerunt, quorũ opera n iis quæ ad vitam ſunt conſeruandam neceſſaria vteremur: at on magno poterunt eſſe nobis vſui, quamuis quæ noſtra cauſa oſſunt omnia diligenter præſtent: nam cuſtodes diligentiſſimè, uæ circa nos ſunt, omnia obſeruant; adeò vt famulos, cùm ad ontes eunt, vt nobis aquam adferant, comitentur. Ex his Rª.V. jiciet, quas P. Gonſalez pati cogetur ærumnas, qui graui mor- o affectus, delicatè ſe viuere exiſtimaret, ſi orizam à ſordibus nõ tis mundam ac malè cõctã haberet, qua ſe in vitæ huius præſi- o & ſtatione conſeruare poſſet. Sed præpotens Deus nobis ani- os addidit, vt omnia perferamus, & vt de me ipſe dicam, ex quo hoc ſum concluſus carcere, maxima me ſenſi voluptate com- eri, & me continere non poſſum, quin inanes Canzviedono co- tus rideam, qui duriter nos videtur tractare, vt ærumnis & ca- mitatibus defatigati, ipſius tandem cupiditati aſſentiamur. At omnia quę geruntur ſingulari Dei immortalis ditione atq; nu- ine geri probè ſciamus, hominis mortalis minæ nos, vt confidi- us, à ſuſcepto propagandi Euangelium inſtituto deturbare non terũt, parati enim ſumus, Dei beneficio Chriſti Domini cau- nullam quãtumuis duram conditionem recuſare. Hactenus ex tris litteris in carcere ſcriptis.

Quòd ſi magnos hi patres ſuſtinuerunt labores, alii, qui in is erãt longinquis, nõ minores fortaſſis ſubire coacti ſunt. Nã ſingulas ferè horas Nangaſachũ (in qua vrbe reſidebãt Reue- diſſ. D. Epiſcopus, P. Viſitator, & P. pro-prouincialis cũ aliis ſo- s) nuncii adferebantur triſtes, qui litteris confirmabantur, de tiuitate Auguſtini eiuſque morte, de militibus, qui omnem oniam perſcrutabantur, vt Donnam Iuſtam Auguſtini coniu- m, filium, patruos, auunculos, ac denique conſanguineos

omnes

omnes ad ſupplicium raperent. Rumor item percrebuerat, Dōnā Iuſtam & Auguſtini fratrem, quondam Sacai gubernatorem, in hoſtium manus veniſſe, & de vita periclitari, ac præterea Auguſtini filium annos natum duodecim Meacum eſſe adductum, v ſupremo afficeretur ſupplicio. Cùm his rumoribus & alii quāplurimi conjungebantur, de interitu Chriſtianorum occaſuq; in Iaponia, de extremis nobilium Chriſtianorū miſeriis, (quorum alii dicebantur in carceribus ſeruari, vt pęnas perditis hominibus debitas perferrent, alii domibus expulſi ſuis, omni dignitate & fortunis ſpoliati in ſumma egeſtate vitam agere) ac deniq; de euerſione, quā domiciliis noſtris Chriſtiani nominis hoſtes in pleriſq Iaponiæ locis intuliſſent. Creberrimus porrò fuit ſermo, de iis quæ Daifuſama in Chriſtianos, Auguſtini commilitonumq; cauſa, dixiſſe putabatur; adeò vt timore perculſi dubitaremus, num ab ipſo noua eſſet inſtituenda omnium, qui Chriſtum colebant vexatio; vnde Idolorū cultores anſam arripuiſſent irridēdi & cōtemnēdi vniuerſos Chriſtianos, & ab eis ſciſcitandi, Vbi eſſet ipſorū Deus. Maximè quòd tunc primū cœpiſſemus, poſt annorum multorum afflictionem, pace frui; ædificatiſque tēplis multis, qu hominū improbitas diſturbauerat, non paucos á Gentiliū ſuperſtitione ad Chriſtiana ſacra ſingulari Dei fauore adducere.

Cùm menſes aliquot in his verſaremur miſeriis, noua nos afflixit calamitas, nam ex Iaponiæ proceribus vnus, Scimandono nomine, Idolorum cultor, qui ſe nobis in iis, quæ ad Religioni Chriſtianæ cultum ſpectant, ſemper aduerſarium præbuerat, dicebatur Nangaſachum venturus, cum ea in Arimandono & O murandono, quam habuit Auguſtinus, poteſtate; quam Iaponi proprio loquendi modo explicare ſolent eos ſibi joriquos facere In hominis itaque Idololatræ poteſtate fuiſſent hi Chriſtian Reguli cum clientibus ſuis, qui ad vnum omnes Chriſtianam ſun amplexi Religionem. Meaco præterea & Ozaca à Sociis erat ſcriptum, Scimandono juſſu Daifuſamę eſſe hoc iter ingreſſum, vt d pecunia Auguſtini annuiſque vectigalibus certi aliquid diſcere vehementerque timendum, ne ipſius aduentus nobis magnun aliquod malum crearet. Exploratumque nobis erat, Scimādon nihil intentatum reliquiſſe, vt ſibi bona Daifuſamę voluntate l ceret permutare inſulam Amacuſam, aut alias quaſuis ſuas terras cum Omura, cuius poſtulationi cōſenſit Daifuſama, cōſenſumō binis cōfirmauit diplomatibus. Quā fuerit hoc nobis graue, quā toq; nos dolore affecerit, intelligit is, cui eſt perſpectum, quòd hic Idololatra Omurā occupaſſet, Arimādono propter vicinitat fuiſſ

uiſſet coactus aut vendere ſuum patrimonium, aut certè illud, vt lias acciperet terras nobis fortaſſis incognitas, tradere hominiꝫ ui à Chriſtiana Religione animos habere alienos; vnde ſecutus uiſſet Eccleſiæ, quæ cùm antiquitate in his terrarum oris, tum irtute plurimum præſtat, interitus, noſtrorumque tẽplorum & omiciliorum euerſio.

Non fuit vanus ille, qui nos excruciauerat, de aduentu Scimã-oni timor: nam mox ac Nangaſachum venit, nobis exprobrauit hriſtianorum, (qui propè omnia, quæ mortales in precio habẽt, liquerunt) vt anno proximo ſcriptũ eſt, (ne fidem, quam Chri-o Domino dederant, impiè proderẽt) in agrum Nangaſachi, qui t Omurandono, migrationem; quam ipſis neceſſariam fuiſſe, ſi ſuſcepta fide perſiſtere voluiſſent, ignorare poterit nemo, quã oni, cuius imperio ſubjiciebantur, peruerſitatem habuerit co-itam. Is enim vniuerſos ſuos clientes cogere tentauit, vt nefa-o Idolorum cultu ſe impiè contaminarent, quæ ſola cauſa fuit, ır Chriſtiani illi ſolum verterint.

Scimandono ergo malè habuit, Chriſtianorum ex patrio ſolo, iod eſt Firando, abitus, quare modis omnibus eorundem in pa-iam reditum exoptauit. Sed cùm in Auguſtini fide & clientela imæ ſedem ipſos fixiſſe cognouiſſet, propter patroni poten-im ipſos ad reditum cogere non potuit. Extincto autem Augu-no, quod ipſo ſuperſtite non poterat, perficere conſtituit. Nan-ſachi ergo cùm eſſet, ac ſecum Foin Firando Tonum haberet, imum ſuum amicum, ac nepotis ſui leuirum, quos comitaban-r aliquot militum turmæ, (ibant quippe in Saſſimam vt bellum miniſtrarent) hanc arripuit occaſionem ad exitum perducen-, quod ſuſceperat, negotium, cogendi nimirum exules Chriſtia-s, vt ex agro Nangaſachiano Firandum redirent. Sociis ergo i Nangaſachi erant renunciari iuſſit, rem eſſe intolerandam, riſtianos hoc ſolo nomine in alienas terras debitam hero ſuo edientiam abjicientes commigraſſe, quòd à domino ſuo iube-ur ſtatis ceremoniis Deos penates colere, & ſi hoc in Regia ſci-ur Patrum eſſe conſilio factum, adeò vt non tantùm conſilio s exules ipſi iuuiſſent, verùm & omni qua poterant ope, ipſorũ eſtatem ſuſtentaſſent, magnum Socios omnes capitis periculũ ituros. Quare ſuam ipſe offerebat operam, vt diſſidium hoc in Chriſtianos & Tonum ſuum tolleretur, quod paruo fieri poſ-negotio exiſtimabat, modò Chriſtiani in omnibus Tono ſuo edirent, etiam in iis, quæ ſpectant ad ceremonias, veteri Iapo-rum conſuetudine inſtitutoque receptas. Quòd ſi Chriſtiani,

legis euangelicæ præceptis imbuti, intimo tantùm mentis ſenſu Chriſtum colere vellent, ſe non repugnaturum. Ad extremum Patres rogauit, vt ipſis auctoribus, Chriſtiani oblatam conditionem acciperent. Internuncio datum fuit hoc reſponſum: cùm Chriſtianis per Euangelicam, quam amplexi erant, legem non liceret ad tam iniquam accedere conditionem, nefas iudicare Patres, ipſos adhortari; vt ad eam deſcenderent. Miſerat idem Scimandono duos ex familiaribus ſuis ad Chriſtianos Firandianos, qui ſuis verbis idem, quod Patribus erat dictum, ipſis declararent, à quibus nō abſimile illi quod Patres dederant reſponſum retulerunt, hoc addito ſe nullum in Foin dominū ſuum habere odium, ab eoque non eſſe animo alienos, verùm cupere vehementer, ipſi in omnibus, vt antea fecerant, obtemperare, modò Chriſtiano ritu ſibi vitam agere liceret. Quòd ſi cōditio hæc melior videretur, quàm æquitas poſtularet, maximè quòd à clientibus patrono proponeretur, hanc libertatis ſuæ, in hac æqua &, vt ipſi exiſtimabant, honeſta poſtulatione ſubituros pœnam, vt agrorum fructus, quibus antea fruebantur, ſibi non reſtituerentur, ſed vt omnes, quaſi calones, in heri ſui famulatu, carris orizam, vt aliò deueheretur, imponerent, & alia, quæ ſerui præſtare ſolent, quantumuis homini ingenuo & libero indigna perficerent; modò Chriſti Domini, cui ſe totos deuouerant, ſanctiſſimis legibus repugnantia non imperarentur. Poſtquam reſponſum hoc abſtuliſſent internuncii, ab amico fide digno, certiores facti ſunt Chriſtiani, vt ſibi tempeſtiuè proſpicerent, nam Scimandono & Foin non aliud quàm opportunitatem exſpectabant in ipſos cū armato milite inuadendi ac mactandi ipſorum proceres. Quod vbi à Chriſtianis ſcitum fuit, Patres aliquot accerſiuerunt, quibus peccata confeſſi ſua, omnes in vnā ſe receperunt domum, cuius ſitus eiuſmodi erat, vt hoſtibus non pateret facilis ad ipſos aditus. Hanc inſuper ſic muniuerunt contra hoſtium vim, vt non ſine multo ſanguine deditionem facturi putarentur illi, quorum virtus domi militiæq; cognita ſatis perſpectaque fuerat. Socii porrò animo proſpicientes, quantum ex his turbis immineret malum vniuerſis Chriſtianis, qui in Iaponia erant, remedio aliquo ipſorum ſaluti tempeſtiuè ſubueniendum exiſtimarunt: quare Don Hieronymo, ipſiuſque filio Don Thomæ (qui Chriſtianorum illorum erant principes, quibuſque præ cæteris iraſcebatur Foin) perſuadere ſunt conati, vt ſe ad deferſionem quidem pararent, quo hoſtes conſilium de ipſis hoſtiliter inuadendis abiicerent, vbi negotium hoc ſine ſuorum cæde non poſſe tranſigi animaduerterent. Cæterùm ſi ipſis exploratum eſſe

ıd manus veniẽdum fore, deditionẽ ea lege facerent, vt ipſi prin-
ipes ſine armis in hoſtium poteſtatem mactandi venirent, & cæ-
eris venia & impunitas daretur. Pater & filius, martyrii laureolã
onſequendi ſtudio, ſe in hanc induci ſententiam ſunt paſſi, quod
i armis ſe defendiſſent, martyrii honorem conſequi non potuiſ-
ent, immo ſalutem fortaſſis ſuam in diſcrimen adduxiſſent, nam
acile fuiſſet in ipſo cum hoſte conflictu, culpam odii aut vindi-
tæ ſuſcipere, ac propterea ad inferos detrudi, quòd ſi modo iam
lis præſcripto mortem obiiſſent voluntariam, in eiuſmodi peri-
ula non incurriſſent. Præterea in Chriſtianorũ illorum poteſtate
on erat ſitum, vt ſe à morte, quam minabantur hoſtes, eriperent,
ũm vires, quibus tantæ multitudini reſiſterent, non ſuppeterent,
ericulumque eſſet, ſi res hæc ad Daifuſamæ aures perueniſſet, ne
oc temere ſuſceptum ſe defendendi ſtudium omnibus Iaponiæ
hriſtianis exitiale foret. Cum in hoc ſtatu eſſent Chriſtiani, Sci-
andono & Foin, vel quia cum animis ſuis ſtatutum & planè de-
beratum non habebant rem armis tentare, aut quia ad dimicã-
am paratos videbant fortiſſimos milites; & propterea ſe nõ poſ-
, quod maximè cupiebant, ipſos vlciſci: eis renunciari curarunt,
bono eſſent animo, cùm ipſos bello perſequi nunquam cogi-
ſſent, vnde Chriſtiani ſecuro eſſe animo cœperunt, nos verò ab
nni timore & periculo liberi.

Præclarum hoc Chriſtianorum factum cùm Chriſtianis tum
ıganis mirificè placuit, adeò vt poſteritas omnis, quod imitetur,
ırum & illuſtre fortitudinis exemplum habeat. Cæterùm conſi-
ım Don Hieronymi & Don Thomæ in hoſtium poteſtatem ſi-
: dimicatione veniendi, paucis cognitum fuit, periculum enim
at, ſi hæc fama ad Scimandono & Foin aures perueniſſet, ne hãc
ſos mactandi occaſionem (ea eſt Idololatrarum improbitas) ar-
ɔuiſſent, quamuis hac de re antea nõ cogitaſſent, maximè quòd
rẽt eos viros eſſe ſtrenuos, qui in bello Coraiano magnam for-
udinis laudem reportaſſent. Ac præterea ſibi perſuadere nõ po-
rant eos ſine omni defenſione carnificinam, quod vt facerent
ɔſtes optabant maximè, ſubituros.

Difficultatem præterea non paruam nobis creauit in vrbẽ Nã-
ſachum aduentus Donnæ Mariæ Auguſtini filiæ, coniugiſque
i nobilis, qui dominus eſt Inſulæ inter Corai & Iaponiam. Cũ
ım hic Regulus, Auguſtini gener, intellexiſſet ſocerum ſuum
tremo ſupplicio affectum, timebat ne vxoris ſuæ cauſa, magnũ
quod cogeretur ſubire malum, quare ipſam cum aliquot no-
ibus feminis Nãgaſachum miſit, vbi ab omni fore periculo li-

beram exiſtimabat. Incidit porrò matronæ huius aduetus in idē planè tempus, quo Daifuſamæ iuſſu in Auguſtini liberos & fortunas inquirebatur. Anceps ſanè nobis cura incubuit & ſolicitudo, nam honeſtiſſimam matronam, Auguſtini viri de nobis optimè meriti filiam (quam ipſius maritus homo domi honoratus, & Inſulæ dominus, nobis diligenter commendauerat) deſerere ſine ingrati animi nota, eiuſdem verò patrocinium in tempore tam turbulento ſuſcipere, ſine magno periculo incurrendi in Daifuſamæ offenſionem, non poteramus. Porrò nullū lectiſſimæ feminæ à nobis caritatis officiū deeſſe ſumus paſſi, eam enim in loco opportuno collocauimus, vbi ab omni periculo animo erat ſecuro. Poſtea verò quā Daifuſama Dōnæ Iuſtę Auguſtini cōjugi & prolibus veniā dedit, & Maria vitę amittēdę timorē facilè depoſuit.

Hactenus breuiter perſtrinxi labores, quos in hac rerum apud Iaponios commutatione exantlauimus; nunc æquum eſt, vt ſolatia, quæ nobis in mediis perturbationibus dedit præpotēs Deus, eadem, qua ſum vſus, breuitate deſcribam, ac ſimul commoda, quæ ex tantis malis diuinâ prouidentiâ percepimus. Ac primùm diuinitus factum agnouimus, hac ſtatus Imperij Iaponienſis cōuerſione à Daifuſama nō pauca eſſe ſublata impedimenta, quæ noſtrum in fide Chriſtiana apud Idololatras propaganda ſtudiū, & in Chriſtianorum ſalute procuranda, quo tenemur, deſiderium poterant retardare. Cū enim Daifuſama, glorioſa de Iaponiæ Adminiſtratoribus victoria, in cuius remanet poſſeſſione, præſcriptā à Taicoſama rectionis formam mutarit, ac ſummum omnis Iaponiæ habeat dominatum, impium illud cōtra Dei veri cultores Taicoſamę edictum, quod nos Chriſtianoſque Iaponios omnes grauiſſimè afflixerat, iacet planè eneruatum; quod nō eueniſſet, ſi Adminiſtratores Iaponiæ, victores extitiſſent: nam iureiurando ſe obſtrinxerant, vt quas à Taicoſama acceperant leges, ab omnibus in omnem ætatem ſeruandas curarent; quas nūc, Deo laus, planè ſilere magno noſtro bono experimur. Cætera item omnia, quæ Taicoſama in vita cōſtituerat, temporis progreſſu ruēt, & ad nihilum recidēt. Qua in re diuinam agnoſcimus prouidentiam, quòd is, qui omni ſcelere Chriſtianos vexarat, & qui nō ſolùm cū viueret, verùm etiam mortuus, certa quadam ratione Iaponiis perpetuò imperare cogitauerat, quippe qui ſuis Legibus Iaponiæ Adminiſtratores ad certam rectionis formulam, à qua ne latum quidem vnguem diſcedere liceret, aſtrinxerat, ac denique in Deorum numerum relatus, tanquam nouus belli Deus (hoc ſiquidem vt fieret ab Adminiſtratoribus Iaponiæ, conſtituerat) in delubr

ro magno & nobili, ipſiuſque iuſſu recens exædificato, Is inquā,
b ſcelera, quæ in vita commiſit, ſucceſſorem in Imperio habue-
it, qui omnia ipſius inſtituta immutarit, iiſque quos ipſe cōſti-
uerat Iaponiæ Adminiſtratores pulſis, & in ordinem redactis, ſi-
i dominatum arripuerit, & quod mirum eſt, ipſi Adminiſtrato-
es, qui pro Taicoſama mortuo ipſiuſque filio defendendo, & vi-
am & fortunas periculo committere nō dubitarūt, quod in vi-
a ipſe præclariſſimum fecerat opus, perpetuum diuitiarum &
otentiæ ſuæ monumentum, Fuſcimo nimirū munitionem, im-
rudētes diſturbarint. Senſim itaque diſcedit cōſcelerati homi-
is memoria, maximè quòd Daifuſama omnes clemētia & hu-
anitate ſibi deuinciat, & ab ea, quam vbique terrarum & in Ia-
onia in primis ſecum victoria adferre ſolet, inſolentia temperet:
am multis principibus viris, qui pro factione aduerſa ſteterant,
epercit, tātùm tribus, qui erāt præcipui duces fœderis, capita
ruicibus abſcindi curauit, nimirum Gibunoſcio, Antocugio,
uo cōſiliario in rebus ſuis omnibus vſus fuerat Morindono) &
uguſtino, de cuius morte ſub epiſtolæ finem fusè lateque dice-
us. Beneficii verò maximi loco ducimus, ipſius erga vxorem &
ias Auguſtini clementiam, quibus ex legum Iaponiēſium præ-
ripto adimenda erat vita, quam tamē eis nō eripuit, vt neque v-
ex Auguſtini fratribus, ipſiuſque filiis, & aliis proceribus Chri-
anis nō paucis, quibus nulla ſupereſſe ſaluti ſpes videbatur.
Erga nos porrò Daifuſama humanum ſe & benignū præbuit,
neuolentiæque nō obſcura ſociis dedit ſigna, cùm eorum qui
caci & Ozacę degūt verbis ſalutaretur. Similiter cùm à P. Ioā-
Rodrighez ſociorum, qui Nangaſachi cōmorabantur, nomi-
adiretur, nō modò affabilis fuit in omni ſermone, quem cum
ſo habuit: verùm præter modum lætatus eſt commemoratione
neficij, quod idem Pater, & alii ſocii, qui erant Nangaſachi,
ſius cauſa in virum nobilem eius domeſticum (qui tunc pręſens
m omnem narrabat) difficillimo belli tempore cōtulerat. Neq;
tentus verbis, quam animo propter hoc ſociorum factum ce-
rat voluptatem explicare, voluit reipſa eandem eſſe omnibus
tatam; nam diplomata nobis bina dedit, quibus ſociorū Mea-
Ozacæ, & Nangaſachi habitationes confirmauit ſtabiliuitq;
cùm hæ ſint primariæ Iaponiæ totius vrbes, quæ magnas ha-
nt immunitates, adeò vt qui eas libere incolunt, beneficio do-
norum Tenzæ bonis temporibus ipſis collato, in quauis Ia-
niæ parte domicilia habere poſſint, magnas DEO O.M. gratias a-
e debemus, qui talem ipſi mentem dedit, vt rem Iaponien-

ſi eccleſiæ in primis vtilem ſua ſponte perficeret. Nam ab anno 1587, quo à Taicoſama nobis fuit aqua & igni interdictũ, ad hoc vſque tempus, nullum Principis edictum obtinere potuimus, quo nobis in Iaponia conſiſtendi poteſtas fieret; tantùm verbo permiſerat Taicoſama, vt certus ſociorum numerus Nangaſachi poſſet commorari. Verum quidem eſt, ipſo mortuo cùm Decemviri Imperium adminiſtrarent, in quod eramus miſſi, Euangelium nimirum promulgandi, negocium agere in variis per quæ diſperſi eramus Regnis non deſtitimus, quod nũc liberiùs ſine omni ſiue noſtro ſiue aliorum, qui nobis aures dare volunt, periculo procurare poſſumus.

Magno fuit inſuper ſolatio nobis Scimandono Nangaſachum reditus, adeò vt quæ res nobis magnum fecerat timorem, nõ paruam, ſingulari Dei beneficio, attulerit voluptatem. Dubitabamus vehementer, num aliquam nobis aduerſam attuliſſet nouitatem; timebamuſque præterea ne Reuerendiſs. D. Epiſcopi in Iaponiam aduentus, quem iuſtis de cauſis cælaueramus, ipſius in nos concitaret odium, ſed Numinis fauore res hunc habuit exitum ſanè felicem. Cùm intellexiſſent Reuerendiſs. Epiſcopus, P. Viſitator, & P. Prouincialis Scimandono ad Caraſo munitionem veniſſe, miſerunt P. Ioannem Rodrighez, qui ſuis verbis ipſi ſalutem nunciaret, quæ ipſi gratiſsima fuit, immo poſtquam diligenter ab eodem Patre cauſam aduentus Epiſcopi in Iaponiam cognouiſſet ſibi eſſe cumulatè factum ſatis nõ obſcurè declarauit; tenuit quidem Patrem noſtrum dies paucos ſuſpenſum, tandem verò dimiſit cum litteris ad Reuerendiſs. D. Epiſcopũ & P. Viſitatorem, quibus bonam ſuam erga ſocios omnes voluntatem oſtendit. Vbi vero Nangaſachum venit, cum Reuerendiſs. Epiſcopo aliiſque ſociis, tanquam cum amicis familiares contulit ſermones, & bis inuitatus, ſemel à Reuerendiſs. & poſtea à ſociis, in Collegio prandit: noſtrum verò erga ſe ſtudium ſibi mirificè placuiſſe profeſſus eſt, neque vllam poſtea, ſiue noſtra ſiue Chriſtianorum Iaponiorum cauſa, nobis moleſtiam exhibuit: immo pro certo eſt nobis pollicitus atque cõfirmauit, ſe pro virili ſtudia noſtra, cũ occaſio oblata fuerit, promoturum; rẽ aſſerẽs ſibi eſſe nunc magis quàm olim cùm Taicoſama homo difficilis regnaret, facilem, maximè cùm Daifuſama ſit Tenzæ dominus, qui ſe in eiuſmodi negotiis magis exorabilem præbet, quàm conſueuerat Taicoſama, immo quàm ipſi Adminiſtratores Imperii, qui cùm multi eſſent, de rebus ſimilibus multa ſæpius inter ſe diſſenſione contendebant.

Deus præterea principes aliquos viros in eam impulit mẽtem
vt no

ſt nos apud Daifuſamam gratioſos facerent, ex quibus aliquot ıominabo: Cainocamo filius Quambioiendono Reguli Chriſtiaıi, Nangauoca maritus Donnæ Gratię quondam matronæ Chriſtianæ, de cuius obitu in Annuis eſt ſcriptū; Fuſcimãdono, qui etſi dolorum ſit cultor, duos tamen nepotes habet Chriſtianos, & ꝓræterea domeſticos nobiles non paucos; & Aſonodangii filius, ꝗui Chriſtianis nondum ſacris initiatus, de lege Euangelica valde exiſtimat bene.

Magnam etiam cepimus voluptatem ex diſtributione Regnorum amplius triginta, quam poſt victoriam fecit Daifuſama, nam aduerſariis ſuis aliqua abſtulit, quę ſuæ factionis viris dedit. Chriſtiani porrò aliqui in Idololatrarum clientela ſuis fortunis, vt antea, libere fruuntur: alii verò per eorum, qui alieni ſunt à Religione Chriſtiana, variiſque imbuti erroribus, ſe vitiis contaminare & ſceleribus hactenus non deſtiterunt, terras diſperſi, tanquam roſę inter ſpinas, ad virtutis, quam colunt, Euangeliique amorem hoſpites alliciunt ſuos.

Cainocamio obuenit Regnum Cicugen, Regno Bungenſi, cuius duas tertias partes ipſe antea poſſederat, maius. Cùm autem Regni Cicugen vrbem Facatam Chriſtiani mille incolant, & totidem in aliis Regni huius terris cõmorentur, ſperare meritò poſſimus Chriſtianæ Religioni fautores acceſſuros, maximè cùm Caonicamius, in cuius familia ſunt non pauci Chriſtiani, domicilium ſuum, quod hactenus fuit in Bugenſi Regno, nunc in Cicugenſi collocarit. In domeſticorum ſuorum numero eſſe voluit Ioannem Acaſcicamon nobilem Chriſtianum ſibi antea arcta iunctum amicitia, qui cum trecentis Chriſtianis eſt Cicugenſe Regnum ingreſſus, in quo Caiconeamii liberalitate amplis fruitur vectigalibus, quæ res immortale nobis peperit gaudium; nam vir eſt optimus, in quo habent Chriſtiani, quæ imitentur pietatis illuſtria exempla non pauca. Quod autem nos mirificè recreat, eſt in primis illa, qua Deus eſt vſus vt ipſum in prœlio conſeruaret ſaluum, ratio ſanè admirabilis, ac præterea quòd Daifuſama victor, animaduerſionem & ſupplicium quo in ipſum vſurus erat, Cainocamio condonarit. Fuit Acaſcicamon, tanquam viſtrenuus, & rei militaris peritiſsimus, iis qui in prima acie exercitus Adminiſtratorum Iaponiæ dimicabant, dux datus, & cùm ab prœlii initium à proditoribus deſertus ſe ab hoſtilibus armis circumcluſum videret, adeò vt nulla euadendi ſpes appareret, in medios eo animo irruit hoſtes, vt non antea contingere deſineret, quàm ſibi ab aduerſæ factionis milite vita adimeretur,

meretur. Probè quippe ſciebat, impium eſſe & pernicioſum illum Iaponiarum morem ſibi mortem conſciſcendi, hanc ergo cogitationem de ventre ſcindēdo poſtquam Dei præſidio abieciſſet, hoc ſolùm omni ſtudio contendit, vt in medio confertiſſimorum hoſtium pugnans aliena manu interficeretur; forte euenit, vt cùm ſtrenuè pedes hoc animo dimicaret, in amicum ſuum Caiconamium, qui partes Daifuſamæ ſequebatur, incideret, à quo ex veſtitu & armis, quibus erat tectus, facilè cognitus, & tanquam à familiari ſalutatus, iuſſus eſt bono eſſe animo, ac de vita non eſſe ſolicitus; cumque Cainocamius diceret ſe non ſatis mirari poſſe qua ratione Acaſcicamon inter medios imbres plumbeos, quibus ab hoſtibus impetebatur, ſaluus exiſteret: aut ſaltem in eiuſmodi periculo conſtitutus, quòd ritu patrio ſibi ipſe manus non attuliſſet; Reſpondit Acaſcicamon, ſe Dei timore à tam nefario ſcelere perterritum, dedita opera in confertiſſimam exercitus partē irrupiſſe, vt, cùm ſtrenui militis partes ageret, ab alio conficeretur. Cæterùm beneficii nō vulgaris gratiæ loco habiturum, ſi ceruicibus ſuis ipſius Cainocamii manu caput abſcinderetur. A quo facinore non modò alienū ſe eſſe profeſſus eſt Cainocamius, verū & de ipſius ſalute ſe cum Daifuſama diligētiſſimè acturū recepit, & ex equo deſiliens voluit Acaſcicamon eo vti; ipſe verò in famuli equum aſcendit. Poſt adeptam victoriam, fidem ſeruauit Cainocamius, nam ſupplex Daifuſamā rogauit, ne vita Acaſcicamoni eriperetur, vtq; ſibi liceret ipſum in domeſticorū ſuorū numerum admittere. Vtrumque & libenter & facilè conceſſit Daifuſama, immo lætari eſt viſus, quòd vir ſpectatiſſimus & ornatiſſimus, qualē ſciebat eſſe Acaſcicamon, ſuperſtes eſſet Reipublicæ, cuius & ipſe opera eſſet fortaſſis aliquando vſurus. Atque ita Acaſcicamon ab omni vitæ periculo vacuus cōſuetudine fruitur Cainocamii, quem, vt ſperamus, in eam pertrahet ſententiā, vt Religioni Chriſtianæ faueat. Qua in re ſocium & adiutorem Soiemondono aut auūculum aut patruum (zio lingua itala) Cainocamii eſt habiturus.

Accidit poſtea Acaſcicamon venire Ozacam, vbi à Sociis dies aliquot hoſpitio acceptus, non ceſſauit Deo præpotenti gratias agere, quòd ex certiſsimis vitæ periculis erepto, ſibi eſſet abundè proſpectum de vectigalibus, quibus reliquam vitam honoſtè traduceret: quamuis poſſeſsiones amiſiſſet proprias.

In hoc Regnum Cicugenſe commigrarunt Corumo nobiles Chriſtiani non pauci, qui ſe in Cainocamii clientelam contulerunt, quorum vt ſperamus conſuetudine, Idololatræ fidei noſtræ

conſe-

conſequentur notitiam, ac proinde, vt eam tandem complectantur, facilius induci poterunt.

Nangaiocæ pro paruo, quod antea poſſederat Regno, Tango nomine, dedit Daiſuſama omne regnum Bugen, & quæ ipſum attingit tertiã Regni Bungenſis partem. Cũ verò ſit hic vir princeps, rerũ noſtrarum ſtudioſiſsimus, fratrẽque habeat ac filiũ & duas filias & præterea ex præcipuis domeſticis aliquos qui Chriſtum Dominum colant, optimè ſperamus paganos harum Regionum incolas ſalutis conſequẽde deſiderio incenſos iri. Continuò atque Nangaioca ſe à Daiſuſama factum Bugenſis Regni Dominum intellexerat, P. Organtinum rogauit, vt litteris ſuis moneret Patrem, qui apud Bugenſes rem Chriſtianam procurat, ne de mutando loco cogitaret, (& vt à ſuo domeſtico ad eundem Patrẽ idem ſcriberetur curauit) verùm vt in cœpto iuuandi Chiſtianos munere perſiſteret. Nam apud ſe conſtituerat clientibus ſuis, qui ad Chriſtianam tranſibant Religionẽ, pro virili fauere; ac reapſe nunc fauet, nam omnibus ſuſcipiendi Baptiſmum, templaque ad Chriſtianorum vſum exædificandi poteſtatem fecit. Ex ipſius nobilibus triginta ſunt, qui opportunitatem exſpectãt vt Baptiſmo initientur, qui ab ipſo Nangaioca fuere inducti vt aures darent Catechiſtæ: nam in quodam, quem cum clientibus ſuis habuit ſermone, dixit hominibus eſſe ea proponenda, quæ ad ſalutẽ ſpectant, vt qui vellet, ea libere amplecteretur, neminẽ autẽ cogendum vt rationem vitæ inſtitutumque mutaret, ſeque vehementer cupere, vt omnes in ſtudium Catechiſmi addiſcendi incũberent, & ad Baptiſmi lauationem adirent: cùm eorum, qui Baptiſmo fuerint initiati, ſit in poſterum opera vſurus, maioreque ipſos in honore & exiſtimatione, quàm alios, qui à Baptiſmo abhorrent, habiturus.

Non fuit Nangaioca hoc, quo Chriſtianos clientes ſuos proſequebatur, fauore contentus. Verùm vbi intellexit Chriſtianos Firandianos numero ſeptingentos, ne Chriſtianam desererent fidem, extorres in agrum Nangaſachi commigraſſe, eos vt in ſuum venirent Regnũ inuitauit, vbi maiora illis, quæ in patria habuerant ſua, in ſingulos annos eſſent accepturi vectigalia, atque vt certi aliquid cũ de hac Chriſtianorũ Firandianorũ migratione cõſtitueretur, tũ etiã de aliis rebus magni ponderis, Bungo Nangaſachum miſit P. Gregoriũ Ceſpedes ad P. Viſitatorẽ, neque ita multo pòſt voluit ſeptingentos illos Chriſtianos feſtinãter in Regnũ Cicugẽſe venire, vt vectigaliũ promiſſorum poſſeſsionẽ caperẽt. Res hæc nos magno ſanè affecit gaudio, nã cœtum illum

 Chri-

Chriſtianum omni laude digniſſimum tandem Dei benignitate certas reperiſſe ſedes videmus,in quibus vitã ad Euangelicæ legis preſcriptũ libere abſq;omni timore degit,quo nihil ad Chriſtianę Relig.propagationẽ in hoc regno accõmodatius accidere potuit.

Dedit Daifuſama Fucuſcimadono,cũ Sociorum tum aliorum Chriſtianorum(in quibus numerantur duo ipſius nepotes, & non pauci domeſtici nobiles)amico,regna duo,ex iis quæ fuerũt Morindono,in quorum vno eſt munitio Firoſcima , cuius ſuprà memini,cũ ſcriberẽ Bonzios,quibus erat addictiſſimus Morindono, nobis infensè aduerſatos. Continuò ac ſe regnis à Daifuſama donatum intellexit Fucuſcimadono, in domeſticorum ſuorum numerum cooptauit Irdaſacon & Don Paulum de Bungo antiquos & nobiles Chriſtianos,qui herum ſuum in Regnorum poſſeſſionẽ proficiſcentem comitati ſunt. Vbi verò intellexerunt Patrem,qui Chriſtianorum illis in locis curã habebat, Nangaſachum abiuiſſe,omni cũ feſtinatione miſerunt nuncium,qui ipſum reuocaret, prolixè ſummũ ſingulareq;ſuũ ſtudiũ ad ſuadendum hero ſuo Fucuſcimadono polliciti,vt optimum quod habebant Bonzii domicilium Sociis traderet poſſidendum.Sed nuncius,qui tanta quãta poterat ambulauit celeritate, eſt Nãgaſachi primũ aſſecutus Patrẽ,quẽ nõ antea remittendũ Sociorũ Superiores judicarũt,quã ipſe Fucuſcimadono rẽ cùm familiarem tum publicã Firoſcimæ rectè conſtituiſſet. Miſſus porrò eſt Amãguccio Socius Iaponiẽſis ſacris non initiatus,Firoſcimę Tono notus,vt cũ Fucuſcimadono tum Chriſtianos,qui apud ipſum erãt,inuiſeret. Et cũ Fucuſcimadono malam de Bonziis animo imbiberit opinionę,de ſociis verò bonã,multoſq; in familia ſua habeat Chriſtianos nobiles,ſpes magna eſt futuros in ipſius terris lætos & vberes laborum noſtrorum fructus. Optatiſſimi venerunt nuncii de magna , quã Fucuſcimadono Patri noſtro Firoſcimam reuerſo exhibuit,beneuolentia:nam omni ratione cõtendit, vt Socii domicilium ibidem habeãt,cliẽteſq; ſuos ab Idololatria ad vnius Dei cultum alliciant, quare locum Sociorũ habitationi cõmodum Patri aſſignauit. Dei porrò judicio ac Numine facta agnoſcimus,quæ Morindono cõtigerunt. Cùm enim is opibus magnis eſſet præditus, ac barbaris imbutus ſuperſtitionibus,vt in ſuis Regnis maximam haberẽt auctoritatem Bonzii,ac propterea vt in iiſdem Idolorũ cultus vigeret ampliùs quàm in reliqua Iaponia effecit. Huic tãto malo propediem(vt ſperamus)proſpiciet Deus. Nam Morindono eſt hoc tẽpore duorũ tãtùm paruorum Regnorum Dominus, de quorum diuturna poſſeſſione nõdum eſt certus,& à ſuo maximo Deo, qui

ipſi

ipſi erat victoriã pollicitus, turpiter deluſus, ab aliis verò ſuis diis, qui Cami & Fotochi appellantur, in quibus ſpẽ ſuã omnem repoſuerat, planè reject⁹, ſi tamẽ res inanimæ aliquid rejicere poſſunt. Quare, ſi non eſt omnino truncus & ſtipes, ad bonã frugẽ ex ſuperſtitionum, quibus implicatus eſt, inanitate ſe recipiet, idq; nobilium domeſticorum ſuorum exẽplo, qui ſe cõperiſſe manifeſtò teſtantur, Camorum & Fotochorum nullã eſſe potentiam. Quare vt Ozaca ad nos ſcripſit P. Organtinus, cõplures ex ipſis ſunt baptiſmo initiati. Immo plerique ex iis, qui antea in Morindoni vixerant famulatu, poſtquã herum ſuperſtitionibus peſtiferis obligatũ animaduerterunt magna eſſe calamitate afflictum, in qua fortaſſis ipſi erit tabeſcẽdum, ſe Amãguccium receperũt, Patriq; noſtro, ibi reſidẽti honores nunc magnos faciunt. cui, cùm apud Morindono florerẽt, injuriã facere honorificum putarunt. Fauet eidẽ Patri Regnorum illorum gubernator, qui vehemẽter hoc nomine ſe gaudere teſtatur, quod Patrẽ, cuius conat⁹ & labores promouere conſtituit, in terris illis, quibus ipſe imperat, offenderit.

In Regno Bigenſi (quod Meaco eſt finitimum, & à Chriſtianis nõ paucis incolitur, quos communis belli calamitas cum Ciunagondono Regni Domino, qui planè corruit, grauiter afflixit) patẽre nunc incipit aditus, cùm ad Chriſtianos in ſuſcepta fide conſeruãdos, tum ad Gentiles ab Idolorum cultu ad Chriſtianam religionẽ traducendos. Nam Quingodono à Daifuſama Rex Bigẽſis factus, ex domeſticis ſuis multos habet viros nobiles veritatis cultores, quorum opera, vt ſperamus, nobis licebit vineam illam ſic colere, vt in poſterum nihil ab hoſtibus timere debeat, eandẽq; ſic augere, vt magnam Regni illius partẽ ſit occupaturã. In Quingodoni fidẽ & clientelam ſe contulit Ioannes Amacuſadono, qui Amacuſa aliquandiu exulauit. Is nunc ab eodẽ Quingodono eſt donatus poſſeſsionibus, quibus & ſe & domeſticos clienteſque ſuos ad octingentos honeſtè ſuſtentare poterit. Nobilibus item aliquot Chriſtianis Bugenſibus fœderatis ſuis Daifuſama agros dedit in Regno Mimaraca, quod Bigenſe Regnum attingit.

Magna eſt ex iis, quæ præclarè & feliciter geſsit Quãbioiendono, cõſolationis nobis facta acceſsio. Is enim belli initio, poſtquã Daifuſamæ ſectam conſtituiſſet ſequi, totius anteactæ vitæ errores, vt eſt dictum, de ſacerdotis ſententia pœnitendo correxit, & in Regno, in quo per id tẽporis commorabatur, Bugẽſi magnum & fortem confecit exercitum, quem in Regnum Bungo duxit, vbi de iis, qui Adminiſtratorum Iaponiæ tuebantur partes, inſignem reportauit victoriam; qua non contentus, alia eſt

ingreſſus

ingreſſus Regna,in quibus hoſtes feliciter domuit, & vt Chriſto Domino ab omnibus immortalis daretur gloria effecit. In vexillis quippe ſuis,ſalutaris crucis effigiem,quæ in omnium incurreret oculos,propoſuit. Nō eſt porrò cur factum hoc, tāquam rem leuem, vllus cōtemnat. Cùm enim in ora illa Scimoana, magna ſit principis huius viri auctoritas,non eſt dubitandum, quin hac illuſtri Chriſtianæ, quam profitebatur, fidei teſtificatione, Chriſtianos omnes in magnum apud Idolorum cultores honorem adduxerit.

Idem Cambioiendono auctor fuit Arimæ & Omuræ Regulis, vt pro Daifuſama arma caperent,vnde ipſorum exſtitit ſalus. Ex eodemque fonte eſt profectum, vt in hac publica Iaponiæ calamitate, eorundem clientes ab omni periculo ſarti tecti perſtiterint, immo quòd Daifuſama omnem Chriſtianorum cœtum non vexet. Erratum enim Auguſtini (ſi tamen errati nomen meretur optimi viri ſtudium pro Imperatoris quondam ſui legibus propugnandi) correxerūt hi principes Chriſtiani, adeò vt Daifuſama non habeat,quid ſiue nobis,ſiue aliis Chriſtianis ſuccenſeat: beneficium enim,quod ab his Chriſti cultoribus in hoc ciuili bello accepit, offenſionis, quam Auguſtini factum ipſi afferre potuit, memoriam planè obliterauit.

Summæ præterea eſt Cambioiendoni adſcribendum felicitati Giacatæ ſiue Regis Bungo ad ſanctam Eccleſiam Catholicam reditus,cùm captiuus detineretur. Hic Giacata paucis antè menſibus,quàm Taicoſama nos exagitaret, conſilio Quambioiendoni & familiaritate inductus,eſt ſacro initiatus baptiſmo. Cæterū homo imbellis & timidus maluit Taicoſamæ non diſplicere, quàm datam Chriſto Domino fidem ſeruare. Cùm ergo nullum exſtaret ipſius factum Chriſtiano homine dignum,(vt bene apud herū ſuum Taicoſamam audiret, ſe Chriſtianum eſſe factis declarare noluit) eaque,quæ in Chriſti Eccleſia ad animæ ſalutem conſeruandam habentur adjumenta neglexiſſet, ad ſuperſtitioſum Camorum & Fotochorum, quorum fuerat ſemper ſtudioſiſſimus, cultum mortalium miſerrimus rediit. Variis autem à Domino calamitatibus afflictus,vt ſe Chriſtianum agnoſceret tandem eſt inductus:nam, vt eſt dictum, prælio cum Quambioiendono decertauit,in quo hoſti ſuo ſuccubuit. Re ergo ipſa didicit, vanam fuiſſe ſpem,quam in Diis ſuis collocauerat.Ea porrò fuit hominis inſanitas, vt Camorum & Fotochorum nullus apud Iaponios in aliquo ſingulari eſſet honore,cui aut vota non fecerat,aut ex cuius delubro,Idoli ſimulachrum rémve aliam ſimilem penes ſe nō

haberet.

haberet.Eiuſmodi autē rebus nixus ſe victorē fore, & Būgi Regnū quod annis ab hinc octo amiſerat,recuperaturum confidebat,& quod hominis arguit dementiam, talium quiſquiliarum plenum ſaccum duos palmos longum ſatiſque latum armatus, tanquam militarem faſciam portabat. Verùm aduentitia hæc, in quibus fidebat, adjumenta, ab hoſtium manibus eripere eum non potuerunt: nam abductus eſt captiuus Nacazucauam, quæ eſt Regni Bugenſis metropolis. Feliciter autem euenit,in eadem vrbe tunc eſſe Patrem ipſi Giacatæ quōdam familiarem,qui calamitate hominis,quem inuiſerat, miſericordiaque vehementer commotus, ipſum quàm potuit amiciſſimè hoc admonuit, tempus eſſe cogitandi,Deorum, in quibus ipſe omnem ſalutis & fortunarum ſpē collocauerat, potentiam eſſe planè nullam,nihilque ſub Sole eſſe, ad quod tanquam certum adminiculum adniti poſſet, quare nihil ipſi poſſe vtilius accidere,quàm vt optimi Regis Franciſci filius de animi ſui ſalute ſeriò cogitaret,ac propterea dandam operam vt ad Eccleſiæ ſanctæ gremium rediret.Hoc Patris conſilium ipſi valde arriſit,quare actis ei gratiis,reſpondit ſe Camorum exitioſas fraudes probè agnoſcere, ac propterea reditum ad beatæ vitæ ſemitam magnopere expetere.Cæterùm,quia in eorum,quę aliàs didicerat de fidei Chriſtianæ dogmatibus, obliuionem veniſſet,rogare Patrem, vt eiuſdem fidei rudimenta ſibi de integro explicarentur.Miſſus eſt ſocius ſacris nondum initiatus, qui eum in fidei principiis erudiuit, adeò vt Giacata in fine hebdomadæ, poſtquā in ſingulos dies aliquot horas in Catechiſmi ſtudiū aures præceptori dediſſet,in fide fuerit cōfirmatus, & de omnibus,quæ poſt ſuſceptū Baptiſmum commiſerat,peccatis pœnitentiæ ſacramento delendis ſeriò cogitarit: non minus quàm ſi eodem tēporis puncto ex hac vita migrandum foret. Auditus eſt ſuo tempore à Sacerdote diligenter, fuit enim hoc negotium,ſine omni feſtinatione præpropera tractandum. Sed vix ad exitum perducta fuit inſtituta confeſsio, cùm adferretur ad ipſius cuſtodes Daifuſamæ mandatum,vt ad ſe feſtinanter Giacata bene comitatus,ne in via aufugeret,mitteretur. Et cùm omnes qui aderant, ipſum ad ſupplicium acciri ſuſpicarentur,acerbum hunc nuncium, quo cum tolerabiliùs ferret, anfractibus & circuitionibus ei deferre cœperunt:at hominem ad omnia paratum,vt conſolatore,qui ipſi animos adderet,opus non eſſet,deprehenderunt. Nā cū Deum (vt ipſe aiebat)Dominum noſtrum reperiſſet,animique ſui maculas pœnitentiæ ſacramento ablutas certò ſibi perſuaderet, ſe non mortem fugere, verùm expetere præ ſe ferebat: timebat

præterea ne vitiorum habitus, quos frequens peccandi conſuetudo in ipſius ingenerauerat animo, ad priſtinam peccandi licentiã ſtimulos ſuppeditarent. Addebat inſuper accidere poſſe, vt ſibi è vita migraturo, Sacerdotis à quo peccatorum vinculis liberaretur fortaſſis conueniendi non daretur opportunitas. Cùm ergo ſe à peccatis exiſtimaret liberum, (ritè enim iniquitatis à Sacerdote erat abſolutus) ſine omni cunctatione ab hominibus demigrare cupiebat, ex morte itaque, quam ſibi putabat imminere, nõ dolorem vllum, vt faciunt ii, quibus res ſunt ſecundæ; ſed magnam animo capiebat voluptatem. Cùm ſimilibus præparatam haberet animum cogitationibus, eſt iter Meacenſe ingreſſus. Deus porrò præpotens, qui ſingulari ſua clementia, ipſius animo vitã amiſſam reddidit, lucis huius vſuram ipſi noluit eripi; à Daiſuſama enim eſt tantùm exulare iuſſus, in loco nõ longè à Meaco, vbi nũc in propoſito ſuſceptoque Deo ſeruiendi conſilio, quod Numinis afflatu cepit, cùm in cuſtodia calamitatibus afflictus iaceret, conſtans perſiſtit.

Maximo nos gaudio cumulauit Pater miſericordiæ, & Deus omnis cõſolationis, qui nos in omni noſtra tribulatione cõſolatur, nam ſua immenſa bonitate effecit, vt Chriſtiani Fingẽſes in eum, quẽ nunc retinent, tolerabilẽ ſtatũ venerint. Cùm enim hominum iudicio in perpetuis victuri putarentur miſeriis, (clientes namque fuerant Auguſtini) Deus eorum patrociniũ ſuſcepiſſe videtur. Canzviedono ſiquidem ſecum ipſe reputans, ac diligenter cogitans, quanta fide Chriſtiani illi pro hero ſuo Auguſtino abſente pugnaſſent, quàm fortiter, cùm munitione Vto arcta tenerentur obſidione, vim vi defendiſſent, in eam venit ſentẽtiam, ſe neque fortiores illis milites reperire poſſe, neque clientes magis fidos, quare damnorum, quæ acceperat (multi enim ipſius milites in obſidione à Chriſtianis cęſi fuerant) memoriam deponere conſtituit, ac beneficiis hanc proborum militum cohortẽ ſibi deuincire. Vectigalibus ergo, quæ ante bellum ſinguli poſſidebant, ipſos frui patitur, immo & eorum, qui in munitionis propugnatione præ cæteris fortiter decertarũt poſſeſſiones auxit. Vtque ipſos pacatos & quietos haberet, (quod fieri nõ poſſe animaduertit, niſi Chriſtiano ritu viuere permitteret) omnem viuendi eiſdem licentiam libertatemque dedit: nonnunquã cũ aliquibus, quos in domeſticorum ſuorum aſcripſit numerum, de fide Chriſtiana, noſtroque viuendi inſtituto, deque iis, quæ in obſidione cõtigerunt, ſermocinatur, atque hinc factum vt de iracundiæ, qua in nos exarſerat, acerbitate plurimum remiſerit, ſummamq; illam, quam

fortes Chriſtiani toto obſidionis tempore prę ſe tulerunt, animo-
rum coniunctionem ex Chriſtiana profectam diſciplina intelle-
xerit, quare maiora ipſis quàm antea beneuolentiæ ſigna oſten-
dit. Miſerat idem Canzviedono viros honoratos certarum terra-
rum gubernatores, Scichium & Amacuſam, vt de ea, quam Socii
in Iaponia tenent viuendi ratione certi aliquid indagarent, qui
ad herum ſuum reuerſi cùm ipſi ~um eius cōſiliariis perſuaſerunt,
hanc ſolam ſupereſſe rationem continendi in officio terrarum il-
larum incolas, qui ad vnum omnes ſunt Chriſtiani, vt eis permit-
tatur ex legis Chriſtianæ præſcripto viuere, ac propterea neceſſa-
rium eſſe, vt ipſis perpetuò adſint Patres Societatis, ſine quorum
opera diu conſiſtere non poterit inter eos, quæ nunc eſt, pax. Ro-
garunt itaque hi Gubernatores Patres noſtros vt Chriſtianos il-
los inuiſerent, ac ſolennibus ceremoniis imminentem Chriſti
Domini natalem diem colerent. Quod ad patres qui iuſſu Canz-
uiedono detinebantur captiui, negarunt ſe poſſe certi aliquid de
hero ſuo promittere: cæterùm Sociis reliquis, quoad alia ab eo-
dem hero ſuo non acciperent mandata, omnem ſunt prolixè pol-
liciti beneuolentiam. Tādem Quambioiendono ſua auctoritate
& precibus tantum apud Canzviedono perfecit, cùm de liberta-
te ſociis captiuis danda cum ipſo ageret, vt ipſe in dies fieret pla-
catior, & ad extremum noſter factus ſit amicus: ad quam rē juuit
Socius nō ſacerdos, à P. Viſitatore miſſus, vt cum Cāzviedono de
rebus nō parui pōderis ageret. Primo ergo loco actum eſt de mo-
do viuendi Societatis, & de cauſa quæ ſocios mouit vt in Iappo-
nia commorarentur. Deinde dictum eſt Socios cupere cum omni-
bus Iaponiæ proceribus amicitiam inire, eoſq; poſt P. Viſitatoris
in oras illas reditum varia tentaſſe, quibus ad ipſius Canzviedo-
no amicitiam aditum facerent, ſed propter ipſius & Auguſtini
diſſidium promouiſſe nihil. Tertio loco allatæ ſunt multæ, eæq;
iuſtæ cauſę quibus verebantur ſocii in pacificatoria illa legatione
(cuius ſupra meminimus) ad præſidium munitionis Vto ſe impli-
care. Sociorum porrò omnium nomine rogatus eſt Canzviedo-
no, vt ſocii, qui nulla ſua culpa in carcere captiui detinebantur,
liberi abire permitterentur, & vt ipſe, in cuius terris magna eſſet
Chriſtianorum multitudo, ſociis, quorum labore & ſedulitate in-
ter eos pax ſeruabatur, pro ſua clementia, & erga clientes ſuos
beneuolentia, fauere non recuſaret.

Hæc omnia in libello à Socio ſcripta data fuere intimo Cāz-
uiedoni domeſtico, cui cùm eſſet factum ſatis, & herum ipſe ſuum
nobis placauit. Dimiſſi ſunt continuò ex carcere Socii. Verū vt
intelli-

intelligerent omnes, non P. Viſitatoris precibus, ſed ſtudio gratificandi Quambioiendono libertate donatos fuiſſe, noluit Canzviedono, Socio à P. Viſitatore ad ſe miſſo antea patere aditum; quàm Socii è carcere educti iter Nangaſachum verſus ingreſſi eſſent; quibus hoc oneris impoſitum fuit, vt libertatis ſuæ auctorē agnoſcerent Quambioiendono, & hoc nomine ipſi gratias agerent. Eſt Socio poſtea colloquendi facta poteſtas, & ea quæ à Patre Viſitatore in mandatis acceperat, prōponendi. Quæ omnia mirificè Canzviedono placuerunt; quare & ſocio magnum habuit honorem, & in noſtri ordinis homines vllum ſe habuiſſe odium negauit, quamuis propter graues, quas cum Auguſtino gerebat inimicitias, noſtram non magni æſtimaſſet amicitiam. In poſterum verò ſe nobis amicum fore promiſit, non tantùm verbis, verùm vbi occaſio oblata fuerit, & factis; amicitięque ſuę vberes, vbi ex Regia ad quam feſtinanter proficiſcebatur rediiſſet, fructus eſt pollicitus.

Noua hæc noſtra cum Canzviedono inita amicitia, cum Sociorum dimiſsione ex carcere conjūncta, Chriſtianos ad animos erigendos mouit, & ad bene de felici in terris illis rei Chriſtianæ progreſsione ſperandum. Sibi enim perſuaſerunt bona principis huius voluntate, non modò Socios, poſſe certa in quibus cōmorentur ſibi conſtituere domicilia, verùm & Chriſtianos omnes ad legis Euangelicæ præſcriptum liberè ſine omni timore vitam inſtituere. In quam ſpē nōn ſunt temerè ingreſsi, nā ex Canzviedoni nobilibus domeſticis complures Baptiſmum expetunt, & ipſe Canzviedono cœpit de ſanctiſsimo Religionis Chriſtianæ inſtituto bene ſentire, & erga ſocios voluntatem habere optimam. Non licuit per ipſius feſtinationem (omni enim qua potuit celeritate Meacum iter maturabat) agere de certo vbi in ipſius terris conſideremus loco. Immo Iaponiæ conſuetudo non patitur, vt primo congreſſu negotium aliquod tranſigatur, Quare hac de re agendi tempus erit, vbi P. Viſitator ex Sociis aliquem delegauerit, qui pro beneficio dimiſsionis Sociorum ex carcere, gratias agat. Deinde non eſt omnino certum, quis futurus ſit terrarum illarum dominus, quāuis magna cum ſpe eas obtinendi Canzviedono ſit viam Meacenſem ingreſſus, qui ſi terras illas, quæ erant Auguſtini, à Daifuſama impetrarit, nōn parua eſt ſpes, non modò de conſeruanda in iis fide, qui hoc tempore Chriſtiani ſunt, verùm & de eadem inter Idolorum cultores propaganda, quos putamus ad ſuaue Chriſti Domini iugum lubentiſsimè magno ſuo bono acceſſuros. In magnam præterea ſpem adducimur, Daifuſa-

ſuſamam, quę belli tempore à Quambioiendono accepit beneficia, inſigni aliquo terrarum dono remuneraturum, quamuis proximis diebus Cainocamio, Quambioiendoni filio, Regnum Cicugenſe dederit.

Hic eſt præſens rerum Iaponienſium ſtatus, qui antea ſtabilis planè & quietus eſſe nō poterit, quàm Daifuſama Regna omnia diſtribuerit. Abierunt quidem Meacum proceres, qui variarū rerū, quas à Daifuſama ſinguli exſpectant, deſiderio flagrāt: Cæterū an propterea ſint futuræ Regnorum permutationes, hactenus exploratum nòn habuimus. In tantis porrò rerum omnium perturbationibus hoc fruimur ſolatio, quòd experiamur, quæ hactenus acciderunt, omnia à diuino Numine ad maius Eccleſiæ Chriſtianæ incrementum cōmodumque dirigi; (quod ex iis, quę iam ſcripſimus, ęquus lector ſibi facilè perſuadere patietur) vtque tyrones in Chriſtiana Religione milites, ſe tot tantiſque laboribus periculiſque, permittente Deo exerceri intelligant, quò vberiores fructus præſtantioreſque percipiant, nō tantū ipſi, verùm & Gentiles, qui cùm Chriſtianorum, quos publica per varias prouincias diſperſit calamitas, conſuetudine fruantur, fidei noſtræ magno ſuo emolumento notitiam conſequuntur.

Vt Epiſtolæ huic meæ finem faciam, de Auguſtini Tzunocamidono amici noſtri optimi & fidelis (quod ſuprà facturum me recepi) dicendum eſt morte; quæ nobis magnum ſanè & acerbum dolorem commouit. Amiſimus ſiquidem inter Iaponios, Chriſtianorum columen. Cęterùm maxima quę dedit, cùm ex hac vita migraret, ſalutis ſuę ſigna, nobis nō exiguū doloris noſtri leuamentum attulerunt. Is ergo belli initio, cùm exiſtimaret ſe religione obligari, vt pro hero ſuo Taicoſama arma caperet, ac ſe nō exigua aditurum vitę pericula animaduerteret; magno cum pietatis ſenſu, antequam Meaco abiret, pœnitentiæ ſacramento peccatorum ſuorum maculas abſterſit. Cúque victoriam de hoſtibus reportare ſperaret, Chriſtianam per vniuerſam Iaponiam conſtituerat amplificare Religionem. Nā liberiùs ei licuiſſet quàm antea, Chriſtianis patrocinari, ſi victor ex prælio ſaluus rediiſſet.

Cùm inſtaret præliū, ſcripſit tum ad terrarum ſuarū gubernatores, tum ad noſtros, qui in Regno Figen erant, vt omni ſtudio cōtenderent, quot poſſent Gentiles ab Idolorum cultu ad Chriſti religionem attrahere. Poſtea verò quàm in aciem dimicationemque ventū eſt, Adminiſtratorū exercitus, breuiſſimo tempore per nefandū proditorum ſcelus, vt antea diximus, eſt diſſipatus: Cùm nulla euadendi ſpes appareret, in mentem ipſi venit (nō du-

biū quin Dæmonis afflatu) ſe nō ſine maxima infamiæ rota viuū in hoſtium poteſtatem peruenire poſſe, ac propterea honorificū fore, cùm à Iaponiis omnibus ſtrenuus belli dux haberetur, ſibi patrio more ventrem ſcindere. Sed cùm tacitus ſecum conſideraret, quàm eſſet immane ſcelus vim corpori ſuo & vitæ afferre, animum ab hac impia cogitatione ad Dei timorem conuertit, vtque virum fortem decuit; & in Chriſtiana Religione optimè inſtitutum, Dei honorem ſuo anteponendum iudicauit; quare ſe ab hoſte capi permiſit, quò ad mortem, quā ſibi imminere ſciebat, paratior iret: Siſtitur itaque captiuus Cainocamiō, qui viri clariſſimi aduerſa fortuna cùm permotus videretur, eum animo eſſe infracto ſenſit; hiiſce enim verbis Auguſtinus Cainocamium (in cuius erat poteſtate) eſt allocutus: Domine, probè noſti qualis ego fuerim; & qualem nunc me eſſe conſpicis, quare oro vt vnum à te beneficium habeam. Cumque exiſtimaret Cainocami, ipſum vitam deprecari, ſubiunxit Auguſtinus: De hac corporis vita, quam nihili facio, conſeruanda non laboro, & ſi Dei offenſam non timuiſſem, facilè me ipſe vita priuaſſem. Beneficium autem, quod in hac mortali vita vnicum mihi fieri cupio, hoc eſt, vt mihi detur facultas conueniendi ſacerdotem, cui Chriſtiano ritu peccata mea cōfitear. Cainocami eſt prolixè ſuam hac in re apud Daifuſamam pollicitus operam. Auguſtinus itaque propter ſpem ſibi datā impetrandi quod maximè cupiebat, magna eſt voluptate perfuſus. Cæterùm Daifuſama ſe inexorabilem præbuit, cui & ipſum poſtulatum, tanquam de re Auguſtino non neceſſaria, vehementer diſplicuit. Datus eſt ergo Auguſtinus in cuſtodiam militum ductori, cui inſuper hoc à Daifuſama mandatum, vt diligenter cuſtodiretur; quod factum eſt, nam domeſticos omnes ab ipſius famulatu amouit, immò honorario puero, vt hero ſuo in tantis miſeriis cōſtituto inſeruiret, permittere noluit. Paucis pòſt diebus à magna hominum multitudine Ozacam adductus eſt Auguſtinus, vbi nihil intentatum reliquit, vt animi ſui ſordes pœnitentiæ ſacramēto eluerētur. Qua de re Socios fecit certiores per litteras, quarum aliquę in Daifuſamæ manus inciderūt. Sed homo rerū Chriſtianarum ignarus, cùm neſciret quid eſſet peccatorum confeſſiō, & quorſum tantopere Auguſtinus ad ſe ſacerdotē accerſeret, iracundia exarſit & ſtomacho, néve Sociis vllus ad Auguſtinum pateret aditus diligentiùs quàm antea ipſius cuſtodibus mandauit. Quare nobis nō licuit, quamuis omni hac in re diligentia vteremur, optimi viri voluntati facere ſatis. Cùm ergo de confeſſione Sacerdoti facienda nullam ſibi ſupereſſe ſpem animaduerteret,

ad

ad vnicum, quod exſtare ſciebat remedium, (probè erat Chriſtia-
ia imbutus diſciplina) vt de admiſsis à ſe peccatis valde doleret,
onfugiendum duxit; tempore ergo illo, quo in carcere fuit, par-
im de peccatis ſuis, non ſine acerbo animi ſenſu & dolore, reco-
gitauit, partim ſtatas Chriſtiano ritu preces, quibus Dei matris
uxilium imploratur, recitauit, aut certè in opere aliquo pio ſe
ac ratione exercuit, vt ſine intermiſſione peccata ſua defleret.
Omni itaque ſtudio præſentes moleſtias, impendentemque ſibi
nortem, animo magno, & prout Chriſtiana religio præſcribit,
lacidè perferre contendit, vt hac ratione omnes peccatorũ ſuo-
um maculæ prorſus eluerentur. Animo fuit dum in carcere de-
ineretur excelſo atque inuicto, adeò vt hoc nomine proceres gẽ-
iles, qui ipſum inuiſebant, admiratione obſtupeſcerent, neque a-
iud ferè ex ipſius ore verbum exibat, quàm quod animæ ſpecta-
et ſalutem. Semper enim præ ſe ferebat, quo tenebatur deſideriũ
onueniendi Sacerdotem, vt confeſſione ſalutari animus pecca-
orum ſordibus inquinatus abſtergeretur.

Tandem capitis condemnati Auguſtinus, Gibunoſcio, & Anco-
ugio, in iumentis ſtrigoſis inſidentes deducti fuere per vias Oza-
æ, ac poſtea in tribus carris collocati per Meacũ ſunt vecti. Quæ
es apud Iaponios eſt imprimis ignominioſa, maximè ſi proceres,
in honore aliquando fuere conſtituti, qui eiuſmodi ferre cogũ-
ur ignominiam. Primus locus Gibunoſcio, tanquam fœderis au-
ori & Principi, eſt tributus. Hunc proximè non longo interual-
o ſequebatur Ancocugio, poſtremus verò fuit Auguſtinus. Tubi-
en autem clara voce enunciabat hos tres propterea capite dam-
atos ad mortem duci, quòd à Teza defeciſſent. Gentiles illi duo
ſupplicio Auguſtini ſocii, cùm eſſent animo perculſo & abie-
o, aſperiuſque à lictoribus tractarentur, viſi ſunt leſſus ſibi face-
. Gemitibus certè & coloris mutatione magnum ex imminente
orte ſe capere dolorem teſtabantur. At in Auguſtino idem fuit
mper vultus, nihil ab eo toto hoc itinere eſt factum, quod non
dolceret, quã ipſe ſemper fuit præditus, animi magnitudinem.
æc porrò habitus oris & vultus Auguſtini à ſociis ſuis diſſimili-
do ab iis, qui lugubri hoc ſpectaculo interfuerunt, notata dili-
enter & obſeruata fuit.

Cùm ad ſupplicii locum, qui eſt in vrbe Meacenſi, capite dam-
ti appropinquarent, Chriſtianus à Sociis dedita opera ſummiſ-
s, quàm potuit occultiſſimè, per medios ſtipatores ad Auguſti-
um non ſine difficultate penetrauit, & quæ in mandatis habe-
t diligenter, quantum temporis locique patiebatur opportu-

nitas, expoſuit: Socios nimirum, vt ipſum conuenirent omnē adhibuiſſe diligentiam, ſed à milite, cui mandauerat Daifuſama ne permitteret ſocium vllum cum ipſo colloqui, quod maximè diſcupiebant perficere non potuiſſe. Cæterùm cùm ad viuendi peruenîſſe ſe videat finem omni ſtudio conandum, vt quàm poſſet maximū propter anteactæ vitæ peccata animo capiat dolorem, egit Auguſtinus per eundem internūcium Sociis gratias, quòd ſui retinuiſſent memoriam, quodque pręceptū ſalutare, viāq; qua in cœlū itur, tā opportunè ſibi oſtenderent, iuſſitq; ipſis renunciari. ſe damnū hoc, ꝙ fecerat ob negatam ſibi facultatē expiandi peccata per ſacramentū pœnitentiæ, cōpenſare pro virili ſtuduiſſe; nā patrum monitis & cōſiliis obtēperādo, (eadē enim Chriſtianæ diſciplinæ præcepta ab ipſis olim accepiſſe meminerat) ꝙ nunc monerent vt faceret, ſe cùm in carcere detineretur, explere conatū. Addidit præterea, proximis diebus, maximum ſibi à Deo immiſſum de peccatis ſuis dolorem, cum certa ſpe conſequendæ ſalutis, ac propterea non ſine ſolatio lætum vita cedere.

Cùm procederet captiui, obuiā venerunt Bōzii, vt neſcio quo ſuperſtitioſo cultu eos expiarent, aut veriùs contaminarent. Hi cum barbaris ceremoniis tùm ſe ipſi tùm Gibunoſcio & Ancocugio nefario ſcelere fœdarūt; ab Auguſtino verò ſunt voce clara & grandi abire iuſſi, ſe cum ipſis (cū Chriſtianus eſſet) nullā habere cōmunitatē dixit; & in iis, quę ad eā, ad quā aſpirabat, cæleſtē vitā ſpectarent Societate nolle cōiungi: Verū ipſorū præſtigias & fallacias à Dæmone malo excogitatas ad humani generis perniciem deteſtari. Quibus dictis, voce canora orationem dominicā recitare cœpit, manu tenens Roſarium. Hacque ratione Bonzij cum dedecore & ignominia repulſam paſſi receſſerunt.

Cùm ad ipſum ſupplicii locum eſſet peruentum, prodiit primarius Bonzius, qui domo ſua pedem efferre nō ſolet, niſi cùm principibus viris ex officio adeſſe cogitur, quibus carnificis manu vita adimitur. Is itaque aliis ſuæ ſectę hominibus ſtipatus, poſtquā peſtiferis ritibus Gibunoſcio & Ancocugio Plutoni deuouiſſet, eiſque librum, quem Gentiles ſanctum ſtultè arbitrantur, oſculādum dediſſet, operam ſimilem Auguſtino præbere volens, ipſius capiti librum illum, qui Numinis inſtar colebatur, imponere tentauit, ad quem Auguſtinus tanquam hominem nullo honore dignum, conuerſus, Chriſtiana cum ſeueritate, abſque omni acerbitate, Apage, inquit, Chriſtianus ſum, quare mihi cum iſtis ineptiis nihil eſt negotii. Ac mox tabellam pictam, cuius frequenti adſpectu recreabatur (fuerat hæc tabella Sereniſſimæ quondam Regi-

næ

næ Luſitaniæ, Donnæ Catharinæ ſororis Caroli V. Imperatoris, in qua conſpiciebantur Chriſti Domini ſeruatoris noſtri & ſanctiſſimæ ipſius matris imagines) vtraque manu, non ſine honoris erga rem ſacram declaratione, ter capiti ſuo impoſuit, Deo Creatori, animi ſui commẽdās ſalutẽ; ac poſtea ſereno trãquilloq; vultu, vbi in cœlum oculos aliquãdiu defixiſſet, ad tabellã aſpectũ retulit, collumque carnifici ſecandum præbuit, quod ipſe trino ictu perfecit, cùm Auguſtinus flexis genibus ſanctiſſima nomina IESVS & MARIA inclamaret.

Cadauer in veſte ſerica inuolutum, ad domicilium noſtrum Meacenſe allatum, cũ iis, quibus ſancta Romana Eccleſia vtitur ceremoniis, non ſine lachrymis, ſepultura affecimus, pro ipſius verò anima, omnibus in quibus Socii reſident locis, factum eſt ſacroſanctũ Miſſæ ſacrificium. Inſuerat Auguſtinus in ſerica illa veſte, qua poſtea tectum fuit ipſius cadauer, litteras ad Donnã Iuſtã, conjugem ſuam & ad filios, quarum partẽ hîc adſcribere ab inſtituto meo non alienum judicaui. Litteris, inquit, explicari nõ poteſt doloris, quẽ ob inopinatũ hunc cepi caſum, magnitudo: nam lachrymarũ vim magnã profudi, angores cruciatuſq; quos in hac vita mortali ſuſtinere potui maximos ſum his diebus perpeſſus, & nunc patior, adeò vt mihi videar eas ſcelerum meorum luere pœnas, quæ in purgatorio ſuſcipiendæ erant. Et cùm exploratum habeam, peccata mea in has me adduxiſſe miſerias, à ſingulari DEI erga me beneuolentia profecta exiſtimo, quæ mihi acciderũt aduerſa, ac propterea ipſi hoc nomine immortales gratias ago. Ad extremũ, quod eſt maximi momenti, curate vt in poſterum omni ſtudio & animi contentione Deo ſeruiatis. In hoc enim mundo, cuius res omnes ſunt inſtabiles, nihil reperitur diuturnũ. Hactenus ex epiſtola Auguſtini, qui tẽpeſtiuè proſpexit, vt in vxoris ſuæ manus veniret. Nã fidũ amicũ præmonuerat, vt cũ corpus ſepulchro condendũ eſſet, in veſte, qua tegebatur, epiſtola quæreretur.

Hic fuit finis & mors Auguſtini, qui natura vir fuit excelſus, alacris & fortis, reique militaris ſcientiſſimus, vnde factum, vt in eam honoris & dignitatis aſcẽderit ſedem, vt inter Scimi proceres numeraretur, magnoſq; eidem Taicoſama habuerit honores, cuius opera in maximis rebus erat vſus, nã eũ cognoſcebat, cũ in omnibus vitæ partibus honeſtum atque integrum, tum plenum officii, omnium virtutum, & in primis fidei conſeruandæ ſtudioſum. Fuit præterea vir ſingulari clemẽtia & miſericordia, pauperum fautor ſummus & adjutor, quorum miſerias ſua liberalitate ſæpiſſime leuauit. Et cùm apud Nobilitatem Iaponienſem inueterarit per-

 niacioſus

nicioſus ille Reipublicæ mos, vt herus quacunque de cauſa famu-
los ſuos impunè occidere poſſit, noluit Auguſtinus (tāta enim fuit
morum ipſi manſuetudo ac facilitas) vel ipſis qui mortem erant
promeriti vitam eripere. Immo legem cōdidit, ne vllus magiſtra-
tus illorum, in quos imperium habuit, hominem quibuſcunque
ſcelerum ſordibus turpificatum antea morte multaret, quam tres
viri probi, ad hunc finem iudices conſtituti, rei cauſam diligente
perpendiſſent, cùmque morte dignum iudicaſſent. Idē vt facerent
alii nobiles, qui in ſua erant clientela, ſummopere cōtendit. Scie-
bat quippe Chriſtianam Religionem hoc poſtulare, vt in eiuſmo-
di cauſis moderatio ſumma adhiberetur. In iis verò rebus, quæ ad
animi ſalutem pertinent, quamuis grauiſſimis curis & maximè
bellicis implicatus, ſingularē omni tēpore adhibuit diligentiam:
maximè verò (vt paulo antè diximus) cùm ſuum è vita hac cala-
mitoſa appropinquare diſceſſum certò ſciret, cuius rei teſtes lau-
dabo duos ephebos honoratos Daifuſamæ, qui paucis ante Au-
guſtini mortē diebus Chriſtiana ſuſceperant ſacra. Hi cùm ſecum
diligenter perpenderent, quantam Auguſtinus prouiſionem ani-
mi & præparationem adhibuiſſet, vt animam ſuam à peccatorum
ſordibus vacuam atq; puram Deo ſiſteret, optarunt & colla ſcindi
ſua, modò exploratum haberent, ſe virtutibus æquè ac fuit Augu-
ſtinus paratos inſtructoſque ad mortem peruenturos.

In eam ergo ſpem, non ſine cauſa, ſumus ingreſſi, præpotentem
Deum, qui hanc Auguſtino mētem dedit, vt commiſſa à ſe pecca-
ta valde doleret, damna quæ ob negatam facultatē conueniendi
ſacerdotem facere eſt coactus, gratiæ ſuæ cumulum ipſi impartiē-
do abundē reſarſiſſe: ac nunc in cælis, laborum in hac vita pro Re-
ligionis Chriſtianæ propagatione ſuſceptorum mercedē tribuiſ-
ſe, & pro honoribus incertis & caducis, (quibus Iaponii Monar-
chæ de ſe bene meritos augere ſolent) ad eū euexiſſe inter cæleſtes
dignitatis gradum, quem mortalium nemo, non dicam explica-
re, ſed nec animo complecti poterit.

Auguſtini mors tragœdiæ finem non fecit: Paucis ſiquidē poſt
ea diebus, ipſius filius & hæres ſummæ expectationis puer, anno
natus duodecim, poſt acceptam a Morindono fidem publicam, in
vnum ex ipſius Regnis, quod eſt Firoſcimæ finitimum, cū aliquo
famulis Chriſtianis migrauit: at circumuentus, &, vt apertiùs di-
cam, proditus, quaſi in tuto collocandus, ab eo in quo erat loco
cum honoratio puero & famulo vno Ozacam abductus eſt, vbi
tunc erat Morindono, qui innocenti puero caput, quàm poterat
ſecri occultiſſimè, præcidi iuſſit, quod cum Daifuſamæ offerretur

tantum

tantum abeſt ipſum hoc admiſiſſe munus, vt verbis acerbis ſibi vehementer diſplicere tam ſceleſtum ac nefariũ facinus ſit teſtatus, eiuſq; auctores pœnam ſceleris immanitati debitam perpeti debere. Quo reſpõſo facinoroſi, qui munus attulerant, perterriti, orationis ſuæ filũ mutarunt, dicẽtes Morindono in ſuis terris deprehendiſſe puerum, & ex fuga, in quam ſe cõjecerat captum duxiſſe Ozacam, vt viuum ipſius excelſitati ſiſteret. Cũ verò ſibi vẽtrem ſcidiſſet, caput exhibendum principi ſuo judicaſſe. Fuit ergo tunc temporis Daifuſamæ perſuaſum; puerũ ſibi manus attuliſſe. Quare nullas ampliùs minas in crudeles illos innocentis pueri carnifices jactare perrexit. Cæterũ tẽporis progreſſus veridicam mortis cauſam patefecit. Et ſanè principe viro, cuiuſmodi eſt Morindono, remplanè indignã judicarũt omnes, ad quos ſceleris notitia peruenit, ſumma innocentia & integritate puerum, poſt datam fidem publicam, vita expellere.

Quod nos in hoc grauiſſimo caſu conſolatur, eſt optima, quã in ipſo fuiſſe nouimus, indoles, ac diligens ad mortẽ præparatio, vt ex ſermone cognouimus, quem cum ſocio ſacris non initiato, paulo antequã moreretur, habuit. Profectus erat Socius Firoſcima ad locum in quo captiuus detinebatur, vt eum inuiſeret, cùm autem ſuſpicaretur, non in locum tutiorem, vt homines verſuti & callidi paſsim prædicabant, verùm ad certiſsimam mortem eum abduci ab Adminiſtris & ſatellitibus Mirandono, cœpit ei animos addere, cõſolationẽq; adhibere. At puer animo libero, & maiore, quã poſtulabat ipſius puerilis ætas, conſolatorem eſt adhortatus ſuum, ne ſua de cauſa ſolicitudine afficeretur, ſe namq; bene de clementia diuina ſperare, mortemq; non timere; maximè cùm peccati ſordes paucis antea diebus pœnitentiæ ſacramento eluiſſet: ſeque maximè optare in terris mortẽ patienter ſubire, vt parentis ſui, quem in cœlo eſſe ſibi perſuadebat, in æterna gloria cõtubernalis fieret.

Hæc ſunt quæ hoc tẽpore cùm de Societate noſtra, tũ de vniuerſis Chriſtianis, qui in Iaponia ſunt, ſcribẽda occurrũt. Reliquũ eſt, vt R. P. V. nobis ſuam ſanctam impertiatur benedictionem; ipſius porrò ſanctis ſacrificiis & orationibus nos omnes cõmendatos cupimus. Nangaſachi, 25 Februarii, CIↃ. IↃC. I.

R. P. V.

Indignus in Chriſto filius,

VALENTINVS CARVAGLIO.

# ILLVSTRI
## DOMINO DE
## GERPONVILLE.

MVLTA ſunt Illuſt. Domine, quæ me vt litteras has Iaponias, quas ex Italo in Latinum verti, ad te mitterem impulerunt, quæ nunc commemorandi non eſt locus: Certè incredibilis tua erga me beneuolētia maius aliquod illuſtriuſq; meæ erga te obſeruantiæ poſtulabat argumentum. Verùm cùm hoc tempore nihil haberem, quod ſtudium, quo teneor tibi obſequendi ſatis declarare poſſet, exiſtimaui ab officio non alienū meo, annuas has Iaponias tecum communicare. Tu namque cùm ſis à lingua cùm latina tum Itala inſtructus, & non vulgari rerum multarum ſcientia præditus, an ſim rectè interpretis officio functus, optimè iudicabis; & quæ his in litteris commemorantur, tāquam falſa non aſpernaberis, cùm ipſarum ſcriptor vir ſit probus, claro apud Italos loco natus, & Sociis, qui in Iaponia Verbi Dei ſementem faciunt, præpoſitus. Tu præterea, qui Regiones, quæ ad Orientem Solem ſunt poſitæ peragraſti, & Iudæam, pietatis quondam domicilium, nunc verò Turcarum tyrannide op-

preſ-

preſſam, oculis luſtraſti, variarúmq; gentium etiam barbararum mores diligenter perſpexiſti, cauſidicorum illorum facilè reprimes temeritatem, qui in Societatis nomen turpiter maleuoli, lubenter Iaponiam omnem deletam cuperent, modò Sociis incommodarent: Sed ſtultitiæ ſuæ pœnas tandem magno ſuo malo pendent, ac, ſi vera ſunt, quæ dicuntur, iam miſeros homunciones infamiæ ſuæ pudet. Nam cùm hoc maximè nomine facere nobis inuidiam apud omnes cogitaſſent, quòd Academia Turnonia, quam Societas adminiſtrat, auditorum mille quingentorum numero floreret; Lutetia verò, quondam bonarum artium magiſtra, non amplius quàm octingentos numeraret, Sociorum laborem & induſtriam ingratis laudarunt. Cur tam pauci Lutetiæ diſcipuli, & adeò frequentes Turnoni? An porrò humanioris litteraturæ ſunt ignari, (quod audacter affirmarunt hi boni cauſidici) qui ex Sociis iuuentutem ad humanitatem informant, ſolitudo illa Academiæ Pariſienſis neminem dubitare ſinit. Sed & hos Sociorum inuidos obtrectatoreſq; monitos cupio, vt eruditionis ſuæ nobis ſpecimen dent, ſeque Antiquitatis Scriptorúmque veterum litteratè peritos reapſe doceant: quod ſi facere non poſſunt, deſinant maledicere, Societatíſque noſtræ pro CHRISTI Eccleſia ſuſceptos labores vituperare. Tu verò Illuſtriſsime Domine, qui accuratè illum Caluini Miniſtrum (cuius nomini parco) erudito ſanè ſcripto refutaſti, & fre-

*quenter Caluinianorum captiones diſcutere conſue-*
*uiſti, fauebis, vt ſpero, Socius, qui in veſtra Nor-*
*mannia Scholas dicuntur propediem habituri, meq;*
*quoad vixero, nominis tui obſeruantiſſimum habe-*
*bis. Vale.*

*Ex Collegio Societatis IESV Antuerpiæ, Anno*
*Domini* cIɔ. Iɔc. IIII.

Obſequentiſſimus in Chriſto
ſeruus,

*IOANNES HAYVS.*

FRAN-

# FRANCISCVS PASIVS, SOCIETATIS IESV IN IAPONIA PROVINCIALIS, ADMODVM R^do. PATRI CLAVDIO AQVAVIVA EIVSDEM SOCIETATIS PRÆPOSITO GENERALI.

*Admodum Reuerende in Chriſto Pater.*

PAX CHRISTI.

EX annuis litteris, earumque Corollario Februario menſe huius anni CIↃ. IↃC. I. ſcripto, cognouit Reuerenda P. veſtra rerum, quæ ad illud vſque tempus in Iaponia acciderunt, commutationem, periculaque & incommoda, quæ nō ſine magna rei Chriſtianæ his in locis iactura ſubiuimes; Deiq; præterea immortalis erga nos clementiam, quæ poſt acrem caſtigationem, ſenſim nobis pacem reſtituere conatuſque noſtros fortunare non deſiſtit. A ſcripto Corollario ad hunc vſque diem vix interceſſerũt menſes ſeptem, & nihilominus ſcribendi quæ nunc offertur occaſio negligenda non eſt. Ex Cina nulla hoc anno in Iaponiam peruenit nauis, quare Martio (qui annuarum ſcriptioni dictus eſt menſis) neminem reperiemus, qui hinc in Cinam proficiſcatur. Nunc verò Luſitani, qui Manila huc venerunt, & Macao tendunt, propediem conſcendere cogitant nauiculam: breuiter ergo ſcribam (propter nimiam vectorum feſtinationem, qui abitum maturant, exiguum ad ſcribendum mihi datur ſpacium) non perfectas annuas, (quod magni eſſet laboris) ſed rerum precipuarum ſummam. Vbi ergo de rerum Iaponienſium ſtatu vniuerſè pauca ſcripſero, noſtri inſtituti quæ ſunt propria, & ad Chriſtianos ſpectant, exponere aggrediar.

Iapponienſis imperium potitur Daifuſama, qui poſt reportatã de Gubernatoribus victoriam, ſuam in Iaponios omnes domina-

tionem augere non ceſſat, hoſtes prælio victos variis mulctauit pœnis, fautoribus verò ſuis & adjutoribus præmia dedit ampliſſima. Et quanquam verbo omnia non ſuo, verùm nomine filii Taicoſamæ (cui nomen eſt Findeorizama, aut Fireizama) quem in honore habet, facere videatur; non aliter tamen poteſtatem gerit, quàm ſi Iaponiorum omnium ſummus eſſet dominus. quare Canguettaſo, poſtquam diu multumque de conditionibus pacis egiſſet, proximo ſuperiori Auguſto, ab vltimis Iaponiis, quæ ad Solem orientem ſunt Regnis, Meacum venit, vt ſe in Daifuſamæ poteſtatem traderet. Rex verò ſiue Giacata Regni Saſſumæ, quod eſt ad Solem occidentem poſitum, cum eodem propediem pacem facturus putatur. Pacatam ergo omnẽ habebimus Iaponiam, Daifuſamæque magis quàm fuerat Taicoſamæ imperio obſequentem.

Quod ad Societatem noſtram attinet, in Iapponia ſunt ſocii centum & ſeptem, cum ducentis & quinquaginta alumnis, qui paſſim Dogichi appellantur, in quibus non numeramus eos, qui Seminaria & alia Societatis domicilia incolunt, vt neque ſocios viginti, ex quibus ſeptemdecim in literarum ſtudia incumbunt, ad Collegium Macao miſſos, & alios, qui idem Collegiũ incolunt, & qui in Cina verbi Dei ſementem faciunt; cùm nihilominus hujus Iaponienſis ſint prouinciæ, immo eos non numero, qui Auguſto menſe hîc exſpectabãtur, de quibus nihil certi ſcimus, cùm nemo ex Cina ad nos hoc anno venerit.

Socii porrò omnes, qui in hac ſunt prouincia, tanquam germani Societatis filii, quæ noſtri inſtituti ratio poſtulat officia, & munera, cum eo, quem infrà explicabo fructu, exequi non intermiſerunt. Sic verò in aliorum procurãda ſalute ſe occuparunt, vt ſuæ non immemores fuerint, nam & vota, Societatis more, ſtatis temporibus renouarunt, domeſticiſque exhortationibus, & rerum cæleſtiũ meditatione ex præſcripto libelli B.P.N. Ignatii ad vnum omnes, magna ad omnem virtutem ſibi adjumenta cõpararunt: maximè verò in ipſis auxit virtutis ſtudium, non paucorum menſium terror, quem communis Reip. calamitas omnibus injecerat. Ad ſolius ergo Dei præſidium confugiebãt, occupationumque multitudine & varietate ſe diſtrahi non ſunt paſſi à rerum cæleſtium cogitatione, ad quam inuitabant, quæ ante oculos obuerſabantur pericula.

Rei Chriſtianæ non idem ſemper fuit ſtatus, (quod ex iis, quæ ſum infrà ſcripturus, perſpicuum erit) cùm de ſumma Religionis ſæpius actum ſit non ſine magno Sociorum mœrore: intimis

namque

namque ſenſibus angebantur, magnoque non iniuriâ timore af-
ficiebantur, cùm viderent (vt multi exiſtimabant) Chriſtianæ Re-
ligionis apud Iaponios interitum appropinquare, cui malo oc-
currit Deus, cujus beneficio pace nunc fruimur, deq; fide Chri-
ſtiana paſſim optima habetur opinio, reſque noſtræ majorē quā
antea ſunt hoc anno cōſecutæ ſtabilitatē. In ſumma autē rerum
omniū cōfuſione creuit Iaponienſis eccleſia, acceſsione amplius
quatuor milliū, in quibus ſūt viri honorati. Sed vt hęc omnia cla-
riùs intelligantur, ordiar à narratione difficultatum, quas Dei
præſidio exhorbuimus.

Poſt Auguſtino Tzunocamindono caput ceruicibus abſciſſum,
Chriſtianāq; rē iis, quæ ipſi paruerant, locis vaſtatā, voluit Dai-
fuſama Don Protaſium Arimæ, & Don Sanciū Omuræ Regulos,
bellum facere Saſſumæ in exercitu, cui præerat Scimandono gu-
bernator vrbis Nangaſachi, idolorū cultor, qui cùm à Chriſtia-
nis abhorreret ſacris, noſtris in Euangelio propagando laboribus
audacter obſiſtebat. Quare principes hi viri difficulter ſanè ho-
minis ſe imperio ſubmiſerunt: præuiderant quippe ſe multis ma-
niſq; difficultatibus affligēdos, nos verò omnes hoc Daifuſamæ
mandatū Chriſtianis proceribus datū magno timore perculit, ti-
moréq; noſtrū nōn fuiſſe inanē experiētia docuit. Bello huic poſt-
quàm Daifuſama finē feciſſet, viri principes ad Regiam abierunt.
Scimandono, qui magna apud Daifuſamam erat in gratia (nam
in bello, quod cum Gubernatoribus eſt feliciter geſtum, pro eo
ſtetit) Omuram Don Sancii patrimonium, quaſi ſuſceptorum la-
borum mercedem ab eo impetrauit. quę res ipſi percommodè ce-
dit, cùm Omura ſit vrbi Nangaſachi, vbi imperat Scimandono,
vicina: Don Sancio verò, patrimonii ſui loco data eſt inſula no-
mine Amacuſa. Tanta eſt Scimandono in hoc negotio conficien-
do ſolertia vſus, tantaque efficacitate, vt à Daifuſama quod ma-
ximè cupiebat obtinuerit, adeò vt totius rei cōfectionem, præter
principis diploma, quod intra paucos dies dandum erat, retarda-
ret nihil. factum eſt diuinitus, vt quo tempore hæc gererentur, in
Regia eſſet P. Ioannes Rodrighez, qui mox ac facti hujus eſt noti-
tiam conſecutus, Arimandono & Omurādono certiores fecit: hi
porrò, qui non tantùm cognatione (ſunt enim conſobrini) verùm
& amicitia inter ſe coniūctiſſimi ſunt, magno ſunt animo aggreſ-
ſi ad rem omnium judicio arduam, quamque complures negarūt
ad exitum poſſe perduci. Cæterùm omnes ingenii neruos con-
tendendos judicarunt, vt Daifuſama ſententiam de Omura
donanda Scimandono mutaret. Animaduertebant quippe com-

munc

mune vtrique imminere periculum; nam ſi Omura in hominis Idololatræ poteſtatem veniſſet: coactus fuiſſet Protaſius de poſſeſſione Ariniæ diſcedere. In quanto autem fuerint mœrore incolæ Omuræ, poſtquam de mutatione Domini rumor increbuerat; non eſt quod ſcripto committam, cùm Omurenſis Eccleſiæ ſit omnium; quæ hoc tempore in Iaponia ſunt; antiquiſſima; & ſi Regulus patrimonium deſerere ſuum coactus fuiſſet, Nobilitas omnis, ex legum Iapponienſium præſcripto, cum hero ex patrio ſolo ad incognitas ſibi terras commigraſſet; quare plebei homines, qui Chriſto Domino nomina dederunt, a nobilibus deſerti, non ſatis contra Idololatrarum furores tuti permanſiſſent. Noſtris verò, qui Nangaſachi degunt, res hæc incommodè eueniſſet; nam Scimandono familiaribus ſuis Idololatris dediſſet agros & oppida, quæ circa vrbem Nangaſachi ſunt; in quibus hoc tempore degunt Chriſtiani. Ea ſunt proceres illi duo in hoc negotio cum Daifuſama tractando prudentia vſi; (maximè Don Protaſius, qui vir eſt natura peracutus & prudens, multoſque in Regia amicos habet) vt intra trimeſtre ſpatium, res, quem optabamus exitum conſecuta ſit. Perpendit equidem Daifuſama, rationum à Regulis Chriſtianis ſibi propoſitarum pondera, & ſimul incommoda quæ ex alterius patrimonii donatione oriebantur, adeò vt non tantùm Omuræ patritam & auitam poſſeſſionem cõfirmarit Don Sancio, verùm & vtrumque principem ab imperio ipſius Scimandono exemerit; atque in militia non aliud quam Regium ſequerentur ſignum conſtituerit. Honoreſque præterea quos in Regia antea habuerant auxit, Protaſiique filium natu maximum, & Don Sancii fratrem, in familiarium ſuorum numerum cooptauit. Inſula porrò Amacuſa data eſt Scimandono; qui ira percitus, apertas cum Arimandono & Omurandono ſimultates ſuſcepit: Et cùm Omuræ, de cujus poſſeſſione certus putabatur, ſpes eum fruſtrata eſſet, aliam eſt ingreſſus viam vlciſcendi injuriam, quam ſibi à duobus Regulis illatam putauit vtriq; ſiquidē hoc nomine fuit infenſus, quòd conatibus obſtitiſſent ſuis, magnoque à Daifuſama honore affecti eſſent: quare nõ tantùm ipſos, verùm & Chriſtianos omnes funditus perdere cõſtituerat. Res autem eo, quem nunc exponam, modo geſta eſt.

Daifuſama animo planè infeſto Auguſtini Tzunicamindono (qui fœderatorum, quos in bello ſuccubuiſſe alias ſcriptum eſt, fuit propè princeps) memoriam perſequebatur. Sæpius autem, rebus poſt prælium pacatis, Auguſtinique ſupplicium, eſt

injuriam

nJuriam ſibi ab eo illatam conqueſtus, cùm hominis amici-
iam vehementer expetiiſſet, quam neptis ſuæ nuptiis cùm e-
us filio ſtabilire promiſerat. Inter familiares Daifuſamæ non
leerant, qui ipſum iracundia ardentem inflammare, & in Chri-
ſtianos omnes, Auguſtini cauſa, concitare non ceſſabant; hinc
actum, vt acerbè & aſpere in Chriſtianum nomen fidemque ſit
ocutus. Immo poſt familiares cum P. Organtino ſermones, di-
lomaque liberaliter nobis datum, quo Societati eſt facta po-
eſtas Meaci, Ozacæ, & Nangaſachi, ſedes & domicilia collo-
andi; inueteratum, quod in ipſius animo contra Auguſti-
um erat incluſum odium plerumque erumpebat; & inter alia,
e quibus ipſum accuſabat, erat contemptus Deorum Cami &
otochi, juriſquejurandi & fidei, quam ſibi olim de amici-
ia conſeruanda dederat, neglectio, quæ omnia non aliundè
uàm à Chriſtiana religione profecta affirmabat: quare, ſum-
a, inquit, ratione proſpexit Taicoſama, ne Chriſtiana lex, quę
aponiæ tranquillitati repugnat, inter Iaponios vllo vnquam
mpore firmas obtineret ſedes. Cæterùm Taicoſamæ ſocor-
iam incuſabat, qui iuſſis ſuis omnes obtemperare non coëge-
t, nam ex magnatibus aliqui contra Principis edictum, vt
ientes ſui fierent Chriſtiani, peſſimo, inquit, exemplo per-
cerunt: qui propterea inſignem temeritatis ſuæ pœnam
ere deberent. Adjecit præterea ſe omnino conſtituiſſe il-
d Taicoſamæ edictum renouare, ac propterea curaturum,
Nangaſachi tantùm, quod permiſerat Taicoſama, li-
ret cùm Patribus, Luſitanorum, qui ibi negociabantur,
tis vt ſatisfieret, tum aliis Chriſtianis commorari: eos
rò qui alias in Iaponia incolunt terras, ſi in cruces agi
ollent, paternas repetere ſedes debere; Proceres verò Ia-
nios, qui contra hoc edictum aliquid tentare auderent, in
rduellibus numeraturum; & tanquam Reipublicæ hoſtes,
ſtis pœnis coërciturum. Hæc Daifuſamæ acerba oratio, bre-
temporis ſpacio, per varias regiones diſſeminata, magnum
incipibus Chriſtianis timorem injecit, qui rem omnem ad R.
trem Viſitatorem Societatis perſcripſerunt. Non ſolùm Chri-
ani proceres erant timore perculſi, ſed & alii, qui Chriſto
mina non dederant, nobis bene, quod antea conſueuerant,
ere (tantus eos ex Daifuſamæ verbis terror occupaue-
) reformidabant. Chriſtiani omnes, qui in Iapponia ſunt,
ta perterriti, maiore quàm antea ſe calamitate affligen-
s conjiciebant: Quare magna omnium conſenſione,
ad

ad Dei immortalis opem confugimus, quem ſacroſancto Miſſa ſacrificio voluntariiſque pœnis placare tentauimus, quo nobis impendentem ærumnam auerteret. Non ceſſabat interim Scimandono, datam rei ſuæ bene gerendæ occaſionem non prætermittens: nam apud Daifuſamam, de Chriſtiana ſuſcepta religione Don Protaſium & Don Sãcium poſtulauit: deque Patrum quos alebant, patrocinio; proque ſua libidine & alia commemorauit, quæ Taicoſamæ edicto repugnabant, maximè de templis ad quæ Chriſtiani palàm conueniebant, vt Chriſtiano ritu Deum colerent; quibus præter modum irritatus Daifuſama, pręſentibus aliquot proceribus, in quibus erat Scimandono, quærelam illam de neglecto Taicoſamæ contra Chriſtianos edicto repetiit, certò ſibi conſtare dicens principes aliquos in ipſorum terris, maximè in Arima & Omura, templa ad Chriſtianorum vſum habere, patreſque fouere, propterea non eſſe ampliùs differendam tẽplorum omnium, quæ Chriſtiani extra vrbem Nangaſachi habẽt euerſionem: Scimandono verò, ad quem conuerterat aſpectum vt hoc ſuum mandatum quam diligentiſſimè exhauriretur, imperauit. Hic autem dedit continuò ad P. Viſitatorem litteras arrogantiæ plenas, quibus commemorabat, qua ratione ipſum ſæpius amicè monuiſſet, vt curaret Patres omnes, qui in Iaponia erant (quod Taicoſamæ edicto imperabatur) ſe Nangaſachũ reciperet. Verùm cùm hactenus amici monentis conſilium neglexiſſet, nullum hoc tempore ad tergiuerſandum contra Daifuſamam ſupereſſe locum, qui Taicoſamæ edictum renouauit; Nulla ergo interpoſita mora: pro ea quam à Daifuſama acceperat poteſtate, Patri Viſitatori pręcepit, vt Patres omnes in portu Nangaſachi contineret.

Cùm hæc fierent, Deo ſic volente, in Regia erant Don Protaſius & Don Sancius, qui mox atque intellexerunt Scimandono fuiſſe impoſitum onus diſturbandi Chriſtianorum templa, vehementer ſunt commoti. Animaduertebant quippe viri prudentes rem hanc omnem, magna Chriſtiani nominis ignominia ab hoſte ſuo peragendam, ſeque non modò honoris & fortunarum jacturam facturos, verùm & de vita periclitari, cùm in templorum ruina Idololatrarum furor conſiſtere nõ poſſet. Poſtquam hi duo Chriſtiani principes ſe collegiſſent, magno ac forti animo, vt iniquum illud Daifuſamæ contra Chriſtianos præſcriptum mutaretur, omnia tentare conſtituerunt, aut certè in re tam præclara vitam amittere. Ergo ex amicis ſuis intimis certos quoſdam miſit Don Protaſius vir magnus & excelſus, (cui Deus tempore hoc periculoſ

iculoſo maiores quàm antea vnquam animos dederat ) ad Dai-
ıſamam, qui renunciaret cùm ſe tum Don Sancium à prima in-
ıntia in Chriſtiana, ad parentum imitationem , fuiſſe diſciplina
nbutos, clienteſque ſuos omnes, antequam Taicoſamæ edictum
ıum promulgaret, ad Chriſtianam ſe adjunxiſſe religionē, quam
ılla poterant ratione deſerere; quare nihil ſibi in hac vita acci-
ere potuiſſe magis acerbum , quam quòd hoſti ſuo Scimandono
ata eſſet cura diſturbandi Chriſtianorum templa , maximè quæ
ınt Arimæ & Omuræ, quod ſi reipſa perficiatur, vtrumque debe-
: infamiam & ignominiam perpetuam perferre, ſatiuſque eſſe à
aifuſama necari, quàm in ſempiternum nullo ſuo peccato de-
ecus incurrere. Quia verò neceſſaria erat magna inter Chriſtia-
os animorum conjunctio, vt tempore opportuno hæc cũ Dai-
ſama tractarentur , maximè quòd ſpes nulla eſſet ipſum muta-
ırum ſententiam, nam in corona principum virûm negociū hoc
cimandono diligenter cōmendauerat, & ipſe Scimandono pu-
batur magnam (propter odium , quo Chriſtianos perſequeba-
r) celeritatem adhibiturus, vt heri ſui mandatum exequeretur;
l P. Viſitatorem ſcripſerunt Don Protaſius & Don Sancius de
, quæ in Regia agebantur, Reuerendiſſimumque Epiſcopum
onuerunt: poſtquam Daifuſama templa Chriſtianorum euerte-
ſtatuiſſet, fore ſatius vt ſuo pręcepto hoc fieret, quàm imperan-
Scimandono, qui cùm Chriſtiani nominis eſſet hoſtis, hoſtili-
r omnia , magno rerum Chriſtianarum contemptu , non ſine
hriſtianorum hominum iniuria, vt aliàs eſt factum, perficere co-
ıretur. Quòd ſi ipſi Chriſtiani, qui Arimam & Omuram inco-
nt, hunc laborem ſuſciperent, omnia ſine tumultu aliiſque in-
mmodis perfici poſſe; & templa aliqua in eam redigenda for-
am, vt ab iis, qui ad Chriſtiana ſacra non admittuntur, priuato-
ın hominum domus exiſtimarentur. Præterea Scimandono tē-
orum numerum ignoraturum , nullamque ei ampliùs ſuppeti-
ram occaſionem concitandi in Chriſtianos Daifuſamæ odium.
æ litteræ magna cum celeritate ſunt miſſæ, quarum lectio eſſe-
, vt Chriſtiani omnes ſe lachrymis & triſtitiæ darent, nam ma-
res, quàm antea vnquam extiterant, ſibi imminere procellas
m rei Chriſtianæ vaſtitate arbitrabantur. Triſtis hæc fama, quę
eui temporis ſpacio Chriſtianorum omnium , qui in Iaponia
nt, domicilia peragrauerat, major fuit re ipſa, quare plangore
lamentatione lugubri omnia apud Arimenſes maximè & O-
ırenſes complebantur. Dictus eſt certus dies templorum e-
rſioni , & noſtri , qui variis in locis rem Chriſtianam tra-

ctabant, hac de re certiores ſunt facti. Immo Reguli Chriſtiani terrarum ſuarum gubernatoribus mandauerant, vt curarent omne hoc negocium ſine tumultu & vllius iniuria tranſigi: Sed Deus, qui ſeruos ſuos omni ſubſidio humano deſtitutos non deſerit, huic tanto malo proſpexit: nam tribus aut quatuor diebus, poſt promulgatum de euertendis templis edictum, qui Chriſtianorum patrocinium ſuſceperant, nacti ſunt tempus maximè opportunum colloquendi cum Daifuſama. Admirabilitatem ſanè apud Iaponios omnes fecit præſens illorum animus, qui contra Iaponium morem rem tantam aggredi tentarunt, mirúmque præterea fuit, Daifuſamam ipſorum orationi aures dediſſe ſuas, adeò vt ab ipſis inductus & ſententiam de templis demoliendis mutarit, præſcriptumque hac de re ſuum antiquarit. Mox enim atque intellexit Arimandono & Omurandono vehementer lugere templorum euerſionem, ipſorum miſericordia commotus, an ſic ſe res haberet quæſiuit, nimirum duobus his proceribus edictum de templis diſturbandis magnum commouiſſe dolorem? Cui reſponſum fuit, non minorem commouiſſe, quàm ſi ipſis fuiſſet adimenda vita. Gratúmne, inquit idem Daifuſama, ipſis foret Chriſtiano viuere modo, & in ipſorum terris templa retinere? Reſponſum, fore gratiſſimum; cùm vterque maximi eſſet beneficii loco habiturus hanc, quam magnopere expetebant, viuendi libertatem. Et propterea ipſis abundè pro omnibus, quos Daifuſamæ cauſſa ſuſceperant, laboribus & periculis hac vna re ſatisfieri poſſe, magis quàm ſi ab eo ampliſſimum totius Iaponiæ Regnum acciperent. Quibus auditis, meis verbis, inquit Daifuſama, eis renunciate, me ipſis facere poteſtatem libere viuendi cum clientibus ad præſcriptum legis, cui ſe aſtrinxerunt, & quæ volunt in terris quibus imperant templa retinendi. Impetrato hoc optato, Chriſtianorum principum oratores, omni feſtinatione ad Don Protaſium properarunt, qui optatiſſimo nuncio incredibiliter delectatus, cum omni familia quas potuit maximas pro ſingulari beneficio, immortali Deo gratias egit, nullaque interpoſita mora, curſores duos ablegauit, vnum ad P. Viſitatorem, & alterum ad terrarum ſuarum gubernatores, qui magnis itineribus, ſeptem aut octo dierum ſpacio (ipſis fuerat Don Protaſius exilium minatus, ſi ante templorum diſturbationem Arimam non perueniſſent) iter dierum quindecim confecerunt. Vt verò illuſtrior eſſet hac in re diuina prouidentia, ea ipſa die, quam Chriſtiani templorum euerſioni dixerant, venerunt nuncii; Immo cùm mul-

titudi

titudinis eſſet concurſus, quæ tectum templi Arimenſis diſturbare cœperat, ecce præter omnium exſpectationem adſunt, qui hilaro & læto vultu Chriſtianos à triſtitia ad hilaritatem deduxerunt. Apertè etenim palamque optatiſſimum protulerunt nuncium, qui repentè per vniuerſum territorium Arimæ peruaſit, & hinc factum, vt templa omnia Arimæ ſarta tecta permanſerint. At Omuræ, ad quam vrbem tardiùs peruenit nuncius, templa quatuor ſunt euerſa. Chriſtianorum ex agris & vicis magni ſunt facti concurſus ad templa, vt Deo pro tam inopinato bono gratias agerent; nobiſque præcipuè congratulati ſunt omnes, quòd illuxiſſet dies ille, quo templa Deo dicata ab impendente ruinæ periculo libera euaſiſſent. Tanta videre licebat Chriſtianos gaudentes lætitia, vt de poteſtate exiſſe putarentur; tantamque lachrymarum vim eo die præ gaudio iidem profuderunt, quantam antea, cùm in mœrore propter imminentem templorum euerſionem iacerent. Cùm Don Protaſius & Don Sancius gratias Daifuſamæ agerent, facultatemque in patriam redeundi peterent, ſecuros ipſos reddidit; quodque antea ipſorum oratoribus promiſerat, liberaliter confirmauit, & cum bona gratia vtrumque ad patriam redire permiſit.

Sedata vix fuit hæc, quam commemoraui, tempeſtas, cùm aliam magnam & turbulentam nobis excitarit Scimandono; cui mandauerat Daifuſama, vt à Luſitanis, quorum nauis erat in portu Nangaſachi, neſcio quam rem emeret, & P. Ioannis Rodrichez interpretis Domini de Tenza, in iis quæ cum Luſitanis habentur negociis, opera vteretur. At Scimandono ex familiaribus ſuis vnum Nangaſachum miſit, qui res viles, maiore, quam alii Iaponii, precio, neglectoque P. Rodrichez conſilio coëmit. Cùm videret Daifuſama emptorem à Luſitanis mercatoribus circumuentum, fucoſæ namque erant merces, pro quibus magnum fuit perſolutum precium, immò & iuſtum earum pondus deſiderabatur; iracundia præter modum efferbuit: quod animaduertens negotiator ille familiaris, Scimandono, vt ſe excuſaret, in alios culpam ſuæ noncurantiæ tranſtulit, quare cùm in Socios tum in Luſitanos mercatores, quaſi Domini de Tenza contemptores, res tantùm ſuas curarent, eſt non pauca malicioſè locutus: quæ omnia nouis calumniis cumulauit Scimandono, vt acerbum in nos Daifuſamę odium concitaret. De integro ergo negauit Daifuſama ſe nobis facturum poteſtatem conſiſtendi in

Iaponia, maximè quòd ipſius mandata contemneremus. Cæterū adiecit ſe indagaturum, qua ratione totum hoc negocium tranſ-actum fuerit, quod ſi Patrum aut Luſitanorum aliqua fuerit culpa, eos erroris ſui meritas daturos ſibi pœnas. Facilè erat perſpicere, quid in hac negociatione verum fuerit, nam Ethnici aliquot amici noſtri teſtati ſunt, omnem culpam in Scimandono rerumque ipſius tranſactore reſidere, quod teſtimonium confirmarunt alii à Daifuſamæ inquiſitoribus iuſſi de re hac ad veritatem loqui: quod poſtquam intellexit Daifuſama, P. Ioannem Rodrichez accerſit, cui inter alia ſibi eſſe abundè de moribus Sociorum ſatisfactum dixit, quibus in poſterum tanquam fidelibus amicis confidere ſtatuerat. Nolleque Scimandono implicare negociis ſiue Patrum, ſiue nauis Luſitanæ: quare edicto ſanxit, vt cū Luſitani, tum Patres, in ſuis rebus non alteri quàm ſibi parerent. Hinc factum vt rei veritas omnibus, qui in Regia erant, perſpecta eſſet, virique principes ſingulari modeſtiâ P. Ioannis Rodrichez permoti, omnē ſuam nobis, vbi occaſio fuerit data, polliciti ſunt operam; placuit ſiquidem vehementer omnibus, Patris noſtri factū, qui ſic à culpa cùm ſocios tū Luſitanos exemit, vt ē Iaponiis redarguerit neminem, hoc namque ſibi propoſuerat ſe ſuoſque tueri, neminem verò verbis ſuis lædere.

Hoc & id genus aliis perperam factis imminuta eſt opinio quam Daifuſama de virtute Scimandono habuit, qui ex Regia ad poſſeſſionem inſulæ Amacuſæ animo abiecto abiit: Cæterùm antea quàm iter ingrederetur, litteras ad P. Viſitatorē dedit, quibus rationem huius, quod nunc recitaui, facti, tum aliarum, quæ antea contigerunt, rerum, conatus eſt reddere. Viſus eſt non obſcurè noſtram expetere amicitiam, nam in poſterum recepit ſe cū ſociis concordia fore conjunctiſſimum. Non dubium eſt, quin timor amittendi rectionem vrbis Nangaſachi impulerit Scimandono in hanc ſententiam, ipſius quippe rationibus, vtilem fore Patrum & Luſitanorum amicitiam ignorare non potuit. P. Viſitator ad has litteras benignè reſpondit, ſe lubenter ipſius amplecti animum, proque ea, quam Sociis promiſit beneuolentia gratias agere, & ne occaſio monendi hominem amitteretur, adiecit certa capita, in quibus Scimandono non modò Sociis, verùm & Euangelio infensè aduerſatus, piis noſtrorum conatibus plurimum obſtiterat, adeò vt meritò noſtri ſe ipſius amicitiæ non deberent credere, aut ab eo commodum aliquod exſpectare, cùm antea recepiſſet ſe nobis fore amicum, & nihilominus reipſa nihil intentatum reliquerit, vt bonam, quam plerique omnes de

nobi

nobis imbiberant opinionem deponerent, immo contra ius faſque nos apud Daifuſamam accuſauit, adeò vt nobis interitum & exitium adferre conatus fuerit. Hæc paterna obiurgatio non fuit Scimandono omnino ingrata; Reſcripſit ergo ad ſingula capita litterarum P. Viſitatoris, quo potuit meliori ſe modo excuſans, epiſtolam concluſit, ſpe redintegrandi, vbi Nangaſachum rediiſſet, ſtabilem cum Patribus amicitiam, recipiebat quippe ſe cumulatè omnibus ſatisfacturum. Poſtquam ergo in poſſeſſionem terrarum Amacuſæ veniſſet, in quibus numerantur aliæ Scichi, Congiura, Oiano, & Summoto, perſpexiſſetque has inſulas a Chriſtianis incoli, qui pacem inter ſe, niſi adfuerint Patres, diuturnam non erant habituri; Nangaſachum rediit, vbi magno aſtu in eam ſententiam noſtros inducere tentauit, vt à ſe peterent, cum Chriſtianis Inſularum illarum incolis commorandi poteſtatem: nam hac ratione quam voluiſſet legem & conditionem ſe nobis conſtituere poſſe exiſtimauit, noſtroſque in ſuã poteſtatem facilè redacturũ. Malitiã aſtuti hominis deprehendit P. Viſitator, quare prudenter ſe geſſit cum intimis familiaribus ipſius Scimandono, qui tanquam Societatis eſſent amici, rationes & vias ipſi oſtendebant, quibus à Scimandono impetrari poterat, vt liceret noſtris commorari in iis quas paulo antè nominaui inſulis. Gratias ipſis egit maximas P. Viſitator pro iis, quas ſuggeſſerant rationibus, proque auxilio, quod Societati erant polliciti; Cæterùm ſe tunc temporis miſſurum Socios ad Inſulas illas negauit. Cùm, inquit, Socii non alia de cauſſa in Iaponiam venerint, quàm vt omnibus in iis, quæ ad animæ ſalutem ſpectant, opem ferant, cuius rei & vos ipſi teſtes eſtis. Probè enim ſcitis, Societatem neque labori neque ſumtibus peperciſſe, vt Iaponij ad virtutis ſtudium allicerentur: Nunc verò cùm rectionis Inſularum illarum mutata ſit ratio, eundem ſuſcipient Socii laborem in excolendis hominum qui eas incolunt animis, & ad Chriſtianæ Religionis cultum traducendis, maximè cùm de Scimandono erga ordinem noſtrum beneuolentia ſpem omnem perdiderim. Quare in amicis quidem numerabo Scimandono, verùm ad Inſulas, quæ ipſi parent, nõ antea Socios mittere conſtitui, quàm certò intellexero liberum ipſis fore ea, quæ inſtituti noſtri ratio poſtulat, Chriſtianorum commodo exercere. Amicos Scimandono vehementer perturbauit hæc P. Viſitatoris oratio, quæ omnem ipſis conſequendi quod maximè cupiebant viam ademit: Cùm ergo quod ipſi opponerent non haberent, ad preces confugerunt, P. Viſitato-

rem obnixè rogantes, vt ſe facilem præberet, cùm à Scimandono viro humaniſſimo omnia, quæ poſtularet, nullo negocio conſecuturus eſſet. At poſtquam à P. Viſitatore audiuerunt, magis è re Scimandono quàm Societatis fore, Socios in illis Inſulis commorari, & propterea ſe hac de re nulla ratione cum ipſo verbum vel vnum facturum, planè obmutuerunt. Poſtridie eius diei, Scimandono ex familiaribus ſuis quoſdam ad P. Viſitatorem miſit, qui oratione blanda beneuolentiæque plena renunciarent, ipſum fateri, quòd hactenus Sociorum conatibus reſtitiſſet, & Chriſtianis Euangelioque parum fauiſſet, cuius rei cauſſam non fuiſſe aliam, quàm vt Taicoſamæ edicto ſatisfaceret, cui multis erat nominibus obſtrictus, & propterea ipſi fas non fuiſſe ab heri præſcripto diſcedere, maximè quo tempore Iaponiæ Gubernatores, vt omnes Taicoſamæ legibus parerent, ſtudioſè laborarunt. Sed nunc ipſum factorum ſuorum pœnitere, & in poſterum Patrum amicitia nihil carius nihilque antiquius habiturum. Et ne Socii de ipſius beneuolentia ampliùs dubitent, ipſorum voluntati permittere omnes illas Inſulas, vt non minùs libere, quàm ſuperſtite Auguſtino faciebant, ea quæ ad Chriſtianos pertinent curare ſine omni moleſtia poſſent, quare vehementer rogare ipſum, vt ex ſociis aliqui ad Inſulas illas mittantur. Voluit idem Scimandono in gratiam redire cum Arimandono & Omurandono, Patriſque Viſitatoris opera in facienda pace vti: Valde etenim cupiebat cum ipſis amicitias iungere. Reſpondit Viſitator ſibi eſſe gratum, quòd Scimandono non obſcura det argumenta bene de Sociis merendi, & hoc nomine ipſi gratias agere: nam in eam ſpem venit, quòd omnia, quæ libere promiſit, diligenter ſit præſtaturus: Patres verò ad Inſulas profecturos, modò apud incolas omnia ſic conſtituta fuerint, vt laborum, quos in Chriſtianis excolendis, poſituri ſunt, curſum remoretur nihil. Sub his ergo, quæ ſequuntur conditionibus, rem omnem tranſigi poſſe: Primo loco, vt tẽpla & domicilia omnia, quæ viuo Auguſtino poſſidebant Socii, reſtituantur, & iiſdem fiat poteſtas non modo reficiendi antiquas ædes ſacras, verùm & nouas, prout Chriſtianorum poſtulabit vtilitas, exædificandi. Altera conditio eſt, vt Chriſtianorum templa ſint libera & immunia, nullaque eis ſeruitus imponatur, nullum vectigal aut tributum, idemque ſit eorundem ſtatus, qui fuerat dum Auguſtinus Inſulis illis imperaret. Ad extremum, vt qui pro Scimandono Inſulis præſunt,

Chriſtia-

Chriſtianos & Patres ea permittant agere, quæ lex Chriſti agen-
a præſcribit: (nam Patres terminos earum rerum, quæ animo-
um ſpectant ſalutem, ſibi conſtituerunt) Rei verò publicæ cu-
am Magiſtratibus à Scimandono conſtitutis, tanquam à ſuo in-
tuto alienam, lubenter permittere. Omnes has conditiones
impliciter ſine vlla exceptione accepit Scimandono, quare ab eo
empore Patres in illis Inſulis quieti quæ ſui ſunt muneris ſedulò
perficiunt; nam quæ ipſis promiſſa fuerant diligenter ſer-
antur. Hactenus generatim de rei Chriſtianæ apud Iap-
onios conditione & ſtatu, nunc particulatim ſcribenda
unt breuiter, quæ iis in terris, quas Socii incolunt, con-
igerunt.

## E COLLEGIO NANGASACHI ET DO-MICILIIS QVÆ AB IPSO pendent.

OMNI hoc turpido tempore, Socii ampliùs quinquagin-
ta, Collegium hoc, & quæ ab ipſo pendent domicilia, in-
coluerunt: nam qui ex aliis terris abire cogebantur, ſe-
l vrbem Nangaſachi receperant, in qua commorabatur non ſo-
m Reuerendiſſimus Epiſcopus, verùm & Societatis ſuperiores,
i totius prouinciæ clauum tenebant, locus eſt enim Sociorum
nnium rectioni in primis commodus.

Ad tria domicilia, quæ ab hoc Collegio pendebant, adjunctum
hoc anno quartum in terris Fucaſori finitimis agro Nanga-
chi, quæ tres habent Dominos Ethnicos, quorum bona
luntate ex Idololatria complures ad Chriſtianos tranſierunt,
orumque commodis tria exædificauimus templa. Nume-
s verò eorum, qui à domicilii huius & Collegii Nangaſachi
tribus ſunt baptiſmo initiati, ſuperat 1170, qui verò pec-
ta confeſsi ſunt ſua, vt Eccleſiæ præcepto de annua confeſ-
ne ſatisfacerent, (non de iis loquor, qui Euchariſtiæ & pœ-
entiæ Sacramenta frequentant, aut qui aliquoties, nullo præ-
pto coacti, intra annum ſe pane cœleſti reficiunt) numero plures
runt 18300.

Mirificè gentis huius pietatem auxit præſentia Reuerendiſſi-
D. Epiſcopi, qui vitæ innocentia, & cerimoniis pōtificiis, quas
is diebus magna cum celebritate peregit, magnam Chri-
næ Religioni apud tyrones noſtros auctoritatem attu-
. Ex quo tempore ſoluerunt hinc, qui Macao abierunt,

Confirmationis ſacramẽtum acceperunt Chriſtiani 8000 numero, quibus eſt explicata ſacramenti neceſſitas cum vtilitate, quæ ab eo manat, & iis, quæ homini Chriſtiano ſunt neceſſaria, vt ex eius perceptione vberes fructus capiantur. Hinc factum, vt Iaponii tanto cum pietatis ſenſu hoc Sacramentum adierint, vt Reuerendiſſimus Epiſcopus non vulgari admiratione afficeretur. Sæpius namque dixit, ſe cùm in Luſitania, tũ in India & Cina, Chriſtianos ſacro Chriſmate confirmaſſe; at nuſquam reperiſſe gentẽ, quæ tantam præ ſe ferebat pietatem, quantam in Iaponiis deprehendebat. Gaudio ſanè magno Iaponios affecit Reuerendiſſimus Epiſcopus, cùm feria quinta hebdomadis ſanctæ, pontificiis veſtibus ornatus, non ſine ſolenni ritu, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium fecit, in quo cæleſtem ab eo panem acceperunt Chriſtiani mille. Tantus eſt factus hominum concurſus, (prima namque fuit hæc pontificia Miſſa, quam in his oris Epiſcopus publicè fecit) vt templum eos capere non potuerit, immo non modò atrium, verùm & ipſæ viæ, quæ prope templum ſunt, adeò hominum multitudine complebantur, vt omnis aditũs iis, qui ad nos venire aut à nobis abire cupiebant, planè obſtructus fuerit. Inter alias ab Eccleſia præſcriptas cerimonias eſt illa de lotione pedum, (genibus namque flexis Epiſcopus pro Eccleſiæ more duodecim hominibus pedes lauit) quæ concionem omnẽ ſic ad pietatem mouit, vt nemo fuerit, qui lachrymas tenuerit, quamuis & antea cõcionator, cùm de cœna vltima Chriſti Domini verba faceret, fletum auditoribus ſuis mouiſſet.

In feſto Annũciationis Dei matris primus lapis templi (quod ſanè eſt amplum, ſumptu trium millium nummũm aureorum Chriſtianorum liberalitate exædificatum) ſolenni ritu conſecratus fuit, cui cerimoniæ interfuit hominum multitudo magna. Pro concione verò accuratè, quæ eo die fieri conſueuerunt, auditoribus explicata ſunt omnia. Vt autem populo, qui vehementer paſtoris ſui facientis rem diuinam aſpectu lætatur, ſatisfiat, cogitur Epiſcopus in omnium conſpectu ſæpius ſanctum Miſſæ ſacrificium facere. Cœpit præterea idem Epiſcopus de clero cogitare, cuius initia fecit ab octo Seminarii adoleſcentibus, quorum duo ſunt Luſitani, & ſex Iaponii, qui in morali Theologia erudiuntur, quo poſtea vtiliter munere fungantur ſuo. Huius rei exitum ſperamus felicem, cùm hi ſint primi Eccleſiæ Iaponienſis clerici. Hoc præterea Septembri duo Socii Iaponii ſunt facti ſacerdotes, qui omnium Iaponiorum primi hunc honoris gradum conſecuti ſunt. Ante Sacerdotum initiationem habita eſt

concio

concio ad populum, de ordinum ſacrorum numero & præſtantia, Eccleſiaſticorumque hominum munere & officio, deque beneficio, quod a Deo immortali acceperunt Iaponii, cùm ciues ſuos ad tam præſtantem dignitatis perueniſſe gradum cernerent. Lachrymas qui aderant Iaponii præ lætitia tenere non potuerunt: Honoratiores verò inter illos, peractis myſteriis ſacris, nullum fecerunt finem cùm Reuerendiſſimo Epiſcopo, tum Societatis præfectis, agendi gratias, pro ſingulari hoc munere, quod tunc primùm Iapponienſis natio accepit.

Magnam experitur Reuerendiſſimus Epiſcopus difficultatem, vt clerum certum ſtabilemque habeat, cùm Chriſtiani ſint plerique noui, qui proceribus Idololatris parêre coguntur, & ipſi proceres paternis plerumque poſſeſſionibus pellantur, adeò vt domicilia certa & fixa non habeant: quare & Epiſcopus eam, quam poſtulat pontificia dignitas, auctoritatem & imperium (quod noſtræ memoriæ Iuriſconſulti more ſuo coactiuum appellant) in clerum tenere non poterit. Hinc fit vt rem hanc omnem, leniùs quam vellet, ad præſcriptũ Concilii Tridentini conſtituat.

Extra vrbem Nangaſachi, in agro cui eſt vicinum ſacellum B. Virgini dedicatum, delegimus cemiterium, ad ſepeliendos Chriſtianos, qui in Domino moriuntur, in primis commodum, in cuius medio ſacellum exædificauimus: Res hæc eſt magno toti huic vrbi ornamento, & Chriſtianis ad pietatem non paruo adjumento, qui lubenter in locum hunc conueniunt, vt Chriſtianorum, qui è viuis exceſſerunt, animis, pœnarum, quas pro admiſſis peccatis debent, relaxationem impetrent. Cogitamus ad hoc ſacellum propediem deferre mortuorũ oſſa, quæ res Chriſtianis omnibus gratiſſima erit.

Fieri non poteſt, vt quæ in his terrarum oris hoc perturbatiſſimo tempore acciderunt, omnia, quamuis lectori grata fore non ignorem, hoc breui ſcripto commemorem. Subuentum eſt equidem multis, non modò in iis, quæ ad animum ſpectant, verùm & in rebus, quæ vitæ huius mortalis neceſsitatibus ſeruiunt. Pulcherrima eorum, qui baptiſmo ſunt initiati, facta exſtant, vt eorum qui Confeſsionis ſacramento peccata diluerunt ſua. Vnum ex omnibus delegi, quod lectorem eo nomine mouere debet maximè, quod per ſe præclarum ſit atque diuinum, & expoſitum omnibus ad imitandum, maximè cum à probatiſsima nobiliſsimaque matrona ſit profectum: Domina Tecla, filia natu maxima Franciſci quondam Regis, nupta erat viro principi Iulio nomine ex Regno Bungo, is in lepram incidit, & in hac

Imperii Iaponienſis mutatione vnà cum leuiro ſuo fortunis fuit ſpoliatus, quare coactus nouas quærere ſedes, cum ſocru ſua, vxore, & cognatis Nangaſachum venit. Moleſtiæ, quas ex itineris difficultatibus cepit, adeò morbum auxerant, vt mortalium reperiretur nemo, qui ſine horrore & nauſea ipſum conſpiceret: & nihilominus Tecla ipſius vxor in officio perſtitit, ſuis manibus, quæ ad vitam conſeruandam ipſi erant neceſſaria miniſtrans, adeò vt neque labor neque morbi grauiſſimi & inſanabilis diuturnitas lectiſſimam feminam cœpto de viro ſuo bene merendi ſtudio deſiſtere coëgerit. Iaponii hac optimæ feminæ fuere obſtupefacti caritate, maximè quòd his in locis, qui hoc morbi genere laborant, omnibus ſunt deſpectui, adeò vt matres filios, & vxores viros propterea ſuos deſerere conſueuerint. Ipſius Teclę frater & cognati commiſeratione moti, ei ſuaſerant, vt mariti curam famulis committeret, aut ei vitam auferri pateretur, quo ipſa ab omni, quam morbi grauitas afferebat, moleſtia liberaretur. Quòd ſi lectiſsima hæc matrona Idolorum fuiſſet cultrix, aut abſque omni numinis timore vixiſſet, facilè in impiam cognatorum ſententiam deſcēdiſſet, cùm hoc ſit à Iaponiorum moribus non alienum, vt qui diuturnis & deſperatis affliguntur morbis, de ſtatione vitæ alieno ſcelere detrudantur. Sed mulier optima, in Chriſtiana Schola ad Euangelii legem docta, quaſcunque vel maximas ſubire ſatius cōſtituit moleſtias, quàm maritum relinquere. Moleſtiarum porrò tempus breue non fuit, cùm totis duodeuiginti annis calamitoſam hanc egerit vitam. Magna tandem & incredibili ſua patientia maritum induxit, vt morbum tanquam Dei beneficium agnoſceret, qui amicos ſuos in hac mortali vita caſtigare conſueuit, quo ſibi à vitiis temperent, & ea quæ ad beatitudinem conſequendam iuuant ardentiùs expetant. Morbi nōnunquam grauitas ægri patientiam labefactat, quam conjugis ſingularis modeſtia & obſequendi ſtudium reſtituebat, vnde factum vt is ſępius Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramentis ſe munierit, & tandem hoc anno, paucis antè diebus quàm vitam hanc desereret, ab vxore ſua adjutus, in hoc vnum quàm potuit diligentiſſimè incubuerit, ne à peccatorum admiſſorum pœnitentia imparatus ab hominibus demigraret. Moribundo ſereniſſima Angelorum Regina apparuit optimè comitata, (quod ipſe moriens conjugi ſuæ narrauit) vt hominem in extrema luctatione decertantem conſolaretur. Ex ipſius morte non minorem cepit Tecla moleſtiam, quàm ſi maritum bene valentem amiſiſſet;

Cæte-

[C]æterùm cùm non obſcura in moriente ad beatitudinem con-
[s]equendam ſigna animaduerteret, in moleſtia gaudere non
[c]eſſauit.

Ex hoc Collegio ad varias terras ſunt miſſæ legationes, & in
[p]rimis binæ ad Regnum Fingi, quarum vberrimus exſtitit fructus,
[c]ùm frequens fuerit eorum qui peccata confeſſi ſunt ſua nume-
[r]us; ſimul & eorum qui ſe pane cęleſti refecerunt. Daifuſamæ be-
[n]eficio, Regno huic imperat (quod proximi anni litteris ſcriptum
[f]uit) Canzviedono Idolorum cultor, qui commotus Chriſtiano-
[r]um, qui Regnum illud incolũt, erga herum quondam ſuum Au-
[g]uſtinum ſingulari fide, & virtute bellica, qua ipſos præſtare du-
[b]ium non eſt, cùm hoſtium vim ſæpius propulſarint, liberam ip-
[ſi]s ad Euangelicæ legis pręſcriptum viuendi poteſtatem fecit. Cę-
[t]erùm Socii hactenus ad antiquas ſuas in hoc Regno ſedes non
[r]edierunt, quæ ſunt in vrbibus Vto & Giateuſciro, quamuis
[C]anzviedono Chriſtianorum ſe fore amicum receperit, & domi-
[c]ilia templaque noſtra nemini donarit. At de noſtrorum ad ea
[l]oca reditu nondum cum ipſo egimus, partim ob negocium
[i]llud, cuius ſuprà memini, Domini de Tenza, partim etiam
[q]uòd captiuum detineat ſocium nondum ſacris initiatum,
[n]e inductus, quòd vir nobilis, vt ſocius noſter liber di-
[m]ittatur, ſit ſuæ, vt antea conſueuerat, voluntati obſecu-
[t]urus.

Tantus porrò fuit in Fingo hominũ ad cõfeſſionis ſacramen-
[t]um concurſus, vt ne minimam vel nocturno tempore quietem
[S]acerdotes capere potuerint, qui coacti ſunt Nangaſachum re-
[di]re, ne Canzviedono irritaretur, vbi intellexiſſet, ſe inſcio, va-
[ri]is ex locis ingentem hominum multitudinem ad noſtros con-
[flu]ere.

Ex ſociis vnus, nondum Sacerdos, inuiſit Chriſtianos illos,
[q]ui, poſtquam munitio Vto in Canzviedono poteſtatem venerat,
[e] Regno Fingo ad Saſſumam commigrarunt, cuius aduen-
[tu]s omnibus fuit gratiſſimus. Viuunt porrò illi patria quidem ex-
[te]rminati, cæterùm ſorte ſua contenti, idque liberalitate Gia-
[ca]torum (ſic prouinciæ illius Reges appellantur) Patris & Fi-
[lii], qui arctiſſima fuerant cum Auguſtino amicitia conjuncti.
[R]egibus porrò his præ cæteris cariſſimi ſunt ex Chriſtia-
[ni]s tres viri principes, bellicis laudibus abundantes. Oc-
[cu]ltè eſt autem miſſus à Patre Viſitatore Socius ille, (non-
[du]m enim eſt liberum incolis Regnorum Scimo & Saſſuma
[cu]m aliis Iapponiis commercium, propter bellum quod
horum

horum duorum Regnorum Reges Daifuſamæ faciunt, quamuis nunc de pace agatur, quæ, vt ſperamus, propediem conficietur) quo non modò Chriſtianis magnam adhibuit conſolationem, ſed & nobilium Ethnicorum, maximè eorum, qui in Regia viuunt, ſibi beneuolentiam conciliauit. Magno itaque ab Idolorum cultoribus affectus eſt honore, quod ſanè eſt admiratione dignum, cùm ſuperioribus annis Chriſtiani in hoc Regno, cuius ciues præ cæteris Iaponiis Idololatriæ ſtudio flagrabant, paſſim deſpicerentur, Lexque Euangelica tanquam res vilis & abjecta negligeretur.

Sententiæ in gente hac mutationis cauſam ex ſocio noſtro intelleximus eſſe bonā quam de Chriſtianis exulibus Idololatræ imbiberunt opinionem, Saſſumanos enim vehementer hoſpitum ſuorum pietas mouit, vt de Chriſtianæ Religionis inſtituto bene ſentiant. Et ſanè in familia Mimazaca (hic vnus eſt ex tribus Chriſtianorum ducibus) omnia pietatem redolent, adeò vt ipſius domus magis videatur religioſorum virorum eſſe monaſterium, quam ductoris militum domicilium. Nam conſueuerunt omnes ipſius domeſtici quotidie matutino tempore Deum precari; & veſpere, totius diei acta in memoriam reuocare; vt, ſi qua in re erratum fuerit, pœnitendo error corrigatur; ſtatis horis Chriſtiano ritu Dei Matrem colere, ſæpiuſque voluntariis verberibus carnem domare, & certis diebus cibo ſe abſtinere; ac denique, vt vno verbo multa cōplectar, nihil vir hic probus de eo, quo flagrabat, cùm eſſet in munitione Giateuſciro, colendi Deum ſtudio remiſit: quare optima hæc pietatis ſementis, copioſam aliquando vt ſperamus meſſem dabit: vbi Chriſtianæ Religionis leges & inſtituta populus Idololatriæ tenebris obcæcatus probè cognouerit.

Sociorum præterea inſtituta fuit miſſio ad Regna Sanga, Cicugen, & Cicungo. In præcipua Regni Sanga vrbe hoſpitio accepti ſunt Socii humaniter ſanè a ciue Chriſtiano; at ipſis non licuit diu in eius domo ſubſiſtere: Nam illuſtris matrona Chriſtiana, quæ Reguli loci illius eſt (vt nunc loquimur) neptis, (ſororis an fratris filia neſcio) eos ad ſuas coëgit migrare ædes; vbi ipſa cum omni familia, poſt peccatorum confeſſionem, Euchariſtiæ Sacramentum accepit. Acceſſerunt ad Socios alii Chriſtiani, qui & ſacroſancto Miſſæ ſacrificiò interfuerunt, & eadem ſacramenta participarunt. Ea eſt in his Chriſti cultoribus vitæ puritas, vt inter Idololatras viuere non videantur. In vicinia huius vrbis reperti ſunt huius matronæ clientes ducenti, qui heræ ſuæ diligentia

fidei

fidei Chriſtianæ præcipua dogmata didicerant: vſa quippe ad
hanc rem fuerat opera pœdagogi filii ſui, viri probi, & in mune-
re docendi fidei noſtræ principia non mediocriter exercitati, hi
omnes Baptiſmi Sacramento peccatorum ſuorum maculas e-
luerunt.

Ex Sanga itum eſt ad Regnũ Cicugẽ, in qũo Socii Giachizu-
chi territoriũ (quod frequens Chriſtianorũ populus incolit, & in
quo Soiemendono, vt Chriſtianis ſubueniat, ex prædiorum ſuorũ
fructibus tantum quotannis reſeruat, quantum ſaccorum vigin-
ti millia capere poſſunt) feliciter peragrarunt: pœnitentiæ ſiqui-
dem Sacramento, qui Chriſtum Dominum colunt, peccata ſua
expiarunt. In præcipua territorii munitione, familia Soiemando-
no, animi ſui morbos ſalutari confeſſione depulit. Inde Socii Fa-
cata abierunt, quorũ aduentu Chriſtiani ſunt immortaliter læta-
ti, ex ipſis quippe trecenti animi puritatem pœnitentiæ Sacramẽ-
to renouarunt, & ex iis, qui antea Idola coluerant, centum & ſexa-
ginta in Chriſtianorum numerum per Baptiſmi ſacramentum
cooptati ſunt. Concurſus audiendi Catechiſmum cauſa ex omni
illa prouincia facti ſunt tanti, vt Chriſtianorum (qui timebant
ne Cainocami irritaretur, quòd ipſo inſcio hæc omnia gereren-
tur) precibus inducti Socii abitum maturare ſint coacti: qui
Chriſtianorum quæ in itinere erant domicilia viſitarunt, vbi ſuſ-
ceptum procurandi omnium ſalutem munus pro virili exequi
non intermiſerunt. In Regno hoc, cuius Dominus eſt Cainocami,
qui in Chriſtianis numeratur, Sociorum commoratur nemo: Is
namque eſt adoleſcens diſſolutus, vitiorumquè illecebris præter
modum irretitus, adeò vt ad Ethnicorum, quibuſcum viuit, mores
vendique licentiam deductus, potiùs Ethnicus judicetur quàm
Chriſtianus: hac de cauſa Quambioiendono ipſius pater, & Soie-
mondono eiuſdem auunculus, ſentiunt non eſſe hoc tempore
cum ipſo de Sociorum ad antiqua domicilia reditu agendum;
maximè cùm recens verborum, quæ contra Chriſti Euangelium
Daifuſama effutiit, ſit memoria: Verùm ad terras Soiemondono
mittendum ſacerdotem, quem incolæ, quæ ad victum & veſtitum
ſi neceſſaria fuerint polliciti, vehementer expetunt. Cæterùm
ſi ex Regia redierit Caininocami, poteſtatem, vt ſperamus, no-
bis in Regno ſuo conſiſtendi faciet, quod ſecunda Daifuſamæ vo-
luntate, qui non eſt amplius animo à Chriſtianis alieno, facere
poterit, maximè cùm reperiatur, qui ære ſuo Facatæ templum
ſtruat.

Ex Reguo Cicugen perrexerunt Socii ad Regnum Cicungo,
cuius

cuius Dominus, Daifuſamæ munere, eſt Idolorum cultor. Coru-
mi (vrbs eſt Regni huius) remanſerunt Chriſtiani pauci, quibus
noſtrorum aduentus non mediocrem adhibuit conſolationem
Findanari legitimus Regni huius dominus, à Daifuſama victore
Regno pulſus, cum nobilitate omni & milite ſolum vertit, & tan-
dem cum vxore ſua Donna Maxentia filia Franciſci Regis & fi-
liis ſe recepit ad nepotem ſuum Morindono, à quo benignè acce-
ptus, habitandi locum accepit, & agrorum fructus, vnde ſe fami-
liamque ſuam honeſtè aleret. Hic in morbum incidit; quem vi
bi ingraueſcere animaduertit, Confeſſionis & ſanctiſſimæ Eucha-
riſtiæ ſacramentis contra omnes Dæmonum conatus ſe vallauit
& ex vitæ huius miſeriis ad cęleſtem, vt ſperamus, cōſociationem
euolauit.

Quo tempore hanc Socii obibant legationem, ampliùs mil-
le Chriſtianis peccata ſua confitentibus aures dederunt, &
quadringentos Baptiſmo initiarunt. Multis Chriſtianorum in-
commodis, in iis quæ ad animam ſpectant rebus, adhibita ſun
remedia, quorum commemoratione, propter breuitatis rationē
ſuperſedebo.

Oblatam inuiſendi nouum Regem occaſionem Socii arripue-
runt, quo ipſius animū ſibi conciliarent; à quo humaniſſimè fue-
re accepti. Is ergo locum noſtris ad domicilium exædificandū n
incommodū obtulit, dicēs ſe Ethnicum quidem eſſe, Chriſtiano-
rum nihilominus amicum, ex quibus complures in domeſticorum
ſuorum numerum admiſit.

Ex eodem Collegio Nangaſachi inſtituta fuit miſſio ad Inſu-
las Goto, quæ multæ ſunt, & Idolorum cultori parent. Inter alio
Ethnici huius clientes numerantur Chriſtiani bis mille, qui fer
ſunt piſcatores, operarii; &, ſi caducas mūdi huius diuitias ſpecte-
mus, pauperes; at rerum cęleſtium opibus & copiis affluentes: nam
in fide Chriſto Domino data conſtantes ſemper permanſerunt
quamuis ex Societate neminē (non enim permittit ipſorū Domi-
nus vt Socii illis in locis reſideant) apud ſe habuerint. In his erg
Inſulis Socii duo dies decem & quatuor ſubſtiterunt, quibus pec-
cata ſunt cōfeſſi mille & quadringenti, & circiter centū quinqua-
ginta cęleſti pane ſe refecerunt: qui numerus exiguus non eſt
maximè ſi perpendamus hoc hominū genus eſſe rude & hebes, &
eorum, qui in Iapponia in Chriſti Domini conuiuio accumbunt
infrequentiam conſideremus, qua de re infra dicendum erit.

In his Inſulis locus eſt, quem incolunt qui ſalem conficiūt, ho-
rum gubernator (qui hoc ſolo nomine quòd à Tono ſuo curā Fo

roco accepit, Chriſtiana ſacra non ſuſcepit) cùm videret Patrem noſtrum eos quibus ipſe imperabat tardiùs inuiſere, & timeret ne tarditatis huius ipſe cauſa fuiſſet, juſſit armari ſcapham, quam ad Patrem miſit, eum rogãs vt Chriſtianos clientes ſuos inuiſeret: Aduenientẽ patrẽ humaniſſimè accepit; Et cũ filiã ſuam Chriſtianã remiſſè & leniter ſe ad pœnitentiæ ſacramentum comparantẽ animaduertiſſet, ad peccatorum ſuorum confeſſionem induxit. Non tantũ his indiciis animum ſuum de ſuſcipiendo Baptiſmo prodidit, verùm & ante ſuas ædes crucẽ fixit, hoſpitemque ſuum rogauit, vt ædes ipſas ſacra aqua aſpergeret.

Ex iis qui has inſulas incolunt Ethnicis complures doctorem Catechiſmi audiuerunt, & quinquaginta Chriſtianã ſunt amplexi fidem. Multorũ diſcordias ſedarunt ſocii; & non paucis, quibus populus ille vexabatur, incõmodis remedia inuenerunt. Verùm eiuſmodi rerum commemoratio hoc loco eſt ſuperuacanea, cùm huius generis occupationes Sociis, qui in Iapponia rem tractant Chriſtianam, ſint quotidianæ.

In Seminario Nangaſachi ſunt alumni ampliùs centum, qui omnes in ſtudium cùm virtutum tum honeſtarum diſciplinarum diligenter incumbunt: Singulorũ verò quanta ſit progreſſio certis argumentis & experimentis ſcitur, cùm artis, in qua vnuſquiſque occupatur, opus aliquod palam omnibus examinandum proponitur. Rhetores hoc anno ſępius cùm ſoluta oratione declamarunt, tum verſus recitarunt. Die certo, quem literarum ſtudioſi feſtum agunt, Seminarii parietes variis poëmatis tegebantur. Præſentibus Reuerendiſſimo Epiſcopo, & honoratioribus Nangaſachi ciuibus, alumni orationes dixerunt duas, vnam latinam, alteram Iapponicam: varium præterea & elegans poëma magna auditorũ approbatone recitarunt. Præmia diſtribuit Reuerendiſſimus Dominus, pro eo ac merebantur ſinguli, non modò iis, qui recitarunt, verùm & ipſorũ condiſcipulis. Qui in Theologiæ ſtudiis conſtitutũ poſuerunt tẽpus, erudiuntur in ratione confutãdi contaminatas Iaponiorũ ſuperſtitiones, quo majore cũ fructu & fidei rudimenta explicare, & de Euangelii myſteriis ad populum verba facere valeant. Iaponiorum porrò delirationes tot ſunt tectæ inuolucris, vt non ſine labore explicẽtur; maximè cũ Bonzii magis eas verborum anfractibus deſcripſerint, vt neceſſarius videatur Oedipus à quo intelligantur. Obſcuritas hæc floſculis verborum exornata magnam Bonziorum ineptiis fidem & auctoritatem apud Iaponios attulit; & hactenus diu multumq; contendimus, vt noſtri Iaponii inania hæc impiorum hominũ commenta

ſic

ſic redarguere poſſent, vt indoctæ plebi ſatisfacerent; at de-
hinc, vt ſperamus, res erit facilis. Nam hoc anno Theolo-
gis duobus, qui linguam Iaponicam intelligunt, cura fuit
demandata perſcrutandi Bonziorum myſteria, qui à duobus
fratribus noſtris Iaponiis adjuti, eiuſmodi tricis examinãdis ma-
gna cum laude finem impoſuerunt; quorum labor magna, vt
certò nobis perſuademus, ad refutandos veritatis hoſtes, adju-
menta ſuppeditabit.

Eſt porrò Seminarium, rei Chriſtianæ in his regionibus in-
primis vtile, ex eo quippe prodeunt Muſici, qui Sacerdotibus rẽ
diuinam facientibus, cùm Nangaſachi tum aliis in locis, mini-
ſtrãt; & qui Ethnicos fidei Chriſtianæ initia docent, eoſdemque
ad ſuſcipienda ſacra Chriſtiana perducunt; vt de iis nihil dicam,
qui ex eodem ſeminario ad arctiorem viuẽdi diſciplinam, in Re-
ligioſorum hominum contuberniis ſe receperunt: Ac denique
idẽ Seminarium Eccleſiæ Iaponiẽſi ſuppeditat adoleſcẽtes pro-
bos & eruditos, qui vitæ ſanctimonia aliquãdo populo præluce-
bũt, & Sacramẽtorum adminiſtratione Deiq; verbo Chriſtianos
Iaponios in officio continebunt.

Veteris porrò ſanctimoniæ exemplum habuerunt hoc anno
nõ modò alumni Seminarii, verùm & ciues omnes Nangaſachi
quòd paucis complectar verbis: Dominus Ioannes Acaſcicamõ
anno proximo, fortunarum ſuarum omnium (vt aliàs eſt ſcriptũ
jacturam fecit: Is liberalitate Cainocami in Regno Cicugẽ agro-
rum accipit fructus, quibus Chriſtianos trecẽtos nõ incommode
alat. Superiore Iunio Nangaſachum venit, partim vt Reueren-
diſſimum Dominum Societatiſq; patres inuiſeret, partim etiam
vt ſeipſe in rerum cœleſtium contemplatione ad præſcriptum B.
P. N. Ignatii exerceret, quo faciliùs ſe à mundi huius curis om-
nino ſubduceret. Poſtquam finem huic ſanctæ occupationi, ma-
gno ſuo commodo feciſſet, ſummo cum ſtudio vrſit Societatis
Superiores, vt ſi in Sociorum numerum admitti non poſſet, ſal-
tem in domo noſtra ſibi viuere liceret. At rem ipſi hoc tempore
nõ expedire firmiſſimis oſtenderunt Socii argumentis, nam fi-
liorum ipſius natu maximus nondum duodecimum attigit
annum, cùm tamen liberorum ſuorum curam ſi deſereret
in Deum peccaret. Deinde ea nunc in Chriſtianos benefici
confert, quæ nulla ratione præſtare poterit, ſi viuendi inſtitutum
mutet. His rationibus perſuaſus, cœptum viuendi curſum perſe-
qui conſtituit. Menſem integrum apud nos ſubſtitit, quo tem-
pore omnibus, quæ in templo noſtro facta ſunt, ſacris interfui

Pomer

Pomeridianis verò horis magna cum voluptate Catechiſmi doctorem audiebat. Quotidie templum Miſericordiæ adibat, in quo ſepulta eſt ipſius vxor, pro cuius anima ad Deum preces fundebat. Sub veſperum ibat ad templum ſanctiſſimæ Dei matri dicatum, vbi horas integras piarum rerum meditationi vacabat. Cùm ad familiam redire ſuam cogitaret, voluit Deus ipſius virtutem patefacere Chriſtianis Nangaſachi, vt intelligerent omnes, quàm eſſet rerum mundi huius cupiditatibus ſolutus: Subitò itaque venerunt nuncij de agrorum fructibus, quibus cùm ſe tum Chriſtianos trecentos alebat, Cainocami iuſſu ablatis; Rei huius hæc dicebatur cauſſa: In prælio quod Daifuſama feliciter cum Gubernatoribus commiſerat, putabatur Ciunangondono leuir D. Ioannis Acaſcicamon, & Daifuſamæ hoſtis cecidiſſe, cùm tamen viueret; quare timuit Cainocami ne Daifuſama, vbi intellexiſſet Acaſcicamon amplis liberalitate ſua frui vectigalibus, quibus commodè magnum Chriſtianorum numerum alat, magna moleſtia afficeretur. Placidè & animo ſedato, abſque omni vultus mutatione nuncium hunc accepit Acaſcicamon, qui humana omnia infra ſe ducit, & ad imitationem Iob, cùm non terrena, ſed cæleſtia expetat, dixit: Quod Deo placet immortali, hoc fiat; à grauiſſimis porrò moleſtiis, quas ſecum diuitiæ adferunt, ſolutus ac liber, longè quàm antea commodiùs in acquirendis theſauris cœleſtibus occupabor, cùm omnes meas curas cogitationeſque in vnam animi mei ſalutem conferre in poſterum conſtituerim. In Cicugen itaque eſt iter ingreſſus, animo obſequēdi omnibus in rebus voluntati Dei, qui ſeruorum ſuorum malis opportunè medetur; nam Quambioiendono (qui abſente filio ſuo Cainocami Regnum Cicugen adminiſtrabat) hanc dedit mentem, vt paternam auctoritatem interponeret, ne quod duriùs Cainocami de ſpoliando Acaſcicamon conſtituerat, ad exitum perueniret. In ſe ergo curam placandi filium ſuum ſuſcepit; & Acaſcicamon, qui in agrorum poſſeſſione perſiſtit, ad fratris ſui Soiemandono (qui magna beneuolentia Acaſcicamon complectitur) terras amādauit, vbi hoc tempore ſua contentus ſorte viuit.

In domiciliis, quæ ex Collegio Nangaſachi pendent, pœnitentiæ Sacramento ampliùs 9300 peccatorum ſuorum maculas eluerunt, & 1800 ſanctiſſimam Euchariſtiam ſuſceperunt. Non pauca acciderunt, quæ lectorem voluptate afficerent, & ad virtutum ſtudia inflammarent: verùm ſuſceptæ breuitatis non immemor, ex duobus aut tribus, quæ narrabo, de reliquis coniecturam facere licet.

In terris Fucaſori Tonus Ethnicus non minore nos complecti-tur beneuolentia, quàm olim ipſius Pater cùm nos tum Chriſtia-nos, qui Nangaſachi degunt, odio perſequebatur: is non modò commodum dedit ſolum cùm ad templum tum ad domicilium, in quo habitemus, exædificandū, quo faciliùs cliētes ſuos Euangelii lucem ex Idololatriæ tenebris traducamus, verùm & Ethnicos vectigales ſuos cohortatur, vt baptiſmo initientur. Et in epulo, quod, cùm dies neſcio quis feſtus ageretur, domeſticis ſuis dedit, apertè palamque ſe vehemēter optare dixit clientes ſuos omnes Chriſtianam legem amplecti, ſe tamen neminem, vt hoc faceret, cogere: cùm probè ſciret Patres eos tantùm ad Baptiſmum admittere, qui ſua ſponte & voluntate eum expeterent; quare eam omnibus dare libertatem, vt quod velint faciant. Cæterùm Socii, cùm datur occaſio, non parum ab eo in Idololatris ad Euangelium adducendis adiuuantur. Nuper cùm Socius, qui Chriſtianos inuiſerat, viam, qua ad templum itur, anguſtam & flexuoſam deprehendiſſet, iuſſit Tonus eam continuò laxari & rectam fieri, arboreſque proceras & vetulas euelli, & quo maiore, qui ad templum irent, voluptate afficerentur, varias arbores ex vtraque parte nouæ viæ ſeri, quæ ipſam temporis progreſſu opacabunt.

Ethnicorum filia adoleſcens baptiſmo initiata, cùm animaduerteret parentes ſuos (quibus acceſſum ad ſalutarem Euangelij lucem optabat) amoris erga Idolum, quod ſimul cum aliis emiſſitiis à Bonziis acceperant, furore impediri, quo minùs, relictis impiorum hominum ſordibus, peccatorum ſuorum maculas baptiſmo eluerent, cùm Idolum tum coniunctas quiſquilias Vulcano conſecrauit, quo facto optatum eſt conſecuta ſuum; perfecit ſiquidem vt illi, à quibus ipſa mortalem corporis accepit vitam, vitalem acciperent vim, quæ immortalitatem ſumma cum felicitate coniunctam parit.

Viri Idololatræ vxor, quæ vehementer optabat Chriſtiana ſuſcipere ſacra, cùm nullis precibus vt ſibi aſſentiretur maritus impetrare poſſet, tandem minitata eſt ſe cum ipſo facturam diuortium: quibus verbis mariti animum ſic molliuit, vt iuſtæ ſuæ petitioni ampliùs non obſtiterit. Hæc porrò cum filiis baptiſmo initiata, non antea quieſcere ſtatuit, quàm virum tanti boni ſocium & conſortem videret, quod feliciter, Dei præſidio adiuta, præſtitit.

DE

## DE DOMO OMVRÆ, ET DOMICILIIS CONIVNCTIS.

HOc anno Socii vndecim domũ Omuræ incoluerũt. Cõfitentium numerus ſuperauit 22000. Cæleſtis verò panis ſunt facti participes 2300. Nemini porrò exiguus videri ebet communicantium numerus pro rata portione eorum, qui œnitentiæ Sacramento peccata expiarunt ſua, nam Chriſtiani is in locis ſunt noui; & paucis, quorum in fide conſtantia, & in itæ conſuetudine probitas eſt perſpecta, conceditur cæleſti hoc :ui dono. Hinc factum ſcimus, vt qui ſacra hæc myſteria perciiunt, vitæ ſint integerrimæ, adeò vt ex ipſis vix reperiaur, qui ſe graui aliquo ſcelere contaminet. Per Baptiſmi ratiam trecenti, qui ex aliis regionibus ad nos venerunt, & 1 vrbis huius territorio domicilia collocarunt, Deo ſunt reati. Agricolæ autem & ruſtici homines, qui ſunt populares rouinciæ huius ciues, annis ab hinc non paucis Chriſtum Doiinum coluerunt; & hodie Dei beneficio colunt.

Pericula, quæ adierunt Chriſtiani, & moleſtias, quas ex comiuni nobis omnibus impendente calamitate ceperant, ſuperiùs :tigi, nunc verò tantùm dicam triſtes illos nuncios de mutatioe Domini (quorum antea memini) maximo ciues omnes Omuæ affeciſſe luctu, cuius rei certiſſima extiterunt indicia. Multi l diuorum templa peregrinationes inſtituerunt; alij Deo vota cerunt, alij longis ardentibuſque precibus Dei opem imploſuerunt, alij denique inedia voluntariiſque, quas ſibi inflixeint, plagis diuinum numen placare ſunt conati, ſupplicibus rbis rogantes, ne Eccleſiam Omuræ, quam Chriſtus Dominus nguine redemit ſuo, in arbitrium poteſtatemque hominis Idolatræ venire permitteret. Non eſt paſſus Deus auxilium ſuum uſtra implorari, qui nefarios Scimandono conatus, mama bonorum voluptate, præter omnium exſpectationem com:eſſit.

Ciues Omuræ cùm mandatum de templis diſturbandis acceſſent, publicam Chriſtiani nominis calamitatem mœrere inedibiliter nõ antea deſtiterunt, quàm Deus, piorum hominum ſiduis precibus voluntariiſque pœnis placatus, Daifuſamæ entem ab impia hac cogitatione auertiſſet. Rem hanc omnem t paucis verbis complexus Socius ſacerdos, qui eo tempore Ouræ commorabatur, in litteris ad P. Prouincialem, quarum rtem adſcripſi. In cuius obſecro mortalis hominis cogita-

tionem cecidiſſet malum hoc, quod Chriſti cultorum ceruicibu
impendere videmus? Chriſtiani præſcriptam quadraginta dierun
inediam magna cum tranquillitate pietatiſque ſenſu non exigue
tranſegerunt;inque nouo tẽplo ImaginẽReginæ Angelorum ma-
xima cum celebritate collocarunt, & nunc derepente idem tem
plum ſecundò demoliri cum reliquis, quæ in hoc ſunt territorio
nondum planè refectis,coguntur. Certè dolor eſt nullus huic pa
& æqualis. Ceterùm Deus præpotens,qui ex malo bonum elicit
vt hæ communes miſeriæ & ærumnæ Chriſtianis vtiles eſſent &
ſalutares effecit. Tantus namque tamque frequens eſt hominum
ad templa concurſus,vt hebdomas ſancta videatur: rem quippe
Chriſtianam in ſummo diſcrimine conſtitutam Deo commen
dant, ſeque ad omnia pro templorum conſeruatione pericula
offerunt, quæ procul abeſſe non poterunt, cùm appropinquent
inferorum Miniſtri, qui templa noſtra diruant. Lachrymæ, quas
in hac temporis acerbitate profundunt Chriſtiani, reconditos
animorum dolores abundè teſtantur. Conor equidem ipſis ad
hibere conſolationem, doloremque ſummum, quo affligun
tur, minuere, vultuque hilaro & læto ipſis animos adde-
re: Sed & ipſe plerumque dolore opprimor, adeò vt lachry
mantes oculi, quem in animo incluſum habeo mœro-
rem foras proferant. Hactenus ex litteris illis Omuræ ſcri-
ptis.

Placuit Patri miſericordiæ hunc Chriſtianorum dolorem
compenſare lætitia, quam eiſdem dedit, cùm optatiſſimi ve-
nerunt nuncii de templis non diſturbandis. Damnum, quod
eſt factum in quatuor templorum demolitione, tanta cum di-
ligentia reſarcitur, vt eodem propè tempore Chriſtianos ad ea
reædificanda aggreſſos, & vnum planè exædificatum audi-
remus.

Omitto ſcribere non pauca de iis, qui totiùs vitæ peccata ſa-
cramento pœnitentiæ expiarunt, deque maritis, qui ſociorum o-
pera cum vxoribus ſuis in gratiam redierunt, multorumque quæ
Socii inuenerunt incommodorum remediis; & denique de iis,
qui leuibus de cauſis, quæ his in locis graues habentur, extremo
fuiſſent ſupplicio affecti, ſi ipſorum vitam Socii à iudicibus depre-
cati non fuiſſent. Et res hoc anno Omuræ a ſociis geſtas conclu-
dam, vbi duo aut tria commemorauero, quæ Lectori vt ſpero non
erunt ingrata.

Femina Ethnica cum Ethnicis & Idola colebat, & meretri-
ciam viuebat vitam, quæ audiens ſolam Chriſti fidem poſſe ho-
minibus

minibus ſalutem afferre, ad imitationem naui illius & induſtrii mercatoris, qui, vt in Euangelio eſt ſcriptum, fortunas ſuas omnes vendidit, vt pretioſam margaritam emeret, conſtituit ipſa ſecum Baptiſmi ſacramento ſua abluere peccata: Nullis ergo Bonziorum precibus (qui ſalutem ipſi promittebant, modò duo illa verba, Namu Amidabur, pronunciaret, hoc eſt, ſi Amidæ opem imploraret) à ſuſcepto conſilio deduci potuit. Tranquillari ſiquidem antea non potuit ipſius animus, quàm ad Omuræ territorium, in quo cognatum aut affinem habebat neminem, veniſſet. Hæc inſtructa ſatis doctrinæ Chriſtianæ inſtitutis, ſalutari aqua eſt lota, & poſt triduum aut quatriduum in morbum incidit, atque ad ſempiternam cœlitum vitam ex terris auolauit.

Nobilium duorum virorum, qui ad Socios acceſſerant, vt Euchariſtiæ & Pœnitentiæ Sacramenta participarent, famuli, Chriſtiano ritu ſacerdoti peccata ſua confiteri tentarunt: hos porrò ſibi incognitos ſacerdos, tanquam inter Idolorum cultores vnà cũ heris ſuis viuentes, de fidei dogmatibus interrogabat quædam, quæ ipſos ignorare exiſtimauit: At ipſorum fuere eiuſmodi reſpõſiones, vt liquidò iudicaret, eos ad Chriſtianæ religionis normam vitam direxiſſe ſuam. Poſt ritè peractam peccatorum confeſſionem, ſe ad hoſpitium receperunt famuli, vbi voluntaria (vt conſueuerant) tergorum ſuorum verberatione pœnas peccatis ſuis debitas pependerant; quod vbi diuulgatum fuit, mirum eſt quanti ſint propterea Chriſtiani lætitia affecti, qui ex hoc facto ipſos, inter Ethnicos commorantes, Religionis Chriſtianæ diſciplinam accuratè ſemper coluiſſe conjiciebant.

Chriſtiani hominis filiolus grauiſſimè ægrotabat, nam ægrè poterat loqui aut cibum capere poterat. Parenti ſuaſerant Ethnici, illius populares, vt Bonzios adhiberet, qui ſolis precibus morbum omnem a puerulo depellerent: At Idololatrarum impium conſilium ſequi recuſauit vir in Chriſti ludo edoctus, qui cùm Bõzios eorum ipſorum cantiones contemnebat, & cùm à ciuibus ſuis accuſaretur, tanquam parum amans filii, & hoc nomine mutis animãlibus deterior diceretur, hominum impiorum calumnias floccifecit; ad Dei ergo matris, ante cuius imaginem ægrum filium collocauerat, opem confugit, magnis precibus ab ea contendens, vt oculis ſuis miſellum puerum intueretur; quod poſtquam hebdomadis ſpacio fuit factum, ſanum & ſaluum filium domum reduxit.

## DE ARIMÆ DOMO ADIVNCTISQVE DOMICILIIS.

IN domo Arimæ hoc anno Socii quindecim vixerunt, & ii
quinque,quæ ab ea pendent,domiciliis,vndecim. Qui animo
rum ſuorum vulnera Pœnitentiæ Sacramento ſanarunt, fue
runt numero 19500, Euchariſtiam autē acceperūt ampl ùs ,ooc
Cùm bello arderet Iaponia, Dogichi decem & quatuor Ariman
venerunt, qui in pingendi arte magnos fecerunt progreſſus. H
omnes ad eorum,qui in Seminariis alūtur, morem communite
viuunt,quibus præſunt duo Socii,quorum vnus Romā ſuperiori
bus annis ad nos miſſus, nunc ordinibus ſacris initiatus, diſcipu
los ſuos pingendi arte ſic erudiuit, vt in Iaponia templa habea
mus tabulis affabre ſanè Doghicorum labore & induſtria picti
exornata & inſtructa.His picturis, quæ Europæis inferiores no
ſunt,& imaginibus prælo excuſis, quas Chriſtianis dedimus, ve
hementer eſt aucta Iapponiorum erga Deum pietas. Eiuſdem Pa
tris ſolertia non vulgari confecta ſunt organa, & varia inſtrumē
ta muſica,quæ in Iaponiorum templis magno, dum fit res diui
na,ſunt vſui. Horologia præterea ferrea, quæ rotarum certa cō
uerſione in hominum aſpectu horas ponunt, quibus vehemente
oblectantur Iaponij: Immo Daifuſama, cùm ea intuetur, oculo
ſuos magna cum voluptate paſcit,at animum ſatiare nequit.

Templum Arimæ bellè & ratione ſic eſt ædificatum,vt multo
rum iudicio ſit aſpectu ornatius quàm templum Nangaſachi.N
dubium eſt, quin pretioſa illa Dei matris in brachiis filiolun
ſuum Chriſtum Dominum portantis imago, quam Reuerendiſ
Dominus donauit Don Protaſio, ſit magno templo Arimæ orna
mento, vt hoc ſaltem nomine priores ipſi partes tribui debeant
Arimandono inuitauit Reuerendiſs. D.Epiſcopum, vt primum i
hoc templo pontificali cum ornatu ſacrum faciat, quod futurun
ſperamus,poſtquam Reuerendiſs. idem præſtiterit die natali vn
decim millium virginum in templo Nangaſachi.

Numerus templorum, quæ ſuperiore anno in territorio Ari
mæ fuere exſtructa, eſt hoc anno auctus, nam duodeviginti ſun
exædificata,iis quę,Taicoſama imperante,Scimandono combu
ſit meliora.Hinc perſpicere licet,quantus fuerit ciuium luctus,c
triſtes illi nuncii de euertendis Chriſtianorum templis Arimar
peruenerunt; qua de re etſi ſatis ſuperque ſit ſuperiùs ſcriptum,iu
uabit tamen rem vnam,quę digna eſt vt à Chriſtiano lectore ſcia
tur, commemorare.

Donn

Donna Iuſta matrona ſpectatiſſima Don Protaſii vxor, quæ duobus ab hinc circiter annis baptiſmo fuit initiata, cū in maximo, propter acerbum de templjs demoliendis nuncium, mœrore verſaretur; omniaque Chriſtianos humana ſubſidia deficere animaduerteret, ad Dei præpotentis, qui ſolus tanto malo remedium adhibere potuit, opem confugiendum duxit. In domo ergo ſua cum feminarum grege quadraginta horarum precationem inſtituit, ipſaque omnium prima, quo reliquis feminis ad tam ſanctum laborem maiores adderet animos, Deum precabatur, vt laborantibus Chriſtianis, & in maximo periculo conſtitutis, ſuccurreret. Cùm ergo feruenter Deum precaretur, vt Chriſtianos in maximis miſeriis conſtitutos ſubleuaret, ne juſtam haberent conſanguinei cauſam exprobrandi hanc templorum vaſtitatem, tanquam pœnam, quæ iuſto Dei judicio propter deſertam Idololatriam infligeretur, arctiùs partim ex laſſitudine, partimque ex triſtitia, dormire cœpit: Cùm verò quieſceret, venerunt læti illi nuncii, de quibus ſuperiùs memini; qui tanto affecerunt omnes gaudio, vt lætantium vocibus domus tota perſonuerit; quibus & Iuſta è ſomno excitata, rem omnem à nobilibus domeſticis intellexit, & Deo immortali continuò quas potuit maximas gratias egit, quod rem quam optabat maximè (Chriſtianorum nimirum templa, vt ſarta tecta permanerent) obtinuiſſet.

Ex Chriſtianis Iaponienſibus aliqui, reuerentiæ & timoris, quem ſempiterno Numini mortales omnes debent, immemores, hoc anno cum Cinenſibus prædonibus ſe coniunxerunt, & in mari Cinenſi piraticam fecerunt. Reuerſi verò in Iaponiam, vt rapinas venderent, à ſatellitibus Canzvidono hoc nomine ſunt comprehenſi, & ad portum Cocinocu (cuius dominus iſt Arimãdono intimus Canzvidono amicus) deducti, quòd legem, quam tulerat Daifuſama contra latrocinantes, violaſſent. Piratarum omnium nomina Meacum ſunt miſſa, quæ vbi vidit Daifuſama, juſſit ad vnum omnes in cruces agi, ita vt ſingulis cruces ſingulæ figerentur: captiuis verò libertatem, quam contra omne jus amiſerant, reſtitui. Cura porrò exequendi hoc mandatum Canzvidono & Don Protaſio commiſſa fuit. Hic autem Socios diligenter monuit, vt captiuos adirent, & Chriſtianis peccata ſua confitentibus aures darent, Ethnicis verò Chriſtianæ fidei dogmata explicarent, quo ex mundi huius miſeriis, vbi baptiſmo initiati fuiſſent, ad cęlitum vitam migrarent: Et ne miniſtri Canzvidono, qui feſtinanter Principis mandatum exhaurire volebant, Sociorum pios conatus

retardarent, ſua auctoritate perfecit. Chriſtiani ergo omnes, qui piraticæ fuerant damnati, pœnitentiæ ſacramento peccata expiarunt ſua, & ex Cinenſibus nouem baptiſmo peccatorum ſuorum maculas deleuerunt: propter miniſtrorum Canzvidono feſtinationem, reliquis Cinenſibus ſalutis via monſtrari non potuit. Breui ergo temporis ſpacio ampliùs centum in cruces ſunt acti, ex quibus quinquaginta fuerunt Chriſtiani, qui inter moriendum, Ieſu nomen dulciſſimum pronunciantes, non ſine ſpe conſequendi beatitudinem ab hominibus demigrarunt. Magnus fuit ad ſpectaculum hoc luctuoſum Chriſtianorum concurſus, qui precibus miſeros illos, cùm debitas ſcelerum ſuorum pœnas Reipublicæ penderent, Deo ardenter commendare non deſtiterunt, quas non fuiſſe inanes rei exitus comprobauit, nam tolerabiter ſupplicium vſque ad extremum vitæ ſpiritum eos tuliſſe certis indiciis conſtabat. Sunt nunc Arimæ vincti propter ſimile ſcelus duodequadraginta Iapponii; Qui ex ipſis ſunt Chriſtiani, ſæpius in carcere ſacerdotibus peccata ſua confeſſi ſunt, & Ethnici baptiſmum ſuſceperunt. Hi omnes in dies ſingulos mortem ſibi impendentem exſpectant. Inter Cinenſes, qui ſuffixi crucibus perierunt, aliqui (numerum non teneo) fuerunt, qui à Iudicibus interrogati de conditione & ſtatu vitæ, reſponderunt ſe piratas eſſe, (cùm tamen piraticam non exercuiſſent) nam hac ratione ſe libertatem conſecuturos exiſtimarunt, & captiuos in ſeruitutem dandos: at mendacii huius pœnas luerunt, nam in cruces acti ſunt, & cùm poſtea, quod verum erat, faterentur, fides ipſis habita non eſt: iis verò, qui à prædonibus ſe captos ingenuè fuerant faſſi, in patriam redeundi facta eſt poteſtas.

Innocentes, & qui leues ob cauſas ſupplicio extremo erant afficiendi, ſociorum opera ſunt abſoluti: Diſſidentes pleroſq; ſocii pacatos reddiderunt, & non paucos fidei Chriſtianæ rudes docuerunt, quæ Chriſtianus ſcire debet, & in ſumma, multis proſpectū eſt de rebus, cùm ad corpus tum animum ſpectantibus, quæ omnia cùm ſint non ſolùm vſitata, verùm & quotidiana, attigiſſe æquo lectori ſatis eſſe debet.

Arimæ apertus eſt ludus puerulis, qui Iaponicè legere & ſcribere volunt. Res hæc fuit à Don Protaſio in primis optata, cuius voluntati propter temporum difficultatem hactenus ſatisfacere non potuimus. Chriſtiani Iaponii inſtarunt, & ſummo cum ſtudio vrſerunt, vt Societatis Superiores

ratio

rationem haberent puerorum, qui baptiſmi ſunt initiati Sacramento, & propterea Bonzios magiſtros non ampliùs adirent; Æquum ergo erat, vt ad alios, quos Socii Chriſti Domini cauſa ſuſtinent, labores & hic erudiendi puerulos adjungeretur. In poſterum ergo in locis celebrioribus ſimiles ludi inſtituentur.

Qui ex noſtris incolunt domicilia, quæ ſunt in Inſulis Amacuſæ, (quas a Don Protaſii territorio anguſtum fretum diuidit) deinc parebunt Superiori domus Amuræ: nam domus Scico, cuius Præfecto antea paruerunt, in calamitoſo, quod fuit his annis bello, eſt planè euerſa. Sociorum porrò in has Inſulas bona Scimandono voluntate aduentus, Chriſtianos, a noſtris nullo tempore omnino deſertos, adeò delectauit, vt nihil ſuprà. Accidit vt, quo die Socii ad certum locum venerint, tres Chriſtiani, qui in ſilua contra mandatum Scimandono arbores exciderant, capitis condemnarentur, Sociis deprecatoribus, & delicti veniam & vitã a miniſtris Scimãdono impetrarunt. Peruagantur Socii has inſulas omnes, magno Chriſtianorum, quibus animos addunt, ſolatio & fructu: nam tantus eſt cõfitẽtium peccata ſua numerus, vt omnibus ægre à Sociis ſatisfieri poſſit.

## DE OZACÆ ET MEACI DOMIBVS.

IN his duabus domibus ex Sociis degunt quatuordecim, quorum ſex ſunt ſacerdotes, (eos qui Dogichi nominantur, Sociorum contubernales, hoc numero non complector) ex quorum laboribus Iaponii majores hoc anno, præter omnium exſpectationem, quàm ſuperioribus ceperunt fructus: Nam ex Idololatriæ tenebris ad clariſſimam Euãgelii lucem peruenerunt Sociorum opera Iaponii mille, ex quibus ſunt aliqui in honore cõſtituti, qui vt nobis perſuademus exemplo ſuo ciues Iaponios ad vitam rectè inſtituẽdam allicient. Quod vt Lector meliùs percipiat, ſcire debet Meaco & Ozaca eſſe præcipuas Iaponię vrbes, quæ ſummo Imperio Dominorum Tenzæ ſedes præbẽt, & in quibus plerique proceres Iaponiæ ſplendidas habent domos: quare ad has vrbes magnus eſt concurſus Bonziorum, quorum ſtudio & labore viget Idolorum cultus, inter ciues maximè & mercatores, quibus Reipublicæ corpus conſtat. Hi Bonziorum vere ſemper ſtudioſiſsimi, & Euangelii hoſtes, quare hactenus ſe difficiles præbuerunt, vt ad Chriſtiana caſtra ex Idololatriæ caſis

ſe reciperent;faciliores habuimus nobiles & milites, qui in Regia commorantur, quàm plebeios ſellularios & mercatores. Cæterùm abhinc aliquot menſibus ſunt ciues aliqua ex parte manſuefacti, & nunc incipiunt aures veritati præbere. Quare Ozacæ quingēti partim nobiles, partim plebeii, ab Idololatris ad Chriſti Eccleſiam venerunt, quam quidem ad rem magnum attulit adjumentum Domina Maria Quiogoca, à Nibunangæ temporibus Chriſtiana. Hæc fuit vxor Domini Regni Vomi, quæ duos habet filios, quorum vni Daifuſama dedit Regnum Tango, & alteri aliud Regnum, cuius nomen perdidi. Vehementer optabat vt filiorum alter, qui Idola colebat, Chriſtiana ſuſciperet ſacra: effecit quidem vt filia ſua, quæ Reguli Ethnici matrimonium tenet, hoc anno baptiſmum ſuſceperit; & vt alter filius, Chriſtianus quidem, at perditus & diſſolutus, vitam ad legis Euāgelicæ præſcriptum inſtitueret. Quo autem faciliùs filium Idololatram ab inani ſuperſtitione ad Dei verum cultum adduceret, nurum ſuam eiuſdē filii vxorem, & Findeorizamæ materteram, ad Chriſtianam perduxit Religionem, vt communibus ſtudiis, ab homine pernicioſos & fœdos, quibus tenebatur, errores dimouerent. Omnia ex ſententia lectiſſimæ feminæ euenerunt, nam poſt auditum catechiſmum nurus Ozacæ Baptiſmum ſuſcepit. Hæc porrò ſibi adjunxerat duas feminas, ſuas in Chriſti doctrina magiſtras, quarum opera, Deo omnium conatus fortunante, tantum apud maritum præſtitit, vt lubenter Catechiſtam audiret, & tandem vnà cum familiaribus Baptiſmo initiaretur.

Occultè hæc omnia ſunt geſta, ne irritatus Daifuſama damnum aliquod huic Regulo daret: facta quidem Iaponiis à Daifuſama fuit poteſtas ad Chriſtianam Religionem tranſeundi; quam verbo ipſe poſtea confirmauit, poſtquam Arimandono & Omurandono poſtulatis acquieuiſſet. Cæterùm magnatibus poteſtatem hanc concedere noluit: nam Chriſtiani, qui nullo in honore habent Camos & Fotochos, non poſſunt conceptis verbis, quod facere coguntur Iaponiæ proceres, iusjurandum ad ſtringendam fidem Domino Tenzæ debitam dare.

Hic principis viri ad Chriſti Eccleſiam acceſſus Chriſtianum, vt exiſtimamus, nomen his in oris illuſtrabit. Optima hæc matrona Maria eſt occupata in adducenda alia ſua filia ad ſacra Chriſtiana, quæ Meaci ægrota Bonziorum opera à Camis ſanitatem impetrare, ſed fruſtra, tentauit: quare à matre monita, vt ad Deum præpotentem vniuerſitatis rerum effectorem

confu-

confugeret, qui afflictis ſuccurrere, & quæ ad animi ſalutem conducunt affatim ſuppeditare conſueuit, non autem ad Fotochos commentitios Deos: reſpondit, ſe vehementer cupere vt Patres ſe precibus Deo commendarent, & quo faciliùs ſanitati reſtitueretur, de ſuis fortunis non pauca Sodalitio miſericordiæ aliiſque pauperibus donauit. Et poſtquam morbus ſe aliquantulum remiſit, doctori Catechiſmi diligentem dare operam conſtituit. Speramus ipſius animum à Deo colluſtrandum, quo legem Euangelicam, quod vehementer cupimus, amplectatur.

Non minùs vberes his, quos nunc commemoravi, fuere fructus illi, quos cepimus ex conſuetudine, quam habuimus cum proceribus & nobilibus, qui in Regia apud Daifuſamam commorantur, qui hactenus rei Chriſtianæ fuerunt aut omnino, rudes, quippe qui Regna Quanto incolunt, quæ longè hinc abſunt, aut eam tanquam vilem & abjectam contempſerunt. At poſtquam ex his Regnis flos nobilitatis Ozacam venit, magna eſt animorum facta mutatio, vt conſtat ex litteris, quas 29 Auguſti anni huius domus Ozacæ Præfectus ſcripſit hunc in modum.

Majorem hoc anno ex Catechiſmi ſcholis, quas ad omnis conditionis Ethnicos habuimus, quàm ex cæteris noſtris laboribus, fructum percepimus: Nam ex quo tempore Daifuſama, munitionis huius poſſeſſionem occupauit, maxima pars domeſticorum ipſius domum hanc noſtram frequentauit, qui cùm antea aut Euangelii doctrinam planè ignoraſſent, aut certè de ea malā, tanquam res eſſet contempta, opinionem habuiſſent, nobiſcum diſputantes manus veritati dederunt, cuius laudes, cùm a nobis abirent, tacere non potuerunt.

In his nobilibus eſt Præfectus munitionis Camaiama, omniū qui ſectam Gienſcii in Regnis Quanto ſequuntur doctiſſimus, qui mercede conductos Bonzios duos, in eiuſdem ſectæ diſciplina exercitatiſſimos ſecum tenet. Hic ergo comitatus decē aut duodecim proceribus (quorum ſinguli ex prædiorum fructibus annuis minimum accipiunt ſexaginta millia ſaccorum Orizæ) domum noſtram venit, & cùm in templo vidiſſet imaginem Chriſti Domini tenentis globum mundi, contendit rationibus docere mundum non eſſe globoſum, verū quadratum, quam opinionem tuetur illa, quā ipſe ſequitur, ſecta. Sed poſtquā animaduertit firmiſſimis rationibus cōtrariam confirmari ſententiam, ſuamque planè refutari, ſermonē trāſtulit ad diſputationē de mundi principio, eiuſq; molitore: & cū diſputationis initio, quæ à noſtris

dice-

dicebantur, nullo numeraret loco, in progreſſu tamen candem eſſe ſectæ, quam ipſe ſequebatur, ſententiam cum ea, quam Chriſtiani defendunt, docere eſt conatus. At poſtquam ſententiatum duarum magnam eſſe differentiam explicaſſemus, ampliùs obſiſtere nobis non tentauit. Abiens ergo fidem dedit ſe, vbi commodum fuerit, operam daturum Catechiſmi doctori, & , ſi refutarentur quæ contra Chriſtianam ſidem afferret argumenta, nobis omnino aſſenſurum. Comites ipſius cùm viderent Achillem ſuum Chriſtiano doctori ſuccubuiſſe, conticuerunt, adeò vt eorum nemo pro Iaponiorum ſuperſtitionibus vocem mittere tentarit.

Venit prætereà ad nos vir nobilis, Gionouoribo nomine, qui eſt in Daifuſamæ intimis, is ſecum duxit alios ſuæ conditionis viros, & Bonzium in Iaponiorum diſciplina apprime verſatum. Hic Gionouoribo poſtquam diſputaſſet aliquamdiu, ſibi eſſe certum dixit, intra annos quinquaginta maiorem Iaponiæ partem fore Chriſtianam. Præſens rerum ſtatus non obſcurè indicat hoc vaticinium fore verum. Nam Bonziorum doctrina in dies magis magiſque contemnitur, non modò quia ipſius Doctores homines ſunt perditi & diſſoluti, eiuſque falſitas magis nunc quàm antea pateſcit, verùm quia Euangelij ſuauiſſima lux omnem propè Iaponiam occupauit, vt pauci admodum reperiantur, qui eam non aſpexerint. Verùm quidem eſt multos Chriſtiana non ſuſcipere ſacra, quamuis de Religione noſtra bene ſentiant. Homines quippe, qui hactenus licentiùs quàm æquitas poſtulat vixerunt, fieri non poſſe exiſtimant, vt ad Euangelij præſcriptum vitam inſtituant. Cæterùm contra Bonzios alios Idolorum præfractos defenſores acriter pro fidei Chriſtianæ dogmatibus decertare non verentur; & tantum, vt ſperamus, diſputando proficient, vt & ipſi hac eſca illecti, ſalutari hamo ad Chriſti Eccleſiā trahātur: q̃ adoleſcenti nobili accidit, qui certiſſima fidei noſtræ principia argumentando eſt conatus facere dubia, quæ nunc poſt ſuſceptum baptiſmum eſſe veriſſima palam profitetur. Quare ſi Daifuſama, inquit ille, me ex domeſticorum ſuorum numero ejiceret, aut vitam mihi propterea auferret, quòd me Chriſtianis adiunxerim; non propterea ab hac mente deſiſterem. Immo ſi ſperarem me poſſe, ſanguinem profundendo meum, Daifuſamam alioſque Iaponios proceres ad Chriſti Eccleſiam traducere, ſine omni timore id lubenti animo præſtare me poſſe conſiderem. Hanc animi conſtantiam retinens, ſociis ſuis Daifuſamæ domeſticis perſuadet, vt ſcholis catechiſtis inter-

nterſint. Hactenus ex litteris Ozacæ ſcriptis.

Sunt & aliæ res duæ, quæ non parum iuuerunt, vt apud Ethnicos Chriſtiana religio hoc anno majorem quàm antea haberet auctoritatem, & quæ Mercatorum, (qui ferè omnia ſui quæſtus aut commodi cauſa facere conſueuerunt) vt de ſalute ſua cogitationem aliquam ſuſciperent, animos mouerunt. Tranſtulimus (vt de vtraque re breuiter dicam) ædem ſacram in commodiorem celebrioremque locum, ad quem populus, in cuius vicinitate magis quàm antea verſamur, frequens concurrit. Huc accedit præclarum factum Gieciudono Nangaioca domini Regni Bugen, & partis Regni Bungo. Is Donnæ Gratiæ quondam vxori ſuæ, quæ anno proximo vitam cum morte commutauit, juſta facere cupiebat, partim quòd ipſam ardenti amore complexa fuiſſet, partim etiamquòd ad exiſtimationem ſuam his in locis conſeruandam hoc in primis expediret. Nam apud Iapponios etiam idololatras antiquus mos cohoneſtandi mortuos exequiis hoc etiam tempore manet: Et cùm ſecum ipſe perpendiſſet, Bonziorum operam nullam potuiſſe animæ vxoris (quæ cùm in viuis eſſet Chriſtùm Dominum colebat) vtilitatem dare, Socios rogauit, vt ſibi hac in re gratificari vellent, vxoris ſuæ funeri Chriſtiano ritu iuſta ſoluentes, quibus intereſſe ipſemet conſtituerat. Cùm autem à ſacroſancta ſede Apoſtolica nobis ſit facta poteſtas rem diuinam faciendi iis etiam in locis, in quibus præſentes adſunt Ethnici, cùm neceſſitas hoc flagitat, aut cùm periculum, ſi recuſaremus hoc facere, grauis offenſionis imminet; decreuit P. Organtinus nihil prætermittere, quod ad funeris amplitudinem magnificentiamque conducere iudicabat. Eſt namque Gieciudono magnus inter Iaponios princeps, cujus acerbum in Chriſtianos omnes excitaſſemus odium, ſi in re juſta, & quæ Chriſtianam illuſtraret fidem, gerere ipſi morem recuſaſſemus. Apud Chriſtianos etiam non leuem ſubiuiſſemus vituperationem, ſi rem animæ Chriſtianæ matronæ ſalutarem, Ethnicisque, vt Bonziorum ſuperſtitiones abjicerent, vtilem, facere neglexiſſemus. A locis ergo vicinis Meacum venerunt cùm Socii tum Societatis alumni, & in loco medio templi, quod inſigni apparatu ſplendeſcebat, honorarium tumulum excelſum fecimus, quem omni parte magnus cereorum ardentium numerus illuſtrabat: Peractis matutinis precibus, quos Chriſti Eccleſia pro iis, qui in fide conſtantes è viuis exceſſerunt, recitare conſueuit, factum eſt ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, præſente non modò Nangaioca, verùm & magna Nobilitatis, quæ ipſum ſequitur, parte. Aderant et

nobiles

nobiles ampliùs mille, propè omnes Ethnici. Tantus porrò fuit hominum ad nouum hoc his in locis ſpectaculum concurſus; vt ſi Nangaioca tempeſtiuè ſatellites non conſtituiſſet, qui aduenientem populum à templi aditu arcerent, orta fuiſſet perturbatio, quæ felicem actionis totius exitum retardaſſet. Concionem habuit Socius Iapponius nondum ſacerdos, cui optimè ſunt perſpecta Sectarum, quæ his in oris regnant, commenta. Concionis totius argumentum (nam illa Scripturæ verba, Beati mortui, qui in Domino moriuntur, explicanda ſuſceperat) complectebatur animi hominis immortalitatem, æternamque illam, quam exſpectant probi vbi ex hoc mundo auolarint, vitam; ſimul & pœnas, quas impii in omnem æternitatem apud inferos ſubeunt, ac denique omnibus his in rebus differentiam ſententiæ Chriſtianæ & mendaciorum, quibus Bonzii Iaponios fallunt, Dæmoniſque ſeruitute oppreſſos tenent. Sub finem concionis, maximis veriſſimiſque laudibus ornata eſt Donna Gratia, quæ, cùm viueret, virtutem coluit, & moriens magnum ſui apud omnes deſiderium reliquit. Orator ſic placuit, vt Nangaioca, & qui ipſi aderant, lachrymas tenere non potuerint. Grauitatem cerimoniarum Eccleſiæ maieſtatemque non ſatis admirari potuit Nangaioca, qui poſtea publicè dixit, juſta, quæ Ethnici mortuis faciunt, ſi cum Chriſtianorum exequiis comparentur, eſſe res planè ludicras, & meras nugas; ſe verò ad hoc vſque tempus ſimile vidiſſe nihil, immo neque animum inducere potuiſſe ſuum, rem extare vllam, quæ hominem ad pietatis ſenſum ſic permouere potuit, vt apud Chriſtianos facit ſupremi diei celebritas. Idem prorſus teſtati ſunt cæteri, qui cum ipſo in templo præſentes adfuerunt, qui poſtea cùm intellexiſſent P. Organtinum ducentos nummos aureos, quos Nangaioca miſerat, vt noſtri haberent vnde ſumptus in exequias facerent, pauperibus diſtribuiſſe, vehementer factum probarunt, dicentes Bonzios nihil ſimile facturos, qui egentium hominum inopia & egeſtate ad miſericordiam non alliciuntur. A Sociis porrò eſt cumulatè cùm Nangaiocæ, tum ipſius nobilitati, factum ſatis, adeò vt magna nunc ipſe princeps ( vt poſtea fuſiùs dicetur ) Chriſtianos in Regno ſuo Bugen beneuolentia proſequatur: Immo cum Ozacæ eſſet, comitibus ſuis ſuſcipiendi Baptiſmi poteſtatem fecit. Die prætèrea illo exequiarum nobiſcū ſine omni apparatu regio prandit, non minùs ſe nobis præbens familiarem, quàm ſi Chriſtum Dominum vnà nobiſcum coleret.

Ex proceribus, qui exequiis interfuerunt, aliqui Donnæ Gratiæ (cuius laudes concionator non immeritò in aſtra ſuſtulit) exēple

lo permoti, Scholis Catechiſmi intereſſe conſtituerunt. Faxit eus, vt præſpecta Euãgelii veritate, contaminatas ſuperſtitiones eſerant, menteſque ſuas doctrina cæleſti, quam Chriſti Eccleſia mnibus proponit, imbuant.

Putauit P. Organtinus ſibi fuiſſe amplam ad celebrandas Iuſti tequias oblatã occaſionẽ. Anno quidẽ proximo Socii debitos ſi habuerunt honores, cæterùm cùm, Daifuſamæ iuſſu, eidẽ vita epta fuiſſet, nobis non licuit viri ornatiſſimi, de nobis Chriſtia-iſque Iaponiis optimè meriti, memoriam palàm cohoneſtare, iuſque funeri, quod vehementer optabamus, iuſta ſoluere. Iiſ-em ergo cerimoniis, quibus Donnæ Gratiæ parentauimus, Iuſti oſtri, cuius cinis & oſſa apud nos ſunt, memoriam proſe-uti ſumus. Rei diuinæ interfuerũt Donna Iuſta lectiſſima matro-a, mortui quondam vxor, ipſius præterea Iuſti Frater & cõſan-uinei Chriſtiani, qui proximè antecedentis diei lachrymas fle-tumque renouarunt. Diebus inſequentibus magnus eſt ad nos fa-us hominum concurſus, qui templi ornatum ſpectarent, & κενο-τάφιον viſerent, quibus ianuam claudere ſi tentaſſemus, in varias prehenſiones incurriſſemus.

In vrbe hac nobiles hoc tantùm nomine, quòd contra patrum orum voluntatẽ baptiſmũ ſuſcepiſſent, domibus paternis ſunt ecti, quare vt fidẽ Chriſtianã cõſtãter retineãt, multis incõmo-s difficultatibuſq; afficiũtur. Tres matronæ illuſtres, quę, inſciẽ-ous maritis Ethnicis, Chriſto nomina dederũt, nõ modò à viris is, verũ & à ſoceris grauiſsimè vexabãtur, adeò vt de diuortio cũ iis faciẽdo ſerio actũ ſit, at illæ amicitiæ & religionis arctiſſimo nculo inter ſe copulatę, animo robuſto cõſtãtiq; in ſuſcepta ſen-tia ſic perſtiterũt, vt mariti, ipſarũ virtutẽ prudẽtiãq; admirati, ntentia tandem deſtiterint. Primùm ergo conniuere cœperunt, ſtea verò ipſis Chriſtianam colendi religionem liquidiùs po-ſtatem fecerunt.

In Regno Bigen, Quingodono, qui Regni huius dominus, ita grauiter æger fuit, vt putaretur aut inſanire & furere, aut tè Dæmonem in corpore incluſum habere. Quare ex Bonziis cati aliqui cum Saga vt cantionibus ſuis morbo mederentur, ignam ollam ferream aqua plenam igni admouerunt, quæ ox, non ſecus ac ſi vitreum fuiſſet vas, eſt diſrupta: vnde triſte ceptum eſt omen. Quingodono verò quærenti cauſam reſpon-runt Bonzii, ipſum propterea graui hoc morbo affligi, quòd Regno ſuo Chriſtianos domicilia habere pateretur: Hinc i ſunt Regni illius gubernatores, anſam arripuerunt,

Chri-

Chriſtianis exhibendi moleſtiam, maximè quòd eodem circite
tempore dixiſſet Daifuſama, ſe nolle legem Euangelicam locum
in Iaponia habere in quo conſiſteret. Vt ergo pœnam, quam Dai
fuſama minitabatur Chriſtianorum receptatoribus, vitarẽt, prin
cipibus viris Chriſtianæ legis cultoribus heri ſui verbis præcepe
runt, vt ad Camorum & Fotochorum deteſtabilem cultum redi-
rent, a quibus id reſponſum tulerant, ſe nullo modo tam neſa-
rium admiſſuros ſcelus, & nominatim Dominus Ioannes Amacu-
ſandono (qui Amacuſa exulans ſe in cliẽtelam contulerat Quin-
godono, a quo ſingulis annis quatuor milia ſaccorũ Orizæ acci-
pit) reſpondit, cùm Chriſtianorum eſſet progenies, ſibi perſuade-
ri non poſſe, ipſos ad ſe à Quingodono id mandatum habuiſſe,
quare ſe non dubitare, quin Regni adminiſtratores eſſent com-
menti huius architecti & inuentores: Quòd ſi Quingodono rem
hanc mandaſſet, ſuis verbis ipſi renũciari iuſſit, ſe non modò poſ-
ſeſſionum, quibus ipſius liberalitate fruebatur, verùm & vitæ an-
tea facturum jacturam, quã Chriſtianam Religionem deſereret,
eos ergo rogauit vt perſpicuis verbis hoc ipſos a ſe accepiſſe re-
ſponſum, Quingodono dicerent: Quod ſi non facerent, ſe Quin-
godono aditurum dixit, & coràm rem omnem ſyncerè & ſimpli-
citer expoſiturum. Cùm animaduerterent Adminiſtratores, ma-
gnam eſſe Chriſtianorum principum in retinẽda Chriſtiana Re-
ligione conſtantiã, ab impio propoſito deterriti, cum Chriſtianis
cõniuere cœperũt. Ad retardãdos pernicioſos ipſorũ cõtra Chri-
ſti cultores conatus, multum iuuit nũncius eodem tempore allà-
tus, Daifuſamã de Sociis ex Iaponia ejiciẽdis ſententiam mutaſſe

Dynaſta Ethnicus, impulſu intimi ſui, miſit qui Equiti Chri-
ſtiano præciperet, vt baptiſmo nuncium remitteret. At ille animo
magno & fortiter, abſit, inquit, vt de me jure dici poſſit, quòd ti-
more perterritus, à via, qua ad cœlũ itur, quãquã magna cũ volu-
ptate ſum nũper ingreſſus, turpiter deflexerim. Auctori porrò &
impulſori ſceleris, paucis poſtea diebus, heri ſui juſſu, erepta fuit
vita, ſpaciumque quod ipſe præ ſe ferebat, audiẽdi Catechiſtæ le-
ctiones, & ſuſcipiendi baptiſmum, non fuit conceſſum.

Matrona illuſtris, quæ ſectam Focheſchiu ſequitur, omnes ner-
uos contendit; (verùm fruſtra) ne filius ſuus Catechiſmũ audiret,
& cùm eum ad ſuſcipiendum baptiſmum eſſe paratum reſciuit,
impotenti animo, nullam dignitatis ſuæ rationem habens,
ad cognatum ſuum virum nobilem adiit, in cuius domo puer di-
uerſabatur, & non ſecus ac ſi furiis agitata fuiſſet, ſummo ſilen-
tio, apprehenſa filii manu, eum ſecum abduxit. At poſtquam
deferbuit

deferbuit ira, erratum ſuum agnouit, quodque furioſè fecerat, eam pœnituit, quare vt filium placaret, qui ſe eſſe Chriſtianum affirmabat, & de injuria materna expoſtulabat, ipſi poteſtatem fecit ad normam Chriſtianæ diſciplinæ inſtituendi vitam; & ſimul ſe Catechiſmi Doctori daturam operam prolixè recepit. Verùm de his aliiſque id genus factis, quæ Ozacæ contigerunt, hæc ſint ſatis. Sermonem ergo Meaco transferam.

Vrbs hæc Meacenſis propter magnitudinem in ſuperiorem & inferiorem eſt diuiſa, Mercatores & homines plebeii, qui eam incolunt, propter cauſas ſuperiùs allatas, tardiores ſemper fuerunt ad ſuſcipienda Chriſtiana ſacra, &, præ cæteris, incolæ ſuperioris vrbis, qui valde ſunt pertinaces, & remotiùs abſunt à Sociis, qui annis ampliùs quadraginta in vrbe inferiori domicilium habent. Proximo porrò anno, cùm Chriſtianorum numerum augeri cerneremus, vt ipſorum commodis ſeruiremus, qui propter itineris longinquitatem non facilè ad nos venire poterant, in ſuperiori vrbe domicilium collocauimus, in quo ſunt Socii duo. Hoc autẽ anno, qui Meaci baptiſmum ſuſceperunt, trecenti numerantur; in quibus eſt honoratus Daifuſamæ domeſticus, cuius ad Chriſtianos acceſſus permagno apud omnes æſtimatur. Idem eſt ſentiendum de aurifice (cuius magnum apud hanc gentẽ eſt nomen) viro in Iaponiorum diſciplina ſcientiſſimo. Factum porrò hominis non ſatis admirari poſſunt Ethnici, qui ipſum hactenus tanquam totius Iaponię in Camorum ineptiis oraculum coluerũt. Et cùm multos habeat cognatos, & in artificio ſuo non exiguum diſcipulorum numerum, erit, vt ſperamus, non minùs induſtrius in expoliendis gemmis, quibus Chriſtiana illuſtrabitur Eccleſia, quam fuerat in cõquirendis lapidibus pretioſis, qui humanũ recreant aſpectum. clariſſimas ſiquidem, vt nobis perſuademus, ex Iaponiæ cauernis gemmas eliciet, quæ in cœleſti Ieruſalem mirificè lucebunt.

Chriſtianus, hoc nomine Iaponiis proceribus gratiſſimus, quòd gladiorum temperationem optimè perſpiciat, juſtumque ſingulis pretium conſtituat, ardenter cupiebat vxorem ſuam, quæ bene de Chriſtiana Religione ſentiebat, in Chriſti Eccleſiam ingredi. Verùm cùm Socer, capitalis Euangelii hoſtis, qui ſuperſtite Taicoſama, propter eam quam cùm ipſo habuit familiaritatem, auctoritate valebat, apertè reclamaret, cogitata perficere non potuit. Mortuo verò Taicoſama, vxorem ad paternas ædes hac de cauſa amandauit, quòd in filię baptiſmo ſibi non aſſentiretur. Fa-

ctum hoc indignè tulit ſocer, tanquam à genero ſuo irrideretur, & non contentus de eo frequentes habere querimonias, omniaque amicè feciſſe, vt filia ad mariti ſui ædes remearet, vbi Deos patrios ac penates libere coleret, dicam genero ſcripſit, ipſum de Chriſtianæ religionis cultu poſtulans. Ad biennium durauit hæc inter ſocerum & generum controuerſia, quæ hoc anno finem habuit, nam Socer tandem conceſſit, quod gener petierat, qui vxorem baptiſmo initiatam, magna cum Chriſtianorum voluptate, domum reduxit.

Cupiebat vir probus & honeſtus vt vxor, quam inſtituerat ad Chriſtianorum inſtituta, baptiſmum ſuſciperet, at feminæ parentes vehementer obſtabant, adeò vt non potuerit ad templum deduci. Incidit mulier in morbum, ſatiſque vehementer ægrotauit, quare magnopere timuit, ne mors conſilium ſuum de ſuſcipiendo baptiſmo præueniret: nam parentes ipſi perpetuò aderant, ne locum haberet perficiendi quod maximè optabat. Huic malo cùm nullum maritus videret ſupereſſe remedium, conſtituit ſuis manibus ſalutari aqua vxorem ſuam abluere, quod diligenter nocturno tempore præſtitit. At adeò occultè hoc fieri non potuit, vt ab Ethnicis non manifeſtè deprehenderetur: qui præteritum factum cùm mutare non poſſent, in Chriſtianæ feminæ animam inſultare tentarunt, Bonziorúmque opera efficere, vt moriens ad Deorum cultum rediret, quo hac ratione ipſam patrio ritu humare poſſent. Accerſitos ergo Bonzios omnibus modis in generi domo occultare contendebant: At Chriſtianorum opera repreſſus eſt Ethnicorum furor, & conatus impius tandem repulſus. Quòd ſi non accurriſſent vicini, qui ſe medios inter decertantes præbuerunt, gubernatoríſque vicarius Chriſtianæ Religionis cultor, qui auctoritate ſua Ethnicos tanquam rixæ auctores obiurgans, diſſidentes placauerat, ad periculoſam pugnam ventum fuiſſet. Ægra, mox ac rem geſtam intellexit, meliuſculè eſſe cœpit, &, vt fertur, de vita non ampliùs periclitatur.

Magnus fuit mortalium ad cōciones legitimas concurſus, maximè diebus Veneris ſtatæ quadraginta dierum inediæ, quibus auditores in templo tergorum ſuorum voluntariis verberationibus debitas Deo peccatorum ſuorum pœnas ſoluerunt. Ethnici porrò, qui clam & latenter ad templum noſtrum venerant, vt apud nos quid ageretur explorarent, ita fuerunt animo affecti, vt poſtquam Catechiſmi doctori operam dediſſent, baptiſmum ſuſceperint. Vſus præterea piarum meditationum multis adiumentum attulit magnum, & in primis viris nobilibus, quorum ali-

qu

ui totius anteactæ vitæ peccata confeſſionis Sacramento ſic ex-
iarunt, vt aliam quàm fecerunt viuendi rationem inierint; alii
erò, vt ad bonam frugem ſe reciperent, in latebras ſe abdiderũt,
: pro admiſſis ſceleribus Deo ſupplicium liberius ſoluerent.

Giacata Bungi, filius Franciſci Regis bonæ memoriæ, cœptũ
ene viuendi curſum tenet; is cùm ex Regno Vomi, in quo ali-
uamdiu ſubſtitit, ad Regnum Deua, quod eſt ad orientem Solẽ
: omnibus Iaponiis Regnis extremum, exilii cauſſa ſibi eundum
ſe intellexit, accerſiuit Societatis Patrem; vt peccata ſua confi-
retur. Herum imitati ſunt famuli bini, & quinque Ethnici ipſius
omeſtici ſunt baptiſmo initiati; neminem enim, qui Chriſtianus
on eſt, in famulorum numerum deinceps admittere conſtituit.
Sempitetno Numini omnibus in rebus placere ſtudet; miſe-
as verò & ærumnas, quibus hoc tempore premitur, ſe juſto Dei
fferre iudicio agnoſcit, beneficiique paterni loco habet, cùm
uiùs ſe puniri fateatur, quàm promeritus ſit. Ipſius vxor, quæ
eaci intereſſe conſueuit Scholis Catechiſmi, baptiſmum ſuſce-
ſſet, ſi matris ſuæ, quæ famulatur Dairo, cuius olim fuit nutrix;
imo & ipſius Dairi offenſionem non timuiſſet. At propediem,
ſperamus, negotium hoc ſic tranſigemus, vt nullo ſuo damno,
tùm commodo magno, nobilis hæc matrona optatum conſe-
iatur ſuum.

Ex domicilio Meaci inferioris miſſa eſt legatio ad Regna, quæ
coco paſſim nominantur, ex quibus tria, quę ſunt verſus ſeptẽ-
onem, Figendono homini Ethnico parent, inter Iaponios cùm
ibus tum copiis affluenti. Apud eum habitat noſter Iuſtus V-
ndono, cui in ſingulos annos ab eodem eſt proſpectum de qua-
aginta millibus ſaccorum Orizæ. Iuſti ergo rogatu miſſus fuit
cietatis Sacerdos, qui Chriſtianos & in primis Iuſtum ipſum
ni familia omni confitentes audiret, & ſimul an reperirentur
hnici, qui ad Chriſtiana ſacra tranſire vellent, experiretur.

Sacerdos reperit exædificatum templum impenſa Iuſti, de cu-
virtute eſt magna nõ immeritò apud omnes, qui in Regia ver-
tur, opinio: Nam cum familia vitam agit planè Chriſtianam;
eſcriptis ab Eccleſiæ diebus ſe omnes cibo abſtinent, ſupplici-
ſque Deum precibus inuocant, auſterè corpora tractant ſua,
o maiore cum facilitate, quæ ad animi ſalutem ſpectant, perfi-
e valeant; at de his propter breuitatis rationem plura hoc tẽ-
re non ſcribam. Clientibus certè ſuis non permittit Iuſtus rem
minimam facere, quæ meritò Ethnicos offendere poſſet.
aucorũ dierũ ſpacio viri nobiles ampliùs 120, in quibus nume-

rabantur duodecim aut decem & tres domeſtici Figendono, B
ptiſmum ſuſceperunt. In alios verò, qui Doctoris Euangelij ver
audierant, optimè quadrat illa Chriſti Domini oratio: Aliud ce
dit ſecus viam, & conculcatum eſt. Chriſtianam equidem lege
apertè fatebantur eſſe optimam, cæterùm aliquos in ignoranti
quibus ab infantia immerſi ſunt, tenebris detinet earum, qu
mundi huius ſunt propriæ, rerum cura & ſolicitudo, alios tim
incurrendi in heri ſui offenſionem, ad extremum alii diffidunt
poſſe omnia ſua facta, quod Chriſtiana lex præcipit, ad virtute
Numiniſque ſempiterni honorem referre, & propterea cęleſte
verbi ſementem pedibus, proh dolor, conculcare non verentur.

Cùm rogante Iuſto, & permittente Figendono, prorogaret
miſſio, non defuerunt, qui Chriſtianorum albo inſcriberentu
Immo ex patris noſtri litteris intelleximus, omnibus qui ad ipſu
audiendum concurrunt ſatisfieri non poſſe quatuor aut quinqu
quæ vno die de fidei noſtræ myſteriis habentur, concionibus. I
his verò, qui nouiſſimè ad Chriſti Eccleſiam ſunt adiūcti, eſt B
zius ex vrbe Coia, (in qua fuit quondam florentiſſima, ex omn
bus quæ in Iaponia ſunt, Academia) qui neglecto Idolorum cu
tū, Idoliſque, ſimul cum libris omnibus, vt comburerentur, Pat
traditis, magno Chriſtianorum, & præcipuè Iuſti, qui homine
magni facit, applauſu eſt Baptiſmo initiatus, & tandem nuper
mè vnus & quinquaginta idem præſtiterunt, ex quibus quatu
& viginti ſunt ipſius Figendono domeſtici. Sunt hoc tempore v
ginti Catechiſmi auditores, quos Figendono verbis (dixerat n
que domeſticos & clientes ſuos, qui legem Chriſtianam, quip
bonam, amplecterentur, rectè facere) animoſiores fecit, ad ineu
dum certam & ſtabilem, quæ ad beatitudinem perducit, viam. B
neuolentiæ prætereà non vulgaribus, quæ iis qui Chriſtum col
oſtendit, ſignis, Ethnicorū, vt ad ſuaue Chriſti jugū accederen
ſtudia non parum mouit. Opinio bona, quam multi de Euange
ca lege animis imbiberunt, vt Idololatriam aſpernarētur effeci
Et in his rebus nonnulli ſunt, qui ſenſum percipiunt, qualem a
tea experti erant nunquam: ex ipſis vnus eſt vehementer admir
tus, qua ratione ad tantam vitæ mutationem impelleretur, (qu
& alii de ſe ipſi faſſi ſunt) vt in rebus leuibus conſcientiæ ſtimul
concitaretur.

Ex longinquis harum regionum finibus venerūt, qui multis
hinc annis Euangelii luce frui cœperunt, vt peccata confitere
tur ſua. Materia ſolatii & gaudii erat, videre Chriſtianos, quos Et
nicorū quotidiana cōſuetudo à virtutis ſtudio auocare nō potu

x quibus multi ad quadraginta dierum inediam, quam Eccleſia
ræcipit,alias voluntarias pœnas adiunxerunt, exempli cauſſa, ſe
no & cea ( potio eſt apud Iaponios vſitata ) abſtinuerunt, quod
ter ipſos magnum eſt.Fuerunt præterea qui altero aut tertio tā-
um die comedebant,tergaque ſua virgis cædebant.Extitit etiam
ui totos dies ſeptem cibum non guſtauit, & cum propterea in-
onſiderantiæ accuſaretur; Reſpondit, rem hanc eſſe exiguam, ſi
im iis compararetur incōmodis,quæ Chriſtus Dominus ſua cauſ-
pertulit;ſeque Satanæ gratia, cùm Ethnicus eſſet,grauioribus
iſſe affectum malis.

In his Regnis Fococo paucis abhinc annis viguit ſecta illa,quę
pellatur Icoſcius;cuius cultores fuere quamplurimi,at Dei mu-
re ſenſim extinguitur,& ex innumeris Bonziis,iiſque quondam
tētibus,pauci nunc ſuperſtites ſunt;adeò egeni,vt fana ſua exu-
reædificare non valeant.Pater,qui rem Chriſtianam ibidē tra-
it, teſtatur ſe in certo Regno vidiſſe quadraginta ſtatuas lapi-
as Fotochorum,in campi patente æquore proſtratas iacêre; &
o in Regno certi loci Fotochos ad vnum omnes comminutos,
n ædium parietibus cum aliis lapidibus permiſtos,nunc homi-
m,à quibus antea colebantur,commodis deſtinatos.Hæc Fo-
horum & Bonziorum ruina non ſolùm eſt in his Regnis, ve-
n in vniuerſa Iaponia, quam videmus admodum affectam vt
riſtianam amplectatur Religionem. Si Dominus Tenzæ ſe
riſtianorum fautorem declararet, maximus ſine dubio om-
us in locis ad Chriſti Eccleſiam fieret concurſus. Verùm cùm
ifuſama (vt ſuprà eſt dictum ) negarit principibus viris faculta-
i ſuſcipiendi baptiſmum, lentiùs, quàm cuperemus, Chriſtia-
um augetur numerus, quamuis in Regnis Fococo magnus ad
pagandam rem Chriſtianam patefactus ſit aditus.

Vt de rebus Meaco concludam, Daifuſama ex munitione O-
a migrauit ad propugnaculū Fuſcimo,proximis bellis fundi-
euerſum,ab ipſo ſic reſtitutum, vt ſit nūc, quàm antea fuerat,
tis partibus munitius,minus tamen ſplendidum. Ozacæ verò
anſit Findeorizama cum ampliſſima familia, qui nō ſecus ac
izæ Dominus à Daifuſama tractatur. Ex hac migratione Dai-
mæ P.Orgātinus anſam arripuit ipſum inuiſendi, cùm in au-
ocreribus & equitibus plena principi præſtolaretur, de fide
iſtiana cū magni nominis viris diſputauit.Diſputationis verò
xtitit fructus,vt Ethnici ſuccubuerint, ſeq; Sociorum nego-
romo curos,& Scholas Catechiſmi adituros receperint.Cùm
idē Pater fundū in munitione Fuſcimo peteret, vt Sociis do-

miciliũ exædificare poſſet, ipſius poſtulato aſſenſerunt principe
illi viri, qui Daifuſamæ gubernatores vocantur, ex quibus vnu
Fõdeſato nomine, (qui eſt Daifuſamę intimus & familiariſſimus
quique omnia impetrat, quæ ipſum rogat) præſente Daifuſama
cũ de rebus certis ſermo fuiſſet inſtitutus, apertè dixit, fauore di
gnos eſſe, qui aliam poſt hanc ſupereſſe vitam docent; Chriſtianã
que legẽ, quippe ſanctam rationique cõſentaneã, in honore apu
Iaponios eſſe debere. Ex hac Fõdeſato oratione conjicimus, Da
fuſamam nunc rectiùs de nobis ſentire, quàm antea fecerat, ſen
tentiamque ſuam, de nobis ex Iaponia ejiciendis mutaſſe, cùm
viros principes, qui ſtudia promouent noſtra, patienter audiat.

## DE AMANGVCCI ET BVGEN DOMICILIIS.

IN domicilio Amangucci, cuius initia ab hinc triennium po
ſuimus, degunt bini ſocii cum paucis Dogichis, qui noſtros la
boris auxilio in erudiendis Chriſtianæ Religionis tyronibu
iuuant. Magna fuit proximis temporibus in hac vrbe rerum con
mutatio, turbulentiſſimæque in ciuili gubernatione tempeſtate
extiterunt, quæ non antea finem habuerunt, quàm Morindon
Regna ſeptẽ amiſiſſet. Viri porrò principes, ex amiſſis illis Regni
domicilia ſuã ad hanc vrbem trãſtulerunt, quæ eſt territorii, quo
hoc tempore Morindono paret, caput; & propterea eſt plurim
ædificiis aucta, illuſtriúmque virorum concurſu nobilitata. Ip
Morindono, qui cum omni ſua nobilitate magnam fortunaru
fecit iacturam, quam habuit de Forochis opinionem bonam al
iecit, Deique verbo magis quam olim aures præbet. Quàm ve
lætos & vberes laborum ſuorum in hac vrbe percipiant Socii fru
ctus, Epiſtola Patris, qui nunc Amangucci degit, die quinta hui
menſis ſcripta, non obſcurè docet.

Res Chriſtiana, (inquit) Dei beneficio, bono eſt loco; Procer
huius Regiæ ſæpiſſime ad noſtrum templum veniunt, à quibus
occupor, vt nullum propè tempus vacuum habeam. Concion
catechiſticæ maxima quotidie hominum frequentia celebra
tur. Singulis diebus candidati baptiſmo initiantur. Me abſe
te, frater noſter Antonius, ſalutari aqua lauit triginta, & eg
poſt meum Firoſcima reditum, manibus meis parem numeru
baptiſmo initiaui, in quo ſunt quatuor viri principes. Ex iis ver
qui hodierna luce baptiſmum ſuſceperunt, vnus eſt frater Gien
motodono familiaris Morindono. Inter Catechumenos numer
tur gener Saſcidono gubernatoris horum Regnorum, c
nom

nomen eſt Firobioidono, vir præſtans optimis artibus, & magni apud Iapponios nominis, qui vt ſperamus baptiſmo peccata expiabit ſua, Eccleſiæque huius lumen & ornamentum euadet. Proximo Dominico die ad templum venit matrona illuſtris, cum magno comitatu, vt Catechiſmi ſcholis intereſſet. Faxit Deus vt ad Chriſtiana ſuſcipienda ſacra animum adjūgat; nam ſuo exemplo complures matronas in eandem ſententiam inducet. His diebus ad ſuſcipiendum baptiſmum moti ſunt quindecim, cū viderēt Chriſtianorum opera duorum hominum corporibus ejici dæmones. Quòd ſi humani generis hoſtis ſtudia noſtra non perturbet, multi ad Chriſtiana caſtra ex Idololatrum popinis ſe conferent. nam triginta circiter Chriſtiani proceres ſtudio & auctoritate, qua valent, laborare non deſiſtunt, vt clientes ſui omnes in eorum qui Chriſtum colunt numerum cooptentur: horum porrò exemplum gentes alias concitabit. Hactenus ex litteris illis Amanguccì ſcriptis.

Amanguccio abeſt bidui vrbs Firoſcima, cuius Dominus hoc tempore Daifuſamæ liberalitate eſt Ethnicus nobilis, Fucuſcima nomine; In hac ſunt Chriſtiani nobiles, quorum rogatu à P. Viſitatore miſſi ſunt Socii, qui Chriſtianos incolas conſolarentur, & pœnitentiæ Sacramentum ipſis impartirentur; quod factum eſt, & ſimul Ethnici eorundem labore numero ſexaginta baptiſmum ſuſceperunt. Socios porrò Fucuſcima amiciſſimè eſt amplexatus, quibus fundum obtulit, in quo domicilium ædificarent, aiebat ſe tanquam Patrum amicum, vt apud ſe remanerent Socii optare. Facile ergo erit priſtinū domicilium, quod in hac vrbe habuimus, reædificare; quod Societas, propter pecuniæ inopiam, tentare hoc tempore non poterit.

In Regno Bugen, cuius (vt ſuprà eſt dictum) dominus eſt Gieciudono, Societas habet domicilium, quod à tribus Sociis & nonnullis Dogichis incolitur, qui omnes ad Chriſtianorum promouendam ſalutem incumbunt: & ad Ethnicos adducendos ab Idololatriæ tenebris ad claram Euangelii lucem. Verum quidē eſt Socios laborum ſuorū, propter varia quæ acciderunt impedimenta, exiguos cepiſſe fructꝰ. Cæterū nō defuerūt Ethnici, qui baptiſmū ſuſceperunt, adeò vt duplicatus ſit Chriſtianorum numerus. In iis qui baptiſmo initiati ſunt fuit vir nobilis, illuſtri laude celebratus, in Ethnicorum commentis apprime verſatus, magnæ apud Gieciudono auctoritatis, eloquens & prudens. Hic ergo corpore æger voluit in ſella vndique tecta ad nos portari, vt Catechiſmi doctorem audiret; quo audito, ſe Catechiſmi ſcholis alias

interfuiſſe, deque iiſdem diſputaſſe dixit, ceterùm amicorum gratia hoc feciſſe, qui ſe concertantem lubenter audiebant. Verùm de vita ad Chriſtianæ legis præſcriptum inſtituenda ante illud tēpus, quo ſuperſtitionum Iaponienſium falſitas ſibi fuit ſatis perſpecta, non cogitaſſe. Adiecit ſe non poſſe verbis exprimere ardorem illum, quo, morbo laborans, incendebatur ad ſuſcipiendum baptiſmum: & propterea ſe abſque omni comitatu inſciis amicis veniſſe, ne ſuſpicari poſſet aliquis ſe non ſalutis ſuæ ſtudio, verùm commodi alicuius caduci cauſa, vt in Chriſtianorum numerum admitteretur petere, maximè quòd animus præſagiret certiſſimam ſibi ex hoc morbo mortem impendere. Didicit itaq; quod Chriſtianus ſcire debet, & magna cum voluptate baptiſmum ſuſcepit, Deo præpotenti, pro inſigni quod accepit beneficio, quas potuit maximas agens gratias. Quindecim pòſt diebus quàm Chriſtianus factus eſſet, ex vitæ huius ſtatione, non ſine luculentis ſalutis ſuæ ſignis, diſceſſit: quantum ergo humana ratione aſſequi poſſumus, in iis, quos Chriſtiani prędeſtinatos appellant; meritò numerari debet.

Dum Bugen abeſſet Gieciudono, & apud Daifuſamam maneret, magna cum quiete quadraginta illos dies, quos Eccleſia ad coërcendas corporum illecebras præſcripſit, Chriſtiani tranſegerunt. Omnibus diebus Veneris terga ſua flagris pulſarunt, & in die cœnæ ſupplicatio fuit virorum ſe verberantium, qua in re noluerunt feminæ inferiores eſſe quàm viri, nam ipſæ in ædibus Donnæ Mariæ matris Gieciudono voluntariis verberibus ſe affligere non priùs deſtiterunt, quàm ſanguis ex plagis afflueret.

Poſtquam ex Regia Daifuſamæ rediit Gieciudono, de juſtis, quæ Socii fecerant vxori mortuę, (adeò ei placuerant) ſermocinari non ceſſauit. Ipſius filiæ Chriſtianæ poſtquam rem omnem ab eo intellexiſſent, fuerunt mirificè incenſæ ſtudio videndi ſimilia Iuſta in vrbe Bugen. Pater verò vt filiarum voluntati faceret ſatis, maximè quòd iudicaret honorem hunc deberi Donnæ gratiæ, & ipſemet cuperet de integrò oculis ſuis Eccleſiæ cerimonias contemplari, & efficere vt alii, qui Ozacæ non fuerant, eas cernerent, Socios rogauit, vt certo Auguſti menſis die, qui erat anniuerſarius mortis Donnæ Gratiæ, eadem juſta repeterentur. Perſpiciebat quidem fieri non potuiſſe, vt eo apparatu, quo res Ozacæ peracta eſt, vxorio funeri iuſta in vrbe Bugen ſoluerentur. Cæterùm gratiſſimum ſibi fore dixit, ſi à Sociis etiam minore cum apparatu cerimoniæ, quibus Chriſtiani honorant eos, qui è viuis exceſſerunt, denuò repeterentur.

Socii

ocii cùm viderent ſe non poſſe commodè tam æquo principis
oſtulato repugnare, maximè cũ in Regno ſuo fieri peteret, quod
iſtis de cauſis alieno in Regno eſt factum, prolixè reſponderunt,
: ipſius mandato obtemperaturos. Dum omnia quæ ad exequias
rant neceſſaria pararentur, reipſa declarauit Nangaioca non
ulgarem, qua Socios proſequitur, beneuolentiam. Illis quippe
iebus ex vrbe Cicugen venerat Cambioiendono, vt ipſi de felici
x vrbe Meacenſi reditu congratularetur: Accerſitum Societatis
atrem quo potuit maximo honore affecit, & vnà cum Cãbioiẽ-
ono ſecum prandere voluit.

Sed illuſtrius ſui erga Socios amoris ſignum dedit idem Nan-
aioca, cùm clientibus ſuis, qui in bello contra gubernatores ſe
renuos & fortes præbuerunt, præmia tribueret. Die quinto Au-
uſti, apud Chriſtianos celeberrimo propter miraculum niuium,
uæ Romæ deciderunt, ſpectaculum prebuit Nangaioca appa-
atiſſimum militum ducibus, equitibus, & aliis clientibus ſuis
egni Bugenſis ciuibus, in quo præmiis illos donauit, illuſtrique
ude in magna hominum frequentia celebrauit, quorum in pro-
mi anni bello facta extiterunt fortia. Binos Socios propterea
t palàm fatebatur) huic celebritati intereſſe voluit, vt apud
nnes, quantum ipſe patribus haberet honorem, teſtatum re-
nqueret. Cùm domus regia celeberrimo virorum omnis ordi-
s conuentu referta eſſet, accerſiti ob eo ſunt ſocii, qui in omniũ
nſpectu à Scingodono & Scioiemondono, Nangaiocæ intimis,
atrio per ampliſſimam aulam regia turba plenam, ad concla-
, in qua morabatur princeps, ianuã deducti ſunt, ad quã Nãga-
ca patribus obuiã venit, quos in primis, ſedibus, poſtquã extra-
dinario affeciſſet honore, ſedere voluit. Euocabãtur nomina-
n, qui in prælio præ cæteris fortiter decertarant, quos poſtquã
angaioca hilari vultu aſpexiſſet, cœpit clara voce omnibus dice-
ſe hoc nomine magna affici lætitia, quòd poſt cruentũ bellũ
ce optata frui liceret; & fratri ſuo, qui primũ erat promeritus
rmiũ, propter rẽ in conflictu fortiter geſtam laudato non con-
nnendum dedit annuum vectigal decem millium ſaccorum O-
æ, cui & antea eadẽ de cauſa agros aſſignarat. Ordine poſtea
gulis, prout quiſque pugnauerat, præmia diſtribuit, adeò vt
i illius donatio ad annua vectigalia ſexaginta millia ſaccorum
izæ peruenerit, præter aurum, argentum, & veſtem, quam mi-
s acceperant. Quo verò iucundior eſſet omnibus diei illius ce-
ritas, conuiuium publicũ magnificè ac ſplendidè ornauit; om-
us autẽ peractis, Socios ad aulã, in qua erant ipſius familiares,

deduxit; & cùm præ hominum multitudine patribus exitus non pateret, hoc negocii dedit fratri ſuo, vt per mediam multitudinē viam patefaceret, eóſque ad Regiæ domus atrium deduceret. Ob hos honores à Principe Sociis habitos cùm omnes obſtupeſcerēt, cauſam quippe ignorabant, rumor percrebuit Nangaiocam eſſe factum Chriſtianum. Faxit Deus præpotens, vt tandem ille dies illuceſcat, quo ipſe, quod futurum ſperamus, ſe ad Chriſti Eccleſiam adjungat: & ſi eam, quam eſt ingreſſus, de Chriſtianis benè merēdi viam tenuerit, magnum erit apud Iaponios omnes Chriſtianorum ornamentum.

Dum hæc in regia gererentur, templum noſtrum ſplendidè ornabatur, parietes aulæis ſericis veſtinim⁹: honorarii verò tumuli, quem in templi medio ereximus, gradus veſte aurea & ſerica ex Cina allata, reliquamque ipſius partem ſtragula maximi pretii veſte item Cinenſi, magnificis operibus ſummoque artificio contexta. In gradibus conſpiciebantur candelabra, partim inaurata, partim argento tecta, numero ſeptuaginta, in quibus erant ardentes faces argento veſtitæ. Exequiarum porrò die Nangaioca, filiarum ſuarum nomine, ſociis miſit laminam auream, cuius pretium erāt quadraginta nummûm aureorum, ſimul & ſexaginta ſaccos frugum, non vt pauperum egeſtas (vt Ozacæ factum fuit) hac liberalitate ſubleuaretur, verùm vt Socii haberent, vnde mercatoribus & opificibus, qui tumulum ſuis exſtruxerant ſumptibus, ſoluerent. Nobiles pręterea Domeſtici Nangaiocæ, herum imitati, quadraginta nummos aureos in tumuli ſumptus miſerunt. Perfectis & abſolutis omnibus, quæ ad funeris pompam neceſſaria iudicabantur, ad templum noſtrum venit Gieciu dono cum tanto comitatu, vt Tenzæ dominus maiorem non habuiſſet, vbi à Sociis ad ſolium præparatum deductus fuit, initium exequiarum eſt factum à recitatione matutinarum precum, quibus peractis, factum eſt ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, ad extremum habita concio vtilis auditoribus, qui propè omnes erant Ethnici, ad ea nihilominus quæ dicebantur attentiſſimi, adeò vt tanta omnium fuerit modeſtia, vt in Chriſtianis hominibus maior deſiderari nonpoſſet. Vbi cerimoniis omnibus, quibus vtitur Chriſti Eccleſia in anniuerſariis Chriſtianorum exequiis, finē impoſuimus: quicquid ex pecunia ad nos miſſa reſtabat, pauperibus, magna Ethnicorū approbatione, diſtribuimus. Ipſe porrò Nangaioca, poſtquā diu multūq; fuiſſet cū tēpli tum tumuli ornatū contēplatus, Sociiſque gratias verbis ampliſſimis egiſſet, domū noſtrā venit, vbi cum proceribus prandit, pranſus

verò

verò ad horas aliquot de fidei Chriſtianæ myſteriis nobiſcum diſſeruit, eoſque qui patriam parentéſque deſeruerant, vt propagandi Euangelii cauſa in Iaponiam venirent, mirificè laudauit, hoc ab illis factum dicens, quibus certiſſimè conſtabat Euangelium ſuppeditare tutam, qua ad beatitudinem peruenitur, viam; quam ſi domeſtici expeterent ſui, non aliunde quàm à Chriſtiana peti oportere diſciplina: De ſe verò, Chriſtianus quidem non ſum, inquit, cæterùm magna ex parte ad Chriſtianam propẽdeo religionem; quo dicto illorum, qui ipſum Chriſtianũm eſſe factũ affirmauerant, ſententiam confirmauit.

Mortalium factus eſt tantus ad templum inuiſendum concurſus, vt tridui, triginta millium attigiſſe numerum putentur. Gieciudono bis domum noſtram venit, & cum Sociis de fidei myſteriis egit; vnde factum, vt multos habeamus ſcholarum Catechiſmi auditores, magnamque ad Chriſti Eccleſiam futuram acceſſionem ſperemus. Quantum verò coniectura aſſequi licet, princeps hic ſic animo afficitur, vt affici ſolent, qui conſcientiæ ſtimulis hoc nomine agitantur, quòd virtutem cognitam non amplectantur, cui malo remedium quærit, cùm de fidei Chriſtianæ myſteriis diſputat, & quæ ſibi ad intelligendum ardua & difficilia videt, aliis explananda proponit, vt tandem quid ſit agendũ, faciliùs conſtituat.

Quod ad Regnum Bungenſe, (de quo pauca in hac extrema Epiſtolæ parte dicam) à Daifuſama eſt variis principibus Ethnicis, in quibus eſt Nangaioca, diſtributũ, iacetque ſanè afflictum, adeò vt Chriſtianorum, qui in eo remanſerunt, ſententia Sociis ad antiquas redire ſedes non liceat: Cæterùm, qui ex Societate Bugen & Amangucci degunt, in Bungenſe Regnum excurrunt, vt Chriſtianis in iis, quæ ad animæ ſalutem ſpectant, opem ferant, quod bis hoc anno factum eſt. Immo Bungenſes eandem ob cauſam nõ modò Bugen verũ Nangaſachũ profecti ſunt; ex ipſis vir ſenio cõfectus, poſtquã graui ſe morbo tentari ſenſit, quaſi mortis ſibi ex morbo impẽdẽtis cõſcius, cognatis, qui in itinere moriturum arbitrabãtur, nequicquã reclamantibus, ſe in viã dedit, & tandẽ ad Socios peruenit, bis terve peccata Sacramento pœnitentiæ expiauit, animumq́ue ſacroſancta Euchariſtia refecit, quare gaudens, immortaleſq; Deo gratias agens pro magno hoc beneficio, quod Chriſtianis ſacramẽtis, cõtra õnes Dæmonũ impetus, probè munitus, præſentibus Chriſtianis extremum halitum efflare poſſet, ex ærũnoſa hac vita, ad ſuauiſſimã illã õniq; moleſtia liberã, & bonis omnibꝰ affluẽtẽ, vt certò nobis perſuademus, auolauit.

Hæc

Hæc ſunt , quæ , per temporis breuitatem , ad Reuerendam Paternitatem Veſtram ſcribere licuit ; reliquum eſt, vt nobis omnibus, ſuis in CHRISTO filiis , bene precari dignetur.

Nangaſachi vltimo Septembris, CIↃ. IↃC. I.

*Seruus in CHRISTO*

FRANCISCVS PASIVS.

# EXEMPLVM EPISTOLAE P. FRANCISCI DE CASTRO SACERDOTIS SOCIETATIS IESV, AD P. LAVRENTIVM XARA EX HISPANICA LINGVA IN LATINAM conuerſæ.

EXPONAM his literis, quod R. V. gratiſſimum fore exiſtimo, martyrium illuſtre, quod hoc ipſo anno 1580 Maroci ſubiit Petrus quidam Elcius ciuis Madridienſis, ex certa ac fideli narratione, quam inde ad nos miſit Reuerend. P. F. Ignatius Prouincial. Trinitatis, qui in Africam ad redimendos captiuos trajecerat.

Erat Maroci Petrus hic Elcius Madridii natus, cui, quoniam vulgò fidem Chriſtianam prodidiſſe ex ſignis quibuſdam externis putabatur, Hameter incolæ nomen impoſuerunt. Hic vitam illā pertęſus, vt ſe in Hiſpaniam reciperet, communicato cum quibuſdam conſilio clanculum inde diſceſſit die 27 Decembris anni 79 die Iouis manè, & vnà cum illo Quæſtor Regius item Hiſpanus, & ſeruus Luſitanus, & Maurus quidam, omnes in equis. Aliquantum vrbe progreſsi in equites duos Mauros inciderunt, à quibus comiter digreſsi vereri cœperunt, ne ab iis, quod valde probabile erat, proderentur. Itaque conſultantes inter ſe num iter proſequendum an magis omnino deſiſtendum eſſet, denique progredi decernunt: Verùm Regia via relicta, ne ab inſequentibus inuenirentur, montem, qui primus occurrebat, tranſuerſum ſecantes, quanta maxima poterant feſtinatione Fezium petebant. Hîc cùm nox primùm illos inuaſiſſet, deinde ingens pluuia, & tenebræ, neque iter cognoſcere poſſent, ac ne vbi quidem pedem ſiſterent, videre, denique prope Azamor ad quatuor paſſuum millia ſub lucē euaſerunt in ipſas hoſtium manus, à quibus illico comprehenſi ad oppidum pertrahuntur. Inde poſtea Regis juſſu Marocum tra-

ducti die 16 Ianuarii ſub veſperam diei veneris, ac ſequenti luce ad aliam domum, in qua captiui tenebantur, tranſlati; vbi Petrum manibus pedibuſq; ad bombardam quandam alligatum male admodum tractarunt Mauri. Neq; multo poſt affuit Regis nuncius, qui Petro, cui præcipuè erant ob fidei cauſam infenſi, denunciaret, ſi ad Maurica ſacra redire velit, paratum eſſe Regem præterita condonare. Cui Petrus intrepidè, ſe eſſe ſemperque fuiſſe Chriſtianum, neque vnquam veri Dei fidem abnegaturum, etſi præ timore antea eius indicia quædam dediſſet; denique, Refer, inquit, Regi, neque vnquam me corpore circumciſum fuiſſe, & ſemper animo meo fidem ac religionem, quam puer in Hiſpania profeſſus ſum, impreſſam retinuiſſe: neque me latêre huius rei mihi grauia ſupplicia necemque imminere, ſed hæc ſupplicia & hanc necē vitam mihi allatura æternam, quam ego longè pluris ęſtimo, quā omnia imperia ac regna huius mundi. Inde ad Chriſtianos conuerſus, quorum illic erant multi, qui à fide defecerant, eūque defixi intuebantur: Redite, ait, fratres, redite ad Deum, & ad veritatem legemque eius ſanctiſſimam, quoniam vos ipſi perditum itis præcipites in æternas flammas. Petite à Patre æterno per IESVM CHRISTVM eius filium, ſaluatorem noſtrum, vt veſtra peccata remittat, miſereaturque animarum veſtrarum, cui ego meam trado ac commendo, rogoque ſanctiſſimam Virginem noſtram Dominam, & omnes Sanctos Cœlites, vt pro me intercedant. Iam cernitis quàm morti propinquus ſim, quod me obligat, vt veritatem vobis ſyncerè aperiam. Scitote fratres mei eſſe omnia mendacium & inanitatem præterquam credere & tenere, quod S. Rom. Eccleſ. credit tenetque. Intelligite vos metu amittendæ vitæ temporalis, amittere ſempiternam & beatam, & ipſum ſimul Deum, qui nos ad ſuum conſpectum euocabit in illo magno & horribili judicio. Quam autem excuſationem reperire licebit, cùm ipſemet iam antea prædixerit: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram Angelis Dei? Videte ne, cùm minimè cogitabitis, tum vos inuadat mors, & vltima illa hora, in qua nullum planè remediū inuenire poteritis, quin vos juſta Dei ſententia ſempiternis inferni incendiis adjudicet. Quæ cùm Chriſtianis loquutus eſſet, ad Mauros etiā cōuerſus, A vobis etiam, ait, peto Dei omnipotentis nomine, eiuſq; filii vnici Ieſu Chriſti, vt vos ad eum conuertatis, & ſalutarem baptiſmū ſuſcipiatis, qui eſt vobis vnus ad ſalutē veſtrā aditus, ne vos quoq; gehennę ignes & infinita ſupplicia ſubeatis. Ego verò cōfido Ieſum Chriſtum Saluatorem meū hanc cōfeſſionē accepturū,

& me

-me in eam gloriam,ad quam factus & creatus ſum,admiſſurum
ropter merita ſanctiſſimæ paſſionis ſuę,ob quam ego eum rogo
tque obteſtor,vt necem iſtam,quæ in me præparatur, omniũ ſæ-
iſſimam & acerbiſſimam eſſe velit, quam vlli vnquam martyres
ıſtinuerint, ac donec ſpiritum iſtum emittam, ſenſum mihi in-
ılligentiamque perfectam largiatur,& patientiam, ac fortitudi-
em,ad moleſtias & tormenta omnia pro eius diuino nomine cõ-
anter perferenda.

Interea cum fortè oratoris Hiſpani cõſobrinus in Palatio ver-
retur,vt epiſtolam quandam ipſi Regi redderet, eoque de aditu
l Regem cum Cubiculariis ageret, admonitus de eo rex, veritus
: pro Petri vita deprecatum veniſſet,mandat Cohortis Præfecto
iidam nomine Manſerico,vt poſtico egreſſus,ne ab Hiſpano vi-
:retur,Petrum ſubitò quàm crudeliſſimè mactari iubeat.Ille ap-
operans Chriſti militem eduxit ad locum carnificinæ deſtina-
m;quo in itinere nũquam ille deſtitit Chriſtianis defectoribus,
auris,Iudæis, qui eum multi comitabantur, perſuadere, vt ad
eum conuerterentur,& tam felicem mortem,ad quam ipſe tum
oficiſcebatur,conſequi conarentur, crederentque in vnũ Deũ,
ii eos ſaluos reddere poterat, neque ſe mendacis Mahumetis
roribus ſeduci paterentur, cum quo vnà ſuppliciũ ſine fine per-
ſſuri eſſent. Quæ ille dum alta voce cõcionabũdus iactaret, to-
illa via pugnis & calcibus colaphiſque tundebatur.Vbi ad locũ
ıtum eſt,primùm omnium,ne ampliùs loqueretur,linguã præ-
lerunt,veſtibuſque nudarũt omnibus,excepta intima & femo-
ibus. Deinde quatuor circiter vlnas ſolo eleuatum portæ cui-
m vtraque manu clauis trabalibus affixerunt, vnde pendens
ırum dictu) etſi lingua iam carebat,in hæc verba prorupit: O
Deus bone eſto mei memor: nam hi mihi claui nõ claui ſunt,
l flores, roſæ non ſpinæ,gemmæ & margarita non ferrum du-
n. Tum ſæui ſatellites corpus quàm maximè attrahentes rur-
vtrumque pedem duobus pergrandibus clauis confixere.Et il-
, Tu noſti bone Deus meus me in hoc toto ſupplicio nul-
n omnino doloris ſenſum percipere,quin potiùs mirificam vo-
ıtatem ac dulcedinem. Ac omni illo tempore cum nullo alio
quutus eſt,quàm cum Deo vno, ad quem verba faciebat pieta-
& amoris cuiuſdam mirifici plena,ſupplicans æterno Patri per
riſtum Ieſum,vt vſque ad mortem ſalutari eum patientia con-
naret,& ſua luce illuſtraret,quo eum aſſiduè prædicare poſſet,
denique in eius gratia decedere. Vbi cùm Mauri erubeſce-
t,quòd tam ſapienter de rebus diuinis cõtra ipſorum ſuperſti-
tio-

tionem loqueretur, exaſperati præſertim miraculo linguæ tam e-
uidenti, quidam detractos ſibi calceos in os eius cõjiciebãt, qui-
dam duris fuſtibus tibiarum oſſa acriter tundebãt, vt ea confrin-
gerent. quibus ille; Nolite, aiebat, putare vos mihi mali quicqu-
inferre, agite in me, quod lubet. hæc mihi omnia corona-
& præmium adaugent, neque me vnquam à vera religione diſtra-
here poterunt. At Mauri eo magis commoti iteratis tormenti-
Martyrem affligebant, acclamantes, vt Mahumetem inuocare.
ille autem, Ne me ampliùs tẽtate. Difficile eſt vincere, qui IESV-
CHRISTVM protectorem habet, & defenſorem; vt ego ha-
beo, & Sanctiſsimam Virginem eius matrem, & Sanctos omne-
deprecatores. Et percunctantibus quis eum peruertiſſet, &
illum in errorem induxiſſet, reſpondebat; ipſos verò errare; qu-
veritatem non noſſent, & cæci ad infernum truderentur, multo-
que ſe majorem ex illorum miſeria, quam ex ſuis omnibus ſuppli-
ciis, capere ac ſentire dolorem. Tum verò impii ſatellites fronten-
ac caput ingenti clauo tranſuerberantes ad portam adege-
runt, cùm adhuc nihil ſanguinis ex vlla plaga, vel manuum, ve-
pedum, aut capitis proflueret. Sed ille caput leuiter quaſſans fa-
cilè auellit à porta, & ad dexteram partem ceruicem modicè in-
flectens, viſus eſt ore multo pulchriori & lętiori renidere, ſurſum-
que caput erigens, oculos in cœlum leuauit neſcio quid ſubmu-
ſitans, quod nemo percepit, omnes tamen preces Deo facere in-
tellexerunt. Tum extractum capite clauum, & quidẽ difficillimè
quoniam vi magna in oſſa penitus adactus erat, jugulum terebra-
runt, ita vt portę tabulis compingeretur, atque ex eo ſolo vulnere
cruor manauit. Ita confixus martyr egregius diutiùs pendens, o-
culos identidem lætiſsimè aperiebat, in cęlumque intendebat in-
credibili patientia & animi æquitate; quæ in vultu totoque o-
emicabat, demum felicem animam Creatori ſuo reddidit, mane-
te corpore toto admodum candido, nullis cicatricibus aut vib-
cibus, dextero oculo clauſo, læuo patefacto. Hic fuit feliciſsim-
athletæ exitus, de quo vt Rex cognouit, tum ſobrinum orator
introduci imperauit, qui quòd ipſe eſſe rẽ reſciuerat, inter alia ne-
gotia Martyris corpus poſtulauit. Et cùm à Rege cõceſſum eſſe
Chriſtiani ad rem contegendam ſimularunt extra portam id de-
ferre, vbi cæteros ſepulturæ mandare mos eſt: ſed tum quidem i-
eodem patibuli loco reliquerunt, vt poſtea in ipſo ſacello San-
ctiſsimæ Virginis, in quo Chriſtiani Miſſas audire & cæter-
ſacra obire ſolent, conderetur, vbi nemo adhuc alius conditu-
fuerat. Subuculam & femoralia is, quem dixi, Frater Ignatius pe-

minut

minuta fruſta Chriſtianis diuiſit, eaſque reliquias magna omnes cum religione aſſeruarunt.

Poſtero die inſtituere Chriſtiani feſtum diem celeberrimum, ad quem confluere etiam ceteri omnes captiui fideles, quibus ipſe Pater Frater Ignatius, qui totius rei ſpectator & teſtis fuerat, pro concione ſingillatim omnia enarrauit. Quod omnes impulit, vt in eadem ædicula ſingulis menſibus eum diem, quo hic ſanctus martyrium obierat, in eius honorem piè ac ſanctè venerari ac celebrare decernerent. Ocaniæ, 10. Iulij, 1580.

(∴)

# EPISTOLA P. ALEXANDRI VALIGNANI PROVINCIALIS

## De quinque è Societate I E S V pro Chriſti fide occiſis in India Orientali Anno 1583.

### *Ad Præpoſitum Generalem eiuſdem Societatis.*

EXPONAM his litteris R.P. illuſtrem laureã, quam conſecuti ſunt cariſſimi Patres nóſtri, Rodulphus Aquauiua, Alphonſus Paceccus, Antonius Franciſcus, Petrus Berna, & Franciſcus Aranca frater, qui Idibus Iun. anno ſalutis 1583 apud Salſetem ſeſe Deo victimas obtulerunt, Ethnicorumque telis Chriſti nominis propagandi cauſſa occubuerũt. Salſetes regio quędã eſt cõtinẽti annexa, Peninſulæ inſtar, quæ ab Inſula Goa quodam maris tractu ſeiuncta, ab vrbe ipſa Goa abeſt paſſuum millia nõ ampliùs nouem; ambitur vſquequaque paſſuum millibus viginti, & & Idalcanis Regni finibus terminatur. Eſt autem Idalcan potens Maurorum Rex, qui Superioribus temporibus, vt finem bellis, quæ cum Luſitaniæ Regibus gerebat, imponeret, Salſetanas iis terras, in quibus ſex & ſexaginta pagi numerantur, poſſidendas conceſſit. Ex eo tempore Salſetes Luſitaniæ pare imperio. Incolarum numerus eſt octoginta circiter millium: in his multi Brachmanes Ethnicarum ſuperſtitionum magiſtri: v mirum videri non debeat, ſi gens illa multos iam annos Luſitanis ſubiecta regibus, nec longè diſtans à Goa, etiamnum in Idolorum cultu ac ſuperſtitione tam pertinaciter hæreat. In eas ora nullus ante annum 1560 Chriſtianis concionatoribus pateba aditus; tum primùm à noſtris ſociis incultæ illæ deſertæque ſyl

ua

æ diuino verbo excoli cœptæ ſunt, paucis duntaxat Chriſtianis factis: in quibus ipſis tuendis augendiſque multa ſæpe Noſtri ab Ethnicis pertulerunt. Quæ cauſſa fuit, cur Antonius Norogna Prorex ducenta ampliùs delubra, & in his ſumptuoſa nonnulla, præter alias multas Idolorum ædes incendi æquarique ſolo iuſſerit, anno 1567. Ethnici rati, id quod erat, tantas ruinas impulſu ſuaſuque Noſtrorum editas eſſe, iras ſcilicet in nos graues inimicitiaſque ſuſceperunt. Et quidem quoties vlciſcendi ſe dedit occaſio, eam ſemper auidè arripuerunt; nam bello ſæpius inter Luſitanos Mauroſque Idalcanis exorto, cum Mauris coniuncti Ethnici, Chriſtianorum templa domoſque, quæ in Salſetanis agris erant, ſacrilegis manibus incenderunt ac diſturbarunt: magna etiam detrimenta Chriſtianis ipſis intulerunt, quorum erat ferme numerus decem millium. Et quanquam recens firmata pax erat, quinque tamen ex iiſdem pagis à Luſitaniæ deficientes imperio ad excitanda noua templa, nouáque Idolorum ſimulacra, publicè adhibitis vt antea ceremoniis, redierunt. Quin etiam agere cum Prorege Regéque ipſo non dubitarunt, ſibi vt in eo perſeuerare ſuaſque ſuperſtitiones augere ſuo arbitratu liceret. Quoniam igitur Alphonſi Pacecci opera factum cognouerant, vt ea, quæ ab ipſis falſò deferebantur ad regem, illuſtrarentur & patefierent; eundémque iis ſenſerant obſtare conſiliis, hoc hominem oderant acerbiùs. Nec minori apud illos odio erat Petrus Berna, qui præterea illud effecerat, vt exercitus is, quem ad eos coërcendos Comes Franciſcus Maſcarenus miſerat, ipſorum fana dirueret. Et quanquam non ita multo pòſt cum Prorege redierunt in gratiam, idque per eundem Alphonſum Paceccum; tamen per ſimulationem pacis & otij, quæ eſt illorum barbaries, vlciſcendi tempus occaſionémque captabant. Dum hæc geruntur, Rodulphus Aquauiua ex magni Mogoris aula reuertitur Goam: qua aula triennio iam ampliùs cùm verſaretur, reuocandum eum præſentia Prouincialis putauit, quòd in iis locis nulla ſe ſpes utilitatis oſtenderet. Sed is fuit Rodulphi à rege diſceſſus, vt maximam ſuæ virtutis & ſanctitatis admirationem Regi ipſi Regiſque familiæ vniuerſæ reliquerit, etenim ea omnibus fuit ita perſpecta probatáque, vt eam, ne ipſi quidem æmuli Mauri negare auderent. Goam vbi peruenit, magna omnium gratulatione exceptus eſt, & quod vnicè diligebatur ab omnibus, ſingularem eius animi moderationem, ceteráſque virtutes, & quòd eius iam reditus propemodum deſperabatur, ingens enim

 erat

erat ſuſpicio, id quod ipſe quoque ſuſpicabatur, ne vel captiuus in Maurorum poteſtate retineretur, vel denique perimeretur. Sed vt aliud fuit prouidentiæ diuinæ conſilium, hanc Regi mentem iniecit, vt abeundi poteſtatem Rodulpho faceret, idque inuſitata quadam officii humanitatiſque ſignificatione. Cùm plurimas offerret diſcedenti diuitias, ille funditus repudiauit, hoc vno contentus, quòd diues meritis, diues virtutibus rediret ad ſuos, quibus bonis toto illo tempore, quo abfuit, locupletatus eſt; cùm in tanta hominum peruerſitate, tanta animi tranquillitate partim ſolus, partim cum ſociis degeret, vt aulicis eſſet exterïſque miraculo, propter eximiam eius animi ſubmiſſionem, ſpecimenque virtutis. Itaque P. Prouincialis commodiſſimum putauit eſſe, eum Salſetanæ ſedi Collegioque præficere, quòd eum & religionis ſtudio, & agendi dexteritate cum exteris, maximo iis locis adiumento fore confideret. Socium ei adiûnxit Alphonſum, quem antè nominaui, Paceccum, hominem minimè illorum morum atque illius gentis ignarum. hos comitabatur initio Rodericus Vincentius Prouincialis, ſed valetudine impeditus Goam deinde reuertit. Iam dies obrepſerat, quo ex Societatis inſtituto inſtauranda erant vota, cùm ad primam è Salſetanis noſtris ſedibus, cui nomen eſt Cortalin, peruenerunt. ea templum habet adiunctum, SS. Philippo & Iacobo dicatum; eòdem Patres fratresque, quotquot in aliis degebant ſedibus, conuenerant; igitur ſemeſtribus confeſſionibus aliiſque pietatis exercitationibus ritè obitis, habitaque à nouo Rectore Rodulpho cohortatione egregia, ſua quiſque vota, quinto nonas Iulii non ſine magna animi voluptate gaudioque renouauit. Cœptum eſt poſtea in conuentu referri, quæ ratio videretur idonea ad reliquam Salſetanorum pagorum conuerſionem, & de ſolemni quodam inſtituendo baptiſmate, qua in re multum Pacecci opera profutura videbatur, tum quòd ibi aliàs ipſe præfuerat, tum quòd illorum Chriſtianorum eſſet veluti parens; ſumma deliberationis hæc fuit, commodiſſimum videri ſedes ſingulas vbi noſtri verſabantur luſtrare quam primum, ſimulque naturam & ſitum explorare locorum, vbi & Crucis defigerentur inſignia, & ſacræ ædes ædificarentur. Actum eſt ſingillatim de luſtrando inſpiciendoque Coculino pago, ceteriſque ſimul pagis, qui ſuperioribus annis tumultuati, in tranquillitate iam erant. Cuius pagi luſtrandi ea cauſſa fuit, tum vt inter ipſos magnæ quædam ex nobilis cuiuſdam viri cæde exortæ diſcordiæ ſedarentur, tum vt ſolatium iis hominibus aliquod præberetur, & ad ſuſcipienda Chriſtiana ſa-

cra

era permouerentur, denique vt ad extruendum templum, locandámve Crucem, ipſis tamen non inuitis Ethnicis, aream locúmve deligerent. Dominico die, qui dies fuit tertio nonas Iulij, Rodulphus & Paceccus in arce Racioli, aliique in aliis Societatis ædibus rem diuinam fecerunt. Nocte inſequenti duo illi quos dixi Patres, ſimulque Petrus Berna Italus, & Antonius Franciſcus Luſitanus, ambo pietatis ſtudio virtutiſque præſtantes, unà cum Franciſco Aranea fratre, qui Gaſpari Goenſis olim Archiepiſcopi nepos erat, in Orlienſem ſedem conuenerunt. Hi omnes Idib. Iul. ſuo quiſque ſacro peracto, iter Coculinum verſus arripiunt: proſequebantur Chriſtiani illius loci complures, Luſitanique duo, quorum alter Scriba erat Raciolenſis Ducis. Coculinum vt àttigerunt, eos primarius quidam Ethnicus conſalutat, nuntiatque conuenturos à prandio ſalutandi cauſſa reliquos Oppidanos; conuocati ſunt à Noſtris Ethnici alij duo, vt pax illa quam diximus conficeretur; affuit tantùm alter, qui vultu certe & ſignificatione pacem ſe velle oſtendit; negare tamen eam à ſe vno, ſine fratrum propinquorumque interuentu, confici poſſe. Interim Patres inter ſe noſtri deliberant, qui maximè locus ad conſtruendum templum erigendumque ſacræ Crucis vexillum videretur appoſitus. Hoc conſilio cognito Ethnici, qui tum aderant, ſiue caſu ſiue explorandi animo adueniſſent, ſilentio abeuntes rem ad alios continuò deferunt. Hic, Veneficus quidam inueterata renouans odia, populum inſtituit cogere, & quantum poterat voce contendere, adueniſſe iam tempus, quo vlciſci violatum Idolorum numen oporteret, iniuriaſque eas, quas quotidie à Patribus acciperent, quos nemo neſciret, omnium maximè his ſuperſtitionibus aduerſari. Quapropter conſilium initur interficiendi Patres, factaque manu omnes, qua tranſeundum Patribus erat, viarum aditus intercludunt. Noſtri tum primùm ſentiunt ſibi Ethnicorum animos alienos; ergo vt naſcentibus malis occurrant, ad ſuas ſedes remigrandum exiſtimant. Vbi ſe dederunt itineri, ad eaque loca venerunt, in quibus hoſtiles parabantur inſidiæ; cõfeſtim eos hoſtiũ manus arcubus, ac ſagittis, aliiſque inſtructa telis inuadit, vociferantium Occide, Occide veneficos, pacis noſtræ perturbatores, euerſores noſtrorum deorum. Ad hos ſtrepitus Luſitanus quidam in medium cum ſclopo proſiliens, & ad defenſionem ſe comparans reuocatus eſt à Pacecco; quòd negaret Pater defendendi tum eſſe tempus, obuiamque procedens hoſtibus (paſſis vt in amplexum manibus) mira animi tranquillitate, patria ipſorum lingua, ne quid

perturbationis metuerent, hortabatur. At illi furentes rabidíque
luporum inſtar, Patres adoriuntur, initiúmque cædis à Rodulpho
faciunt; huic poplites primò ſuccidunt, quo ille vulnere procum-
bens in genua, intentis in cælum oculis, numinéque plenus, ani-
mum Creatori Deo, ceruicem carnifici ſponte obtulit, ſuíſque
ipſe manibus diducta veſte, nudum iugulum præbuit, vt, quem-
admodum in omni vita fecerat, ſui magiſtri obtemperans, domi-
níque conſilio, ſecundo vulneri ei corpus offerret, à quo primum
acceperat. Sed ne id quidem ad leniendam carnificis crudelita-
tem ſatis; in eas ipſas ceruices, quas Chriſti martyr vltro nuda-
rat, duas ille graues ac mortiferas plagas impoſuit: ad has quar-
ta acceſſit, quæ humerum a reliquo corpore penè diſcerpſit; pe-
ctus denique ſagitta confoſſum; quibus quinque vulneribus ac-
ceptis extremum ſpiritum ſuo ed idit Creatori, à quo totidem re-
demptus eſt plagis. Atque hoc ille modo Salſetanam peregri-
nationem ſuam tam exiguo temporis interuallo, tam glorioſa
morte concluſit. Secundus cæſus eſt Franciſcus Aranea frater,
qui in ceruicibus magno accepto vulnere, lateráque haſtili tranſ-
fixus, moribundus repentè concidit. Tertius occiſus eſt Petrus
Berna, qui in occipitio ita vulneratus eſt, vt ex vulnere pars diſſe-
cta penderet, altero etiam oculo telo traiecto, alteráque aure me-
dia grauiter vulnerata: ac ne tum quidem ſiti crudelitatis extin-
cta, nihilo fuit minor barbarorum in exangue corpus immanitas.
Quarta fuit Pacecci palma, cui barbari lanceam cùm adegiſſent
in pectus, extenſis continuò manibus Crucis in figuram, oculíſ-
que ſublatis in cælum, alteri vulneri ſeſe intrepidus offert, quod
cùm iugulo acceſiſſet, exanimis concidit. Poſtremus Antonius
Franciſcus, tum in capite tum in reliquo corpore vulneratus,
occubuit. Spirabat adhuc Franciſcus Aranea, cùm ad eum
omnis generis multitudo conuolat, virorum, feminarum, pue-
rorúmque magna præ lætitia clamoribus geſtientium; qui quo
plus Idolo ſuo haberent honoris, ſemel atque iterum ſemiuiui
corpus extractum, circum Idolum raptant. Deinde, vt eorum
mos eſt in reorum habenda quæſtione, hominem altero tan-
tum pede ſtare iubent, altero in ſublime ſuſpenſo, Idolo ſup-
plicare cùm iuberetur, Non ſum, inquit, ita deſipiens quàm vos,
qui hæc iubetis, vt lapides lignáve muta pro Deo venerer. Illi ira
incitati, certo eum in loco conſtituunt, in quem eminus colli-
marent, in eumque innumerabilem iaciunt telorũ ſagittarúmq;
multitudinem; atque inter iaculandum, alij aliis ſubinde vocibus
exprobrantes, Hîc demum templum ædificabitis, inquiunt: Hîc
cruces

cruces veſtras figetis. denique velut alterum Sebaſtianum ſagittis confixum relinquũt. Is furor fuit vniuerſorum, vt ne pueri quidem puellęque in eius corpore lacerando, ſuiſq; manibus, mucronibus, iaculis, & præacutis ſudibus, animũ ſuũ ſatiare poſſent. Cũ eam quiſque laudẽ ſocietatis appeteret in ſuis vlciſcendis Idolis. mox martyrum ſanguinẽ iis offerũt, eoque ipſo, vt eorum mos eſt, illorum ſimulachra feſtis clamoribus inũgunt. inde reliquorum corpora per terram contumelioſè tracta, in foueam dejici aquæ plenam, eaque, ne in Chriſtianorum manus venirent, frondibus occultari iubẽt. Duo præterea honeſto loco nati adoleſcẽtes in ſocietatem tã illuſtris martyrii recepti ſunt. Brachmanes erãt ambo, & in noſtris ædibus habitabant, eorum alter appellabatur Dominicus, ipſius Coculini oppidi incola, qui quoniã patribus Idola quæ comminuerãt demonſtrauit, ne huic quidẽ ſui ciues pepercerunt. Alteri nomen erat Alphonſus, qui cũ Pacecci breuiarium geſtaret in manibus, non priùs ſibi illud extorqueri paſſus eſt, quàm vtraque manus abſcinderetur. Interfectus eſt alius quoque Chriſtianus vir honeſtus Franciſcus Rodriguez, itemque alius Paulus Acoſta, Chriſtianorum illius loci curator, & in adiungendis ad Chriſtum Ethnicis iuuandiſque Patribus ſedulus adminiſter. Ex duobus comitibus Luſitanis ſuperſtes relictus eſt alter, qui Ethnici cuiuſdam amici ope præſenti periculo ereptus eſt. alter verò ſcriba Regis, qui Gonzales Rodriguez appellabatur, occiſus. Atque hic fuit felix noſtrorum Patrum obitus, qui amplificandæ promulgandæque Catholicæ religionis cauſa ſuas Redemptori vitas obtulerunt, vt ſanguis ſanguini redderetur. Hæc vt ſuprà dixi Idibus Iul. acta ſunt anno 1583. Qui dies maximè inſignis in vniuerſa Societate maximaque veneratione dignus eſt. Si quidem eo ipſo die ſunt ab hæreticis, annis antè duodecim, Ignatius Azeuedus comiteſque nouem & triginta, cùm Braſiliam peterent, interfecti. Horum memoriam Goani Collegii Patres fratreſque piis precationibus pœniſque vltro ſuſceptis dum recolunt, ii ipſi de quibus ſcribimus à Salſetanis Ethnicis mactabantur. Allatus eſt hic nuntius poſtera nocte, quam mors martyrum anteceſſit, qui quidem omnium animos vehementer pupugit. ſed cùm de more ſe contuliſſent ad preces, tantam vim diuinæ dulcedinis acceperunt, tantãq; lætitiam, vt hac atq; illac è ſuis quiſque cubiculis prodeuntes, eam inter ſe mutuò communicarent: tã verò ardorẽ præ ſe ferrent obeundi martyrii, vt nouos martyres tum beatos tum ſanctos aliique aliis nominibus appellarent,

Vt primùm autem Rodericus Vincentius, id temporis Prouincialis, cum ceteris Patribus ad Salſetem proficiſci conſtituit, ad recuperanda humandaque ſanctorum corpora, is fuit ardor vniuerſorum, vt profectionem illam enixè omnes efflagitarent, magnuſque mœror inuaderet, ſi cui remanendum eſſet Goæ: non tamen omnibus, ſed triginti duntaxat conceſſum eſt. Qui Coculinum cùm perueniſſent, atque vnà cum Caſtri Duce occiſorum corpora poſtulaſſent, patefacere ea initio barbari noluerunt. Sed dum triſtes mœſtique reditum parant, diuino conſilio factũ eſt, vt nõ ſine ſanctis corporibus, quę deinde barbari protulerũt, abirẽt. Vix erat in Caſtro Raciolo, vbi tũ Noſtri cõmorabantur, de Martyrũ cæde nuntiatũ, cũ aduẽtantibus ex oppido populus gratulabundus occurrit. Portabatur nobile feretrũ à Duce Luſitaniſque; cumque ad ſacellũ quoddam B. Antonio ſacrũ Caſtro ipſi propinquũ ventũ eſſet, præſtò illico Patres affuerunt, qui beata illa corpora, frequenti populo, accenſis cereis atq; candelis exciperent, præeunte choro modulatè canentium Canticũ Zachariæ. In interiore ſacello, tum vt ſtudiis hominum ingentibus ſatisfieret, tum etiam vt aptiùs corpora ipſa componerentur, detractis integumentis multitudini oſtẽſa ſunt. Hîc ea fuit omnium lætitia ſignificatioque pietatis, vt multi affirmarent è Noſtris, nunquam ſe antea talem expertos eſſe. Et quanquam triduo antè necati erant Martyres, atque in illius foueæ cœno eorum corpora delituerant; recẽtes tamẽ admodũ viſebantur, præcipueq; Rodulphus, cuius è vulneribus ita recens manabat ſanguis, vt ſi ea tũ accepiſſet. Quæ res omniũ animos vehementer accendit, tãtuſque oſculantium manus pedeſque martyrum ac ſacra vulnera impetus fuit, vt iam tum cœleſtem illorum gloriam videre quodammodo viderentur. Multi præterea reliquiarum aliquid ſtudioſè quærebant, nec obſiſti vllo pacto potuit, quominus alii aſperſis cruore ſudariis, alii reciſis vnguibus capilliſque diſcederent. Corporibus aptè compoſitis, ſolemnis quædam religioſaque ſupplicatio inſtituta eſt. Corpora deferebantur à Patribus, crebris cum funalibus canticiſque pſalmorum, qui ad eam triumphi gloriam ſpectare potiſſimùm videbãtur. Ad oppidi templum cum hac pompa delata, nocte circiter media, in arca prægrandi condita ſunt, diſtincta, ac ſuis quæque vt internoſci poſſent notata nominibus. Ibi iacent in præſentia, quoad aliò Paternitati tuæ transferre placuerit. Poſtridie eius diei manè Prouincialis pro gratiis agendis Miſſæ ſacrum cum cantu ſolemnique ritu peregit. nec enim tale funus deſiderare

alias videbatur exſeqnias, ſi quidem pro fidei Catholicæ promulgatione proque Idolorum ſignis euerſis oppetita mors erat; quod & Ethnici fatebantur ipſi, & ex eorum liquet epiſtola quadam, in qua ſcriptum erat, idcirco à ſe PP. peremptos, quòd ſuis in regionibus cogitarent Chriſtianorum templa conſtruere. Maximè perturbauit hic nuntius Goanam ciuitatem, cui Rodulphi Pacecciq; virtutes perſpectæ iã erãt. Quocirca ita ſunt omniũ animi in Ethnicos incitati, vt niſi Proregis nutus prudẽtiaq; reprimeret, ad expetẽdas illico pœnas vlciſcendamq; Martyrũ cædem vniuerſi concurrerent. Sed quoniam Parricidæ illi ad Idalcanem Regem confugerũt, cẽſuit Prorex conniuẽdum eſſe in præſentia, & in aliud tempus pœnas tanti ſceleris reſeruãdas. Erat P. Rodulphus Atriæ Ducis filius, annos natus tres & triginta, quorũ dimidiá partem in Societate cõſumpſit. Æqualis ferme erat illi Paceccus, vterq; magna quadã virtute prǽditus, magnis quibuſdã donis inſtructus ad rẽ Indicã adjuuandam promouẽdamque. Sed Rodulphum præcipua quædam commendabat humilitas, & ſuauitas morum, quæ tantum illi ſanctitatis nomen domi foriſq; pepererat, vulgò vt Angelus diceretur. Antonius Franciſcus trigeſimum agebat annum, fueratque in Societate duodecim. Huic accepimus quotidianũ ſolemneq; fuiſſe, cùm ſacrificaret, à Deo precari, ſibi vt eius cauſa liceret cruciatus martyrum experiri. nã de Rodulpho quid attinet dicere? cuius ex litteris ex Mogoris aula datis facilè perſpici licet, quàm flagrans eius ſtudium eſſet, quã ardens cupiditas mortis pro religione oppetendæ. atq; id ipſum ægror ille, quem cepit ex ſuo in Goã reditu, declarauit, propterea quòd tam præclarã bene moriendi patiendiq; pro Chriſto occaſionem amiſiſſet. Petrus Berna ipſe quoq; par erat ætate, ſed ſexẽnium in Societate confecerat. hic dicere ſolitus eſt, quandiu ſanguis in Coculino pago non funderetur, Ethnicorum conuerſionẽ ad Chriſtum fore nullam, ſimulque ſe præſagire animo, ſibi in iis regionibus moriendum. Nec multo inferior erat ætate Franciſcus Aranca, qui duodetriginta natus annos, vixerat in Societate decẽnium. Quare in omnibus flos vigebat ætatis, omniumq; erat opera ad Dei miniſterium Societatiſq; perutilis. Cæterùm nos in hac ſpe ſumus, horum Martyrum merita tantum apud Deũ ponderis habitura, vt Patres fratreſq; nobis cariſſimi, qui in Europa ſunt, acriter inflammentur ad has expetendas oras, vbi tam felicem exitum ſortiantur.

Goæ, v. Kal. Ianuar. Anno M. D. LXXXIIII.

# REVERENDIS IN CHRISTO PATRIBVS, P. RECTORI, PRO- FESSORIBVS SACRÆ THEO- LOGIÆ ET STVDIOSIS COL- LEGII SOCIETATIS IESV IN ALMA VNIVERSITATE LOVANIENSI, FE-

licitatem & perpetuam ſalutem precatur Gulielmus Huyſmannus Antuerpienſis, publicus in Collegio Buſlidiano Tri- lingui Latinę linguæ Profeſſor.

*INTER diuerſa diuerſorum hominum ſtudia, quibus addicti tempus omne ætatẽque omnem traducunt, optimè ſemper ill & ſibi & poſteritati conſuluêre, qui vani ac inanibus, etſi primo aſpectu iucũdis ne glectis, ſeriis ſe grauibuſq; ſtudiis mancipaurunt: Quos inter primum honoris a veræ laudis locum iure ſuo ſibi vendicant, qui, commodis ſui poſthabitis, omni ſtudio & induſtria aliorum commodis ſolicit inuigilant. Commoda verò iſta pro temporum diuerſa ration metiri neceſſe eſt, laborandúmque vnicuique pro viribus vt tẽporis, in quod ipſe incidit, ratione diligenter excuſſa, ad id labores ſuos deſtinet, quod ad Dei majorem gloriam proximique ſalutem maximè pertinere judicabit; Vt quod in vniuerſa mundanæ machinæ æterna adminiſtratione Deum ipſum facere ex operibu*

*operibus eius cognoſcimus; idipſum nos quoque quantum, hu-
manarum virium modulus patitur, imitando præſtare conemur.
Ille enim Regnorum Imperiorumq; ortum ac interitum rerũq;
omnium mutationes ac varios viciſsitudinum caſus, æterna pro-
uidentiæ lumine contuens, ſingulis ferme ætatibus, modò hos mo-
dò illos vitæ, ſententiæ, morum, animorũmque varietate quadã
conſpicuos & idoneos excitat, per quos tanquam inſtrumenta
opportuna quæ fieri voluit & futura præuidit commodè per-
ficiantur. Vult à paruis initiis ad ſummum honoris potentiæ-
que faſtigium regnum aliquod vel prouinciam aſſurgere? eos
Reges eóſque gubernatores ſuſcitat, quorum armis ac iuſta ad-
miniſtratione, eo magnitudinis amplitudiniſq; aliquando queat
excreſcere. Vult rurſus (vti nihil ſub Sole diuturnum ac ſtabi-
le) vrbes atque reſpublicas à florenti ſtatu & culmine illo deji-
cere? En tibi parata impiorum regum tyrannis, quorũ auaritia,
ambitione, impotentia ac ſcelere, omnia corruant atque vaſtẽ-
tur. Traducturus D. Deus in Ægyptũ poſteritatem Patriar-
chæ Iacob, Ioſephum in illum finem multo antè præmiſit: Eun-
dem à duro ſeruitutis iugo liberaturus, Moſen tãtæ rei mini-
ſtrum futurum maturè ſibi delegit. Romanum imperium quod
iuſtiſſimorum fortiſſimorumque Regum, Conſulum, Imperato-
rumque armis ac legibus ad gloriæ dignitatiſque ſupremum a-
picẽ perduxerat; eorundem iniquitate, ſcelere, ac flagitiis, negle-
ctis legibus in interitum præceps deturbauit. Quemadmodũ ergo
Deus futuros caſus præuidens ad eos vel promouẽdos vel auer-
tendos, in promptu ſemper habuit vel ſtimulos vel impedimẽta;
ita æquum eſt homines cunctos quidẽ, ſed illos maximè, qui ra-
tionis & orationis vſu cæteris anteire videntur, & qui ſtudio,
labore, ac induſtria quãplurimis prodeſſe volunt; ante omnia ſo-
licitè exquirere ac indagare, quæ in re vel promouenda ſi bona
ſit, vel perturbãda ſi impia, vtiliſſimè operã ſuã collocare poſſint.
Ignatius Loyolæus Ordinis veſtri primus inſtitutor, cũ à caducis
ac momẽtaneis rebus animũ ad ſublimiorẽ ſtabilioremq; cõtẽpla-
tionẽ Dei ſingulari beneficio traduxiſſet; duo (quorum tamen v-
num ex altero pẽdet) ſibi propoſuiſſe videtur, ad quæ, donec vixit,*

*cogita-*

cogitatus ac labores omnes magna cura ac ſedulitate direxit:
Vt nimirum Chriſti fidem ac religionem, quantum diuino fretus
auxilio eniti poterat, ampliaret, & prauorum hæreticorum inſi-
dias detegeret, noxios conatus perfringeret, peſtifera dogmata
refutando conuelleret. Rectè quidem & ſapienter hoc ab eo co-
gitatum. ſed fruſtra, niſi rationes illas ſimul iniuiſſet, quibus
quod meditabatur ad optatum finem perduceret. Has illi diui-
na bonitas ſuggeſſit, meo ſanè judicio, tam accommodatas quam
quæ maximè. Nam poſtquam literarum ſtudia in juuentutis
primæuo flore vel neglecta omnino, vel guſtata tenuiter, multo
ſudore reſumpſiſſet; ſanctiſſimi inſtituti conſiliiq́ ſui ſocios ali-
quod delegit, quibus cum ad caput orbis vrbem & Sanctorum
Apoſtolorum ſancta limina contendit, & ſummo Chriſti in ter-
ris vicario Pontifici Maximo arcanum aperuit. quod cùm ad
Dei immortalis honorem & catholicæ fidei propagationem, ad
hæreticorum euerſionem ac gentilium conuerſionem tendere fa-
cilè prudentiſſimus Pontifex perſpexiſſet, ratum habuit, & A-
poſtolica ſanctione maximè opportuno tempore firmauit. Cùm
enim humanæ ſalutis hoſtis Lutherum damnato dogmate om-
nia perturbantem, ac velut aprum infeſtiſſimum Catholicæ Ec-
cleſiæ vineam deuaſtantē concitaſſet; miſericors Deus Ignatium
fortiſſimum conſtantiſſimumq; athletam, qui cum Socius peſti-
feros impii Apoſtatæ conatus ſtrenuè reprimeret, ſpōſæ ſuæ do-
nauit. Accepta itaq; à Chriſti ſummo Vicario authoritate, fa-
cere & docere Chriſti exemplo incepit, tam felici noui ordinis
ſucceſſu, vt qui ante annos plus minùs quinquaginta adhuc eſſet
ignotus, iam ad triginta & ampliùs Prouincias peruaſerit, cúq;
noſtro mundo contineri ampliùs non poſſet, ad noui orbis am-
pliſſimas prouincias per tot terræ mariſq; tractus penetrârit.
Tanti viri vos eſtis filii, támq; frugiferæ arboris rami. Huius
amplexi Ordinē eundē quē Magiſter veſter, vos quoq; vobis ſco-
pum præfixiſtis, ad illius mores veſtros mores ac vitā omnē com-
ponitis, atq; ſuauiſſimum plurimarū virtutū odorem verbo &
exēplo paſſim emittitis, nō in Europa tantū, ſed per omnes om-
nino Chriſtiani orbis regiones, maximéq; per Indiam, tam quæ ad

ad Orien-

ad Orientē quàm quæ ad Occidentē protēditur. vbi quanto cum fructu in vera fide imbuēdis hominibus (quod omnium operum, quæ à Chriſtiano homine præſtantur, eſt longè maximū Deóque gratiſsimum) verſati hactenus fuerint, ac etiamnum hodie veſtræ familiæ homines verſentur; conſtans fama ac creberrimi illinc allati rumores teſtantur. Ego verò non id auribus accepi tantū, ſed ſuperioribus annis Mediolani Inſubrorū hiſce oculis vidi; cùm Iaponicorum Regnum filii ac nepotes Roma reuerſi, vbi tanquam legitimi Eccleſiæ Catholicæ ac Apoſtolicæ filii Pontifici Maximo obedientiam exhibuerant, in Iaponiam patriam reditum pararent. Idipſum litteræ quædam, ad Reuerēdum Patrem Ordinis veſtri Generalem Romam tranſmiſſæ ac inde huc Italico idiomate excuſæ, perlatæ non obſcurè loquuntur, quas cùm ego etiam non ſine maxima jucunditate legiſſem, amicorum rogatu me induci non difficulter paſſus ſum, vt ad communem multorum qui Italicè neſciunt oblectationem eas latinitate donarem, quod eo feci lubentiùs, quo cognitione omniū narrationes illæ digniores videbantur. Quàm verò feliciter idipſum præſtitum à nobis fuerit, vtriuſque linguæ peritis judicandum relinquo. Equidem amicis gratificari volui, etſi temerario magis (vt vereor) quàm prudenti conatu; quippe qui nominis mei ac famæ periculo aliis placere non recuſārim. Quod etſi amoris non ficti maximum ſit indicium, tutiùs tamen me factūrum exiſtimaui, ſi contra quorundam obtrectationes patrociniū aliquod quærerem. De quo cùm anxiùs mecum diſpicerem, argumenti ac ſubiectæ materiæ ratio patronum obtulit. Cùm enim quæ opuſculo hoc continentur, ex litteris Patrum Societatis IESV, qui in Indica iſta vinea tam ſtrenuè tantóq; cum fructu allaborant, deſumpta ſint, ac fideliter interpretata: quibus id obſecro potiori iure dedicandum videatur quàm ipſis Patribus? neque vni ex ipſis, ad quē quæ hîc referuntur magis ſpectare videantur quàm ad cæteros, ſed toti Collegio. Cùm enim vna ac eadem ſit omnium vocatio, omnibus fœtum hunc noſtrū commendare viſum fuit, neque id leuibus (vt opinor) aut futilibus de cauſis. Cùm enim, vt dicere cœperamus, exortum ante

annos

annos aliquot diuerſarum hæreſum tempeſtatem horum maximè miniſterio ſedare diuinæ prouidentiæ placuerit, (ſicut & aliis Eccleſiæ Catholicæ laboribus aliorum Ordinum ſacrorum inſtitutione benigniſſimus Deus patrum noſtrorum memoria ſuccurrit) non inſulſè facturum me exiſtimaui, ſi, qui vt profeſſione coniuncti ita labore ac ſolicitudine in fidei Catholicæ conſeruatione & ampliatione pares ſunt, in huius opellæ quoque nuncupatione coniugerem, quorũ conatus & ſtudia florentiſſima Belgicæ collegia loquuntur. Imprimis indubitatam fidẽ verbis meis facit in hac alma Vniuerſitate Louanienſi excitatum olim, poſtea tamen temporum iniquitate concuſſum nonnihil, nunc iterum lætiore ſucceſſu inſtauratum Theologiæ Seminarium, cuius plantaria vberes & copioſos fructus propediem pollicentur. Siquidem cum exacta venerandæ huius Facultatis Theologicæ Doctorum induſtria, cum Paſtorum, concionatorum, reliquorumque in hoc ſtadio currentium ſudore coniunctis deſideriis & operis eorum; multo certè facilior de Catholicæ religionis hoſtibus victoria futura eſt. Quandoquidem (qui Seminariorum finis eſt) præclara indole adoleſcentes ac viri, humanioribus litteris ac philoſophiæ præceptis egregiè inſtructi, ſolida totius diuinæ ſapientiæ fundamenta interim iaciunt, & in penum quandam doctrinæ atque ſcientiæ diligenter recondunt, quæ ad communem plurimorum vtilitatem liberaliter poſtea depromant. In hæreticorum confutatione acres ac vehementes, in moribus hominum efformandis ſoliciti, in anxiis conſcientiis conſolãdis prudentes. Abſit verbis adulatio. Non minora iam propemodum ab Ordinis veſtri ſectatoribus in Europa, ac maximè in Gallia, Germania, ac Belgio noſtro, quàm in latè diffuſis Indorum populis præſtantur. Facilius namque eſt infideles ad Euangelicam veritatem adducere, præſertim quando ad eos acceſſus patet, quàm hæreticos, qui obſirmato animo ab agnita ſemel veritate receſſerunt, diſcuſſis errorum tenebris ad eandem reducere. Quod prudenter obſeruãs Inuictiſſimus ac maximè Catholicus Hiſpaniarũ Rex, ſicuti in Hiſpaniæ ac Italiæ locis pleriſq;, ita in hoc etiam publico ſtudio Louanienſi Seminarium

Regiæ

*Regio ſumptu inſtituendum curauit, in quo Paſtores nouelli tā-uam recentes ſurculi paulatim accreſcant, vt in Eccleſiæ rena-centis defenſionem contra prauos peſtiferoſq; hæreticorum in-ultus aliquando coaleſcant. Idq; eo nunc ſuccedit felicius, quo deliori paſtori gregis cura commendata eſt. Quid enim nō mo-tur, non tentat, non aggreditur Illuſtris ac Reuerendiſſimus Dominus D. Joannes à Stryen Epiſcopus Middelburgenſis, ui quòd Zelandicâ perſeuerante rebellione ac hæreſi paſtorali ura ſua commiſſis gregibus vti fidelis paſtor præire non po-eſt; aliunde oblatis accitiſq; ouibus neutiquam mercenaria ſoli-itudine præeſt. Quæ cùm ita ſint, quis Belgicam Eccleſiam ſuo liquando nitori reſtituendam eſſe deſperet? Non deerit piis co-atibus miſericors Deus, qui, quæ ad nominis ſui gloriam occœ-iſtis, ad optatum finem cum maximo Chriſtianæ fidei incremē-aliquando perducet. Valete PP. Reuerendi, ac Huyſman-um veſtrum patrocinio veſtro confidentem contra maleuolo-um hominum morſus præſentem ac abſentem defendite.*

*Louanii ex Collegio noſtro Buſlidiano Trilingui, Anno repa-atæ ſalutis 1589, decimo-ſexto Calend. Iulii.*

Collegio veſtro addictiſſimus deuotiſſi-muſque cliens,

*Gulielmus Huyſmannus.*

VERA

# VERA NARRATIO

## MEMORABILIS CVIVSDAM NAVFRAGII, EX LITTERIS P. PETRI MARTINEZ EX VRBE GOA, AD REVERENDVM PATREM GENEralem miſſis, 5 Idus Decemb. decerpta.

CVM ad Moſambicum portum, qui in littorali Æthiopiæ ora eſt, appulſus eſſem, luctuoſum naufragium ac verè miſerandum caſum nauis, quæ in D Iacobi tutelà erat, qua Societatis noſtræ Patre quatuor, Ego ſcilicèt, Petrus Alũares, Ioanne Gonzales, Vincentius Zappata, ac fratres duo, Emanuel Herrera cum Emanuele Dias, vehebamur, Ræ. Tæ. pe litteras per ciuitatem Ormuz, quæ iuxta ſinum Perſicum viſitu miſſas expoſui. Compendioſè tamen, vt animo tuo ſiniſtram ſuſpicionem eorum, quæ accidiſſe nobis in iſta nauigation potuiſſent, eximerem; præſertim cùm aliud tum temporis ne que per Ormuz, quàm quòd in Indiam nondum perueniſſemus que per nauim ſub auſpiciis D. Virginis inauguratam, quæ i Moſambico commodum nauigationi tempus expectans hybe nābat, quàm quòd ad hunc necdū portum deuecti eſſemus, quod que naufragium paſſi fuiſſemus perſcribere potuerim. Quoci ca de iis quæ in vniuerſa iſta nauigatione occurrerunt Paternita tem tuam pleniùs nunc ac copioſiùs docebo, quæque memorat digniſſima videbũtur referam, in qua pręter occulta Dei iudici quę probè intelleximus ac experti fuimus, immenſa quoque ci beneficia ac ſingulares diuinę gratię effectus licebit obſeruar tam in aduerſitatibus, quibus cōſtantiam noſtram & patientia exercuit, quàm in periculis, è quibus, ad maiorē nominis ſui gl riam noſtramque emendationem, eripere nos ac liberare tande dignatus fuit. cuius diuinę maieſtati laus, honor, & gloria ſemp & vbique tribuatur.

Quarto Idus Aprilis, anno reparatę ſalutis 1585, Vlyſſippo ſoluimus, vento adeò lento ac parco, vt vix ad D. Catharinę in r a maris pertingere potuerimus, vbi cùm anchoras eieciſſemu poſtridie regię triremis auxilio mare intrauimus, ſed in ipſo pe

ingreſ

ingreſſu tanta fuit tranquillitas, vt redire mariſque refluxum ex-
ſpectare fuerimus coacti. Tãdem cæteris nauibus in flumine reli-
ctis, cum naue S. Alberti nauigationem iterum tentauimus, vento
adeò propitio, vt cum iis qui altera naui vehebantur colloqui ac
ſermonem miſcere liceret. Subſequẽte nocte, cùm iam 8. ferè mi-
liaribus à continente abceſſiſſemus, in latus nauis ventus vehe-
mentior incubuit, cum quo toto triduo luctati 25. miliarium ſpa-
tio à proxima quæ in littorali maris ora apparebat terra prore-
ſſimus, cúmque ne tum quidem ventum magis haberemus pro-
pitium, & aër vndique nebularum ſpiſſitudine obſcuraretur; im-
minentem præſenſimus tempeſtatem; qua ſuborta parum abfuit
quin eò vnde veneramus repelleremur. Ventus enim admodum
impetuoſus inſtar turbinis inualeſcebat, qui nauẽ circulari motu
circũagẽs rectũ curſum cũ ſubmerſionis periculo impediebat, ac
in tantũ breui tẽpore mare intumuit, vt malis penè proſtratis vela
cõtrahere cogeremur; idq; propter vehementẽ impetũ quo fluctus
attollebantur, qui aduerſam proram adeò concutiebant, vt penè
obrueretur, eoque redacta res erat, vt ad Dei miſericordiam,
per Diuorum ſuffragia, quorum ſacras reliquias ad placandum
turbati maris furorem in medios fluctus conjiciebamus, omnes
pio mentis affectu conuerteremur. Erat autem ad imam mali
calcem Diuæ virginis imago ſuffixa, cuius apud filium interuen-
tu factum credimus, quòd inſtantis naufragij pericula ventis
ſubitò ceſſantibus euaſerimus. Quam quidem ob rem P. Ioan-
nes Gonzales (felicis recordationis) Sanctorum nominibus
pro Societatis pia conſuetudine ſorte productis, hoc nimirum
fine, vt quilibet Diuum aliquem ſortiretur, cuius ſuffragiis cùm
per totam nauigationem tum maximè in præſenti periculo Deo
commendaretur: cùm chartulam qua D. Virginis nomen conti-
nebatur protuliſſet, ventus in puppim ſe ilico recepit, mariſ-
que ſæuitia nonnihil ſubſedit, quæ ſi diutius perſeueraſſet, ma-
ximo cum detrimento repulſi fuiſſemus, ſicuti D. Alberti na-
ui penè acciderat, quam agitati maris vndis miſere iactari vi-
debamus; grauiter animis affecti, quòd cùm in eadem verſare-
mur calamitate, in tanto periculo laborantibus ſuccurrere
non poſſemus. Sedata tandem tempeſtate in cœpto itinere a-
ctis Deo gratiis perſtitimus. At quoniam tempus erat inconſtans,
& aër vndique obductis nubibus caliginoſus, Maderam ac Ca-
nariam inſulas præternauigantes vario inſtabilique ventorum
flatu ad Chineæ inſulæ oram peruenimus; magno interim me-
tu de eorum, qui poſtea Vlyſſippone ſoluerant, ac non ita longè

à continente receſſerant, ſalute perculſi, tum quòd naues graues eſſent, & mare ſupra modum tempeſtuoſum. Die diuo Iacobo ſacro, cuius patrocinio nauis noſtra erat commiſſa, inſulam quæ ab eodem Diuo nomen accepit prætervecti fuimus, & cùm ad altitudinem octo graduum aſcendiſſemus, nauem quandam prægrandem, quam altera ſed minor ſequebatur, lōgo tempore aſpeximus; qua qui vehebantur quinam eſſemus explorare velle videbantur, cumque Luſitanos eſſe cognouiſſent, ſcapham præmiſerunt, qua ex Angola eos venire didicimus; & quia ad illam Indiæ partem cui Caſtellæ nomen inditum eſt tendebant; nihil ad quēquam litterarum deſtinare viſum fuit. Mox iterum cùm ad 5 graduum altitudinem ab æquinoctiali linea abeſſemus, alia quædam nauis noſtro ſe conſpectui obtulit, fieri que nobis obuia recto curſu videbatur: at poſteaquam eam à nobis declinare animaduertimus, quidam ex præcipuis nauis adminiſtratoribus nautis aliquot comitantibus in ſcapham deſcenderunt, cumque propiùs acceſſiſſent, ac hoſtilem eſſe ex belli ſigno emiſſo cognouiſſent, accelerato curſu retroceſſerunt, plenis namque velis in ſcapham ferri videbatur, ſed cùm aſſequi noſtram ſe poſſe deſperaret, æneo tormento diſploſo inimicum animum teſtata receſſit. Quoniam verò circa littoralem Chineæ oram propter ſolis intolerabilem æſtum variis morborum languoribus laborare nauigantes cœperunt; primùm omnium cum Nauclero hoc actum fuit, vt infirmi bene haberentur, & egenis de neceſſariis prouideretur. Fuit itaque infirmorum cura demandata viro non minùs prudenti quàm multo rerum vſu inſtructo ac ad rem tam piam ſatis propenſo. Statuit deinde Nauarchus, vt nobiles, qui impenſis ſuis inſtitutum hoc promouere cupiebant, nullius rei curam ſibi aſſumerent, ſed onus illud rerum ſuppetendarum quibus ad recuperandam valetudinem opus eſſet ſibi relinquerent. Is verò prouinciam iſtam P. Vincentio Zappatæ (cuius animæ Deus miſereatur) commiſit, qui quolibet die vna cum medico ægros matutino tempore viſebat, & infirmorum præfecto quæ neceſſaria eran[t] præſcribebat, ac in hoc præcipuè vt tempeſtiuè omnia fierent in[-]cumbebat, adeò vt ex bene adminiſtrato munere ſingularem a[b] omnibus gratiam iniret, & ob pietatem, manſuetudinem, caritatem, prudentiamque optimè audiret; ex quo factum fuit, vt nequ[e] pecunia aut cibus, aut aliud quicquam vel infirmis deeſſet vnqu[am] vel pauperibus, quibus & de veſtitu & pane duplici coctura indu[-]rato prouidebat, adeò vt Dei miſericordia & Patris ſolicitudin[e] infirmi omnes breui fuerint priſtinæ ſanitati reſtituti, neq; enim

quamdiu

quamdiu hoc ipſi munus incubuit; toto nauigationis tempore quiſquam ex pauperioribus præ egeſtate periit: ex infirmis verò vnus tantùm adoleſcens, cùm iam ſinum bonæ ſpei præternauigaſſemus, morbi acerbitate abſumptus exſpirauit. Noſtrum porrò munus fuit rudiores in doctrinæ Chriſtianæ fundamentis inſtituere, odio inimicitiaque inter ſe diſſidentes conciliare, confeſſionibus audiendis operam dare, lectione hiſtoriæ Sanctorum vectores ab ocio & alea ad pietatem prouocare, diebus Dominicis ac feſtis conciones habere, diuinum officium cum maxima deuotione ac ſolemnitate muſicis etiam adhibitis inſtrumentis decantare, litanias quotidie recitare, tum ſupplicationes etiam plurimis accenſis luminibus pro incidentium periculorum occaſione inſtituere. Quamuis autem cæteri qui naui vehebantur nullo acriori morbo conflictarentur, nobiſcum tamen aſperiùs aliquãto actum fuit, nam præter nauſeam, quæ omnibus erat, me excepto Dei prouidentia in cæterorum beneficium, communis; iuxta maritimam Chinee oram primus ego in morbum incidi, cui poſtquam medici iuſſu iam tertio fuiſſet vena aperta, poſt duodecimum quàm laborare cœperam diem amiſſam reddere valetudinẽ Deo omnipotenti placuit. Ceteri deinde Societatis noſtræ Patres laborare & ipſi cœperunt; quibus etiam cùm ſecundo aut tertio eductus ſanguis eſſet, recuperandæ ſanitatis ſpes ſtatim affulſit. Solus P. Aluares, cui tamen propter ingraueſcentem ætatẽ valetudo erat minimè firma, morbi contagium tũ nullum ſenſit, quẽ hoc modo probare voluiſſe Deus viſus eſt, manifeſto exemplo inſinuans, huiuſmodi nauigationis difficultates iuxtà ſenibus quàm iuuenibus, infirmis quàm robuſtis eſſe faciles; quare non minùs hi qui viribus ſunt afflictis, quàm qui corporis robore præſtant, fidei promouendæ cauſa in regiones has ſe peruenire poſſe ſperent ac confidant.

In littorali Chineæ curſu parem ſumus nauigandi difficultatem experti, ac tandem per tonitrua frequentia ac fulgura, decimo quinto Calend. Iunij Dei adiuti gratia, lineam æquinoctialẽ præternauigantes euaſimus, ventis deinceps generalibus (vt vocant) ita ſecundis vſi, vt iis in locis vix vnquam antea vel ſecundiores fuerint vel diuturniores. Tertio ſiquidem Idus Iunij intra inſulas Martini vas vecti fuimus; vbi infelicis nauigationis ſigna aliquot prognoſtica obſeruauimus. Apparuit enim in maris ſuperficie inuſitatę figuræ piſcis nigro colore, aſpectuque ipſo horrendus balenam corporis vaſtitate præ ſe ferens, qui reliquos qui nauim ſequebantur piſces in fugam

ſubitò agebat, neque è noſtro conſpectu ſe priùs quàm naufragium pateremur ſubduxit. Quin & paulo antè quàm diſrumperetur nauis natando præcedere ac magnam aquarum copiam euomere, quaſi imminenti malo noſtro exultans, ac piſcibus reliquis futuræ calamitatis ſignum faciens, a multis viſus fuit. Nos interim, illo maritimorum monſtrorum comitatu, ad inſulas Triſtanam & Cugnam lentis iiſque aduerſis ventis curſum dirigentes, ſub finem menſis Iunij 33 graduum altitudine ad polum antarcticum acceſſimus, ac è regione centum leucarum ſeu miliarium longitudine quinque dierum ſpatio tanto impetu à Septentrione venti ſpirarunt, vt minora tantùm vela tenderentur; maioribus quippe explicatis tanta vehementia inſurgebant, vt malos loco diuellere viderentur, quo impetu antennæ præruptis funibus deciderunt quidem, ſed nautarum ſtudio ſtatim iterum in altum fuerunt ſublatæ. Vento deinde nonnihil ſedato ad bonæ ſpei ſinum acceſſimus, vbi ad 37 graduum altitudinē noui ab Oriente flantes venti nauem tranſtulerunt, quo etiam loco vadum tentare conati, demiſſa per funem boli ſeu plumbo fundum nuſquam deprehendimus, non ſine maximo omnium metu, quòd tum à vento tum vndarum impulſu in terram impingeremus. Sexto Calend. Auguſti bonæ ſpei ſinum in tanta ventorum contrarietate nos præteruectos eſſe animaduertimus, idque cum maxima omnium tum moleſtia tum nauſea. Aliquando enim ſumma erat tranquillitas ſeu malatia; ſubindè lentiùs, interdum vehementiùs venti ſpirabant, aliquando horrenda tonitrua ac fulgura maximum nobis timorem injiciebant; nonnunquam in proram, non raro etiam in puppim irruentes venti nauim concutiebant, ac tum in hanc tum in illam partem impellebant, adeò quidem vt ad D. Laurentii inſulam occupandam tempus nobis defuturum metueremus. Quæ res tam ancipiti cura animos omnium vexabat, vt 17 Calend. Septembris, cùm eò curſum dirigere ſtatuiſſemus, captato inter ſe conſilio nobiles omnes & nauis miniſtri præcipui diſceptarent, an inſulam intrare; an foris præternauigare ventis ab Occidente remiſſiùs ſpirantibus ſatius eſſe videretur. Tandem melior conſultantium pars in hac ſententia conquieuit, vt Dei permiſſu ventum iſtum immitti crederet, & ob id per mediam inſulam curſum eſſe dirigendum. Sed ſi, cùm 22 graduum altitudine ad æquatorem acceſſiſſemus, Orientales venti fuiſſent exorti, mutata ſententia inſulam eminus præternauigandam eſſe iudicarunt. Verùm enim verò æterna Dei prouidentia accidit, vt vlteriùs opinione deuecti ne, ſi voluiſſent, redire qui-

quidem potuiſſent. Decimoquarto Calend. Septembris ſolis altitudinem nautarum præfectus metiebatur, qui 23 graduum altitudinem & tertiam vnius gradus partem deprehendit, quæ ad Iudeæ decliuitatem vſque (vt ipſi loquuntur) in dicta graduum altitudine extendebatur. Idem & alij nonnulli fecerunt, qui idipſum quoque deprehenderunt. Quocirca Gubernatori videbatur (ob id nimirum quod ſecundo vento tum vteremur) quadraginta leucas nos conficere, & eadem nocte tertiam gradus partem nauigando poſſe tranſmittere. Si enim vela iſto in loco fuiſſent ſubducenda, periculum erat quòd vndarum impetu in præceps nauis abriperetur, ſicuti naui D. Petro dedicatæ acciderat. Si verò retrogredi voluiſſet, in alium quendam flexuoſum ſinum facilè impegiſſet. Cumque periculum ſe ferè euaſiſſe crederet, ex eo quòd in nauis corbe exiſtentes excubitores aues ſe ſub veſperum ad illam partem quò nauis dirigenda erat recepiſſe aſſerebant; poſtquam excubitoribus, qui in prora vt ad omnem periculi metum excitati ſtarent, ſeriò imperaſſet; plenis explicatiſque velis nauem progredi permiſit, vt temporis anguſtiæ quæ maxima erat hoc modo conſuleret. Hoc itaque die intempeſta nocte, cùm profundior omnes ſomnus inuaſiſſet, peccatorum noſtrorum enormitate prouocatus Deus, iuſto occultoque iudicio, vt nauis in Iudeæ decliuitate in ſcopulos vehementiùs impulſa diſrumperetur permiſit. Vndæ ſiquidem in ſcopulum illiſæ in tantam ferebantur altitudinem, vt neque excubitores neque milites, niſi cùm in eo iam conſiſterent, eum videre potuerint, vento nimirum quo tum proſpero vtebantur præpediente, vt ſonum quem impulſa in ſcopulum nauis edebat exaudire non poſſent; & quamuis nonnulli vertendam nauem acclamarent; ipſa tamen vehementi adacta vento tam diu in rupem impulſa fuit, donec media concrepuiſſet.

Erat porrò decliuitas illa rupes quædam concaua acutis ſaxis leuiſſima, in quam cùm incidiſſemus, ſupremæ nauis partes in profundum inferioribus ad ſuperiora emergentibus ferebantur, adeò vt & prora & puppis in ſcopulum petris corallinis plenum abſque vlla terra illiſa, nos in ipſum ejicerent. In ipſo maris refluxu colliculi quidam non ita procul apparebant, quos reuertentes denuo fluctus contegebant. Factum autem diuino conſilio videtur, vt in ſcopulum nauis contorqueretur, quo tempore aqua collis altitudinem ſuperabat, ſic vt in ſcopulum excepta conquieſceret, quod niſi factum fuiſſet, vnà omnes proculdubio, nemine excepto, voracibus maris fluctibus fuiſſemus abſorpti.

Circa naufragium illud tria conſideranda occurrunt, quæ illud
terribiliſſimum omnium quæ vnquam fuerunt videri faciunt. Pri-
mum illud eſt, quòd intempeſta nocte accidit, qua neque cæ-
lum neque terra præ nubium denſitate videri à quoquam pote-
rat, ſed horrendi tantùm fluctus, quibus omnes ſæpe operieba-
mur. Alterum, quòd nudi omnes in lectulis cõquieſceremus ſom-
no altiori oppreſſi. Tertium, quòd tanto tempore antequam lu-
ceſceret in tanta anxietate verſaremur; quod certè ad ignobilem
in vndis mortem quam omnes oculis contuebamur dirum erat
præludium; conſiſtebamus enim in confractæ nauis tabulis, qua
ſæpe ab ingruentibus fluctibus contegebantur. Quare in tam
præſenti periculo ad Deum pio mentis affectu conuerſi miſericor-
diam eius humili flebilique voce implorabamus. Plerique præuia
confeſſione à peccatorum ſordibus animum repurgare velle vi-
debantur, qua in re aliqua ſaltem ex parte pro periculi magni-
tudine ipſis fuit ſatisfactum. In confeſſionis pronunciandæ mo-
do nonnulli ita erant feſtinantes ac præcipites, vt cùm Confeſ-
ſarii (qui ſex erant numero, quatuor ſcilicet ex noſtræ Societa-
tis Patribus, ac duo qui ordinis D. Dominici inſtitutum eran
amplexi) omnibus ac ſingulis ſeorſim operam nauare non poſ
ſent, clara voce palam peccata quantumuis enormia tanto fer
uore proferrent, vt iis ſilentium imponere nemo poſſet. Alii quo
ſe vel re vel verbo offendiſſe credebant, in acutis ſcopulis ac i
mediis penè fluctibus quærebant, veniam offenſæ humili menti
affectu efflagitantes, quos ſi fortè non inueniſſent, obuios quoſ
que obnixè rogabant vt ipſorum nomine delictorum veniam a
ipſis impetrarent, cùm primùm eos videndi poteſtas daretur. At
que ita tota nocte à noxia ſe peccatorum labe expiabant, quibu
niſi grauatos animos liberaſſent, grauius ipſi animarum quàn
nauis ipſa naufragium feciſſent. Alii crucem tam illam quæ a
proram quàm quæ ad puppim erecta ſtabat amplexi voce lamen
tabili largos lachrymarum imbres profundentes Deum, vt i
tanta neceſſitate afflictis adeſſet, inuocabant, nulla planè d
re quàm de animarum ſalute ſoliciti. Ad laborum autem mole
ſtiarumque ſummam hoc quoque accedebat, quòd an in medii
ſcopulis locus aliquis eſſet, in quo tutò conſiſtere & de euadend
periculo rationem aliquam inire poſſemus, ignoraremus. Tãden
ſubſequentis diei claritas toties fruſtra optata illuxit. Tum ver
cùm in quemcunque maris angulum oculi incidiſſent, nihi
niſi pontus & aër intuentibus circum circa appareret, ac in ipſ
aquarum ſuperficie præter ipſum nauis (vt ita loquar
cadaue

cadauer arma veſtiũm tabulæque & Luſitanica gaza natarent: omni vlterioris vitæ ſpe penitus præciſa, ante Solis occaſum ad Dei omnipotentis tribunal omnes nos ſiſtendos eſſe certo certiùs cognouimus. Vbi quòd anteactæ vitæ exacta ratio reddenda eſſet; in hoc omnes ſeriò ſe præparabant, tanta pertæſi cordis contritione, vt præter lachrymas, ſingultus, cordis præ dolore percuſſiones, nihil vſquam vel videre vel audire poſſemus. Etſi verò ad promouendam vitæ ſpem funibus arreptis fractæ nauis tabulis aliqui ſe alligabant, fluctuum Deique arbitrio ſe committentes; illi tamen reis capitali iudicio damnatis iamque ad mortem per ſupplicia properantibus ſimiliores videbantur, quàm iis qui huiuſmodi commento vitam prorogare mortiſque neceſſitatem effugere conantur. At quoniam natura vitæ cupida nihil adeò horret ac mortem, idque ob exactam actionum noſtrarũ rationem, quam iuſtiſſimo iudici Deo reddere debebit vnuſquiſque noſtrũ: multi iniquitatis loci in quem inciderant neſcii; vt vitæ conſulerent, noua conſilia nouas rationes inibant. In tanta calamitate videre erat pleroſque (nautas præſertim) quinos aut ſenos in nauis malis equitantes ac rapidis ſe maris fluctibus committentes, alii tabulis colligatis pro cratibus vſi inter fluctus terram inquirebant, de quibus quòd nihil ſecum ciborum vnde vitam interea ſuſtinerent ſumpſiſſent quid actum fuerit, nemo vnquam noſtrũ cognouit. Ex quo in mediis eos periiſſe fluctibus certa coniectura colligimus. In tribus tantùm tabularum contignationibus nonnulli ad littus appulſi euaſerunt, de quibus paulo infrà prolixiùs. Rebus ita conſtitutis nauis Ductor primarius de ſitu loci explorando maturè agebat, eo nimirum conſilio, vt tuto aliquo in loco vniuerſa multitudo conſiſteret, donec viam qua ad Sofallæ inſulæ littus pertingere poſſent inueniſſent. Qua de cauſa ſcapham cum nauis Gubernatore & aliis ſeptendecim ſociis ingreſſus, cùm irrito conatu loca omnia luſtraſſent; diu multumque an ad eos quos in ſcopulis reliquerant redeundum eſſet inter ſe diſceptârunt. Et quia non falſo iudicio exiſtimabant fore, vt omnes impetu facto in cimbam irruerent, adeò quidem vt præ pondere neceſſariò ſubmergeretur, conſultiùs ſe facturos arbitrati ſunt, ſi relictis cæteris, quibus nulla ratione opitulari poterant, recto curſu Sofallam inſulam petiiſſent. Quo autem modo nauigationem inſtituerint, mox copioſiùs ac ſigillatim explicabimus. Iam ad eos qui in ſcopulis remanſerunt cœpta reuertatur oratio, qui ad vnum omnes extremum vitæ diem claudere eo temporis momento parabant. Verùm diuino conſilio accidit, vt res aliter

multo atque opinati fueramus ſuccederet. Cùm enim vehemen-tiori fluctuum impetu confractæ nauis partes in ſcopulos conji-cerentur, biduo ibi aut triduo ſubſtiterunt. Interea temporis mutua exhortatione animati diuerſi diuerſa media excogitarunt, quibus ad proximam terram quam vno aut altero tantùm milia-ri abeſſe credebant pertingerent; ad quam cùm deuecti eſſent, de commodiore ratione diſpicerent, qua in Moſambico portu expo-nerentur. Factæ ſunt itaque crates quædam maiuſculæ duæ, qui-bus circiter quadraginta homines inſiſterent, minuſculæ ſex, qui-bus pauciores ferrentur. Sed quia præſentis inſtituti ratio poſtu-lat, vt de iis tãtùm ſeu ſcaphis, ſeu tabulatis, ſeu cratibus agamus, quæ multis exantlatis laboribus ad portum tandem deductæ fue-runt, (quas quatuor fuiſſe poſtea cõpertum eſt) de iis ordine quid ſingulis acciderit commemorabo.

Primus itaque qui ſitus explorandi cauſa cum ſcapha diſceſſe-rat dux fuit nauis primarius, decem & octo ſociis comitatus. Qui dum reliquos deſerere ac Sofallæ inſulæ littus petere, à quo 60 miliarium intercapedine aberant, ſtatuiſſent; quæ ad iter neceſ-ſaria videbantur quo potuerunt ſtudio parârunt. At verò quòd ad ſocios redeundi animo diſceſſiſſent; nihilque eorum quæ ad longiorem nauigationem opportuna erant ſumpſiſſent, qua po-tuerunt induſtria nauiculam adornârunt. Remorum altero pro malo vtebantur, enſes duo per capulos colligati antennarum loco erant; Linteamen quo ex nautis quidam cinctus erat pro ve-lo, ſtragulumque album pro dolo, pro rudentibus funiculi qui-dam piſcatorii fuere. Sed quoniam per multas rimas aqua in ſca-pham irrumpebat, funium fruſtis minutim conciſis nauiculæ commiſſuras ferruminabant, pro pice conditibus ac ſalgamis liquidioribus vſi. Inſtructa iam tandem nauicula, pro exitu feli-ci ex iſta decliuitate Deum feruentiſſimis precibus rogarunt, vo-to interim ſe quoque obſtringentes, fore vt ſi è tantis periculis a-liquando elabi contigiſſet, Ædem D. Virginis Mariæ Guadalupę in Hiſpania ſumma cum deuotione ac gratiarum actione inuiſe-rent. Preces Deo acceptas, vota Virgini matri grata fuiſſe ex eo ſtatim intellexêre, quòd breui tẽpore ſcopulos iſtos ac ſaxoſas ru-pes euaderent, ac in altum deuecti mare placidiore curſu ferren-tur. Cumque iam tranquilla ſatis nauigatione ad proximum lit-tus tenderent, hac victus ratione vſi fuerunt, vt duæ duntaxat cy-doniati (condimentum hoc eſt è malis cydoneis) buccellę in dies ſingulos pro rata parte vnicuique diſtribuerentur, ſitim autẽ per-exiguo vini aqua maris bene diluti hauſtu ſtatis diei horis prouo-

carent

arent potiùs quã extinguerent. neque enim aliud quicquã ſup-
etebat, quàm quòd Dux paululũ aquæ è floribus caloris vi ex-
reſſæ in vſum ſuũ ſibi ſeruaſſet. Litanias Diuorũ quotidie ſub ve-
ſperum magno deuotionis ardore decantabant; quibus finitis
ıblatis ad cælum vocibus diuinam opem ſupplices implora-
ant, pectúſque ſubinde tundentes ac in mutuò amplexu heren-
:s internũ dolorẽ verámq; de commiſſis erratis pœnitudinẽ cum
nendationis firmo propoſito palàm prodebãt. Dux verò piis ex-
ortationibus animos cæterorũ ad deuotionẽ excitabat. Die pro-
mè ſequente vẽto agitabantur aliquãto vehementiore, ad cuius
m aliquo pacto euitandam à meridie (à qua parte maior aquæ
opia in ſcapham influebat) adhiberi remediũ oportebat, alioqui
ericulũ erat, vt irrũpentibus aquis grauata ſubmergeretur. Verũ
ei benignitate paulo ſedatiori vſi tẽpeſtate quarto die è regio-
e Sofalæ (quantũ coniectura aſſequi poterant) terra apparuit. At
uoniã loci omnino erant imperiti, quatuor adhuc diebus circa
toralẽ orã nauigârunt, hac freti ſpe, vt tandem in amnẽ aliquẽ
lati diu optata terra tutò potirentur. In nauigatione iſta ma-
mum ipſis à balenis ſimilibúſque marinis monſtris periculum
npendit, quæ cùm vndique nauiculã peterent, excitato clamore
ſonitu Dei adiuti auxilio fugabant. Plurimum quoque ſiti ene-
bantur, adeò vt nõ defuerint aliqui qui vrina epota illam ſeda-
tentarint. Octauo tandem die cùm à meridie cælum ventos ac
npeſtatem minitari viderent, in proxima loca, quorum alteri
ilinda alteri Qualimane nomen erat, ſe recipere decreuerunt:
tequam tamen egrederentur, inualeſcente paulatim tempeſta-
, parum abfuit quin omnes ſubmergerentur. ex quo præſenti
ticulo animis conſternati ad Diuæ Virginis ſuffragia emiſſi
tea voti renouatione confugerunt: ac tandem in vicinum lit-
s aliis vmbilico aliis pectore tenus aquis ſe immergentibus exi-
runt. Cumque primùm egreſſi eſſent, duobus ad nauiculæ re-
larumque quas ſecum aduexerant cuſtodiam relictis, ſum-
o omnes ſtudio recentem aquam conquiſierunt, quam
n inueniſſent præ nimia ſiti qua cruciabantur pronos ſe in
uam proſtrauêre, ſic vt neque ſatiari neque ab eo loco auel-
oſſent; ſed inuẽta aqua, cæterarum obliti rerum contenti, mo-
n ibi longiuſculam traherent. In occurſum eorum, qui ad ſca-
e cuſtodiam in littore remanſerant, Cafer quidam (eſt genus
e hominum ex Æthiopum gente agreſte ac barbarum) prodiit,
viſis noſtris, manuum plauſu (quod apud eos humanitatis ſi-
um eſt) occurſum gratulatus piſciculos aliquot peregrinis co-

quendos obtulit : ſed cùm noſtrorum alter ignem quæſituru
cum Cafro à littore receſſiſſet,ducenti circiter alii barbari arcu
bus ac telis muniti acceſſerunt, qui ne hoſtile quicquam moli
viderentur,depoſitis arcubus manus præ lætitia concutientes læ
ta noſtros fronte exceperunt:noſtri viciſſim à fonte reuerſi in be
neuolentiæ ſignum vaſcula aliquot pomis cydoneis melle condi
tis referta obtulerunt. Tandem nihil aliud illos machinari,quan
vt omnibus rebus quas ſecum aduexerant noſtros exuerent, ma
nifeſto indicio patuit. Cùm enim quod poſtea accidit metuente
noſtri enſes triginta ſub arena condidiſſent; eos hoc aſtu inuene
runt. Centum namque ex ipſis cæteris circũſtantibus humi ſ
proſternentes,terram tam diu vnguibus effoderunt, donec quo
occultum iſtic latêre arbitrabantur inueniſſent. nec eo content
ſtragulum illud quo doli hoc eſt minoris veli loco vſi fuerant
certatim arripientes in minuta fruſta diſcerpſerunt. Ex quo cùn
ſinguli metuerent ne pari immanitate in ipſos quoque ſæuirent
lento cum ipſis gradu per littus progredi vt hoſtiles manus eua
derent fruſtra cœperunt: vltimum enim veſtibus ſpoliatum nud
in littore deſeruerunt;mox reliquos aggreſsi, ne induſiũ quidem
quo nudum corpus contegerent,ipſis reliquerũt. Prædam auten
mulieres quædam ſportis quas in eum finem attuliſſe videbar
tur abſtulerũt. Adeò quidem vt ne Dux ipſe ſeu Capitaneus(mu
to minùs cæteri) veſtes retinere vlla ratione potuerit. Cùm enin
Xechus (quo nomine ſuum ipſi ducem appellant) Ductori no
ſtro vt ſe veſtibus exueret ſigno edito imperaſſet; & ipſe imperan
ti morem gerere aliquandiu reluctaretur, impetu facto omni
ipſi eripuerunt,ne galero quidem quo ſe à Solis ardoribus defen
deret relicto. Cùm eò calamitatis miſeriæque redacti eſſent a
num fortè in loco aliquo aut flumine finitimo Luſitani negotia
rentur, ignorarent, quorum ſubſidio in tantis aduerſitatibus le
uamen aliquod ſperare poſſent: ex intimo cordis affectu ſe De
omnes Diuæque Virgini nõn vanis precibus commendarunt. Vi
enim qui explorandi loci cauſa præceſſerant, ſex miliaria confe
cerant, cùm præcipuum tractus illius maritimi amnem Qual
menem nomine inuenerunt,per quem Luſitani cum Senæ, Teu
tæ,& Monomotapæ prouinciarum incolis magna ac frequenti
mercimonia exercere conſueuerant. Ac mox ſigno dato cùm in
ueniſſe ſe quod tanto ſtudio tamdiu conquiſiuiſſent ſociis indi
caſſent; Dux nauem in flumine conſpicatus illam aſcendere vt i
alteram fluminis ripam trajiceret feſtinato greſſu conabatur. ve
rùm tum quoque præſentiſsimo mortis periculo tam ille quàn
Guber

ubernator expoſitus fuit. Bada enim quæ fera eſt in illis regio-
ibus crudeliſsima è ſiluarum opacitate elapſa vtrumque deuo-
ſſet, niſi concitatiori curſu in nauem ſe opportunè recepiſſent,
imenque tranſmiſiſſent. Iamque in altera expoſiti ripa Cafros
ecibus induxerunt, vt eorum adjuti opera ſocii quoq; flumen
ajicerent. qui alioqui quòd cœnoſa eſſent loca, quæq; acce-
ente mari ad viri altitudinem aquis operiuntur, niſi tempeſtiuè
buentū ipſis fuiſſet, ad vnum omnes in luto ſuffocati fuiſſent.
ed Deo propitio factum eſt, vt gens iſta alioqui inhumana reli-
ios in vlteriorem fluminis ripam exponere non tergiuerſare-
r. Atque ita paululum progreſsi ad portum quendam acceſ-
rūt, cui nobilis mercator Franciſcus Brociado præerat, fluminū
nnium quæ ſunt in Cuama Æthiopæ prouincia Luſitaniæ Re-
s nomine generalis præfectus ac cuſtos: qui quòd circa alium
iendam fluuium Soffalam verſus ab eo quem tranſmiſerant tri-
nta ferè leucis diſtantem occuparetur; mancipia eius cùm mi-
llos iſtos nudos ac fortunis omnibus à Cafris exutos lacera cute
proſorum inſtar tum ob Solis ardorem tum etiam ob culicum
uſcarumq; continuos morſus conſpicarentur; miſericordia
oti in lachrymas proruperunt. Ac ſtatim cibi quoddam genus
milio confectum (quam Mazàiam patria voce appellant) cum
ſciculis quibuſdam eſurientibus præbuerunt. Non procul ab
o portu Mahumetanæ fidei ſectator quidam vitam agebat ad-
odum opulentus ac Luſitanæ genti mirum in modum addi-
us, cui cùm nunciatum eſſet naufragos quoſdam eò fuiſſe ap-
lſos, eos nihil cūctatus inuiſit, ac Duci induſiū, veſtem, caligas,
lamydem, calceos, & rubrū pileum donauit, ſociis autem orizæ
enſuras aliquot largitus eſt. Ad tantas enim malo nati ſidere
omines anguſtias redacti erant, vt vicē ipſorum infideles etiam
à Chriſtianæ fidei lumine alieni homines dolerent. Quin &
uium ac Æthiopum duorum qui eas remis impellerēt copiam
is fecit, quorum alter Luabum verſus, vbi tunc temporis por-
um præfectus commorabatur, contenderet; alter Senam ſexa-
ita inde miliaribus diſſitam aduerſo licèt flumine vbi arx erat
commune quoddam Luſitanarum mercium promptuarium
uim dirigeret, quò cùm aduerſum æſtum remis veliſque ſu-
rantes perueniſſent, dictu mirum quanta humanitate fuerint
dem excepti; ac poſtea á portuum Præfecti filio Luabūm ad pa-
m perducti. ſub cuius conſpectum cùm prodiiſſent, omnia
i viſcera commoueri præ rei indignitate non minùs huma-
s quàm nobilis vir ſenſit; ac largo lachrymarū imbre humanæ
condi-

conditionis miſeriam deplorans ſingulos amiciſſimè complexu
omnium indigentiam mira liberalitate leuauit. Quinto poſt d
vir quidam à Senenſis arcis Præfecto miſſus Luabum venit, 19 t
larum corgias (vt ipſi vocant) adferens, quarum ſingulæ 20 tel
continebant. Is Præfecti nomine naufragos vt Senam ſe transfe
rent rogabat, omniaq; quæ ad commodè viuendum neceſſaria e
ſent liberaliter ac benignè offerebat, donec ad Moſambicũ po
tum commoda nauigatio pateret. Verùm quidem non expedi
id temporis Duci videbatur, ſi viri illius domum in qua tanta c
humanitate excepti fuerant temere deſeruiſſent. Sociis itaque a
pud eum relictis ſolus ipſe cum paucis aliis, quòd non ſatis firm
valetudine eſſet, Senam ſe contulit, amiſſam ſe iſtic valetudine
citiùs ac faciliùs recuperaturum ſperans. Sed omiſſa ad tempu
cœpta narratione eorum qui maximis erepti periculis cõmodi
re iam multo fortuna vtuntur, ad eos veniamus qui compacta
diuulſæ nauis tabulis crate ad littus ipſi quoque tandem appul
fuerunt, tribus circiter miliaribus à Luabo oppido ad Qualima
amnem. Vt autem in ipſorum infelici caſu Dei æterna prouiden
tia magis manifeſtetur, quædam maxima admiratione digna c
memorabo. Ac primùm de modo quo tabulatum hoc compeg
rint, pauca ſubjiciam. Aberat à confracta naue quãtum æneo to
mento miſſa pila ferri poſſet colliculus, quem in maris acceſſu v
cubiti vnius altitudine aqua ſuperare videbatur, in quo cùm mu
ta, quæ per naufragium omnino periiſſe credebamus, quaſi in c
mulum collecta ſubſiſtere aliqui ex noſtris obſeruaſſent; ſpem c
ceperunt fieri poſſe vt & ipſi ibidem conſiſterent; atque ob id qua
draginta ferè ſe eò recipere conati ſunt: quò cùm perueniſſen
vndarum impetum eo in loco tantum eſſe experti ſunt, vt in m
ris acceſſu ſuſtineri poſſe diffiderẽt, quare ad nauim reuerti cùi
vellent quidem, ſed præ fluctuum impetu non poſſent, vndaru
arbitrio ſe commiſerunt. At verò eodem temporis momento d
uina benignitas duas in iſtum monticulum nauis partes, quib
dum adhuc integra erat tegi conſueuerat, ac plurium inſuper t
bularum contignationem, quam in alio ſcopulo confecerant, flu
ctuum ventorumque miniſterio impulit. Et quia nulli eam occu
pârant, ob id nimirum quòd cùm primùm compegiſſent tã mul
in eam inſiliiſſent, vt præ nimia grauitate ac pondere diſſueretu
ac mergeretur, illi eam quaſi cœlitus oblatam arripuerunt, o
portunam ſatis eſſe rati vt ad ſcopulos quoſdam, qui arborum in
ſtar in aquæ ſuperficie eminebant, & tribus tãtùm à nobis milia
ribus diſtabant, deueherentur, terram iſtic ſe eſſe deprehenſuro
probabi

probabili conjectura ſperãtes. Hîc iterum nouum diuinæ in ſuos gratiæ argumentum neceſsitas obtulit. Spiritu namque diuino ſuggerente ex faſce quodam lutei panni, qui vnà cum nauis fragmentis affluxerat, tum telæ lineæ vlnis aliquot, quin & ex faſce vno heteromallei & altero Damaſceni ſerici vndulati, quos in cõſignatione tabularum offenderant, vela confecerunt: atque hoc modo ad nauigandum comparati recto curſu ad ſcopulum contenderunt, tam illi qui in tabulato hoc conſiſtebant, quàm alii qui nauis fruſtis inſidebant. Sed quia tabulatum nauigationi magis erat commodum, citiùs illi qui eo vehebãtur ad ſcopulos peruenerunt quàm cæteri. Cumque nauſea & tædio malè affecti, & ab acutis corallinis petris, quibus loca iſta omnia ſunt referta, læſi ac vulneribus fœdati præter ſcopulos, rupes, ac ſaxa vbi cõquieſcere ac reſpirare aliquantulùm poſſent, planè nihil offenderent, ſaxaque iſta in maris acceſſu cubiti vnius altitudine prominere obſeruarent: in ea ſe, animis ægerrimè affecti ac ſpe euadendi penitus ſublata, projecerunt. Mox iterum vitæ producendæ ſtudio e pluribus tabulis cratem vnam conficere ſtatuerunt, in quam ultimi (omnes enim nullo pacto poterant) reciperentur. Quo iterum loco in ſumma deſperatione noua euadendi ſpes diuinitus fulſit. Cùm enim ab vtraque rupis parte ligna ad cratem conficiendam ſolicitè diſquirerent, præter edulia quædam in vaſis bene obſtructis vento illuc appulſa duas chartas nauticas inuenerunt, quarum altera à bonæ ſpei ſinu in Luſitaniam, altera ab eodem ſinu in Indiam rectam nauigationem continebat. qua in re maximum momenti inferior nauis præfectus reponebat. Inuenerunt præterea linteamen vnum ac mappam maiuſculã ad inſternendam menſam, quæ poſtea ſtruendis velis peropportuna fuere. Augebat inſuper ſpem plurium lignorum, trabium, tabularumq;, cum ciſtularum diuerſorum condimentorum velut cydoniati ac electuarii, aliorumque eduliorum ac cadorum aliquot vini miraculoſa prorſus inuentio. quæ omnia quoniam diuinæ munificentiæ accepta referebant, humili omnes voce immenſas Deo gratias egerunt. Cratem denique ſatis firmam tribus malis inſtructam confecerunt, in qua artemonis ſeu veli majoris loco erat linteamen; doli vicem ad proram mappa cum panno quodam damaſceno viridi ſupplebant, pro Epidromo ſeu mediocri velo ad puppim panno quodam holoſerico & damaſceno viridis quoque coloris utebantur. Pro commeatu triginta habebant ciſtulas grandiuſculas cotoniati, condituum ſeu ſalgamorum (vt vocant) cados minores ſex; cadum item farinæ & alterum aquæ dulcis. Hac via ac

ratione

ratione aſperas rupes euadere tentabant; ſed tam multi vno velu
ti impetu ſchediam conſcendebant, vt præ nimio pondere merge
retur. Quo viſo præfectus nauis minor confeſtim exiliit, eum
que reliqui omnes ſecuti ad ſcopulos iterum triſtes & quid ager
deberent incerti ſe receperunt, ſeque ac vitam ſuam Præfect
commendârunt. Cùm itaque maturo adhibito conſilio omnes i
ſchediam nullo modo recipi poſſe (quæ ſedecim tantùm viro
rum capax erat) perſpexiſſet, quodque tantæ multitudini victu
neutiquam ſufficeret, decem acceptis cydoniati ciſtellis, condi
mentorum ſex, vini cado vno & aquæ dulcis altero, ſedecim quo
ſecum educere ſtatuerat ſelectis; cautè ſubducere ſe ac à reliqu
ſeparare meditabatur. Quocirca cuidam ex nautis præcepit
vt clàm & quaſi ex inſidiis rupto per dolum fune cratem ſolueret
ac licèt ipſe vt ad ſcopulum rediret cum clamore ac iurgiis impe
raret; vela tamen non contraheret; ſed potiùs data opera à rup
longiùs abcederet. Remex imperata facturus à ſcopulo crater
nonnihil remouens, dolo, hoc eſt velo minori, ad proram expl
cato ad nauigandum accingebatur. Quod cùm cæteri viderent
plãctu, eiulatu, clamoribus mare ac cælum omne implebant. A
quidam vitæ longioris amore per medios fluctus natando crater
ſequebantur, quos quia coràm à fluctibus abſorbendos eſſe vide
bant in cratem admiſerunt, inſtitore nauis natandi imperito cu
ingenti omnium (qui videbant) dolore miſere ſubmerſo. Ho
ipſo tempore aliud quiddam non minori commiſeratione d
gnum accidit. Cùm enim vicarii præfecti filius cratem tempe
ſtiuè conſcendere neglexiſſet, eius liberandi cauſa ad ſcopulu
redire pater tentabat: ſed cùm à ſociis prohiberetur, immenſa
lachrymarum copiam & iſtic & toto nauigationis tempore pro
fudit, adeò quidem vt mentis impos fieri videretur. Præſciuer
quidem ille filium inter cæteros qui cratem aſcenderant non a
eſſe; ſed illo apud reliquam turbam quaſi pignore quodam ac ob
ſide relicto, diſceſſus ſui metum nemini eorum incutiebat, q
eum ſine filio diſceſſurum ne ſuſpicabantur quidem. At quia nu
la alia diſcedendi ratio ab illa multitudine tũc temporis occu
rebat, tum quia filium natandi peritiſſimum nouerat, eum ſu
ſecuturum confidebat. Verùm infelix adoleſcens mœrore, ægr
tudine, ac vulneribus in ſcopulis aſperis acceptis penè confect
in rupe potiùs quàm in maris fluctibus extremum vitę diem cla
dere præoptauit. Illi autem duodecim dierum itinere nihil i
dies ſingulos ad vitæ viriumque refocillationem ac conſerua
tionem ſumebant, quàm cydoniati buccellam vnam, aut p
tur

m, aut tyrſum lactucæ ſaccharo conditũ cum vini hauſtu per-
iguo, ex quo ſiti adeò omnes cruciabantur, vt ſexto nauigatio-
s ſuſceptæ die quidam aſſidua aquæ dulcis imaginatione ſui o-
itus in mare præceps prolapſus perierit. idem quoque iuueni
idã Cinenſi ac vni ex militibus accidit. Poſt quos tres alii eodẽ
ortis genere occubuerunt: quorum primus nauta, alter tubi-
n, tertius Regis erat Oenophorus ſeu à poculis; quorum lu-
ioſo interitu plurimum alii qui in eadem afflictione erant con-
rnabantur. Sed in ſummo periculo ſumma & penè incredibi-
conſolatio de cælo miſſa præſtò fuit. nam (vt ipſi vno om-
s ore poſtea confeſſi ſunt) quinque dierum ſpatio ad cratis
oram puerorum ſuauiter canentium chorus ab omnibus audi-
s fuit, quo Chriſtianæ fidei articuli ac Diuæ Virginis laudes a-
ue continebantur, quas ita clarè concinebant, vt vocum
uitate captus quidam imum ſonum qui deeſſe videbatur
lgus muſicorum baſſum vocat) occinere tentaret: nec
te duodecimum diem gratus hic è nauigantium auribus
ncentus euanuit, ac tum quidem cùm, quo famem ac ſitim ſe-
rent, nihil planè ſupereſſet, aquam marinam cum relictis vini
ibus miſcuerunt; admodum ſoliciti ne & ipſa deficeret priuſ-
am ad terram delati eſſent, quam ſubſequenti die ſub Solis or-
n cum ingenti omniũ exultatione Deus vitam ægre trahẽtibus
endit, eam tamen licèt toto die oculis obiectam cernerent,
e Solis occaſum attingere non potuerũt. Tum autẽ quamuis
ox ingrueret, & quibus in oris verſarentur neſcirent, præ ni-
o tamen ſoli dulciſque aquæ deſiderio intempeſta nocte nihil
iti extenſis velis ad littus delati fuerũt, quod ita tutũ inuene-
t, vt nullo vetante egrederentur. Primus è crate vicarius præ-
us exiliit, qui, quòd pedibus plus quàm cæteri valeret, nõ pro-
à littore progreſſus aquã ſcrobe ad cubiti vnius atque alterius
funditatem effoſſa miraculoſa potiùs quàm naturali ratione
enit. ob id ſcilicet quòd locus iſte accedente mari ſemper
udaretur. Ad inuentum fontem concitato greſſu reliqui ac-
rerunt, circa quem, cùm iam bibendo ſatiati eſſent, madi-
fatigati, viribuſque fracti obdormierunt: Poſtero die poſt
is ortum ſeptem ipſis Cafri occurrerunt, ad quorum præſen-
n exhilarati pileum ſingulis dono dederunt, pomis aliquot in
ti animi ſignum ab ipſis viciſsim acceptis, quæ famelicis
minibus jucundiſsimi ſaporis eſſe videbantur. Sed quoniam
ia quam inuenerant nimis turbida fuerat, ac puluere coin-
nata, cum quodam ex Cafris pacti fuerunt, ſi meliorem
ac pu-

ac puriorem oſtendiſſet, linteamen quo pro velo vſi fuerāt ſe ipſ
daturos, ac obſidem aliquem è ſuis quem ipſi voluiſſent relictu-
ros. Profectus itaque cum Cafro vicarius præfectus vix duo mi-
liaria proceſſerat, cùm inuenta aqua tanta auiditate biberet, vt
barbarus miraretur vehementer: ipſe enim ad puteum proſtratus
pedibus malè affectis ægre conſurgere potuit. Tandem cùm ſitim
pro libito ſedaſſet, cados minores aliquot impleri juſſit, quos
Cafer ac mulieres quædam vnà cum hydriis ad ſocios lento gra-
du ob pedum ægritudinem ſubſequentes detulerunt. Verùm cum
multo fœnore hæc humanitatis beneuolentiæq; officia ſibi pen-
ſanda eſſe, ipſo euentu Cafri ſignificarunt. Duo namque in Præ-
fectum impetu facto irruentes ipſum exutis per vim veſtibus de-
nudarunt; cui tamen commiſeratione quadam ſtimulati damaſ-
ceni panni vlnas aliquot ad tegendam corporis nuditatem por-
rexerunt, ac ad ipſorum tuguria ficta beneuolentiæ ſpecie inui-
tarunt; quod cùm facere pertinaciter recuſaret, ad ſocios quos ab
iiſdem Cafris omnibus rebus ſpoliatos obuios habuit perrexit.
Cumque iam omnes conueniſſent, mutua conſolatione nonnihil
recreati, vnum qui ætate cæteros & humanitate præcedebat ſe-
cuti ſunt, qui domi ſuæ miſeros excepit, ac faſeolos ſemicoctos
(neque enim vt percoquerentur præ famis impatientia patieban-
tur) eſurientibus appoſuit. Addidit & pyra quędam ſilueſtria, pyri
noſtratibus hybernis magnitudine non abſimilia, ſed adeò dura
vt cū dentibus comminuerēt, ea deglutire nō poſſent, niſi tribu
aut quatuor ſumptis aquæ hauſtibus, quam vicarius præfectus &
alius quidam in vrnis lapideis ſecum attulerant. Subinde pe
ſiluas vagabantur cucurbitarum folia ad pedum exulceratorum
medelam diſquirentes. Quin & ſtipem oſtiatim emendicabant
vt quo veſpertinis ſaltem horis refici aliquo modo poſſent non
omnino deeſſet. ſed fruſtra, erat enim gens iſta tam agreſti
ac fera, vt miſerorum hominum aduerſitate nihil planè com
moueretur. Quamobrem ad ridiculos geſtus conuerſi hiſtrio
nicis facetiis ad liberalitatem barbaros prouocabant, vt hac ſal
tem ratione in extrema neceſſitate ſolatium aliquod inueni
rent. Et ſiue diuino impulſu factum fuerit, ſiue quòd ineptii
huiuſmodi leuiſſimi homines caperentur, vix nouo hoc ad mouē
da duræ gentis corda commento vti cœperant, cùm plerique ple
nis manibus faſeolos ac herbas quaſdam ipſis porrigerent. In
hac porrò afflictione ſeptem dies continuos vitam ægre produ
xerunt; quibus exactis Cafrum iſtum cuius domo excipieban
tur ſpiritus Dei occulto ſtimulo adegit, vt de vicario præfecto

d nobilem Luſitanum Franciſcum Brociadum (cuius paulo
atè mentio incidit) mittendo pro miſerorum redemptione
ogitaret. Quæ duriſſimæ ſeruitutis finiendæ occaſio Præfecto
iferiori neutiquam negligenda videbatur, ac ob id primo
uoque tempore diſcedere, ac de redimendis ſociis ſeriò tra-
are ſtatuebat. Sed cùm ſocios metu perculſos cerneret, ne cùm
bi bene eſſet ipſorum obliuiſceretur, atque ita ſub tam duro
ruituris iugo vitam finire cogerentur: iureiurando coram om-
ibus religioſè promiſit ſe fideliter communem omnium cauſam
oud Luſitanum nobilem prout rei neceſſitas poſtulabat actu-
im, quod niſi fieret nullam captiuitatis euadendæ ſpem afful-
ere aſſerebat; quibus rationibus adacti miſeri homines inter
em metumque dubij vicarium præfectum dimiſerunt. Ille au-
m ea fidelitate rem geſſit, pioſque conatus eius mitiſſimus
eus vſque adeò promouit, vt ſecundo à diſceſſu eius die ſub
oćtis initium cùm ſomnum caperet, ſeruus prædicti Luſitani
ſum adiens ac vltro compellans ſciſcitaretur, num fortè nau-
agi aliqui Luſitani in littus iſtud eiecti eſſent, hoc interim ad-
ns, Dominum ſuum, qui & ipſe Luſitanus erat, magno ipſos vi-
ndi deſiderio flagrare: & vt omnis fraudis ſuſpicionem ani-
o eius eximeret, litteras Domini iuſſu ſcriptas primoque in
iem incidiſſet offerendas ipſi tradidit, quo tam opportuno ac
ſperato accepto nuncio lachrymas præ gaudio continere
n potuit, quas multo vberiores profudit, cùm lectis litteris
tellexiſſet Luſitanum nobilem iubere vt à fluminis accolis na-
gia peterent, atque ad ipſum ilico ſe tanquam ad ſalutis
rtum ferrent: confidere ſe accolas quicquid nomine ſuo im-
raſſent è veſtigio facturos. Erat autem viri illius per vniuer-
n iſtam littoralem oram authoritas maxima, tam dignita-
ac officii intuitu, quo iſtic regio iuſſu perfungebatur, quàm
òd triginta penè annis ibidem fuerat commoratus. Cafri lin-
m procera arbore cauatum nouem naufragis totidemque Ca-
s admiſſis, vt de cęterorum redemptione ageretur, aſcēderunt:
uigabant verò per amnem quendam, cuius ripam arboribus e-
egiè conſitam ac riuulis torrentibuſque plenam tum feris plu-
is abundantem cernebant, à quibus nocte quadam, cùm in
a pernoctarent, plurimum ipſis periculi imminebat. Fruſtum
goris bubalini ad ignem toſti, quod ſecum Cafri apportarant,
holuſcula quædam herbacea veſpertinæ deliciæ: in cœna fuere.
quenti die in cœpto itinere perrexerunt, in veſperum vſque ie-
i dum in ripam exponerentur iuxta ſaltum quendam opacum,

(in quo lintrem barbari abſcondebant ) vno tantùm milliari
Luſitani nobilis ædibus diſtantem. Quanquam autem incredi
bili deſiderio, quò tendebat, tandem pertingere laborabat ; ta
men partim ob exhauſtas diuturna inedia vires , partim ob tr
mentium pedum ægritudinem animo penè deficiens in terra
prouolutus Vicarius nauis præfectus , per ſeruum portuum præ
fecto nunciari iuſſit, ſe viribus fractum vlteriùs non poſſe proc
pere ; ac ob id obnixè rogare vt de commodiore aliqua itiner
perficiendi ratione cogitare dignaretur. Seruus imperata no
cunctanter facturus itineri ſe accingebat , cocta tamen oriza tr
buſque ante diſceſſum gallinis præparatis , quibus interea veſc
retur. Sed , vt homo erat famelicus , vna refectione quicqui
à famulo relictum erat abſumebat. Cumque cibo paulo delica
tiore vires nonnihil refocillaſſet , viam iterum ingreſſus eò , li
cet ægro corpore, peruenire, quò iamdudum animo & imagina
tione pertigerat, geſtiebat: vixque mediam itineris partem co
fecerat , cùm quatuor à Præfecto miſſi emptitii ſerui ipſum por
taturi in occurſum prodirent vno ex nautis remigibus comitat
qui (vti paulo antè retulimus ) cum ſcapha euaſerant , ac bidu
antè eòdem appulſi fuerant. Rapiebatur in admirationem vica
rius præfectus tam inexſpectato ſpectaculo , multoque mag
cùm nauigationis ſucceſſum à principio illo narrante audiuiſſe
Tandem ad celebris viri huius ędes ſeruorum miniſterio delatu
nobilis ac verè Chriſtianus hoſpes obuiis vlnis largo lachryma
rum imbre madefactus excepit; ac de omnibus ad commodiore
vitam neceſſariis liberaliſſimè proſpexit. Ipſe verò vicepræfectu
cùm ſe & maris periculis & barbarorum manibus Dei miſerico
dia, cui ob id gratias immortales animo agebat, ereptum cern
ret, erumpentibus lachrymis amariſſimè flebat : ſibique , quò
in Chriſtiano ſolo tam liberalem tamque humanum hoſpite
nactus eſſet , plurimum gratulabatur. Non tamen ſolidu
hoc illi gaudium videbatur, quamdiu dura barbarorum hom
num ſeruitute ſocii fame , ſiti , inedia penè conſumpti preme
rentur. Quare cùm animum ac vires nonnihil collegiſſet, ne
ceſſitatem ipſorum nobili viro ac hoſpiti ſigillatim expoſuit , q
nulla interpoſita mora ſeruis Senam miſſis ; aliquot telarum li
nearum ſarcinas in captiuorum redemptionem comparari iuſſi
ac ne propter interpoſitam moram miſeri grauiùs affligerentu
alios ſeruos nauem conſcendere ac edulia ad famelicos deferr
imperauit , magnifico inſuper munere ad Cafri qui eos excepe
rat vxorem miſſo , quo magis muliebris animus erga paupercu

lo

ꝓs naufragos afficeretur. Et quoniam qui Senam miſſi fuerant pinione diutius abfuerant, alia iterum captiuis alimenta tranſ- iſit, atque hoc ipſo futuræ redemptionis ſpem afflictis adauxit: ec fruſtra quidem. Biduo namque elapſo, ſeruis cum telis Sena uerſis ſarciniſque duabus ad Gafrum miſsis, dura omnes ſerui- ite liberatos vna cum reliquis domi ſuæ honorificè excepit. lec multo pòſt ab oppido Qualimane nauis Dominus & alii fe- omnes, qui cum ſcapha elapſi fuerant, Ductore maiore (qui nitatis recuperandæ ſpe Senam paulo antè profectus fuerat) cepto, aduenerunt. Quanto verò gaudio mutuo conſpectu ſt tam horrendum naufragium, poſt tanta maris pericula, ſt tam duram ſub barbaris ſeruitutem, perfuſi fuerint; e- idem oratione exprimere non valeo. Hoc ſcio, quòd à libera- Dei manu tantam conſolationem ſe accepiſſe faterentur, ac ob ex intimo cordis affectu gratias eidem quam humillimè per- luerent. Decimo-tertio Calend. Nouembr. nunciatum ipſis it nauigium, quod vnà cum naue maiore periiſſe credebant, ad rangæ littus cum ſeptem & quinquaginta naufragis acceſsiſ- , quos etiam breui interpoſito tempore obuiis amplexibus ex- perunt; verùm ita ægre affectos, ita deformes, ita debiles pro- er grauem ſub barbara gente ſeruitutem, quam duobus ac am- iùs menſibus fuerant perpeſsi, vt cadauera hominum magis àm homines eſſe viderentur. At verò cùm miraculoſo pror- s modo hi quoque ex mortis faucibus erepti fuerint, operæpre- m facturus mihi videor, ſi de eo pleniùs ac copioſiùs hoc loco ero.

Die naufragii noctem ſubſecuto multi cùm primùm illuxiſ- fractæ nauis tabulis trabibuſque inſidentes terram inter flu- s quæſituri diſceſſerant. Qui verò hac ratione vitæ conſulere t non auderent, aut certè non poſſent, illi vltimum ſpiritum n tum exhalaturi, animam magno contriti cordis dolore o commendabant. Qui, quòd in tribulatione exiſtentium eces ſurda præterire aure non ſolet, ad compingendas ger- s quaſdam ſeu crates eos excitauit, ad quod mutua ſe exhor- ione ſtimulabant, pro certo credentes ſe poſt duorum triúm- miliarium nauigationem terram ac recentem aquam inuen- os, idque ex arbuſculis, quas in illo rupis dorſo eminus nſpicari videbantur, colligebant: ad quas cùm deuecti eſ- it, de nauigio quodam maiore, quo ad Moſambicum portum tum tantùm miliaribus diſsitum appellerentur, maiori cum mmoditate ac minori periculo conſilium caperent. Huic

operi officiorum nauticorum exactor cum aliis quibuſdam ſu
tum neceſſariis tum amicis manum adhibebat. Sed iam tum f
me laborare incipiebamus, nam cydoniati ciſtulæ, quas qui prid
à nobis diſceſſerant reliquerant, iam iam moriturorum ſolat
nobis potiùs videbantur, quàm vitæ præſidia. Huic tamen ma
hac ratione occurrerunt, excitato enim igne in conuulſæ nau
fragmentis gallinas aliquot torrere parabant, quibus cum maic
ri orexi calamitoſi homines veſcerentur. Equidem cùm in tar
tis anguſtiis gallinis ad ignem toſtis nos paſci viderem, certa
ſpem concepi Deum inexpectatæ miſericordiæ ſignum nobis
liquod velle oſtendere; cuius rei euidentiſſimum erat argumer
tum, quòd cùm nauis maior ad dextram proræ partem diuulſa
tegumentum vndique confractum eſſet, in quo nauigium min
conſiſtebat, ipſum nauigium, etſi ex graui illiſione etiam ruptu
& tertia parte mutilatum, tamen impetu magno in ſcopulos
iectum, nemine noſtrûm tale quid expectante, ad manus noſtr
diuina prouidentia procurante peruenit. Quod licèt pleriq
nullis vſibus aptum eſſe iudicarent, Odoardus tamen Melo pa
tricii ſanguinis vir in India natus, vbi & vxorem duxerat, melic
ris inde ſpei occaſionem arripuit: efficaciſſimiſque rationibus t
Nauarcho tùm aliis quibuſdam perſuaſit, vt ad inſtaurandum na
uigium & animum admouerent & manus. Quod cùm magn
moleſtia aggreſſi eſſent, (nam accedente mari aliqui media co
poris parte nonnulli pectore tenus aquis immerſi ſtabant) b
dui ſpatio cœptum opus abſoluerunt, aliis qui in nâui maic
ri remanſerant, omnia quibus ad compactionem nauigii opu
erat, ſubminiſtrantibus. Vt autem influentem per commiſſu
ras aquam excluderent: ſex circumcirca funium ligaturis na
uigium arctiſſimè ſtrinxerunt; & quoniam puppis penitus era
ex illiſione conuulſa; capſarum quarundam tabulis ac cadorun
malè compactorum fundis vtebantur, quorum iuncturas indu
ſiorum fruſtis ſtipabant, ac deinde caſeo contuſo pro græca pic
obducebant, quo nihil obſtante tanta aquarum copia continu
influebat, vt duo homines in exhaurienda aqua noctes atque die
occupati vix ſufficerent. Atque hoc tandem modo inſtructo na
uigio, in quo extenſus pannus pro velis, funiculi piſcatorii pro ru
dentibus adhibebantur, cùm & ego cum noſtris in nauis maiori
fragmentis conſiſterem, ſigno dato nos ad ſe Nauarchus euoca
uit, diſcedere ſe velle inſinuans quocunque Deus nauigium eſſe
directurus. Nos verò quanquam ad cæterorum conſolationen
vt aliqui ex noſtris cum ipſis remanerent non detrectaremus

tamen

men quòd in iſtis ſcopulis diu eos vitam producere non poſſe
onſtaret; ſed ( præſertim in maris acceſſu copioſiore) omni-
is eſſe in fluctibus pereundum ; cùm iam per confeſſionem pec-
torum ſordibus animos expiaſſent, operam noſtram in infi-
lium ad euangelicam lucem conuerſione vtilem aliquando
re rati , quod omnes hortabantur, facere ſtatuimus ; ab iis
ique licèt non eodem omnes nauigio vecti diſceſſimus. Nam
m alii quidam firma ſatis excepti crate ſummis à me preci-
is contenderent, vt Patrem Zapatam & P.Ioannem Gonzales
m iis proficiſci paterer , cùm ob ſpiritualem conſolationem,
m ad Sacramentorum, ſi quando vſus poſtulaſſet , admini-
ationem: tantum abeſt vt iuſtis eorum precibus non annue-
n, vt me etiam cum fratre Emanuele Dias cum alia quā-
m ſchedia proficiſci promptum ac paratum obtulerim, P.
tro Aluares & fratre Emanuele Herrera in nauigio relictis.
rùm Ductor, quem ſuffragiis communibus elegerant Odoar-
s ſcilicet Melo, cuius modò meminimus, id neutiquam per-
ſit: atque ita quatuor noſtræ Societatis tum Patres tum fra-
s nauigio excepti fuere. Soluimus itaque, ſed cum ingenti a-
ni mœrore, quòd tam multos, quos ne grauata nauicula mer-
retur ductor excipere recuſabat, oculis ( prô dolor) coràm
mergi intueremur. Sex item alii, qui prægrandi mali fra-
ento inſederant, cùm impulſu fluctuum lignum vertere-
, & ipſi delapſi maris vorticibus fuere abſorpti. Circa me-
iem autem cùm ſoluiſſemus , reliqua diei parte à ſcopulis i-
qui ad multa miliaria in mari porrecti iacent non abceſſi-
s, ſpe non omnino infirma ſubnixi nos antequam tria mi-
ria confeciſſemus terram inuenturos. Sed longè ſecus ac ſpe-
erāmus accidit, nam præter nuda ſaxa inuenimus planè ni-
, vnde eorum errorem manifeſto argumento ac ipſa experien-
magiſtra comperi , qui in decliuibus iſtis Iudéæ ſcopulo-
n dorſis arbores naſci veriſimili opinione exiſtimant. Nam
era nihil iſtic aliud oculis ipſi aſpeximus, quàm longam acu-
imorum ſcopulorum arborum more ex aquæ ſummitate emi-
tium ſeriem. Quod verò terræ ſimilitudinem iſtic habere vi-
ur, ſaxa ſunt corallina alba, quibus totus iſte tractus ſcatet.
ruente nocte, quòd qua in parte alueus eſſet per quem ex ſa-
a iſta conualle elaberemur neſciremus, ibidem pernoctan-
n eſſe duximus. Conuenerant autem ad eundem locum plu-
i gerris, cratibus, ſchediis, aliiſque tabularum contigna-
ibus eò deuecti , qui viſo nauigio illud Ionæ Prophetæ

balenam eſſe rati, qua in littus exponendi eſſent, accurrerunt ſed ex omnibus vnus tantùm (plures enim nauigium non capiebat) qui reluctantibus nobis quaſi per vim inſuperat fuit admiſſus, cæteris non ſine magno & noſtro & illorum dolore excluſis. Poſtridie priuſquam inde diſcederemus, nouum ſpectaculum nullo præcedentium minùs miſerandum occurrit. Cùm enim Nauarchus ac cæteri nauis miniſtri nauiculæ malè cōpactæ anguſtiam, ac nauigationis ſuſceptæ longitudinem, tum vectorum qui ſexagenarium numerum excedebant multitudinem mente ac cogitatione maturè perpendiſſent: nauigium tanto oneri impar eſſe palàm teſtificati ſunt, quocirca cùm exonerandum omnino eſſe Ductori quoque perſuaſiſſent, ipſius arbitrio, quoſcunque voluiſſet vel demittere vel retinere, reliquerunt. Atque ita duodecim cum ingenti animi dolore ac lachrymarum profuſione exire compulſi ad ſcopulos, vbi eduliorum adhuc aliquid reliquum erat, quo donec inſperatam euadendi occaſionem miſericors Deus obtuliſſet ſuſtineri poſſent; ſe denuo receperunt. Nos verò ſpe miſeris iniecta vt cùm primùm ad littus appulſi eſſemus de eorum liberatione ſeriò cogitaremus; cum maris acceſſu nauigare occœpimus, magno interim metu perculſi; quòd in alueum per quem ſcopulorum difficultates euaderemus non incideremus. At Deus, à cuius ſolius ope ac miſericordia omni humana induſtria ceſſante iſta pendebat nauigatio, curſum noſtrum feliciſſimè direxit. Diſcedebant nobiſcum crates quatuor, maiores duæ ac totidem minores, quæ veſpertinis horis aliquot cùm diſcederemus ac nocte ſubſecuta in noſtro fuere conſpectu, ſed poſtridie vnam tantùm è quatuor, quæ & ipſa ſeruata fuit, eminus quantum oculorum acies ferebatur aſpeximus; reliquas vndarum fluxus Soſalam verſus impulerat. Nos nautici gnomonis & chartarum geographicarum indicium ſecuti ad portum Moſambicum clauum conuertimus; octo dierum continuato ſpatio ventis tam ſedatis marique tam tranquillo vſi, vt nihil nobis moleſtiam vllam faceſſeret; quod certè ſingulari Dei beneficio accidiſſe libenter fatemur, nam ſi paulo impetuoſior ventus fuiſſet exortus, abſque dubio nauem in præceps nullo negotio pertraxiſſet; erat enim puppis ita malè compacta, vt ne ad mediocris fluctus concuſſionem reſiſtere potuiſſet. Iam verò, cùm vaſti maris pericula euaſiſſemus, ac in anguſtiori nauigaremus, tā horrēdo impetū in ſubiectum aliquod ſeu ſaxū ſeu palū nauigiū impegit, vt fe-
ri vi-

ſi vlterius nō poſſet, ac eodem momento ventus obortus tam validoſpiritu nauiculam agitauit, vt ſi paulo citiùs eam inuaſiſſet, omnibus nobis fuiſſet neceſſariò pereundum. Nos itaque improuiſo periculo perculſi aliquot holoſerici panni faſces ingruẽtibus vndis oppoſuimus, quin & tres viri in exhaurienda aqua continuò impediti ægre quantum influebat exhaurire potuerunt. Victu autem tam parco tota iſta nauigatione vſi fuimus, vt circa meridiem nautici panis fruſtum ac vini bene diluti hauſtus modicus vix ſingulis diſtribueretur, nihiloque liberalius in cœna quàm in prandio fuimus excepti. Quanquam (vt verè dicam) de nulla re minùs quàm de cibo & potu ſoliciti eramus. Litaniæ quotidie clara voce recitabantur, tum & aliis pietatis exercitiis Deum per Sanctorum ſuffragia & maximè per Diuæ Virginis interceſsionem inuocabamus, cui & pecuniæ numeratæ partem, quam nonnulli ex naufragio ſeruauerant, emiſſo voto promiſimus, diuina prouidentia factum rati, quòd ad inexplebilem quorundam cupiditatem redarguendam pecunia iſta in tanto periculo ſeruata fuiſſet. Erat enim hoc argumentum & quidem euidentiſsimum, homines terrenos terrenarum rerum cupiditati adeò eſſe addictos, vt inſatiabilis illa auri ſitis in ipſis nec in vita nec in morte extinguatur. Contrà verò hoc iterum in admirationem paulo attentiùs conſiderantem rapuit, in tanta hominum multitudine cùm iam primùm nauis propter grauem illiſionem diſſuta eſſet, & pauimentum puppis multis aureorum millitibus ſtratum, ſic vt pedibus conculcarentur, neminem tamen fuiſſe, (quantum ego obſeruare potui) qui vel caput modicè inclinauerit, vt inde vel modicum aſſumeret. Sed vt vnde defleximus eò reuertamur; cùm pleroſque ex vectoribus nobiliores præſertim præ ſitis impatientia morbo corripi cerneremus, cumque maris impetus ad Sofalam nauim impelleret, ſic vt ſpes ad Moſambicum portum pertingendi omnibus eriperetur; mutato conſilio ad eam quæ primùm apparuiſſet littoris oram contendere ſtatuimus. Sed pridie quàm ea conſpectui noſtro offerretur, à vento quodam ab Oriente ſpirante nonnihil incommodi paſsi fuimus. Tum autem quòd nox inſtaret, & in quibus orbis oris verſaremur planè neſcimus; placuit nocte iſta non egredi, ſed vbi aquæ ſuperficiem ab imo fundo nouem tantùm cubitorum altitudine abeſſe deprehenderemus, conſiſtere, ejecta pro rudente linea tela, ac pro anchora 1300 regalibus Hiſpanicis, cum ferri fruſtis aliquot, quorum pondere preſſum nauigium ſubſiſteret. Poſtero die

 terram

terram eminus aſpeximus, ad quam tam diu nauigando conten-
dimus, donec tandem pene contingeremus. Verùm cùm impru-
dentiùs circa egreſſus tempus nauigaremus parum abfuit, quin
omnes fuerimus ſubmerſi. Cùm enim a tempeſtate in loco litto-
ri adeò vicino nihil periculi metueremus, (vti nec decedente præ-
ſertim mari metuendum eſt) ac ob id non vſque adeò egredi pro-
peraremus; factum eſt ſubitò vt accedente mari vétus vſque adeò
inſurgeret, vt magno omnes metu percelleret. At verò tanta om-
nes egrediundi cupiditas cœperat, vt ventorum impetum nihil
remorati nautæ expanſis velis nauem vento vndiſque agitatam
ad littus impellerent: cumque fundum contingerent, omnes in
aquam pectore tenus inſiluerunt, ſic vt laſſi, nauſcabundi, debi-
les, fameque ac ſiti penè extincti, Deo iuuante, in littus omni
abſumpto commeatu exponeremur. Ac ſtatim in editiſſimo lit-
toris loco erecta cruce circum circa in genua prouoluti Deo Opt.
Max. cuius auſpiciis eò perducti eramus, gratias humiliter egi-
mus. Deinde quòd præ nimia ſiti fauces nobis præcludi videren-
tur, Caſtrū aliquē nobis obuium fieri obtabamus, qui ad fontem
ſitibundos perduceret. Sed quia numero maiori egreſſi eramus, ſi
qui fortè nos eminus conſpexiſſent, metu conſternati ſe à noſtro
conſpectu confeſtim ſubducebant, donec collecta manu ſimul
accurrerent, & plurimum nobis moleſtiæ faceſſerent. Eſt genus
hoc hominum agreſte, quòd concitatiore curſu per denſiſſimas
ſyluas quàm nos per planas vias diſcurrit. ex quo cùm viſis no-
bis de aduentu noſtro dicto citiùs per latebras in quibus degunt
diſcurrentes ſe mutuò monuiſſent: ducenti vno quaſi impetu ſpi-
culis, arcubus, ac telis egregiè muniti accurrerunt. Nos licèt
quinquaginta & ſeptem numero eſſemus, quorum aliqui gladios
habebant, aliqui planè inermes erāt, tamen quòd ſclopeta nulla
nobiſcum tuliſſemus, Ductoris ſuaſu ac etiam iuſſu temere cum
illis congredi noluimus. ſaniſſimo (vt ego arbitror) conſilio:
nam alioqui qui maris pericula euaſeramus, hîc barbarorum
hominum telis ad vnum omnes fuiſſemus crudeliter trucidati:
quare patientiæ armis muniti ipſorum arbitrio nos noſtraque
commiſimus, qui primùm ea quæ in littore expanderamus, pan-
num ſcilicet quo velorum loco vſi fueramus, & holoſerici pan-
ni faſces tres, quibus vndarum impetum repuleramus, diripue-
runt; ac mox in nos conuerſi veſtibus omnes penè ſpoliarunt
& niſi noctis ingruentis beneficio elapſi fuiſſemus, nihil cui-
quam reliquum manſiſſet. Non defuere ex noſtris qui illatam
vim repellere tentarent, ſed temerario auſu, arreptis enim ſpi-
culis

ulis tres ex noſtris periculoſè læſi receſſerunt. Cumque rapiendi upiditas creſceret magis ac magis, vix primi receſſerant cùm aii maiori impetu inſurgerent, ac ſine diſcrimine quoſdam non ninimæ authoritatis viros veſtibus nudarent: inter quos P. Zapata (qui iam tum ſe nobis coniunxerat) & P. Petrus Aluares uere, cui ego veſtem meam diſrumpens partem vnam qua oſſa carnem enim quæ præ egeſtate pene abſumpta erat vix audeo icere) contegeret porrexi, quod ipſum & alii nonnulli fecerunt. Cumque hoc modo nos barbari homines excepiſſent, nuditatem oſtram obſcuræ noctis caligine Deus contexit, ac licèt fugienium more agreſtium manus euadere conati per littus diſcurrerenus; euitare tamen nullo pacto potuimus, quin duos melioris otæ nobiles captiuos abducerent, eos paulo pòſt pretio accepto vendituri. Bonam noctis partem eundo traduximus ea littoris parte, quæ Moſambicum reſpicit, idque eo conſilio, vt num ortè iuxta amnem aliquem Luſitani mercatores agerent, diligēer diſpiceremus: nec priùs deſtitimus, donec præ laſſitudine in vluam littori vicinam nos abdere cogeremur. quò cùm ventum ſſet, & quieti ſe componere aliqui vellent, ac quo tegerentur ihil omnino haberent: nonnulli ſe arborum foliis contexeınt, alii effoſſis vnguibus foueis in iis ſe viui quodammodo ſeelierunt. verùm in lectulis tam mollibus miſeri homines ſomum capere non potuerunt, ſed vt primùm dulci declinaſſent umina ſomno, iterum excitati in viam ſe firmioribus debiliores xpectantibus dedére. Cùmque hoc modo longiuſculè progreſſi ſſemus, ſiti cogente ac aquæ inueniendæ ſpe, ſub vmbras duaus ante meridiem horis conceſſimus. At quoniam per totum tum tractum Cafri habitant, iterum impetu facto ſpiculis ac lis ad ſuas caſulas nos coëgerunt, ac ad quindecim dies adhibi custodia continuerunt, adeò quidem vt ne aquam recentem npunè inquirere liceret. Debebantur certè peccatis noſtris hæc ipédia, vt deficiente aqua fontana, quam tanto ſtudio fruſtra ſęè deſiderabamus, tribulationis aqua magna copia ſupereſſet. tamē Deo vires confirmante in tam dura ſeruitute, in qua tan- incommoda perpeſſi fuimus, & ſaniores eramus ac robuſtios quàm quis mortalium crederet. Ac tum reipſa comperimus fficultatibus ac incommodis citiùs aliquem vinci, cùm ea ob oılos continua imaginatione verſantur, quàm cùm iis contemis fortiter reluctatur. Atque vt ſemel dicam eò redacti Deo rmittente fuimus, vt illud D. Pauli optimè in nos quadraret. *frigore & nuditate, in ſame & ſiti, in laboribus plurimis*. Ter

cum à Cafris intercepti ac ſpoliati fuimus, humique nudis decu
bendum, nihil quo nuditatem corporum tegeremus, quam vi
ſtragulum & ſtraminis nonnihil habentibus. Erat præter
(quod fabulam quis eſſe crederet, ſub torrida zona præſertim, n
ſi experientia verum eſſe docuiſſet) nocturnum frigus ita vren
vt niſi luculentum de nocte focum excitaſſemus, vim frigo
ris perferre neutiquam potuiſſemus. Pro cibo paululum milii
qua ſubacti nulloque ſale conditi tam parcè nobis ſuppeditab
tur, vt ex furfuribus panem noſtro more ſub cinere piſere te
taremus, ex quo cui fruſtum aliquod obtigiſſet, is gaudio g
ſtiens Deo tanquam pro ſummis deliciis gratias agebat. De ca
ne & piſce mentio nulla, nam & Cafri iis rariſſimè veſcuntur. A
cedebat ad ſummam miſeriam hoc etiam, quòd interdiu æſt
Solis tantus eſſet, vt eo ita quorundam brachia & pedes adur
rentur, vt lepra infecta viderentur. His tamen difficultatibus n
hil obſtantibus animos noſtros ſpirituali ac interna conſolatio
mitiſſimus Deus adeo recreabat, vt vel hæc ſola ſanitatis co
porum cauſa videri potuerit. Accidit autem, cùm in tanta affl
ctione conſtituti eſſemus, nec vllius cuiuſquam nuncii copia d
retur, quem vel Moſambicum vel Quahmenem redemptionis n
ſtræ procurandæ cauſa ablegare potuiſſemus, vt Mahometana
ſectam amplexus quidam Xechi cuiuſdam filius ad Loranga
amnem, octo iſtinc miliaribus diſtantem habitans, noſtri redim
di cauſa illuc veniret. Sed quòd Mauri in promittendo tenaci
res eſſe ſolent, cû iam ſecundò & tertiò de redemptione noſtra
giſſet, neque tamen cum Cafris paciſci potuiſſet, re infecta
biit, omni memoria noſtri ex animo depoſita. Ex quo cum vid
remus vires noſtras paulatim abſumi, ac ſpem vitæ in totum ad
mi, ſi diutius in tam dura ſeruitute fuiſſet perſeuerandum, tu
fame etiam impellente miſeros conſtringi; duos ad Mahomet
num deſtinandos eſſe duximus, hortantes ipſum vt quodcunqu
Crafri pretium exegiſſent, idipſum nihil cunctatus perſoluere
cumulatè nos id ipſi ac cum fœnore multo aliquando redditu
ros. Verum ne hoc quidem modo hominem ad hoc, quod vol
bamus inducere potuimus. Quocirca duobus religioſis in pe
ſuadendo acribus ac vehementibus id negotii dedimus, fratri ſc
licet Adriano, qui Diui Dominici vitæ inſtitutum ſequebatur, a
fratri noſtræ Societatis Emanueli Herreræ, qui Deo conatus ſ
cundante negocium iſtud tandem confecerunt. Quo tempo
nonnulli duriſſimæ ſeruitutis pertæſi Cafrorum imperium nih
veriti ad Xechum ſe receperunt, quos nocte quadam ſedecim al

ſecut.

ſecuti diuturnâ ſe per fugam ſeruitute liberârunt. At non ſine noſtro magno malo: cum enim poſtridie captiuorum numerum in tantum imminutum cernerent, ne aliorum exemplum alii ſequerentur, illorum errata à nobis exegerunt: ac ſtatim triginta & amplius ex noſtris in anguſto ergaſtulo incluſerunt, quod tantam multitudinem, ne ſi erecti in pedes ſtetiſſent omnes, capere non poterat: vbi etſi maxima fame cruciabamur, tamen præ aliorum incommodorum magnitudine nulla re minus tum temporis torquebamur. Nam præterquam quòd ita compreſſè ſtare nobis eſſet moleſtiſſimum, caloris ardor tantus erat, vt accenſæ fornaci non immeritò aſſimiliari poſſit: nec falsò dixiſſet quis locum iſtum fuiſſe purgatorii verum ſimulachrum. Huc accedebat, quòd circa tuguria curſitantes Cafri contumelioſiſſimis verbis captiuos proſcinderent: duces autem illos, qui recipi non poterāt, verberibus etiam multis afficerent. In tam arcta captiuitate ad Deum miſericordiæ fontem mente in cælum eleuata recurrimus, ac voto communi emiſſo nos omnes obſtrinximus, ſi per Diuæ Virginis ac matris ſuæ interceſſionem è tantis miſeros anguſtiis eriperet, cum primum ad locum aliquem vbi Chriſti religio recepta eſſet perueniſſemus, generali confeſſione omnium anteactæ vitæ delictorum prauia, in gratiarum actionem ad ſuum matriſque ſuæ honorem precariarum pilularum torquem (vulgus roſarium vocat) nos ter & ſexagies recitaturos, idque in memoriam ſexaginta trium annorum, quibus in hac mortali vita Beatiſſima Virgo vixiſſe dicitur. Nec multo pòſt litteris à fratre Emanuele Herrera acceptis breui nos eſſe liberandos, non vana ſpe intelleximus. eadem quippe nocte cum Xechi nepos adueniſſet, ac tantum telarum quantū Cafri exegerant perſoluiſſet, liberati, Deo Opt. Max. pro obtento beneficio gratias ſupplices egimus. Accidit autē in ipſo egreſſu res attentiore conſideratione digniſſima, ex qua propheticæ ſententiæ veritatē euidentiſſimè cognouimus: *Ira in indignatione illius, & vita in voluntate eius.* Aderat nobis Chirurgus quidā peritus, ac in aperiendis venis educendoque ſanguine admodum expertus. is thecam circumferebat ſcalpris chirurgicis aliiſque inſtrumentis non malè inſtructam, quam cum cæteris rebus Cafri in littore eripuerant, recuperandæ eius ſpe omni adepta, ex quo optimus vir plurimum animo angebatur: Nam ſi quem in morbum incidere contigiſſet, & per venæ inciſionem ſanguis corruptus educi non potuiſſet, eius vita in maximo diſcrimine poſita fuiſſet. Hanc inquam thecam cum iam diſceſſiſſemus, nec quiſquam noſtrûm eam repetiuiſſet,

riuiſſet,per puerum ſine pretio vltro remiſerunt. in quo Dei prouidentiam probè cognouimus,neque enim vllo manifeſtiore exẽplo curam, quam de noſtra ſalute habebat, declarare potuiſſet,& cùm Lorangæ omnes ferè periculòſiſsimè poſtea laborarent, nec præter venæ ſectionem vllum remedium haberent,abſque dubio mortem omnes obiuiſſent.Poſtero die feruentiſſimum Solis æſtũ labore ſuperantes, hora poſt meridiem ſecunda Lorangã animis pedibuſque feſſi (neque enim à diſceſſu noſtro,qui circa mediam noctem fuerat,conquieueramus vnquam) peruenimus; ac à Xecho honorificè ſatis excepti fuimus. ſi honorificè excipi dicũtur, quibus vrgente fame pauxillum orizę ac milii apponitur,quę nos hoc tempore in ſummis deliciis habuimus. Hanc vitæ victuſque nimis certè tenuem rationem apud Xechum qui nos à Cafris redemerat ſex ſeptimanis ſuſtinuimus, paulo minorem famem quã apud Cafros perpeſſi. Cuius calamitatis hæc erat ratio,quòd Xechi fortunæ paruæ & captiuorum numerus magnus eſſet ac copioſus,adeò vt cùm abundè ſuppeditare omnibus neceſſaria non poſſet,diu nobis ac ſtrenuè fuerit cum fame luctandum;qua vires tandem ita attritæ fuere, vt multi malorum magnitudine ac diuturnitate victi mortẽ cũ vita cõmutârint,multi grauiſſimè ac periculoſiſsimè ægrotârint:adeò quidẽ vt in tanta turba vix tres inuenirẽtur,quibus ad mortuos ſepeliẽdos vires ſuppeterẽt.Ægrorũ cib⁹ vel oriza erat vel miliũ,de carne ac piſce ſomniũ. Et licèt miſerrimè ac tenuiſſimè tractaremur,non tamen Xechi copiæ tantæ erant,vt nobis alendis ſufficerent:quare ad vicinorum ſuorum ac familiarium ædes quidam fuerunt traducti,ſed nihilo lautiùs excepti.Inter eos porrò qui hoc in loco tam dura ſeruitute ad æternæ vitæ libertatem fuere recepti,quatuor ex Societatis noſtrę Patribus numerantur. P. P. ſcilicet Vincentius Zappata, Ioannes Gõzales, (qui per cratem ad Sofalæ littus erant appulſi,nobiſque poſtea iterum cõjuncti)Petrus Aluares, & Fr.Emanuel Herrera, qui procul ab omni humana conſolatione in ſummis afflictiſsimę vitæ anguſtiis,in tribulationis cruce, vt reſurrectionis gloria poſtea perfruerentur,Chriſto,cuius fidei propagandæ cauſa huc miſeriarum redacti erant,ſpiritum tradiderunt. Stratum enim ſtraminis perpuſillum, tegumentum quo ægrorum corpora operiebantur breue ac vile ſtragulum, refectiones vel oriza vel milium, potus aqua fuerunt. A Cafris ſiquidem cùm nihil planè reliquum nobis eſſet,quod cum ipſis commutaremus,gallinas habere non potuimus. Potiones nullæ, medicamenta nulla ægris adhibebantur, vnum omnibus ac idem ſupererat educendi ſanguinis remedium,

ium, quem eximere Chirurgus ſubinde verebatur, metuens ne
irium defectu occumberent; ſi verò non eduxiſſet, corrupto ſan-
uine purum inficiente mortis periculum euitare non poterant.
rater Emanuel Herrera ex noſtris primus laborare aduerſa va-
etudine cœpit, qui vbi aduenientis morbi primum aculeum ſen-
ſſet, ſe ex eo non conualiturum mihi prædixit. quam ex eo con-
ecturam capiebat, quòd cùm in Luſitania, vbi & medicorum &
nedicamentorum magna erat copia, in morbum incidiſſet; peri-
uloſiſsimè tamen ſemper ac ad medicorum ferè deſperationem
iboraſſet. quare cùm in hac ſeruitute vtriuſque præſidio ſe de-
ititutum videret, prolixioris vitæ ſpem omnem abjecit: Sic tamen
t à Dei voluntate ne minimum quidem voluntas eius diſsideret.
nualeſcente itaque febre octo dierum ſpatio abſumptus expira-
it: cùm & in vita & in morte, ac in difficili illa nauigatione, vt
ermanum Societatis filium decet, multa pietatis documenta æ-
idiſſet. Eiuſdem morbi contagium P. Vincentium Zappatam
einde infecit, virum verè religioſum, in quo dolus nō erat, Deo-
ue & hominibus dilectum. Nam tam ante naufragium, cùm in-
rmorum præfectus communi omnium conſenſu eſſet delectus,
uàm in extrema illa ac infelici ſeruitute, adeò omnibus charus
iit & gratus, vt ex eius interitu non mediocrem omnes dolorem
erſenſerint. Hic quòd ætate iam matura & ad ſenium vergente
im diuturnis laboribus penè confectus eſſet, paucorum dierum
terjecto ſpatio ex hac caduca ad ęternam vitam aſſumptus fuit,
urimarum virtutum quibus ſemper quidem, ſed præſertim du-
nte iſto nauigationis tempore, inter cęteros effulſit, perenni ac
inquam interitura memoria relicta, quæ quamdiu homines fu-
erunt, tum in Collegio noſtro Madritienſi, tum alibi vbi bo-
s operibus ſanctaque (ſi fas eſt dicere) vitæ conuerſatione emi-
it, vigebit. Tertiò P. Ioannes Gonzales infirma vti valetudine
epit, vir plurimis animi corporiſque dotibus inſignis, concio-
itor egregius, ac in audiēdis confeſsionibus aſsiduus, cuius vir-
tum ſuauiſsimum odorem in hac nauigatione multi percepe-
nt: Morbi ex quo optimus hic Pater interiit, intolerāda fames,
ia in Xechi cuiuſdam ædibus, ad quē cum Patre Zapata & aliis
ibuſdam miſſus fuerat, occaſio ac initium extitit: Is enim tam
rcè tamq; ſobriè victum miſeris ſuppeditabat, vt panem oſtia-
n petere mendicorum more cogerentur. Vnde cùm in Cafreria
lis æſtus ſit intentiſsimus, & miſeri homines penè nudi capite
erto ſtipem petituri egrederentur; æſtus Patris caput penetrās
enſo cerebro in furorem eum ac rabiem conuertit, vti mox ex
ſermone

ſermone eius apparuit, ac ad ſex vſque dies in hac infirmitate po-ſitus clamores edebat tam horrendos, vt lachrymas audientibus excuteret. Verùm tamen in iſta mentis deliratione præter verba pietatem redolentia planè nihil effutiebat. Tandem quanquam florentis ætatis vir erat, tamen morbi magnitudine iuuenilem vigorem ſuperante poſt paucos dies tantorum laborum præmium accepturus in cœlum emigrauit. P. Gonzalem P. Aluares excepit, qui cum ita macilentus eſſet, vt abſumptis carnibus oſſa tantum cute tegerentur, ac viribus etiam extra morbum admodum infirmis, tantam tamen conſtantiam tantamque generoſioris animi magnitudinem præ ſe ferebat, tam in perferẽdis laboribus, quàm in audiendis continuò confeſsionibus, vt non mediocriter omnes miraremur. Confitebatur namque non rarò, ſe in tantis aduerſitatibus valetudine vti magis proſpera quàm in Luſitania, vbi quo ad eam curandam opus erat nihil omnino deeſſet, Verum enimvero moleſtiarum diuturnitati magnitudo animi tandem cedere coacta fuit, ac febri ardentiſſima correptus eâ liberari non potuit, donec Deo Creatori ſuo extremum ſpiritum moriens commendaret. Atque ita fideles Dei ſerui ad nutum eius voluntatem ſuam accommodantes ex mortalis vitæ ergaſtulo ſumma cum animi alacritate pro Chriſti amore deceſſerunt. Poſtremi omnium, ad quos ſerpens pedetentim morbus prorepſit, ego & frater Emanuel Dias fuimus, quibus etſi periculoſiſsimè laborauimus miſericors Deus, peperciſſe viſus eſt, vt cæterorum mortem dignè ac pro merito lugeremus. Ad me quod attinet, non diffiteor dolorem ex eorum tam miſera ac indigna morte conceptum viſcera corporis mei omnia adeò penetraſſe, vt ego quoque non procul à mortis periculo abfuerim. Et quis obſecro corde eſſet tam duro ac ferreo, qui ſi tantos viros ſine ſtrato, in ſtraminis manipulo, ſine tegumento, ſine cibo ac potu, quo afflictæ vires ſi non recuperari, foueri tamen aliquamdiu potuiſſent, languentes animas Deo Creatori reddere vidiſſet, dolore non contabuiſſet? eoque magis, ſi fame & inedia eos potius quam morbi aſperitate extingui animaduertiſſet. Nec mediocriter etiam animum angebat, quòd eorum intempeſtiua morte tam gnauis tamque ſolicitis operariis & India deſtitueretur & Societas. At verò quia cuius Dei ſuaſu noſtræ olim Societati nomen dederant, eiuſdem iuſſu ad cœleſtem illam multis partibus pulchriorem, ad quam nos quoque aſpiramus, euocati fuere; reliquum eſt, vt in diuina voluntate noſtra quoque voluntas conquieſcat. Quare cum defunctorum cadauera eodem

in loco

ı loco ſepulchri honore affeciſſemus, animas Chriſto Redépto-
pio cordis affectu commendauimus. Vbi ſilentio prætereun-
um neutiquam videtur, quòd, cùm locus ad mortuorum ſepul-
ıram nobis a barbaris conceſſus duobus pænè ab oppidó mi-
aribus abeſſet, cadauera humeris omni alia negata ratione eò
eferre compulſi fuimus, quod cùm præ infirmitate ac languore
os facere non poſſemus, vix duo inuenti fuerunt qui tam pio o-
eri manum adhibuerint. Nos autem interea, viribus tam acri
ıorbo ita abſumptis vt mortuis ſimiliores videremur quàm vi-
is, in iſta ſolitudine diuinæ in nobis voluntatis effectum ex-
ectabamus. Cæteri quoque in eadem afflictionis naui jacta-
antur, adeò vt paulatim omnes morbo præualeſcente extin-
ıerentur. Sed quoniam ita ferè cum hominibus agere diuina
onitas aſſueuit, vt maximis deſperatiſque malis eos immergi
ıtiatur, non quidem vt ſubmergat, ſed potiùs vt miſericor-
æ eius effectus clariùs innoteſcat: Calend. Nouemb. die om-
um Diuorum commemorationi ſacro, ipſorum (vti pro cer-
ı credimus) interuentu, nauigii genus (quod Pangaiam vul-
ıta voce nominant) Moſambico Cuamam verſus expanſis ve-
: nauigare, ac recto curſu ad portum iſtum contendere con-
eximus, quo viſo ita præ lætitia exiluimus, vt iam inter
hriſtianos eſſe videremur, ſingulari Dei impulſu factum eſſe
edentes quòd nauis iſta illuc appelleretur, eoque magis
ıòd ductor eius in mandatis habebat, (vti poſtea intellexi-
us) vt Lorangæ amnem, in quo olim nauis quædam tem-
ſtatis vi eò depulſa fuerat à Cafris direpta, vitaret: & ob
per alium quendam amnem ab eo aliquo interuallo remo-
ım Quiſungum nomine curſum inſtituebat. in quo cùm ju-
nem quendam deprehendiſſet, qui nobiſcum euaſerat, ſed
Cafris in priore noſtra captiuitate eò miſſus fuerat, de na-
ı jactura & dura ſeruitute quam circiter 56. viri, inter quos
biles plures, pauci Religioſi erant, in oppido Loranga ſuſ-
ebant, certior factus fuit. Quo audito nihil imperium eorum
quibus miſſus erat moratus Lorangam proficiſci ac nos libe-
e ſtatuit, quod alioqui non erat facturus. Cùm itaque ad
us appulſa nauis eſſet, nos ad vnum omnes admiſit, ac panno
em ſecum aduexerat nudos veſtiuit; nobilis autem quidam qui
lem naue vehebatur redemptionis pretium pro omnibus li-
aliter perſoluit: atque ita cùm tam in victus ratione quàm in
eris caritatis officiis humaniter nobiſcũ ageretur, breui tem-
e amiſſas vires recuperauimus. Cumque Lorangæ amnem

egreſſi

egreſſi eſſemus,ad alterum quendam à priore 50 miliaribus diſtã
tem deuecti fuimus,cui Luabo nomen eſt. vbi naufragii ſocios a
liquot,qui(vti paulo anteretulimus)crate ad littus appulſi eò tã
dem deuenerant,offendimus:inter quos & illi fuere,qui cũ naui
Ductore per ſcapham euaſerant. Cũ itaque ſedata tribulationun
tempeſtate cœlo benigniore iam vti ac conſolationum quaſi ver
nam quandam temperiem experiri cœpiſſemus: opportunè Luſi
tanum iſtum virum nunquam ſatis laudatum Franciſcum Bro
ciadum portuum Cuamę prouinciæ præfectum majorem ibiden
deprehendimus,qui prętérquam quòd nos ſumma cum humani
tate ac beneuolentia excepit,de omnibus etiam ad commodè vi
uendum neceſſariis liberaliſsimè proſpexit,non ſecus ac ſi filii e
ipſius ſanguine prognati fuiſſemus. Eodem loco morbi quen
diu foueram acriores multo ſtimulos perſenſi: ſiquidem diutur
nior ventris fluxus cum acuta febri conjũctus ita vires mihi om
nes extenuauerat,ita extincto appetitu ſtomachum vomitu fre
quentiore perturbârat,vt præſentem mortem inſtare exiſtimarẽ
Eoq; magis,quòd Chirurgus ob nimiam debilitatem ſanguinen
ſecta vena educere non auderet. Quocirca comitantibus iis qu
Moſambico recens cũ diuerſis mercibus quas Cafris diuender
ſtatuerant aduenerant,Senam(quod munitiſſimum eſt Luſitano
rum propugnaculum)proficiſci decreui.non quidem quòd Luab
humanũ aliquod ſubſidium (præfecto omnia liberaliſsimè ſup
peditante)deeſſet,ſed vt cœleſti Dominici corporis cibo quo o
cto iam menſibus carueramus,famelicam animam ſatiarem.Tre
decim dierũ emenſo itinere,valetudine paulo firmiore nauſeabũ
do tamẽ adhuc ſtomacho Senám peruenimus,Monaſterio Patr
Dominicanorum, Ordinis eius Patre Inquiſitore amico ac fa
miliari meo vrgente, ſumma cum humanitate excepti. Ade
quidem vt inſtauratis nonnihil viribus Chriſti natiuitatis ſolen
ni die confeſſionibus audiendis incubuerim, & paulo etiam an
tè, Dominici aduentus tempore,conciones ter aut quater ſell
propter virium debilitatẽ inſidens habuerim. Multa profectò i
feruentiſſima meridionalis plagæ prouincia ab ingenti Solis æſt
paſſi fuimus, maiora (vti credimus) paſſuri, niſi meritis Patris a
D. Gonzali, ob fidei profeſſionem ab infidelibus in Monotap
loco huic vicino immaniter occiſi,vires nobis diuinitus ſubmin
ſtratæ fuiſſent, huius enim innocentiſſimi viri patrocinio quo
ſæpe implorabamus confiſi ſpem non leuem concepimus, fore
fidei Chriſtianæ buccinæ ſonus iſtic etiam aliquando cum max
mo animarum fructu perſonet.Sunt enim iſtorum Cafrorum an
n

ni tabulæ raſæ non abſimiles, in qua tanquã molli cera pietatis
Chriſtianę fundamenta iaci imprimique facillimè poſſent. Neq;
enim vel idolorũ cultui ſunt addicti, vel ritus vllos ita pertinaci-
er obſeruant, vt fidei noſtræ propagationi magno futuri ſint im-
pedimento. Viribus vtcumque recuperatis, tribus nauigiis (pan-
gaias appellat vulgus) Sena ſoluentes ad Moſambicum portum
ani ac incolumus acceſſimus, à cuius vrbis incolis magna cum
beneuolentia excepti tractatique fuimus. Cumque, quam antea
onfusè audiuiſſe potuerant, plenam naufragii periculorumque
c variorum caſuum quibus iactati fueramus notitiam nobis re-
rentibus intellexiſſent: attoniti planè ac ſtupefacti oculos tan-
uam in eos quos a mortuis ſurrexiſſe credebant admirabundi
oniecerunt. Mox voti emiſſi memores, quo Beatiſſimæ Virginis
dem nudis pedibus ac genibus flexis nos viſuros voueramus,
am primùm ad Chriſtianorum vrbem patuiſſet acceſſus; ſtatim
tque nauim eſſemus egreſſi, ad ædem quandam Archangelo Ga-
rieli ſacram in ipſo littore erectam nos recępimus, atque indè
udis pedibus in ſupplicationem prodeuntes, ad D. Virginis Bel-
arte (vt ipſi loquuntur) hoc eſt in arce vel propugnaculo erectæ
ertteximus, cuius ſacram ædem cùm oculis eminus cõtueremur,
genua humiliter & cum gratiarum actione prouoluti reptan-
s ad templi vſque penetralia cõtendimus, numeroſa populi tur-
i comitante, ac præ nimia commiſeratione lachrymas vberri-
è effundéte. Nos verò periculorum quæ euaſeramus memores,
tum quo obſtricti eramus cum mira grati animi ſignificatione
in lachrymis, cum ſingultibus & cordium pulſatione ſoluimus;
eum ac Diuam Virginem pietatis ac miſericordiæ matrem ma-
ificantes, cuius meritis ac ſuffragio tantis periculis erepti ac ad
lutis portum perducti eramus. Deinde templo egreſſos dictũ
irum quanta beneuolentiæ, amoris, ac Chriſtianæ caritatis ſi-
ificatione ad ædes ſuas ciues paſſim inuitarint: Religioſi ordi-
s D. Dominici ſummis à nobis precibus cõtenderunt, vt ad eos
ſpitij cauſa diuerteremus. Verùm quod nondum omnino con-
mati eſſemus, maximeque ne quinque menſium ſpatio, quos
m commodum nauigationi tempus eſſet ibi traducere oporte-
t, oneri ipſis eſſemus; precibus eorum tum temporis acquieſ-
e viſum non fuit. Sed potius Vicarii Epiſcopi hoſpitio tam diu
fuimus, dum extra vrbem de commoda ſatis habitatione nobis
pſiceretur, iuxta ædiculam quandam diuo Antonio dedicatã;
æ etſi longiuſculè ab vrbe diſſita erat, nõ tamen ocio iſtic tor-
imus; ego enim confeſſionibus audiendis ſacriſque concioni-

bus habendis ſedulò incumbebā; Frater verò Emanuel Dias Dominicis ac feſtis diebus tam pueros quàm adultos etiam in fide Chriſtianæ principiis inſtituebat, vna ante meridiem hora, idqu in templo, alia item hora poſt meridiem in publica quadam area quò Luſitani etiam non pauci confluebant, feruore pietatis quo quem dixi frater munus hoc exercebat adducti. Tandem cū menſis Auguſtus ageretur, ac tempus nauigationi in Indiam cómodum eſſe inciperet, nóſque accincti & parati ſtaremus longior abrupta mora quadriremem onerariam ingreſſuri, quòd iam no no Auguſti die elapſo Luſitanarum nauium ſpes, quæ ante diem illum ſemper ferè ad Moſambicum portum appelli conſueuerāt ſublata videretur: ecce poſtridie, die Diuo Laurentio conſecrato nauis quæ Boni IESV nomine à cæteris diſcernebatur in portum iſtum felicibus vſa auſpiciis deuenit. Hac autem duodecim Societatis Patres ſub imperio P. Ayres Soſæ vehebātur, ad quo.ū aſpectum mirum quantum exhilarati fuerimus. Tam enim omnes ſani erant ac viribus integri, ac ſi eodem ipſo die Vlyxbona ſoluiſſent, nauigatione tam proſpera atque ante annos plurimos Indicæ naues vſæ fuiſſe dicantur. Fuimus iiſdem omnes excepti ædibus, variis ab vtroque loci Gubernatore, tam eo qui vrbis gubernacula recens ſuſceperat, quàm qui gubernandi munere iam tun defunctus fuerat, acceptis munuſculis, quibus ex tam longa nauigatione feſſos ac nauſeantes non mediocriter recreârunt. Vndecim diebus Moſambici commorati cùm fuiſſent, eadem qua ad uecti fuerant naue nobis quoque aſſumptis receſſerunt, tanta maris ventorumque tranquillitate, vt trigeſimo ſexto nauigationi die in Goæ portu omnes incolumes exponeremur, vbi obuiis Patrum noſtrorum vlnis excepti ac ea beneuolentia tractati fuimus qua Societas noſtra in hoſpitum ſuſceptione vti conſueuit. Quo loco ſuſceptæ narrationi finem impoſiturus Paternitatis tuæ benedictionem ſupplex imploro. Ex vrbe Goa, quinto Idus Decembris, 1586.

Vræ. P.

*Filius indignus*

PETRVS MARTINEZ.

# HISTORICA RELATIO, DE REGNO ET STATV MAGNI REGIS MOGOR.

## LATISSIME INTRA INDVM ET GANGEM DOMINANTIS, ET AD CHRISTIANAM RELIGIOnem aſpirantis.

*Excerpta ex variis epiſtolis inde acceptis anno 1582. 91. & 95.*

ALIIS, in epiſtolis ex India Orientali & Iapone allatis, & à Patribus Societatis IESV, qui iis in regionibus degunt, conſcriptis, mentio obiter facta fuit, quanto deſiderio potentiſſimus Rex Mogor teneretur cognoſcendæ Fidei noſtræ, quamque ar-
nter exoptaret ſibi declarari, quibus in rebus conſiſteret, qui-
uſque fundamentis niteretur lex Chriſtiana tantopere celebra-
& ab illis populis recepta; vt inde dijudicare poſſet, quid facto
us ſit ad conſequendam ſalutem, ac tandem decernere, quam
legem tutò ſe aggregare & in ea conſtanter perſiſtere debeat.
hunc finem anno 1580 quidã è Societate IESV Patres ad hãc
m perficiendam idonei Goa amandati ſunt, qui aliquandiu ibi
rmãſerunt. Rurſus miſſi ſunt alii anno 1593, ſed variis de cauſis,
prorſus infecta, ad ſuos reuerterũt. Nũc tamen quia dictus Rex
ogor omnino in pio deſiderio ſuo perſiſtit, nec vlla re animũ &
luntatẽ elãguiſſe oſtendit, noſtrorũq; reditũ vehementer vrſit,
rũ anno proximè elapſo 1595 alii quidã Patres eò miſſi ſunt,
i rerũ ibi geſtarũ recenter nos certiores reddiderũt per literas,
as ad calcẽ huius Relationis adiunximus, & pro communi fide-
cõſolatione typis excudi hîc in Vrbe curauimus. Et quoniam
Rex omnino videtur magnam ſpem præbere ſuæ cõuerſionis,
ex dictis litteris apparet) non videmur rem ab inſtituto noſtro
nam facturi, (vt qui ſanctæ fidei noſtræ incremento & felici
cleſiæ progreſſu delectantur, tum negotium hoc ardenter Do-

mino Deo commendent, tum etiam cognoſcant meliùs, quis ſit iſte magnus Rex MOGOR) ſi breuiter aliquid dicamus de eius perſona, regno, potentia, Lege vel Religione, atque etiam de eius moribus, & optimis quæ ſemper dedit conuerſionis ſignis: quæ omnia excerpam ex informatione earum epiſtolarum, quas noſtri Patres inde anno 1582 & 92 dederunt.

Nomen huius Regis eſt Mahumeth Zelabdim Echebar Rex Mogor. Echebar autem vel Echbar eſt nomen proprium. Progeniem ſecundùm rectam lineam ducit a magno illo Tamerlane, qui bellum gerens, vt commemorant hiſtoriæ, cũ Baiazete Turcarum Imperatore eius nominis primo, eundem vnius diei certamine victum captumque in ſuum regnum ſecum abduxit: vbi caueæ ferreæ incluſum tenebat, & tanquam cani, ſi quando cibum ſumeret, reliquias menſæ obiectabat. Si verò equitare vellet, eo humi procumbente, ſcabelli vice ad inſcendendum equum vtebatur. Quocunque denique ſe conferret, catenæ aureæ alligatum poſt ſe ducebat. Eſt hic Echebar Octauus poſt Tamerlanem, à quo initia ſua hoc regnum habuit, vel vt alii loquuntur, eſt ſextus Tamerlani nepos, quod idem eſt.

Natus eſt Echebar in prouincia dicta Chaquata, cuius populus eſt Turcicus, nõ Tartaricus, aut Parthicus, vt quidam opinati ſunt. Plebs huius regni vtitur idiomate Turcico, at non tam eleganti & polito, ac genuini Turcæ. Nobiles verò, & qui degunt in aula regia, vtuntur lingua Perſica, ſi ſpectes rerum vocabula, ſed pronunciatione vtuntur alieniore, quæ non nihil diſcedit ab illa propria Perſarum, ſicut & in quibuſdam vocabulis. Litterati homines loquuntur Arabicè, eo quòd hac lingua conſcriptus ſit Alchoranus, cæterique libri eorum Legis, quæ aliquantulum diſcrepat à Turcica & Perſica. Prouincia Chaquata ſita eſt inter medios Tartaros & Perſas verſus Septentrionem, & reſpicit Indiam verſus meridiem. Ex vno látere attingit Tartaros, quorum Rex potentia non cedit Regi Mogor, & habet maximum ac vaſtiſsimum regnum. Regnum Mogor medium obtinet inter ſequentia Regna præcipua: ab occaſu habet Indiam citeriorẽ & Regnum, ſed magis verſus Septentrionem, Perſarum: ab oriente Indiam vlteriorẽ, quæ attingit fines Chinæ. A Septentrione eſt magnum regnum Tartariæ, cuius Rex cognomine appellatur Magnus Chã. A meridie verò eſt Oceanus, licèt ex vno capite, quod è continẽti lõgo terrarum tractũ ſe porrigit in mare, ſit regnum Calekut, & ſi tendas magis verſus orientem, eſt regnum & ſinus Vengalæ.

Rex Echebar anno 1582, quando primi Patres noſtri ibi erant, attigerat

attigerat annum ætatis circiter quadrageſimum; itaque nunc hoc anno 96 attigerit 54. Eſt homo corpore admodum robuſto & corpore valido, ſtatura mediocri. Turbine tectum eius caput, veſtes auro pertextæ, tunica ſuperior genua non excedit. Caligæ calcaneum obtegunt cum vdonibus more noſtro; calceorum forma peregrina ab ipſo inuenta. Caput magnis margaritis circum frontem exornatum, ſemper ſecundùm latus è cingulo pendet pugio, non nunquam enſis vel machæra: vel certè iuxta depoſita, vt habeat ad manum. Continenter vtitur cuſtodibus corporis hominibus armatis. Quotidie in aula mutantur excubiæ, & omnes domus officiales. Plus delectatur Hiſpano quã Turcico habitu, ſed priuatim vtitur veſtibus more Luſitano, maximè ex ſerico nigro.

Rex Echebar anno 82, cùm apud eum eſſent primi illi Patres, habebat tres filios & filias duas. Filius primogenitus, hoc eſt Princeps, qui in regnum ſuccedet, & nunc eſt annorum 31, vocatur nomine proprio Sciecus, cui honoris ergo (vt in quibuſdã regionibus nomen Domini) adiungunt vocem Gio, quæ ſignificat animã, & appellant Sciecigiò, quaſi dicas anima, id eſt perſona, Scieci. Filius ſecundogenitus vocatur Pahari, qui id temporis erat annorum 13, & à P. noſtris docebatur idioma Luſitanũ, ſimulq; capita noſtra fidei, ad quã declarabat ſe vehementer affectũ: ſpemque magni progreſſus, tum naturæ in eo bonitas, tum ingenii excellentia pollicebatur. Poſtremus regis filius tertiò genitus & minimus omnium vocatur Dan, vel Daniel.

Eſt hic rex Mogor non vnius tantũ, ſed multorũ Regnorum ſimul coniunctorũ Dominus, è quibus præcipua & cæteris ampliora ſunt hæc: Regnũ Induſthan, Regnũ Agra, Regnũ vetuſtiſſimum Mendao, in cuius medio exſtat Vrbs celeberrima, cuius ambitus 30 paſſuũ millibus, hoc eſt 10 leucis, cõtinetur, vel, vt alii volunt, 24 millibus, id eſt 8 leucis. Si ſpectemus eius habitationes & complexũ hodiernũ. Imò nõ deſunt, qui aſſeuerẽt potiùs eius ambitũ eſſe 36 milliũ paſſuũ, hoc eſt 12 leucarũ. Sita eſt in mõte, vel colle potiùs, maximis ſplẽdidiſſimiſq; ornata ędificiis, vt videatur eſſe ctũs Roma, cũ ampliſſima olim eſſet & florẽtiſſima. Cętera præcipua regna ſunt, primò Regnũ Lahor, in quo hic rex maximam partẽ cũ ſua aula degit; tũ Regnũ Cãbaię ad occidentẽ, quod poſtremò obtinuit, & Regnũ Vẽgalę. Multos quoq; habet reges gẽtiles ſibi ſubiectos, nec paucos in aula, quos variis bellis ſibi ſubiugauit: & quidẽ nõnulli ex iis ſpõte facti ſunt eius vaſalli & tributarii regna ſua ei ſubjiciẽdo, ne vi eriperẽtur: atq; hi cõtinenter eũ circũſtant & aulicorum more officia deferunt. Nec pauci in aula

verſatur, qui aut bello ab eo victi ſunt, aut timore magnę eius potentiæ ſe ei dediderunt. Quoniam verò in rebus gerendis feliciſſimus eſt, omnes finitimi reges vehementer eum reformidant, & vel muneribus ſibi conciliant, vel tributum pendunt. Numerati ſunt reges 20 gentiles, qui in aula eius verſantur, & nunc huc nunc illuc eum comitantur. Quiuis eorum potentia æquat Regem Calekutanum. Ceteri reges numero plurimi, qui ab aula abſunt, in regnis remanent, & idcirco vectigal ſoluunt. Regum illorum Ethnicorum, quos ſecum habet in aula, opera & miniſterio crebrò & libenter vtitur, demonſtratque ſe non parum eis cōfidere; admittitque in palatium vt familiares & amicos, quod non facit Mauris: neque enim tantam libertatem eis concedit, nec tanto fauore & beneuolentia eos proſequitur, quòd potius in Gentilem, quàm Mahometarum ſectam propendeat.

Totum hoc regnum Mogor ſitum eſt inter duo maxima & famoſiſſima flumina; nam ab flumine Indo, quod vicini eius regionis accolæ ſua lingua appellant Schind, porrigitur vſque ad Gangem, ab illis dictum Ganga; velut Meſopotamia in Terra ſancta conſtituta eſt, inter Tigrim, illorum lingua Ticris, & Euphratem, quem vocant Pherat. Hanc Mogorum ditionem veteres vocabāt, Indiam citeriorem, nempe horſum à flumine Indo; & ſunt autores graues, qui velint S. Bartholomæum Apoſtolum his in partibus Euangelium prędicaſſe. Immo aiunt Patres noſtri, qui ibi fuerunt, natione illā eſſe propriè Indiā, Regnumq; Mogor eſſe quaſi totius Indiæ ſcalam, hoc eſt, quæ illac deſcendat & concurrat; & eſt quaſi aſilum & refugium, quò ex omnibus Indiæ & multis etiā Aſiæ partibus concurritur. Ad partem Septentrionalem eiuſdem regni conſpicuus eſt altiſſimus ampliſſimuſque mons, vulgò dictus Cumaus, eſt enim regio mōtoſa: Apparet hunc montem eſſe Imaum apud ſcriptores tantopere celebratum, qui mons Mogores ſeparat à Tartaris. Ex parte huius mōtis, quæ reſpicit regnum Mogor, cōmorantur gētiles quidam populi eodē nomine appellati; deinde eſt regio eorum qui dicuntur Bottāti, finitimi quidē regno Mogor, ſed nō ei ſubiecti. Hi gentiles, dicti Bottanti, habitātes ex altera parte regni Lahor verſus fluuium Indum, admodum ſunt procliues ad pia opera, maximè miſericordię in egenos: quare Patres illi primi magno deſiderio tenebantur eò proficiſcendi, & illis, tam bene cōparatis, Euangelium prędicandi. Sunt homines colore candidi, nulli inter eos viuunt Mauri; Tunicis, more Turcico, vtuntur ita ad corpus totum aſtrictis, vt nec minima plica notari poſſit. Quodque magis mirum, nunquam illis ſe

exuunt,

exuunt, ne quidem cùm dormiunt, nec deponunt, niſi attritæ vel putrefactæ ſponte dilacerentur & excidant. Vtuntur pileolis in formam pyramidis præacutis. Manus nunquam lauant; cauſam huius rei dant, quòd non conueniat elementum tam purum, vt eſt aqua, ſordibus aliiſque rebus fœdis inquinari. Vna tantū cõjuguntur, & poſt duos aut tres filios in lucem editos, deinceps vitã agunt quaſi fratris & ſororis. Si alter eorum è viuis excedat, qui ſupereſt, non poteſt ſecundas inire nuptias. Idola non habent, viuunt more Braſilienſium extra opida foris in campis. Nullum habent Regem, ſumma in libertate viuunt. Auguriis reguntur & ſignis, habetq; Augures ſuos, & alios in ſimili genere exercitatos. Si quis eorum vita defungatur, diſcedunt ab illo. Hi verò, vt ſapientes & Magi, euoluunt ſuos augurales codices, dum poſcitur ab eis conſilium, quid agendum cum corpore mortuo; quicquid autem illi reſponderint, id mox exequuntur. Si enim dicant eſſe exurendum corpus, exurunt: ſi aliud, id quoque præſtant: ſi verò dicant eſſe comedendum, non repugnant, ſed comedunt. quanquam alias nunquam carne humana, vt Antropophagi, veſcantur. Colore & faciei lineamentis vel phyſiognomia perſimiles ſunt Europæis: ſunt enim candidi, & magna ex parte facie rubicūda, capillo item promiſſo & flauo, corpore robuſto, ſtatura mediocri. Bella gerunt pedites, in conflictu vtuntur arcu vel gladio. Eorum patinæ & lances ſunt mortuorum caluæ vel crania, & dimidii calices. Eleemoſynas libenter porrigunt mendicantibus. Parant victum texendis veſtibus, quas æſtate deferunt ad vrbes Negariot & Calamur, aliaque vicina loca montana, vt venum exponant; reliquis enim anni temporibus, ob crebras montium niues, paucis tantùm menſibus exceptis, vltro citroque commeare non licet.

Auſtrum verſus confine eſt hoc regnum Calecutano, quod circumdatur mari Oceano, vbi caput vnum terræ continentis longiſſimè in mare porrigitur, & habet ſinum Vengalanum, qui inſtà ſinu Perſico magis tendit in Orientem, nihilo eo minor, ſed potiùs maior & vaſtior, in eaque ora, præter Vengalanos, habet optimos quoſdam portus. Ad Orientem finitimum eſt Decan & Canara, vbi Regnum Narſinge & de Biſnaga; eſt regio amœniſſima, nemoroſa, ſimulque fructifera, vbi multa feruntur arundineta, è quibus excipitur mel ad conficiendum ſaccharum. Multi viſuntur arborum fructus, & quibuſdam in locis perſica, vuæ, mora, zizipha, aliiq; id genus plurimi. Ferax quoq; eſt malorum aſſilicorum, citreorum, & medicorum. Omnis generis herbas

hortenſes effundit, ſi ſolam lactucam & betam exceperis. Ad oram deinde regionis Cambaiæ verſus Occidentem, qua tamen magis ſe flectit in Septentriones, aliquot tantùm portus habet, videlicet Curate, Barote, Cambarate, & Oga. Per regna huius Mogor decurrunt vndecim maximi amnes, quorum nomina ſunt hæc: Taphi, qui tranſit iuxta vrbem Curate. Haruada, qui dilabitur inde à Barote. Chambel, qui ingreditur fluuium Tamone; & Tamoná, qui ſe exonerat in Gangem. Hic fluuius Ganges tantopere celebratus oritur in regionibus Vengalæ. Reliqui ſex amnes ſunt, Catanul, Cebcha, Ray, Chenao, Rebeth, & Indus, in quem omnes præcedentes delabuntur. Ambitus totius regni huius nongentas leucas efficit, quæ ferè ſunt tria millia miliariorum: longitudo ſexcentas, quæ attingunt numerum duorum millium; latitudo verò quadringentas, quæ faciunt mille & ducenta miliaria. In Regno Induſthan fuerunt Reges Chriſtiani, ſed victi & exturbati regno ſunt à Parthis. Extremus autem eorum Rex vocabatur Dauid, quem fama eſt originem duxiſſe à S. Bartholomęo Apoſtolo. Succeſſores deinde TAMERLANIS diuturnis bellis vexati ſunt à Parthis, qui ſtirpem ſuam ducunt à Cinguiſquam Rege Parthorum, ac tandem coacti ſunt ſe recipere in Regionem Quabul. Hęc regio fines attingit tam Perſiæ quam Indiæ. Verùm hi obuerſa in hoſtes fronte, aſſiduis prælijs fatigantes Parthos, continentem (quod eſt regnum MOGOR) inter Indum & Gangem interiectam occuparunt. Quo verò tempore in India ardebat bellum Parthicum, Baburxa auus Echebar virtute bellica regnum Induſthan inuaſit, Parthoſque regno pulſos, abegit vſque in Inſulas ſinus Vengalani. Defuncto Baburxa bellum Parthi redintegrarũt aduerſus eius filium, nomine Emmaupaxda, compuleruntque eum magno dedecore fugam capeſſere, vſque in Quabul, quæ eſt ex hac parte Indi fluminis. Tunc Emmaupaxda implorauit auxilium Regis Perſarum, qui aliquot millia militum ei ſubmiſit, ſed ea conditione, vt eandem legem & ſectam, quam ipſe, hoc eſt Perſæ omnes, profiterentur, amplecteretur & ſequeretur. Renouauit igitur exercitum Emmaupaxda, & tantam impreſſionem in hoſtem fecit, vt regno Mogor Parthos rurſum exterminarit. Huic Emmaupaxda ſucceſſit Echebar, de quo agimus, & nunc imperium obtinet totius regionis Mogor, ac omnino regem Parthorum debellauit, regnumque primum Vengalæ tum etiam Cambaiæ verſus Indiam ſub iugum miſit.

Hic Rex Echebar bella gerit cum variis. multi ei rebellarunt, &

coniurationes inierunt contra illum, vti anno 82 ob fidei no-
tatem plus quam decem millia Mogorum in Vengala, & penè
ginti milia Parthorum fecerunt. Regnum item Cambaiæ non
ſecurum; vetera enim vulnera indies magis magiſque refricā-
r: non parum quoque reformidat vicinum fratrem germanum
inorem, regni Quabul Principem ex hac parte Indi fluminis,
ui exaltatus eo regno, quod & poſſidet, ob æmulationem mu-
am non parum fratri moleſtus eſt. Anno 82 menſe Februario
ogor ipſe profectus eſt contra fratrem ſuum, qui cognita alio-
m rebellione, & fortè communicatis occultè conſiliis, ingreſ-
s eſt regnum Echebar ad gerendum in illis partibus bellum cum
ultis Mogorum millibus. Verùm, quia Rex cum maximis co-
is aduentabat, in fugam ſe ante aduentum Regis dedit, qui eū
que ad ripam Indi fluminis inſecutus eſt: is terminus eſt regno-
m eius. Ex altera igitur fluminis parte, hoc eſt in ditione Qua-
l, vbi degunt veri Mogores, regnum iſte nunc obtinet. In Cam-
ia quoque eſt magnus quidā Dominus caput partis dictæ Cu-
uditan, qui & potens eſt, & non parum grauis ac moleſtus. Hic
ulo antè quàm primi Patres eò proficiſcerentur, magno exer-
tu obſederat propugnaculum Daman, & excurſiones faciebat
rcumcirca cum duodecim ferè equorum millibus, ſed Luſita-
rum, qui in illa vrbe ſunt, robore fortiter reiectus eſt, reque in-
cta abire compulſus.

Rex Echebar, quando omnes vires ſuas coniungit ad bellum
rendum, eſt Rex potentiſſimus, & valet ad quoduis maximum
llum gerendum. Habet enim multos Dominos & Præfectos
lli pótentia & fortitudine claros, quorum quilibet ſuis impen-
alit 10. 12. vel etiam 14. equorum milia. Alii his inferiores,
tem vel octo milia. Singuli autem horum multos quoque ha-
nt elephantes: & præter multa equorum & peditum milia, re-
ta in præſidiis aliiſq; variis locis minùs tutis, ipſe ſolus in acié e-
cit quinquies mille elephantes armatos, (vti fecit, quādo pro-
ctus eſt contra fratrem) eoque etiam, ſi velit, plures: nam toto
gno quinquaginta milia elephantorum ad omnes fortuitos ca-
ſuſtentantur. Deinde ſimul in prælium emittit quinquaginta
uorum millia, peditum autem numerum infinitum: Homines
im qui in eius regnis degunt, vti diuerſarum ſunt nationum,
diuerſis ſectis ſunt addicti, aliis item aliiſque moribus prædi-
Mauri, id eſt Mahumetani, Bacheni, & alii populi, Tartaris
itimi, vtuntur equis Tartaricis, natura valde robuſtis, & ad la-
res ferendos idoneis, ſed ad aſpectum fœdis, ſqualidis, & colore

deformibus. Rex, Domini, & belli Duces vtuntur Arabicis. Ge[n]tiles vtuntur equis natiui ſoli, hoc eſt,qui naſcũtur in regno Mo[-]gor. Rex magnũm numerum ſecum trahit tormentorum æneor[um] in prælium,quæ ſolet collocare in fronte exercitus,hoc eſt prim[o] agmine. Elephantes, cùm itur ad bellum, ſupra frontem geru[nt] frontalia ex laminis ferreis, vel certè coriaceis, duriſſimis in ſ[ui] tutelam; eorumque gubernatores armati ſunt item laminis fe[r]reis, vel loricis aut thoracibus ferreis. Quilibet elephas in rot[u]lis ligneis, quaſi arcis,geſtat minimum 4. ſclopetarios inſtruct[os] magnis ſclopis, vel totidem ſagittarios cum ſagittis. Hi elepha[n]tes nunquam antecedunt exercitum, ne ſua magnitudine exerci[]tui adimant conſpectum hoſtium,vel ſi cædantur, ne ordines ſta[]tioneſque militum,atque adeò totum exercitum conturbent,ve[l] magno aliquo incommodo afficiant; quare rejiciuntur in extre[]mam ſtationem, vt ſi fortè hoſtis eò penetrarit , vndique ca[]terua eiuſmodi belluarum armatarum emittatur,ad frangendu[m] hoſtium impetum. Solent quoque enſes nudi & ancipites illaru[m] proboſcidi alligari,& ſimiliter aliquot præacuti pugiones magni illis eburneis dentibus, qui vtrinque extra os prominet: & nulli licèt armis inſtructi ſint,magnã tamen cladẽ inferunt ſola probo[]ſcide;nam quotquot obuios habent, eos è terra in aëre altiſſim[e] attollunt,vt lapſos ad terram grauiùs affligant, ac in fruſta com[]minuant,vel certè inſtar arietum ferrata fronte feriunt & impel[]lunt obuios, magnãque lanienam faciunt pedibus eos obteren[]do & conculcando, poſtquam in terram dejecerint.

Rex bellum geſturus copias cogit ex omnibus populis regni,v[t] ex Mogoribus, Coronanis, Torquimachis, Bolocchis, Guzzara[]tis, Parthis, Indhuſtanis, & aliis tam Mauris quã Ethnicis : licè[t] ethnicis magis fidat, quàm reliquis. Habitus militum non eſt v[]niuſmodi, ſed varius, & ſine lege, quam illi vocant Caphar,& nõ ſecundùm ſectam Mahumetanam.

Quod ad opes & facultates populorum ſingulorumque ho[]minum attinet, res ſic ſe habet: Rex eſt Dominus omnium;ita v[t] nullus quidquam bonorum ſtabilium habeat, niſi annuẽte Rege: quare omnes pendent ex eius beneuolentia. Omnibus Præfecti[s] belli & Dominis certas ditiones & prouincias redditúſque certos (præter tertiam quam Regi penſitant) attribuit, quibus commo[]dè ſe ſuorumque militum,quos habere tenentur, numerum alere poſſint; qui, quoties bellum gerendum eſt, prodire in aciẽ debẽt. Eiſdem quoque redditibus tenentur ſuſtẽtare Elephantes, came[]los, pantheras, & equos. Atque hi omnes quotannis cogũtur cõ[-]

parere

:ere cum ſuis in Vrbe regia, vbi ante palatiū regis delectus ha-
:ur generalis, vt Rex coram omnia conſpicere poſſit. Redditus
ò Regis ſunt longè maximi, quos copioſiſſimè ex omnibus re-
s cogit & coaceruat: Viget enim in regno omnis generis nego-
tiones, & mercaturæ quæſtuoſiſſimæ, & inter cætera ſunt ibi
rima aromata, vt piper, zingiber, caſia, & alia. Deinde ma-
is numerus lapidum pretioſorum, Margaritarū, & metalli om-
generis, tapeta pretioſiſſima, periſtromata, panni ſerici & au-
texti, plurimum goſſypium, equorum copia, quorum magna
s è Perſia & Tartaria adducta. Itaque quotannis conficit redi-
n plurium millionum, ſuper impenſas quas in toto Regno fa-
Quanquam verò tanta ſit huius regis potentia, non tamen eſt
nagna apud homines æſtimatione, & quoad externum appa-
um non eſt magnificus aut ſumptuoſus, ſiue in habitu corpo-
ſiue in aula, ſiue aliis in rebus. Menſa eius conſtat victu para-
& communi omnino, non plura in eam fercula inferuntur,
ım quadraginta vel quinquaginta, eaque operta ſcutellis &
inis ex China allatis; ſingula quoq; mantili obuoluta & col-
ıta, quod mantile obſignatū eſt archimagyri ſigillo, & deferū-
a totidem pueris præeunte architriclino & aulæ præfecto.
Rex hic multa habet præclara dona; valet iudicio, prudentia,
ngenio. Sagaciſsimus eſt, ſed ſimul humanitate tanta, quan-
n vllo rege deprehendi potuit. Valde magnanimus & genero-
vt ſi ſpectes modò hæc tria, prudentiam, magnanimitatem,
arem fortitudinem & potentiam, nihil admodum in eo deſi-
es. Facetus eſt, familiaris, & amabilis, nec tamen immemor
iitatis & ſeueritatis. Procliuis admodum in bonum, omnium
onum amans, ſigillatim autem Chriſtianorum, è quibus ſem-
aliquem vult ſecum degere. Nihil ferè eſt, quod facere ip-
on poſſit, ſiue ad rem bellicam ſiue ad gubernationem per-
at: Sed nec artium vllarum mechanicarum ignarus; oblecta-
conficiendis ſclopis, fundendiſque & conflandis tormentis.
in ipſo palatio fabricantur ſclopi & gladii. Valet rerum mul-
m peritia, & exercitatione diſputandi de Legibus & variis ſe-
: quo in genere imprimis eſt diligens & curioſus. Et tamen
hic, quod admiratione dignū eſt, eſt rudis litterarū omnino,
ec Alphabetum nec prima elementa norit. Doctorum homi-
ı cæteroqui amicus eſt, è quibus ſecum continenter habet
decim, qui in eius præſentia ordinariè varias proponunt quæ-
nes, & ſemper de alia atque alia materia diſputant, vel va-
commemorant hiſtorias, quæ ad parandam variarum rerum
noti-

notitiam comparandamque prudentiam maximè faciant.

Si quos homines, ignobiles licèt & externos, deprehendat e
ſicio apud ſe gerendo idoneos, ingenióve & induſtria præſtant
ad exercitium aliquod, eos in ſuam familiam adſciſcit, ſecum d
tinet, & munere aliquo impoſito honoratos reddit: Verùm ne i
circo ſuperbiant vel inſoleſcant, vult, vt ſignum prioris ſui ſtat
palam geſtari ante ſe curent, vt inſtrumentum artis, quam an
profeſſi fuerint. Exemplo eſſe poteſt Architalaſſus eius, vel Pr
fectus maris, qui olim fuit homo vilis conditionis; & caput eor
qui conficiebant haſtas. huic, quoties egreditur, vel aliquò co
cedit, præfertur haſta, & idem fit de aliis exercitiis. Ruſticis &
gricolis ac hortulanis vult præferri ligonem vel ſarculum, &c.

Quod ad juſtitiam & æquitatem attinet, in ea tuenda & p
totum regnum ritè adminiſtranda eſt ardentiſſimus & obſerua
tiſſimus. In ea Vrbe, in qua ſedem ſuam habet, nulla contr
uerſia dirimitur, nec extrema ſententia pronunciatur, ſed nec
lus reus vel facinoroſus homo, ipſo inſcio, punitur. In pœnis inf
gendis valde eſt moderatus, & poſtquam permiſit iudicum & a
læ arbitrio reum extremo multandum ſupplicio, vel etiam
lio, vt membro aliquo corporis truncandum, ter vult per nu
cium commonefieri, antequam ad ſupplicii locum educatu
Qui atrox vel immane aliquod ſcelus deſignarunt, eos elepha
tis conculcandos & proterendos objicit, vt in bello hoſtes, v
medios præacutis ſudibus configi jubet: latronibus & pyra
abſcinditur manus, qua deliquerunt: adulteri, homicidæ,
prædones, vel aguntur in crucem, vel jugulantur, aut ſtra
gulantur. Verùm qui leuiùs peccarunt, acriter vapulant, & de
de dimittuntur. Raró hic princeps indignatur vel ſtomachatu
ſed tamen ſi erumpat ira, dici non poteſt, quantum in ea efferu
cat; id boni habet, quod eius iracundia breuis ſit & citò ad priſ
nam animi ſerenitatem redeat: nã re vera à natura humanus e
mitis & benignus. Cuidam primario homini proditionis & co
iurationis apud ſe delato prima atque etiam altera vice cùm r
cidiſſet, ignouit, ſic vt æquè eius opera & conſilio, ac priùs, vter
tur; ſed vbi tertiò in ſuſpicionem eiuſdem criminis venit, cur
uit eum ſtatim agi in crucem. Libenter de rebus ſuis conſilia
gitat: ſæpe etiam priuatas conſultationes de ſuis, quos ſecum h
bet, inſtituit; quid autem ſtatuendum ſit, ſolius regis (idq; me
rò) arbitrio relinquitur. Primò itaque expromit, quid ſibi vide
tur, quidq; moueat, antequã ſuũ conſiliũ exequatur; tũ exprom
quid faciendum vel non faciẽdum ſit, & tunc ſimul omnes reſp
de

nt conſentienter, acquieſcendo eius conſilio, ſit pax noſtro Re-
Cæterũ, ſi omnino alicui illorũ occurrat aliqua difficultas, eã-
ıe diſſoluendã proponat, ſuſtinet patienter, & benignè auſcul-
t; ſed, dato reſponſo, & reddita ſui conſilii ratione, non patefa-
:, quid tandem agere velit, imò nonnunquam poſt perceptas ra-
ɔnes contrarias, ſi mens in illis acquieſcat, mutat conſilium, &
orum arbitrium ſequitur.

Habet Rex hic ſuos judices & magiſtratus, qui litibus populi
iendis & iuri dicundo præſident, licèt inter eos aliquod diſcri-
ꝫn intercedat. Atq; hi omnes controuerſias & quæſtiones deci-
nt, ſententiaſq; ſuas ferunt viua voce, non ſcripto. Ipſe nihilo-
.nus quotidie decies (quod haud ſcio, an vlli Principum ſit vſi-
ũ) publicam audientiam facit, non ſedens, ſed ſtans, colloqui-
rq; aliquando ad duas horas, in hanc rem duas habet aulas pa-
.as & paratas, & in qualibet viſitur ſedes Regia eximio cultu &
:ificio ſplendido, regique conſentanea. Circumſtant eum octo
i ſelecti, & magna rerum experientia celebres, qui offerũt ſup-
cationes & ſchedas memoriales mercatorum, & ſimul eos in-
mant, quis ritus ſeruandus ſit in exoſculandis Regiis pedibus.
dem tẽpore habet ſecum & notarios vel ſcribas, qui diligenter
notant omnia decreta, dicta, & reſponſa Regis, qui mos eſt re-
ɔtus apud Perſas, omneſque harum regionum Principes. Rex
è ſemper Turcarum Maurorumq; ritu ſedet humi in tapetis &
uinaribus: habet tamen iuxta ſe ſellam regiam more noſtro o-
tam holoſerico rubro, ſed auro variaque arte elaboratam, in
ı etiam ſæpe ſeſsitat. Vocauit aliquando Præfectos ſuos & Do-
nos ad conſilium, eique voluit Patres noſtros intereſſe, ſibique
ɔximè aſsidere, quod tamen alii nulli permittit.

Rex hic à natura & corporis conſtitutione valde obnoxius eſt
lancholiæ & oppreſſioni cordis: & idcirco quærit varias deam-
ationes, & ludos ad recreandum ſe & oblectandum. Vnde ali-
ɔties cum equitatu vtrinq; diſpoſito (vt fit in ludo Italis dicto
roſellorũ) exercet ſe ligneis pilis vltro citroq; batillo ad id ac-
nmodato reuerberandis, vt terrã nunquã attingant; nam quæ
s cauſam dederit, vt terram contingat, ea victoriam cedit alte-
Aliàs oblectat ſe ferocium Elephantorum aliarumque bellua-
n conflictu, vt bubalorum, vel ceruorum, vel gallorum, vel a-
um, qui ſe mutuo aduerſis capitibus impetunt, nonnunquam
ım pugna & duello paleſtritarum. Perjucundũ ei ſpectare con-
dentes pugnis, quando ſe crebris ictibus pertũdunt; Gladiato-
quoque, qui veterum Romanorum more ſe impetunt ſtrictis
gladio-

gladiolis. Voluptatem quoq; capit magnā aſpectu colūbarum
aëre tripudiantiū & ludentiū; gratiſſima itē varietas auium. Sæ
aſtat ducētibus choreas, comedias, alióſve ludos, quibus res oli
geſtę repręſentātur, ſi accuratè inſtituti ſint, frequētat; aures qu
q; libētes præbet morionū & mimorū nugis & gerris. Et ne vllu
recreationis genus illi deſit, habet elephātes & camelos, tripudi
di vel ad numerū ſaltandi peritos. Verùm, quod admiratione d
gnum eſt, dū his vacat ſpectaculis, grauiſſima expedit negotia. V
nationi ferarum, quibus regio illa abundat, apprime deditus. I
venatione opera pantherarū ad capiēdas feras vtitur; nullus eni
ibi vſus canum venaticorum. Aucupio non admodum delectatu
etiāſi habeat omnis generis aues; accipitres & aucupes optimo
ſumma dexteritate, qui tantum vſum habēt artis ſuæ, vt certis ſ
gittis, licèt implumibus nec ferro armatis, in cœlū vibratis qu
cunq; auē præteruolantē infallibiliter ferire & in terram dejic
re poſſint. Ad capiendos ceruos in his regionibus vtuntur ope
aliorum ceruorum cicuratorum geſtātium laqueos in cornibu
quibus cerui ſylueſtres, dū cum iſtis arietant & certant, facilè i
laqueātur, & illaqueati ad terram affliguntur; ac mox venatore
magna celeritate accurrentes, in prædam paratam irruunt. Ho
venandi exercitio etiam vtitur Rex, quādo procedit in bellum,
ferè in hunc modum; nimirum curat obſideri ſiluam vel multa v
preta à tribus & aliquando quatuor hominum millibus, ita v
alter alterum manibus teneat; deinde per alios efficit, vt è medi
ſylua ingenti excitato ſtrepitu & ſono ad extremas ſiluæ partes f
ræ adigantur, & ita in manus obſidentium incidunt. Quòd ſi fo
tè eueniat, vt fera aliquorū manus euadat, ii pro recreatione ali
rum, pœnam pro ratione culpæ luere coguntur.

Abhorret hic Rex vehementer & abominatur ſectam Maho
metanam, vt qui optimè perſpectos habet eius errores & fraud
maximas, planeq; decreuit eā immutare, & ideo omnia moſche
vel delubra Turcica in iſtis regionibus demoliri juſsit, ac in ſta
bula aliaq; viliſsimorum officiorum loca conuertit: ſimiliter
Alchoranos, hoc eſt turres, è quibus euocabantur ad habenda
orationē. Dū verò ita anceps eſt, & pendet animi, in quam ſectā
inclinare debeat, quæq; vera ſit lex & religio, etiamſi agnoſcat
confiteatur vnum Deū, primum moderatorē & Dominum ſupre
mum totius vniuerſitatis: (quod etiam ſecūdū legē Mahometic
profitebatur) tamē in gētilitiam potiùs quā in vllā aliam ſuoru
populorum ſectam propēdet, nō quòd exiſtimet adoranda idol
quæ intelligit eſſe vaniſſima & omni cultu indigna: ſed quòd p

et veneratione diuinā deberi ſoli, vt rerum omnium quæ gignū-
ur effectori, & qui principem locum inter res creatas obtineat,
c proinde nec adorandum Mahometum prophetam falſum. In-
er omnes autem leges mundi, quarum notitiam cōſequi potuit,
ulla illi magis probatur quàm Euangelica & Chriſtiana. non
ullas adhuc de ea habet dubitationes, propterea quòd hactenus
on potuerit prolixè & commodè de noſtræ fidei myſteriis cum
agi, tum ob idiomatis difficultatem, tum aliis de cauſis. Spe
men minimè dubia tenemur, multiſque & clariſſimis conjectu-
s atq; argumentis didicimus, & quaſi manu accepta arrha tene-
us, eū religioni Chriſtianę nomen daturū. Hinc eſt, quòd inde à
imis initiis majorem in modum à noſtris petiuerit hominem
hriſtianum Arabici idiomatis & Perſiani gnarum, eumque in
ctrina Chriſtiana & ſecta Mahometana verſatum, qui ſecum
tota re ageret, vt tandem certi aliquid conſtituere poſſet. Cau-
autem primaria, cur ita procliuis fuerit in Chriſtianam religio-
m, tamque beneuolum & affectum ad illam ſe declararit, eſt
ıòd iam olim anno 1578 à Prorege Indiæ ad hunc Regem
andatus fuerit Legatus, Antonius Cabralis Luſitanus, cum a-
uot comitibus item Luſitanis. Tunc enim ſtudioſè obſerua-
& expendit Chriſtianorum, nempe Luſitanorum, qui ad ali-
od tempus in eius aula diuerſabantur, vitam & mores, ac
ul vehementer probauit. Et Legatus quidem eum infor-
uit, quoad potuit, de præcipuis Chriſtianæ legis dogma-
us, & de patribus Societatis, qui per Indiam eam diſſemi-
rent. Cognouerat quoque duos Patres Societatis, qui an-
76 ex Europa venerant, egiſſe cum Vengalanis, expoſuiſſe-
e illis fidei noſtræ capita: eſſeq; in India alios multos eiuſdem
cietatis, qui legem Chriſtianam prædicarent, & magnam ho-
num multitudinem conuertiſſent, & per varias ditiones in
ltis locis fructu vberrimo fundamenta doctrinæ Chriſtianæ
iſſent; de eaque re magnam eſſe famam. Petrus quoque Ta-
ius Luſitanus, magna authoritate vir, qui in aula eius reman-
at, longè accuratiùs poſtea præcipua noſtræ fidei myſteria illi
o omnia curioſè indagāti explicauit: quæ cauſa fuit, vt ex In-
mox euocarit P. Iulianum Perrieram, ex quo multo clariùs
ellexit omnem rationem legis noſtræ. Et certè Pater iſte præ-
rè officio ſuo functus fuit, primiſque veritatis radiis ita prorſus
gem illuſtrauit, vt manifeſtis indiciis declararit ſe deſiderio te-
i ſuſcipiendæ iſtius fidei & religionis. Atque hæc cauſa fuit,
Vengalani voluerint illi rebellare: ſic enim poſtea ſe pur-
garunt,

garunt, mouiſſe ſe bellum, quia cognouerant Regem velle renū-
ciare antiquæ fidei maiorum, hoc eſt Mahumetanæ, & ſuſciper
nouam. Itaque in Ducem & caput belli acceperunt fratrem regi
germanum, Principem Quabul, qui maximis copiis regnum E
chebar ingreſſus erat, vt ſupra diximus, & iam progreſſus cent
Leucas, id eſt, trecenta millia paſſuum; nec antè receſſit, quàn
Rex Echebar potentiſſimo exercitu occurrens, coëgit eum terg
vertere, & in regnum Quabul perfugere.

Ante hoc ergo bellum, iam duos illos primos Societatis Patre
à Vicerege miſſos, vt ſupra diximus, euocarat: & impetratos ſem
per humaniſſimè habuit, ac quando ſuperiores eos inde ad ſuc
currendum aliis regni ditionibus, vel propter rumores, auoca
bant, non acquieſcebat, ſed purimum repugnabat, licèt nunqu
ad remanendum coëgerit, ſed tantùm beneuolè & verbis amor
pleniſſimis rogarit, vt manerent, nec deſererent, ob ſummum de
ſiderium iuuandi ſe, & ſalutem animæ ſuæ procurandi. Quo tem
pore ibi fuerunt, ſæpe eos de rebus diuinis & legis Chriſtianæ ve
ritate & myſteriis diſputantes audiuit: ita vt iam vehementer va
cillaret, nec ſciret, in quam partem ſe flecteret. Hinc eum tra
hebat vis prædicatæ veritatis, & intellectum conuincebat, illin
antiqua conſuetudo; & legis Mahumetanæ licentia retinebat
Mauri deinde & Mahumetani, cùm aduertiſſent eum in fiden
noſtram propendêre, cæperunt ab eo moliri defectionem. Acce
dit quòd eius mater, & matertera, & quidã ex magnis Dominis
quos ſecum habet, malè nos legémque noſtram accipiebant, exi
ſtimantes ſe ad id obligatos, pro ſuæ ſectæ honore & patrocinio
& ex odio, quo naturaliter proſequuntur religionem Chriſtia
nam, eam depingebant tanquam deformem & captiuam. Iden
faciebant tót mulieres, quas habebat, quæ timebant ne ab eo re
pudiarentur. Obſtabat quoque illud, quòd Rex, licèt bona eſſe
voluntate, tamen per continuas recreationes, quas, vt diximus
habebat plurimas, ac grauiſſimas totius regni occupationes, &
quotidiana negotia, neque locus neque tempus dabatur ad tra
ctandum de negociis ſalutis, quæ tractatio prolixis egebat collo
quiis & diſputationibus. Impediebat quoque non parum lingua
peregrinæ difficultas, qua non poterant Patres ita libere & clar
exprimere ſenſa animi, vt potuiſſent natiua & propria. Atque it
tunc nihil effici potuit.

Duo illi Patres, qui Goa profecti erant ad Regem Mogor an
nô 1580, ſcripſere, ſe iter illud ſpatio viginti dierum emenſos, vſ-
que ad Surațte huius regis portum, & poſtquam per multos labo
res &

es & diſcrimina rerum inde veniſſent in vrbem Fatepur, vbi rex
erè per id tempus commorabatur, abſoluiſſentque iter quadra-
inta trium dierum, ſe aliorum ſermonibus cognouiſſe, tam exo-
tatum fuiſſe Regi aduentum ſuum, vt numerarit dies ſingulos,
um eos expectaret, ſicut & ipſe illis poſtea confeſſus eſt. Scripſe-
unt quoque hunc in modum: Rex Maurus non eſt, ſed vacil-
it in omnibus legibus; nec vllã aſſeueranter credit eſſe legem
Dei, quòd in omnibus inueniat, quæ non conueniant eius ratio-
i & intelligentiæ; putat enim omnia ratione poſſe comprehen-
i. Nihilominus interdum fatetur & affirmat, nullam legem ſibi
què probari ac Euangelicam, & qui poteſt eouſque proficere, vt
itelligat hanc eſſe ceteris præſtantiorem & veram legem Dei,
im mox eam ſuſcepturum. In aula quidam aiunt eum eſſe gen-
lem, & adorare ſolem. Alii dicunt eſſe Chriſtianum. Alii, cogita-
eum de noua ſecta inſtituenda. In populo quoque variæ ſunt o-
niones de rege; Quidam Chriſtianum faciunt, nonnulli genti-
m, alii Maurum. Qui autem meliore ſunt iudicio, putant nec
hriſtianum, nec gentilẽ, nec Maurum eſſe, idque eſſe ceteris ve-
is. Vel aſſerunt eſſe Maurum, ſed conformare ſe omnibus, vt ar-
quadam omnium animos ſibi deuinciat. Quia verò hic Rex per
iſtolam Goam tranſmiſſam ab Indiæ Prorege, & P. Prouinciali
cietatis, petiuerat ſibi mitti cum Patribus dictis libros Legis
eatoris, (ſic enim in illis partibus appellantur) qui ibi docetur,
ſt tertium vel quartum ſui aduentus diem obtulerunt Regi Bi-
a regia quatuor linguarum venuſtè compacta & inaurata, cùm
i principes Domini ſtatus adeſſent. Plurimũ hoc dono recrea-
eſt, & ſingulos tomos magna reuerentia ſigillatim ordine ſuo
epit, oſculatus eſt, & vertici ſuo in præſentia omnium impo-
t. Deinde in eo ipſo cubiculo curauit ea deponi in armarium
uum, quod in hunc finem fieri curarat. Obtulerunt illi quo-
e duas pereleganteſ tabellas, quas ſtudio illi Goa attulerant,
quarum altera erat imago Glorioſæ Virginis cum filio in bra-
is, expreſſa ex exemplari S. Mariæ Maioris; in altera verò ima-
Saluatoris, quam maxima veneratione & reuerentia item in
nſpectu omnium recepit, oſculatus eſt, & oſculandam præbuit
filiis, repoſuitque in eundem locum. Atque hæ ſunt, quas o-
idit Patribus, qui poſtremò ad eum profecti ſunt, eorumque
torio accommodato dedit. Attributa autem dictis Patribus
nmoda habitatione, & loco in quo excitarent oratorium ad
um diuinum exercendum; commendauit eis filium ſuum ſe-
dogenitum, vt eorum opera addiſceret idioma Luſitanum,

artémque ſcribendi more noſtro, & fidei principia. Cúmque ali-
quando filium inuiſiſſet, & inueniſſet apud eum paradigma ſcri-
ptionis à P. datum, atque ille iuſſu Patris legere illud cæpiſſet, his
verbis: *In nomine Dei*, Pater ſubiecit, vt adderet, *& Ieſu Chriſti ver.*
*Prophetæ & filii Dei*, quod etiam in eius præſentia additum eſt.
Iuit deinde ad eorum oratorium, ab ipſo in eorum domicilio cu-
ratum; & perbellè ornatum, in quo quotidie faciebant ſacrum,
præſentibus omnibus Luſitanis, quotquot in aula degebant. Rex
ingreſſus eſt ſolus; turbinem è capite detraxit, & primùm genibus
nixus more noſtro orauit, tum adorauit ritu ſuo, nempe Turcico
& mox etiam Gentilitio. Surgénſque è terra, dixit, Deum coli de-
bere omni genere adorationis. Poſt hæc conſedit vnà cum illis hu-
mi, hoc eſt in tapetis & puluinaribus, dixítque, ſe nihil dubitare
de noſtra lege, probéque intelligere vitam & miracula Chriſti nō
eſſe puri hominis; ſed ſe non capere, quomodo Deus habeat fi-
lium. Aliàs poſt varia colloquia dixit: Patres; multa de lege veſtra
ex ſermone veſtro cognoui, quæ plus mihi arrident, quàm de vlla
alia lege; ſiue Maurorum, ſiue Gentilium, ſiue aliorum intellexe-
rim: Verùm ſupra omnes Mahumetani verè mihi videntur om-
nium deterrimi. Poſt octauum deinde diem ad idem oratorium
rediit cum tribus filiis; & præcipuis Regni Dominis omnia lau-
dans, & mandans filiis atque aliis, vt detraherent calceos, quod
& ipſe fecit; vt ac mos eſt Mahumetanorum ſua Moſchea intran-
tium. Imagines Chriſti, Beatiſſimæ Virginis, aliorumque Sancto-
rum ſingulari reuerentia proſequitur, & ideo tunc temporis à ſuis
pictoribus curauit multa depingi exemplaria. Aurifici etiam cui-
dam mandauit, vt ex auro thecam reliquiarum conficeret ea for-
ma, qua Patres habebant, inciſis forinſecus hinc inde Chriſti &
B. Virginis iconibus. Denique affirmauit Patribus, ſibi vehemen-
ter placere legem ipſorum, ſed non poſſe ſe adduci vt credat duo-
bus articulis, Trinitatis ſcilicet & Incarnationis. Si autem effe-
cerint; vt poſſit vtrumque ingenio comprehendere, ſe futurum
Chriſtianum, & regno etiam ceſſurum, ſi ita opus eſſet. Sedulò i-
pſe laborat, vt omnes ſui ad legem Chriſti afficiantur, eamq; paſ-
ſim prædicat. Neque vllius rei maiori deſiderio tenetur hic Rex
quàm cognoſcendi, quæ ſit vera Dei Lex; prorſus vt nihil aliquan-
do aliud totos dies agat, quàm diſputare cum ſuæ Legis ſacerdo-
tibus, qui ibi appellantur Mullas, & ſunt valde imperiti, nec vale
ſuum Prophetam tueri, nec rationem reddere libri, qui dicitu
Alchoranus. Recipiunt illi Moyſen, Dauidem, & Euangelia, ſe
neque habent, neque legere poſſunt, quia vetuit Pſeudopropheta

Et conuincunt eos Patres ex ſuis dictis. Si enim Alchoranus eſt eorum ſcriptura ſacra, & Propheta eorum Mahumeth, neceſſe eſt id eos probare ex ſacris litteris quas recipiunt, & has cum illis cōcordare. Si enim diſcordent, & habeant repugnantia, alterutram vanam & falſam eſſe oportet. Rex nullam ampliùs opinionem habet de ſua lege bonam, vel de ſuis Sacerdotibus, & apertè id confitetur: Tantopere diligit Chriſtianos, vt apoſtatis quibuſdam Chriſtianis in regno ſuo agentibus poteſtatem dederit reuertendi ad ſuos, vt fidem Chriſtianam rurſum complectantur: Ac vni quidem conceſſit, vt ritu Chriſtiano ibi ſe veſtiret, imò in domum ſuam eum recepit tanquam miniſtrum vel famulum. Obiit ſub id tempus Luſitanus quidam, qui morabatur iuxta aulam; quē Rex à Patribus noſtris ſepulturæ mandari voluit ritu Chriſtiano, prælata videlicet per vrbis medium cruce, & accenſis luminibus, quæ res omnibus fuit magnæ ædificationi, propter caritatem & religionem quam Chriſtiani præſtabāt defunctis, ipſique Mauri precabantur pro illo, & operam ſuam in ſepeliendo offerebant. Hæc licèt ita ſe habeant, magna tamen adhuc reſtat difficultas in eius conuerſione; nam cùm ſupradictis articulis non credat, non ſatis eſt eos probare è ſcripturis; nam dubitat de omnibus quæ dicit, allegans Gentiles affirmare legem ſuam eſſe veram. Et ſimiliter Mauros, & Chriſtianos contendere de ſua, atque ideo ſe ſuſpenſum & ancipitem hærere inter omnes. Cùm verò etiam multis negotiis ſit implicitus, temporis vacui tantum non datur, quantum neceſſarium eſſet, ad res diuinas exponendas: Et dum cum eo ſermo habetur, vbi vnum percunctatus fuerit, mox percunctatur aliud, vt homo, qui valde cupidus eſt cognoſcendæ veritatis; ſic fit, vt omnia, quæ ad plenam alicuius articuli explanationem pertinent, illo ſermonem interpellante, dici non poſſint. Habebat præterea omnia recreationum genera, quæ exeogitari poterant, & plus quàm centum vxores, de quibus incertum, num omnes abſtrahi poſſint. Adhæc æquo curioſiùs optat edi aliquod miraculum: vnde bis terve efficere conatus eſt, vt Patres illi cum Euangelio in manibus, & ſimiliter ſui Mullas cum Alchorano ingrederētur ignem, probandi cauſa, vtra Lex ſit veritati conſentanea. Verùm bonis rationibus ab eo conatu eum auocarunt, dixerantque, quando iſtiuſmodi fiunt ſine peculiari inſpiratione Dei, eſſe temerarium, & Dominum Deum tentari, & acquieuit. Voluit Patribus dictis, cùm eò primùm adueniſſent, magnam dare vim pecuniæ, ſed recipere noluerunt, quare non parum fuit ædificatis: ſic, vt Domini, quoties in cōſpectum Patrū veniebant, palàm
 dicerent;

dicerent, illos non eſſe ſimiles ſuis Mullas, aliiſque religioſis, qui non inhient, niſi nummis. Et quia illi Patres videbant ob mutationē fidei excitatos tumultus, & inclinare homines ad defectionem, dixerunt Regi, quod ad ipſos attineret, magnæ felicitatis & lucri loco ſe habituros, ſi contigerit eos occumbere pro fide Chriſti. Quod Patrum dictum in præſentia Dominorum & Ducum belli, qui circumſtabant, quodam die vehementer collaudauit. Iam verò cùm nunc ad nouam huius regis inſtantiam (vt initio dictum eſt) eò profecti ſint duo alii Patres, anno 1594, multaque impedimenta ſublata ſint, eoque deductus Rex, vt vna tātùm coniuge vtatur, ac deſideret tandem familiariter & commodè de fidei noſtræ veritate ſuaque ſalute agere, vehementer etiam vrgeat, vt linguam eius regionis addiſcant, & pulchram eccleſiam, poſt diſiecta Moſchea, fabricari faciant; ac denique generalem poteſtatem dederit Patribus baptizandi, & Chriſto adiungendi omnes quotquot voluerint. Hæc inquam omnia, totiuſque huius miſſionis Status, quia meliùs intelligi poterint ex ipſis litteris, idcirco eas his ſubiungam.

# EXCERPTA EX ANNVIS INDIÆ ORIENTALIS, ANNO M.D.XCV.

*A P. Prouinciali ad R. P. Claudium Aquauiuam Generalem Societatis IESV datis.*

ECHEBAR, quem vulgò vocant Magnum Mogor, anno ſuperiore per Legatum ſuum, iam tertiò, idque magnopere, miſſionem aliquorum Patrum poſtulauit. Ac mox Prorex P. Prouincialem maiorem in modum rogauit, vt voluntati eius annueret. Et quoniam P. Prouincialis cognouerat ex V. P. quantopere exoptaret Patres aliquos Societatis ſedem ſuam habere in Vrbe Lahor & aula huius potentiſſimi Regis, reſpondit ſe acturum cum ſuis Patribus, & daturum reſponſum. Conſilio

ergo

rgo de miſſione habito, concluſum eſt, eſſe ſuſcipiendam, tum uòd illa eſſet V.P. voluntas, & tanto ſtudio miſſio expeteretur, um quòd Dei mos ſit res magnas prorogare in tempus ſibi ſoli xploratum: fieri autem poſſe vt hoc ſit tempus à Deo decretum, uo in opulentis illis regnis oculi ſint aperiendi, omniſque ab in-elicibus illis & excæcatis mortalibus cæcitas & infidelitas remo-enda. Cùm autem in deliberationem vocaretur, quis in hanc niſſionem ablegandus eſſet, ſors tam felix cum multorum, vt ita icam, inuidia ſancta incidit in P. Hieronymum Sciauier, qui tūc rat Goanæ domus Præpoſitus, quam ſortem, aiebat, in ſe caſurã, um multo antè intimo quodam animi ſenſu ominatum fuiſſe. Vt onditionem acceptauit, adiuncti illi ſunt comites duo, P. Emanuel Pinnerus, & Benedictus de Gois frater; confectiſque or-amentis pro Eccleſia, & inſtrumento ad ſacra celebranda neceſ-rio, aliiſque rebus collectis, in viam ſe dederunt duce illo Arme-o, qui primos Patres, vt P. Rodolphum Aquauiuã cum ſociis, cò erduxerat. Abnauigarunt hinc vecti vna triremi verſus Daman, inde Cambaiam, vbi Dominus Deus noſter cœpit illis dare præ-dium ingentis fructus conſecuturi, tantaque conſolatione af-cit, vt iam videretur facto ipſo labores miſſionis compenſare. Et ia aliquot dies ſubſtiterunt Cambaiæ, in domum quandam a-m ſuam tranſtulerunt, ibique collecti, quaſi in Eccleſia, confeſ-nes audierunt, & Sacramenta adminiſtrarunt Luſitanis, aliiſ-e Chriſtianis illic commorantibus. Sed fructus, qui hac noſtra ora hîc factus eſt, principiaque & argumenta meſſis in poſterũ faciendæ, accuratiùs intelligentur ex aliquibus capitibus lit-terarum à Patribus ipſis hinc tranſmiſſis, iam ſubjiciendis.

(∴)

# EXCERPTA EX EPISTOLA P.

## EMMANVELIS PINNERI,

*Ad P. Prouincialem Indiæ orientalis Goam.*

APPVLSI Cambaiam, domum quandam ornauimus, vt in ea excitaremus altare ad celebrandum feſtum natiuitatis Chriſti, quod perfectum eſt magna voluptate noſtra & Luſitanorum, qui numerum attingebant centeſimum, & ingenti lætitia ſpirituali confeſſi ſunt & cõmunicarunt. Ex iis quidã, qui iam à multis annis degebat in his locis factus ſeque, multis implicitus peccatis; cũ tãto peccatorũ ſuorũ dolore reductus eſt in viã, vt ſubitò ſe cõpararit ad vitã deinceps vna cum cõiuge, quam deſeruerat, inter Chriſtianos inſtituendam. Certiſſimè affirmare poſſum R. V., & idem dicunt reliqui ſocii, me nunquam tanto ſenſu deuotionis, vt his diebus, quibus hic cunctati ſumus, affectum fuiſſe: planeque credo, neminem tam indeuotum eſſe, qui ſi Cambaiam venerit, mox deuotus futurus ſit; quandoquidem ego tam frigidus & indeuotus anteà exſtiti. Bene apparet, Deum locis non eſſe alligatum, imò in his peregrinis locis, & ſylueſtribus ſolitudinibus liberalius ſe nobis communicat, quàm in Vrbium frequentia & tumultibus. Sacellum erat multis roſis odoriferis elegantiſſimiſq; floribus ita exornatum, vt cælum quoddam eſſe videretur; omnibuſq; his diebus à Luſitanis tanto ſtudio frequẽtabatur, ac ſi cõſequendi Iubilæi ſpem habuiſſent. Et idem faciebant omnes gentiles & Mauri; intrantéſque dicebant ſe diuinum quid perſentiſcere, & attoniti addebant: An DEVS hîc eſt? num hîc habitat? multi quoque procidebant in genua ad adorandum puerum IESVM, & eius pedes oſculabantur, turbinibus ſuis è capite depoſitis. Idem faciebant imagini B. Virginis, ad quam neſcio cur hæc gens tam ſingularem demonſtret deuotionem; ea enim conſpecta magnum ei honorem, reuerentiam, & beneuolentiam exhibet. Veniebant autem turmatim, ac ſi fuiſſent Chriſtiani, & tanta ſecuritate ac libertate, ac nos accedimus noſtras Eccleſias, & præcipui e populo erant primi. Gubernator Vrbis re cognita, miſerat certum hominem qui peteret, vt ſibi daretur copia viſendi noſtri ſacelli. Sed eius deſiderio fieri non poterat ſatis, quòd iam omnia orna-

ıenta ſacelli illa hora detracta eſſent, & ſarcinis incluſa, & Cambaia diſcedendum.

Cauſa, cur maturiùs ille non aduenerit, erat ſtatum quoddam ꞏiunium, per quod non licebat ei vlli alii negotio operam dare: cut fit in noſtris Exercitiis ſpiritalibus. Quidam eorũ extrahunt ꞏiunium in octo dies, alii in quindecim, viginti, triginta, t nec bolum ſumant: tantùm licitus eſt potus aquæ ſi ſitiant. uidam hanc pœnitentiam agenti oculus ſiniſter è capite exciit. Res miranda eſt, quanto in pretio apud eos ſit Brachmaus, (qui eſt quaſi quidam Vicarius) neque enim negotiationes ſuas auſpicantur, niſi illo priùs manè honorificè conſaluto. Ego ſanè omnino pudefactus abii, cùm viderem iſtos us honoris variis Diis, quàm me vero & æterno Deo deferre. nus eorum mihi dixit, ſi Brachmanus ſuus ſibi imperaret, vt nnes facultates ſuas erogaret in pauperes, ſe facturum, vitam ıoque daturum, ſi ita juberet. Et ita communiter affecti ſunt nnes.

In capite quodam litterarum P. Hieronymi Sciauier etiam fit entio deuotionis Luſitanorum, & ſacelli, ac fructus ex eo conꞏcuti, his verbis: Tandem vltima concione habita à Luſitanis diſꞏſſi. Omnibus enim diebus ſacris huius feſti & Dominicis, excepo die IESV, id eſt Circuncilionis, quo nos occupauit filius ꞏgis Mogor, habitæ ſunt conciones. Studium harum concioꞏm erat, quale Deus dabat, ſed fructus magnus. Confeſſiones fa- ꞏr ſunt magni ponderis, & ad gloriam Dei. Omnes quaſi Luꞏani, eorumque famuli, qui hîc degebant, confeſſi ſunt, multi eꞏım communicarunt; & abſente vno, accedebant alii, omnibuſq; ꞏtum eſt ſatis. Sacellum non capiebat omnes, & ideo alii primę, i ſecundæ miſſæ intererant. Concio fiebat in aula domus. De ꞏhedra vel pulpito nihil dico. Quilibet cogitet de eo vt volet. o abſoluta concione adibam Maurum linguæ perdiſcendæ ıſa.

P. Emmanuel Pinnerus refert cauſam diuturnioris morę faꞏ in Cambaia, nempe quòd tũc ibi cum exercitu præſens adfuiſꞏ filius Echebar, qui conſpectis Patribus, eos allocutus eſt, & ꞏltis verbis prædicauit, quanta beneuolentia & amore eſſent à ꞏtre ſuo recipiendi. Adiungam hîc aliud quiddam ex epiſtola eꞏdem P. Pinneri, ad P. Prouincialem, quæ, vt ſpero, non erit Leꞏri ingrata. Eſt autem hæc.

ꞏultanus Horat filius ſecundò genitus Echebar Cambaiæ t, cùm nos appelleremus, cognitoq; aduentu noſtro extẽplo

inſequenti die, qui erat pridianus Natalis Chriſti, mandauit v
ad arcem huius ciuitatis, ædibus noſtris proximam, veniremus
vt ibi coràm videre nos poſſet. Prodiit autem ille ex caſtris extra
vrbem collocatis. Suſcepit nos ſingulari beneuolentia, & quia
nox erat, mox receſſit. Poſt exhauſtam hanc Vrbem petitionibus
à qua accepit ducenta milia Cruciatorum in nummis & auri fru
ſtis, abiit Surate, & fama erat eum tendere vltra Mellicho. Cùm
autem leucæ interuallo ab hac vrbe abeſſet, euocauit nos hora
poſt mediam noctem tertia, quod permoleſtum nobis fuit, cele
brabamus enim feſtum Circumciſionis. Facto ſacro, mox adii
mus caſtra, eo tempore quo omnes duces belli & nobiles venie
bant ad precandum illi fauſtum diem: Stabat in tentorio plus æ
quo excelſo, vt ab omnibus videri poſſet. Cùm adueniſſemus, eun
dem honorem illi detulimus, quem duces belli deferebant, qui e
rat, demittere caput, & in pedibus conſiſtere. Stetimus autem in
ter dictos Dominos, qui inſtar ſtatuarum, oculos in eum defixo
tenebant. Hoc facto, ſubiimus tentorium, quod erat valde am
plum. Pauimentum eius, quod forma muri fiebat extra domum
non erat abſimile illi Proregis, quæ eſt platea valde magna. In
medio huius pauimenti erat tentorium paruum, cum lecto, e
omni parte propatulum, in quod nos recepit longè maiori læti
tia, & indiciis beneuolentiæ manifeſtioribus, quam prima vice
multaque & varia eſt percunctatus, vt an in Luſitania ſit nix, gla
cies, feræ, vrſi, lepores, aues venatrices, accipitres, falcones
&c. Cùm affirmaremus, eſſe, conuertebat ſe ad ſuos, dicens
Ergóne hæc etiam ſunt in Luſitania? Quo audito, omnes ſua
palmas manuum admouebant terræ, & deinde capiti, quod ar
gumentum eſt honoris delati, quòd eos alloqueretur. Sciſcita
batur quoque, quibus in rebus occuparent ſe noſtri Reges, & ali
innumera. Deinde progreſſi ad locum, vbi debebat conſcender
equum, attulerunt illi mille quingentos manudos, qui valen
plus trecentis Pardais, dicebatque ſe non ignorare, nos nequ
pecunias neque aliud quicquam recipere à quoquam: ſed qui
videbat nos eſſe pauperes, & opus illis habere pro reliquo itinere
voluit nos acceptare; nullaque amplius mora interpoſita, diſceſ
ſit. Quia autem dubitabat, num acceptaturi eſſemus pecuniam
mandauit ſuis, vt darent Armeno comiti noſtro & pecuniam &
tres rhedas cum ſex bobus & tribus equis. Quod ad pecuniam
attinet, ea certè ad iter conficiendum fuit neceſſaria. Armenu
enim non habebat Patentes vel publicas litteras de nobis pe
Cambaiam, ſed per Sinde deducendis. Cùm abiiſſet Sultanu
Hora

lorat, comparauimus & nos ad diſceſſum, quem tamen non po-
imus, ac bene voluiſſemus, maturare per Sinde, eo quòd Gu-
ernator illius loci adhuc ieiunio ſuo detineretur. Filius hic E-
hebar educebat ſecum in aciem quatuor vel quinque equorum
illia, & ferebatur iam viginti millia præmiſiſſe. Quadringentos
uoque habebat elephantes, ſeptingentos camelos, quadraginta
el quinquaginta dromedarios, boues quater mille, quindecim
ormenta bellica maiora, quæ eandem pilam euomebant, qua-
uor medioxima, & aliquot minora. Ingreditur hoc bellum ani-
o excelſo ſubiugandi totam ditionem Decan. Sed valde vereor,
e malè cedat, cùm ſinat ſe non per ſenes ſed iuuenes regi, qui
im, vt natura humanus eſt & munificus, iam totum immutarũt.
loſcheis parum addictus eſt, ſed nec vnquam vidit. Totus eſt in
nando & ſpatiando.

Etiamſi hæc diuturna viginti dierum eoque ampliùs mora,
uam Pater Sciauier cum ſociis ſuis fecit Cambaiæ, fortuito eue-
iſſe videatur, tamen diſceſſus ille Domini prouinciæ non vide-
ir citra nutum & conſilium Dei, licèt præter intentionem iſtius
omini, inſtitutus, vt videlicet illorum dierum interuallo Pa-
es accuratè explorarent conditionem & ſtatum huius regionis,
mulque animaduerterent, quàm idoneus eſſet populus ad per-
piendam veram DEI legem ac Euangelii prædicationem: quæ
s diu multùmque à noſtris fuerat exoptata. Neque P. Prouin-
alis vllam aliam rem vnquam magis præ oculis habuit, vel diu-
us mente pertractauit, quàm in omnem occaſionem incumbe-
perueniendi Cambaiam, & oſtium patefaciendi in magna iſta
egna: Quorum indigenæ veri ſunt prorſus Ethnici, gens pieta-
s & miſericordiæ operibus dedita, religioſa, & ſuæ ſalutis a-
ans, licèt à ſuis Doctoribus decepta, arbitretur eam exiſtere, v-
i demoratur mors. Cùm igitur in hac cunctatione Patres, vt di-
, cognouerint, commodam hîc meſſem Euangelio paratam, eo-
ue nuncio P. Prouinciali accreſceret cupiditas tentandi aditum
illam regionem, mandauit idem Prouincialis, vt ab Echebar
ge Mogor, cui Cambaia ſubiecta eſt, litteræ patentes, hoc eſt,
iblica facultas prædicandi ibi Euangelii, pro noſtris peteretur.
ulti enim iam ſatis animati erant ad ineundam hãc ſacram ex-
editionem, poſt litteras allatas à dictis Patribus: qui Cambaię
otarant locum eſſe diſſeminãdo Euangelio valde opportunum,
liquet ex parte vna epiſtolæ P. Emmanuelis Pinneri. Non pu-
cuiquam moleſtum futurum, ſi eam hîc ſubiecero. Nam in ea
iam dedit ad P. Prouincialem, ita ſcribit:

Gens hæc admodum dedita eſt erogandis eleemoſynis, pia, & amans ſuæ ſalutis. Heſterno die, qui fuit octauus Ianuarii anni 1595, intellexi plus vicies mille pardaos, quorum quilibet valeret quinque larinis, id eſt 25 iuliis, in ſtipem collatitiam in hac vrbe datos. Demonſtrarunt mihi hominem vnum qui ſolus dederat quinque milia, alium qui tria milia, tertiũ qui mille quingentos: certoque didici hoc die in toto Guzzarato eleemoſynas æquaſſe millionem auri. Percontatus cauſam tantæ liberalitatis reſpõderunt, cauſam eſſe quòd eo die ſol à Sur migraſſet ad Horte, vt ibi aſſerunt eorum Brachmani. Faciunt quoque eleemoſynas, vt eos Deus attrahat ad gloriam, & eodem fine agunt pœnitentias, & obeunt peregrinationes, ſed miſere deluſi oleum & operam perdunt. Pauci dies ſunt, cùm ex hac vrbe quinquaginta milia hominum abierunt peregrinatum ad Gangam (is eſt fluuius Ganges in Vengala) beatũque ſe putat qui in hoc flumine ſe lauerit. Securos de ſalute ſe exiſtimant, ſi impendente morte pauxillum huius aquæ biberint.

Egi hîc cum gentili quodam, nomine Gedacham, viro primario, qui peregrinationem hanc obierat, & ter in hoc flumine ponderauit matrem, ſemel argento, ſecundò margaritis, tertiò auro, & hoc omne in pauperes erogauit. Rau frater huius Gedacha eodem modo quodam die in eleemoſynam diſtribuit cẽtum quinquaginta & totidem millia Pardais, idque fecit, vt Pagodi (quæ ſunt illorum idola) ei proficiſcenti ad Echebar, à quo erat vocatus, fauerent & patrocinarentur. Negari non poteſt gentem hãc valde eſſe miſericordem in egenos: itaque ſi Sol iuſtitię radios ſuos dignabitur in hanc vrbem emittere, non exiſtimo magnã fore difficultatem in ea Chriſto adiungenda.

Primarius quidam huius vrbis Dominus, centum capitum familiam domi ſuæ alens, mihi ſecum ſpeciatim agenti affirmauit, non dubitare ſe de noſtræ Legis veritate: quomodo autem fieri poteſt, inquiebat, vt ego ſolus, in hoc ſtatu meo, fiam Chriſtianus? petebat quoque, an ſaltem impendente morte ſeipſum poſſit baptizare? Magnopere idem me vrgebat, facultatem vel patentes obtinerem ab Echebar, excitandi ibi vnam Eccleſiam, promittebatque ſe futurum Chriſtianum, & alios quamplurimos. Quodam die cùm eſſemus in horto Regis, qui eſt in arce, & conſpiceremus ædes quaſdam auro affabre & picturis elegantibus elaboratas, vehementer optabat eas conuerti in Eccleſiam, monebatque vt illas peterẽ ab Echebar. Aliquando adii valetudinarium publicum, quod pro omni genere auium hęc gens inſtruxit,

vt cu-

curentur, quando non rectè valent. In eo vidi quoſdam pauo-
:s, qui quòd eſſent incurabiles, poterant expelli ex Valetudina-
o. Id moleſtè accidit. Accipiter vno pede æger allatus erat in
letudinarium; vt ſanatus eſt, inſultauit aliis auibus, multaſque
:cidit. Itaque miſer, vt rei publicæ noxius, à præfecto Valetudi-
rii exturbatus eſt. Pro auibus quidem, ſed non item pro homi-
bus valetudinaria habent, quos permittunt ab omnibus deſer-
s extingui. Sed nolo R.V. diutius his minutiis narrandis mole-
is eſſe. Tantùm dico: Poſſe me, nullo metu Maurorum vel E-
nicorum, per vias Cambaianas decantare doctrinam Chriſtia-
m, & vexillum Crucis erigere: imò multi ſe comites adiunge-
nt, tanto amore & veneratione nos proſequuntur. Et idē aſſe-
rat P. Sciauierus. Nec dubitaſſemus hîc pedē figere, ob ſum-
am ſpē meſſis, quam videmus paratam, niſi maius negotium
imo loco aggrediendum fuiſſet, vel certè de R.V. voluntate cō-
tiſſet. De noſtra autē Miſſione magna eſt omniū exſpectatio, nā
is ſubditi affirmant hac vice Echebar totū negociū ad finē per-
ctūrum. Vtinam Deo propitio ita fiat. Si R.V. ſcribere velit ad
Scianier, poterit per hunc tabellarium: Habet enim is magnā
nicitiam cum quodā Cambaiano nomine Babanſa, huius vrbis
timo, locuplete, & honorato viro, & ſummo Patrū amico. Hic
im, fauente Deo, primus erit, qui Chriſtianæ religioni nomen
bit. Cùm ædes eius adiiſſemus, demonſtrauit nobis omnia ſua,
ſunt certè ædes dignæ ipſo, & more Luſitano inſtructę. Sub fi-
m curauit adduci filiolū duorum aut trium menſium, cumque
o data illi benedictione dixiſſem; Deus te faciat talem, qualem
teſt. Reſpōdit ille: R.V. dicat. Deus te faciat Chriſtianum. Hic
olixè mecum de ſua ſalute & de baptiſmo egit, quærebatque
ſſétne quis à ſeipſo baptizari: addebat, gētilium ſectas eſſe me-
& decantatas fabulas. Hoſtis capitalis eſt quorundam homi-
, qui vocantur Verteas, de quibus pauca attingā. Degunt Ver-
s, religioſorum inſtar, ſimul in congregatione, & cùm eorū æ-
s ingrederer, erant numero ferè quinquaginta. Habitus eorū
t ex panno candido, nudo ſunt capite, barba raſa, vel potiùs
nto glabro, nam ſine tōſore ipſi omnes pilos è mento & capite
ellunt, paucis tantùm relictis in medio capitis vſque ad verti-
n. itaque toti quaſi calui ſunt. Viuunt in paupertate. Nec e-
moſynæ plus recipiūt, quā ſupereſt è victu quotidiano illi, qui
n dederit. Vxoribus carent. Sectā conſcriptā habēt in libris lit-
is & notis Guzzarati. Bibunt aquā calidā, non quòd timeant
harrum, ſed quòd putent aquam animatam, animā autē eius à

Deo

Deo conditam occidi, ſi incocta bibatur, idque magnum eſſe crimen. Eam ob cauſam in manibus ferunt ſcopulas quaſdam, quæ adjunctæ eorum manicis videntur penicilli goſſypini, & ſeruiunt ad expurgandam planiciem vel pauimentum in quo ambulant, ne fortè animam vermiculi alicuius conficiant. Vidi ego eorum Priorem vel Superiorem hac de cauſa ſæpius ſcopantem locum antequam reſideret. Prælatus eorum Major vel ſummus Superior fertur habere centum milia hominum ſub ſua obediētia, & quot annis eligitur alius. Vidi inter eos, puerulos octo vel nouē annorum, qui videbantur Angeli. Videntur Europæi potiùs eſſe quàm Indi. Hac ætate ab eorum parentibus huic religioni dedicantur. Habebant omnes in ore pannum quaternos digitos latum, vtrinque per aures foramine facto tranſmiſſum, & retro per eaſdem aures reductum. Quærebam ex illis, cur ferrent illum pannū; tergiuerſabantur reſpondere: ſed intellexi, cauſam eſſe, ne culex vel muſca infortunio aliquo eò penetraret, & ſic ſublata ei vita anima enecaretur. Docent iſti mundum conditum à multis centenis annorum milibus; tunc autem Deum miſiſſe Apoſtolos viginti-tres: in hac autem tertia ætate miſiſſe alium, nempe vigeſimum-quartum, idque factum ante duo annorum milia, & ex eo tempore ſe habuiſſe ſcripturam, quam tamen antè non habuerint. P. Sciauier & ego per interpretem antè nominatum Bubanzam, de hac re egimus cum ipſis, & indicauimus collationem ad ſalutem eis eſſe neceſſariam, & reſponderunt ſe cupere alias nobiſcum cōferre. ſed non reuertimus eò, licèt multis precibus reditum noſtrum vrgerent, quia poſtero die erat diſcedendum. Ego certè non dubito, noſtros, ſi huc aliquando perueniant, non defuturos labores magnos, ſed conſolationem pariter tantam offenſuros, vt dicturi ſint, ſatis eſt Domine, reliquum mihi reſerua in vitam cœleſtem. Dum per Cambaiam incederem, videbar mihi ire per Eboram in Luſitania, tot viri, feminæ, pueri nobis occurrebant, & óculorum nutu ac etiam verbis ſumma beneuolentiæ ſigna oſtendebant. Omnis eorum ſermo erat: Patres, Patres, Ecce hîc Patres. Verè dum hæc ſcriberem, lachrymę curſum ſcribendi inhibuerūt. Neſcio quid Deus velit; ordinet ipſe quod optimum ſuæ diuinæ voluntati videbitur. Hæc fuerunt præludia, quę Cambaiæ magno Regi Mogor ſubjectæ Dominus Deus ſtatim in ipſo oſtio regionum iſtius miſsionis communicare voluit: quæ fuerunt præſagia manifeſta eorum, quæ poſtea in aula experti ſumus. Quarto die Nouēbris, hoc eſt nudius-tertius, aduenit Armenus quidam cum litteris P. Sciauier & Emmanuelis Pinneri, quibus nunciabatur,
ces

s iam incolumes perueniſſe Lahor ad aulam Mogor, quibus junctæ erant hæ ad V. P.

# XEMPLVM EPISTOLÆ P. HIERONYMI SCIAVIER,

## *Datæ ad P. Generalem Societatis IESV.*

M. R. IN CHRISTO PATER N.

PAX CHRISTI.

O-A ad V. P. ſcripſi, quemadmodum à ſancta obedientia amandatus ſim ad aulam Magni MOGOR, & quãto animi ſenſu & voluntate iter aggreſsi ſimus. Quinq; mẽſiũ ſpatio eò peruenim⁹, licèt Goa duorum tantùm menſium itinere hinc abeſſet. Ducẽtas ginta leucas terra, idque ſemper per eius ditiones, cõfecimus. gno honore & beneuolentia palàm aduentum noſtrum exce-, & quocunque loco nos videt, ſimiliter facit, ſibique proximè er magnos ſuos Dominos vult verſari. Hactenus pauca nobiſn egit de totius rei ſumma, nihil autem de lege. Sæpenumero gno affectu nos admonet, vt linguam addiſcamus, vt ſine inprete nobiſcum agere poſsit de rebus ſuæ ſalutis. Et ſemel cuit nobis indicari, per quendam ſuum intimum, quo duce vtiin rebus ad legem pertinentibus, ſi Perſicam linguam tenere-s, magnum nodum, quo ligatus eſſet, diſſolutum iri. Ad res ſpetes ad legem Chriſtianam declarat Rex ſe bene eſſe affectum. bet quaſdam imagines Chriſti Domini noſtri, & Beatiſs. Viris valde nobiles, eaſq; ex optimis quæ ſolent ex Europa adferc decenter & reuerenter eas conſeruat. Magna voluptate ſua ueuit eas aliis oſtendere, multo tempore brachiis ſuis ſuſtinẽvſque ad fatigationem, quia magnæ ſunt. Quodam die venit noſtrum feſtum, & cùm diceremus Litanias, ille inſtar Chrini Regis flexis poplitibus manibuſque junctis aderat: Non uam temporis partem tum conſumpſit ſpectandis & conſidedis noſtris imaginibus, quærebatque de eorum myſteriis. Mẽuguſto in feſto Aſſumptionis D. Virginis commodato nobis it ſuas imagines, cùm vix verbulo eas petiuiſſemus, deinde ioſiſsimos pannos aureos & ſericos, quibus ipſius miniſtri ſacellum

cellum elegantiſsimè exornarunt. demonſtrauitque Rex ſe ad
modum erga Beatiſſimam Virginem affectum, ſicut re vera affe
ctus eſt, & magno eam amore proſequitur. Idem dico de Princi
pe, qui grauiter ſuccenſuit Mauro duci noſtro, quòd nullam Dei
paræ effigiem ſibi attuliſſet; cumque cuidam alteri commẽdaret
vt res quaſdam ſibi omnino coëmeret, id præcipuè imperauit, n
omitteret nobilem aliquam Imaginem Dominæ noſtræ ſecu
adferre; & quia nobiſcum venerat quidam pictor Luſitanus, pr
mo loco voluit ſibi imaginem B. Virginis depingi ex quadã gran
di imagine, quã nos attuleramus. Similiter, quoniam eo die, qu
venerat cum Rege patre ſuo in noſtrum ſacellum, viderat puerul
Ieſum, & vnam effigiem crucifixi, ſtatim voluit ſimiles ſibi fing
ex ebore à ſuis artificibus. Princeps hic annum agit circiter trige
ſimum, & magnum erga nos amorem oſtendit, ac quicquid à Re
ge poſtulamus, id facilè impetrat. Primo die quo eum allocuti ſu
mus, omnia neceſſaria promiſit ad excitandam Eccleſiam, egit
cum Rege, vt locum pro ea fabricanda deſignaret: & nunc, qui
hyems eſt, facta eiuſdem rei mentione, idem confirmauit, addi
ditque ſe acturum cum Patre ſuo, vt ſtatim certos homines con
ſtitueret, qui rem exequerentur. Rex facultatem dedit, vt in Eccle
ſiam Chriſti, quotquot vellent, aggregaremus. Mahumetũ pro
ſus exterminauit, propendet in ſuperſtitionem gentilitiam ado
rans Deum & Solem: Prophetam ſe venditat, indicatque ſe face
miracula, aqua ſuorum pedum curando ægros. Multæ mulier
illi vota faciunt, vt vel filii eorum ſanitati reſtituantur; vel vt ei
beneficio ſuſcipiant liberos: & ſi fortè contingat eos ſanari, off
runt illi ſua votiua munera, eaque ille, quantumuis exigua, liber
tiſſimè ab eis recipit. Nomen gentilium apud eum in magna gr
tia eſt, vt mirum ſit Mauros eum poſſe diutius tolerare. Prince
quoque ridet Mahumetum. Omnis labor noſter nunc eſt in pe
diſcenda lingua Perſica, & vt progreſſus promittit, opitulante d
uina gratia, confidimus nos eam ante exitum anni viri uſ deuor
turos, & tunc dicere poterimus, nos eſſe in Lahor. Hactenus eni
ſumus velut ſtatuæ mutæ. Reſpiciat miſericors Deus, non in pe
cata noſtra, ſed in pretium quo animas iſtas redemit, & det ea
vim & efficaciam loquendi linguis noſtris, vt tangamus corda e
rum, eamq; fructum laboribus noſtris colligamus, quem V. P. t
taq; Societas expectat. Quamobrem plurimũ nos cupimus cõme
datos ſanctæ benedictioni, ſacroſanctis ſacrificiis & orationib
P. V. Ex hac aula Lahor, 20 Auguſti, Anno 1595.

Si V. P. mitteret pulchram aliquam & magnam D. Virgin
ima

aginem, vel Natiuitatis ad hunc Regem, & ad Principem, ma-
10 amore & beneuolẽtia reciperent. Nobis quoque optaremus
itti aliquas paruulas, pro quibuſdam Chriſtianis, qui magno af-
ctu eas expetunt; & quaſdam ex aliis.

*V. P. Filius in Chriſto,*

Hieronymus Sciauier.

## XEMPLVM EPISTOLÆ SCRIPTAE A P. EMMANVELE PINNERO DE REGE MOGOR.

*Ad P. Ioannem Aluaretz Aſsiſtentem 3. Septembris, Anno 1595. Romani.*

EX litteris anno proximo 94 datis iam R. V. de noſtra miſſione aliquid cognouerit. His autẽ deſcribam rationem itineris noſtri, & quæ huc vſq; à poſtremis illis contigerunt. Prolixitati ignoſcat: poterit enim eo meliùs rationem omnium reddere P. N. ad cuius R. P. tantùm breuiter ſcribo.

Ad 3 Decembris anno 94 Goa diſceſſimus inuecti triremi, quæ
s deportauit in Daman vltimam vrbem noſtram. Ex Daman
nimus Cambaiam, primum oppidum Guzzarati magno Mo-
r ſubjectum, quæ non eſt abſimilis Eboræ in Luſitania. Inſtru-
a bonis ædibus. Singulæ plateæ eius noctu firmiſſimis portis,
ales ſunt portæ ciuitatum, clauduntur. Major pars populi eſt
achmanorum. Carnibus non veſcuntur, nec viuens animal oc-
dunt, imò aues aliaſque beſtias mutilatas vel infirmas redimũt,
deferunt ad domum hoſpitalem illis ſanandis inſtitutam, quã
o aliquoties vidi: magna aquæ penuria hæc vrbs laborat,
bet tamen magna quædam Viuaria, vt eſt Roſſio Vlyſſipo-
(quæ platea eſt major circo agonali Romæ) in quibus hyeme
lligunt aquam. Sunt hæc viuaria magno ſumptu & bellè fa-
efacta. Ex hac vrbe multi peregrinationes obeunt Gangem, hoc
Vengalam, & nonnunquam quatuor hominum millia, plus
inúſve. Dynaſta Vengalanus, quem hîc noui in Lahor, mihi
affirma-

affirmauit;exiſtenti in Ganga aliquando occurrere trecenta v
quadringenta milia peregrinorum.Fuit ibi quidam,qui ſecūdū
pondus donauit pauperibus tantum,quantum ter ponderare p
tuiſſet eius mater.Primum pondus erat argenti,alterum auri,te
tium margaritorum.In hoc Guzzarato vidi multos Gioghi,(ſim
les ſunt noſtris monachis) qui in paupertate & pœnitentia exte
na à nemine ſuperantur.nudi incedunt tempore præfrigido,do
miunt in fimetis ſupra cumulum cinerum, iiſque operiunt cap
& faciem.Vidi locum,quem incolebat quidam Giogus opinion
hominum ſanctus,is erat in medio plateæ vrbis Amadeba,ad qu
major hominum eſt concurſus , quàm ad littus Vlyſiponen
quando Indicæ naues appellunt. Hic Giogus vocatus à Princip
Sultano Morad,qui eſt filius Echebar Regis Mogor, non parui
ſed dixit:Veniat Princeps huc,ſatis eſt me in hunc finem eſſe ſa
ctum. Cognito reſponſo,Princeps curauit eum capi, & bene fl
gellatum inde exulare. In hac vrbe inuenimus Sultanum Mora
ſecundum filium Mogor,qui cognito aduentu noſtro,nos corà
videre voluit,mandauitque vt ſe exſpectaremus in arce , ad qua
ex caſtris,quæ leuca vna aberat ab vrbe,venit.Magno honoren
habuit, & variis de reb⁹ nos eſt percōtatus.Inde paucis pòſt die
digreſſus eſt in bellum aduerſus Regē Cadan indictum. Ante di
ceſſum autem ſuum nos ad ſe euocauit,& dixit: Probè noui R.V
nihil à me petere: ſed tamen ſcio indigere rebus neceſſariis ad it
reliquum perficiendum. Antequam ei reſponderemus, inſiliit i
elephantem prægrandem & ex illo in alium grandiorem, qui
rat inſtar turris. Domum reuerſi inuenimus trecenta auri fruſt
quodlibet pendebat quinque laris, (quod plus eſt quàm aure
coronatus) tres equos,& tres rhedas cum ſex bubus pulcherrimi
Omnia hæc nobis erant omnino neceſſaria ob itineris longitud
nem: deerant enim, quæ rex ordinarat,& ideo fecimus,quæ ali
quin facere non licebat.Populus hic, quia Brachmanus eſt, no
occidit vaccas, ſed tanquam matres alit. Animam autem hom
nis mortui,ſi bona fuerit,aiunt ingredi vaccam. Vidi Amadab
vaccæ in publica via animam agenti recens gramen afferri ,
muſcas ab ea depelli: nec deerant, qui duos vel tres die
quibus ſuperuixit,ei miſericordia mori aſſiſterent. Tanta cęcit
eſt, vbi lumen Euangelii non eſt. Vna ab hac vrbe leuca & dim
dia oculis meis conſpexi cœmiterium viſu digniſſimum. Poſſu
aſſeuerare R. V. me nihil vnquam vidiſſe præſtantius, ne quide
ſacella Bethleemitica. In eo humatus erat quidam Cazis, mag
ſter cuiuſdā Regis Guzzarati, qui totam fabricā exſtrui curàra
ipſ

ſeque & tres alii humati ſunt in alio quodam ſacello. Opus to-
um marmore politiſſimo & elegantiſſimo eſt abſolutum: paui-
entum item marmoreum eſt; tribus conſtat areis, in quarum v-
a numeraui quadringentas quadraginta columnas marmoreas
iginta palmos altas, cum ſuis epiſtyliis, & baſibus opere Corin-
iaco, verè regio & viſendo. Ex vno látere erat ſtagnũ maius pla-
a Vlyſſiponenſi, quæ dicitur, Rozzio, idque totum mirifico arti-
cio elaboratum, cum multis feneſtris belliſſimis, è quibus erat
ſpectus in ſtagnum. Opus inter Barbaros minimè barbarum. Vi-
ibi etiam multos Mauros & Mauras, venientes è continenti,
d longiſſimè, cumque mirarer eos reformidare Luſitanos, co-
oui omnes tendere Mechã ad ſepulchrum Mahumethi; & quia
tra Luſitanorum facultatem tranſire non poſſunt, timent illos.
ddam hic rem perlepidam. Etiamſi Pſeudopropheta iſte ſcripto
o vetuerit, ne vlla femina innupta iter ſuſcipiat Mecham, tamẽ
què vetulæ ac iuuenculæ matrimonia ineunt, vt eò peregrinari
ſſint, & cùm ad ſuos reuerterint, matrimonia inita diſſoluunt.
nadaba diſceſſimus 19 Martij, & 24 eiuſdem venimus in vrbem,
omine Patanam, ſub veſperam: & quia erat pridianus Paſchæ,
es dies ibi hæſimus, & feſtum celebrauimus. Confeſſi ſunt de
ccatis multi Chriſtiani, qui venerant in Carauana; multum ne-
tii habuimus cum quibuſdam Armenis, qui non receperãt Ca-
idarium Gregorianum: ex mero tamen timore (quia redeundũ
is erat per terram noſtram, vel quia ceſſerant veritati) nobiſ-
m celebrarunt Paſcha, excepto vno Doctore vetulo pertinace,
i mihi dicebat nos in quinque hebdomadis aberrare, & Eccle-
m Romanam non eſſe reliquarum caput. Celebrauit autem
um Paſcha poſtrema Dominica ante Domini aſcenſionem Per-
uti iter inuenimus multas & valde magnas Vrbes, ſed admo-
m vaſtatas & dirutas, & in iis maximè Moſcheæ; nec vidi vllam
illis reſtaurari. Maximam partem in his locis ſunt homines
hnici. Penuria magna aquæ in hoc itinere laborauimus. Si
am nacti ſumus, ea erat ſalſa, inſtar marinæ; & ſi non probaſ-
n, nunquam crediſſem. Commeatus vbique tenuis; æſtus
gens, itinera longiſſima. Quinto Maii tenuimus Lahor vrbem
ecipuam, in qua ſedes eſt Echebar regis Mogor, & totius au-
Honorificè ab eo eiuſque filio Principe recepti ſumus, bene-
lè amplexus eſt nos, & plurimum ſe de noſtro aduentu lætari
nonſtrauit. Conſtituit, vt diuerteremus in ędes percõmodas, in
ibus ipſe aliàs habitarat, flumini proximas, quia diſtat quinde-
n tantùm palmorum interuallo. Magnitudine flumen æquat

ſacum.Huc nemini patet ingreſſus, niſi Chriſtianis ad audiend
miſſam,& quibus per nos licet,Mauris & Gentilibus; nam cuſto
diæ reliquis omnibus aditum præcludunt. A Rege vocati ſumu
veſpera inſequenti,oſtenditque nobis imagines Saluatoris &Bea
tiſs. Virginis,& tanta reuerentia illas brachiis ſuis ſuſtinebat, a
que ſi vnus è Patribus fuiſſet. Conſpectis imaginibus flexis geni
bus procidimus in terram; quod videns nepos decennis, Princi
pis filius,ipſe quoque genua flexit manibus iunctis; Quare oble
ctatus rex,dixit Principi:Ecce filium tuum. Eaſdem quodam fe
ſto B.Virginis nobis commodato dedit,in ſacello noſtro deponé
das.Oſtendit deinde libros ſuos,qui erant multi & boni,vt Bibli
Regia,tum alia Biblia,Concordantias, quatuor partes ſummæ S
Thomæ, & contra gentes, & alium in Iudæos & Saracenos, &
Soto,S.Antoninum,Hiſtoriam Pontificum, Chronica S.Franci
ci,Syluestrum,Nauarrum,& Caietanum, & hos quidem duplica
tos.Ordinationes præterea Luſitaniæ, Commentarios Alphon
Alburcheque,Conſtitutiones Societatis & Exercitia, artē P. Al
uaretz,& alios multos libros.Dedit nobis quotquot petiuimus;v
erant omnes iam dicti. Tam Rex quàm Princeps nos bene habue
runt, multaque beneuolentia tractarunt: animaduerti eum null
ſuorum,quantumuis primariorum virorum, tātum deferre, quā
tum nobis:vult enim nos viciſſim ſedere in eo puluino,in quo ipſ
ſolus & princeps conſidere ſolet.Conſueuit ipſe prodire in podi
quoddam,prominens in palatij aream, quò eius cōueniendi cau
ſa omnes præfecti & alii magno numero coëunt: huc & nos ali
quando viſendi eius cauſa acceſſimus;vt vidit nos, magna huma
nitate ſuſcepit, inclinando caput, iubetque vt propiùs accedà
mus,& locum commodum capiamus;quem honorem nec regibu
quidem & Principibus ſibi aſſiſtentibus defert. Reges autem h
ab eo partim armis ſunt ſubiugati,partim ſua regna ei donarunt
vt illi ſeruirent. Mea opinione ſunt ex eis quinque vel ſex Re
ges, qui ius habent coronæ, viginti autem ſex Principes filii Re
gum. Magnus eſt hic Rex Dominus, & habet poſt regem Chi
nenſem theſauros maximos: nec mirum,quia eſt perfectus Domi
nus omnium regnorum ſuorum; omnia enim bona illorum ſun
ipſius propria.Accedit quòd munera maxima ad eum mittantur
nam octo dierum ſpatio tot oblata ſunt, vt facilè conficiant au
ri millionem. Vice-rex Canaha frater conſobrinus Satamâs do
nauit illum toto ſuo regno,& venit vt ei ſeruiret. Aduenit auten
huc in die S. Auguſtini, 28 Auguſti. Rex eum recepit ſedens; mi
ſer autem ille Rex è longinquo interuallo paulatim appropin
quaba

ruabat; inclinans ſe reuerenter aliquoties, & manu terram ac
erticem contingens. Vicinior regi Mogor factus, cùm quidam,
in armatus eſſet, palpaſſent, acceſſit ad tangendum pedem
Regis Mogor, qui manſit immotus, tantùm iniecit brachium in
ius collum, quod erat ſatis. Exurgens autem nouus Vaſallus,
nter reliquos dynaſtas, & duces belli, regis aulicos, locum acce-
it, quem & deinceps retinuit. Erat autem hic rex annorum tri-
ginta quinque, obtulitque Regi Mogor donum æſtimatum du-
centis millibus aureorum; (quilibet autem aureus pluris eſt, quàm
oſter ſcutatus). Donum fuit, bini gladioli, cum ſuis cingulis ex
iuro auro, & lapidibus pretioſis vt pyropis, &c. duæ phialæ au-
eæ, & eiuſdem generis vna grandis. Equus vnà cum omni orna-
nento ſuo ex lapidibus pretioſis auro illigatis, aliique centum
uinquaginta equi & decem equæ, cameli quinquaginta operti
iridi holoſerico & carbaſino, deinde quatuor tapetes, quorum-
uilibet ſtabat bis mille ducatis: Et magni fauoris & gratiæ loco
uxit, quod donum hoc acceptaret. Ferebatur quidem non om-
iá accepturus: verùm ego non parum dubito. Huic muneri obla-
o ſucceſſit aliud non minus à filio ipſius; quem ſuprà nominaui
ultanum Morad, & ſedem habebat in Guzzarato. Obtulit enim
5. elephantes, qui valebant centum quinquaginta ducatorum
ilibus; vehiculum vnum aureum & alterum argenteum, & alia
ematricibus margaritis, ac præterea alia pretioſa. Deinde mox
latum eſt aliud donum Viceregis Vengalani, quod dicebatur æ-
imari octingentis ducatorum millibus, obtulit enim trecentos
ephantes. Denique more receptum eſt, vt quotidie ferè huiuſ-
odi donaria ab eo recipiantur; & in feſto quidem, quod ille ce-
brare ſolet, & appellatur Neroſa, magna illi offeruntur, ſic vt v-
us belli Dux vel dynaſta illi obtulerit dimidium millionem auri,
cèt alii dicant, ferè fuiſſe integrum millionem. Imperium huius
ogor ex parte Cambaiæ vſque ad Horte procurrit ad quadrin-
entas leucas; & à Leſte, verſus Oſte, hoc eſt à Vengala ad Cindum
que, ad ſexcentas.

Iam aliquoties Rex & Princeps nobis poteſtatem fecerunt, vt
igeremus vnam Eccleſiam: nos tamē cùm certis de cauſis ſimu-
remus nos eſſe oblitos, ecce in feſto B. MARIAE ad Niues
rum Rex reperiuit: Patres excitate Eccleſiam, & facite Chri-
anos omnes, quotquot libera voluntate volunt eſſe Chriſtiani.
ùm verò huius voluntatis ſuæ ſcriptum aliquod manu eius ſub-
iptum poſtularemus, reſpondit, ſe, vt qui eſſet ſcriptura viua,
id ſufficere: Princeps quoque ſæpenumero recepit ſe omnia

ad fabricam neceſſaria ſuppeditaturum. Aſſignatus eſt fabric
locus ſanè peropportunus & palatio vicinus; confidimus in De
futurum magnum fructum. Hic Rex ſectam Mahumetanam om
nino euertit, & opinionem veræ legis ei ademit. In hac vrbe, M
ſchea nulla eſt, nec Alcoranus, qui eſt codex legis ipſorum. M
ſcheæ, quæ olim fuerunt conuerſæ ſunt, in equorum ſtabula,
domos publicas in quibus aſſeruantur frumenta: Ad pudefacien
dos Mauros quoque die Veneris adducuntur quadraginta v
quinquaginta porci, in Regis conſpectum, vt inter ſe depugnen
eorumque dentes curat illigari auro. Hic Rex conditor eſt nou
ſectæ, nomen prophetæ vult ſibi attribui. Complures iam aſſecl
nactus eſt, ſed auro corruptos. Adorat Deum & ſolem. Gẽtilis e
Et tamen ſequitur ſectam Verteorum, qui more Religioſorum
nà viuunt in vno cætu, & crebras pœnitentias agunt. Non ve
cuntur vllis rebus quæ animam habuerunt. Antequam ſedean
ſcopis goſſypinis expurgant locum, ne fortuito caſu vermiculu
aliquem ſeſſione ſua opprimant & occidant. Arbitrantur Vert
iſti mundum ab omni æternitate fuiſſe; licèt quidam eorum id i
ficientur, eo quòd multi hactenus mũdi extiterint. Habent & al
multa dogmata inepta & ridicula, quæ, ne R. V. ſim molestus, pr
termitto. Damus operã linguę Perſicæ addiſcẽdę; voluit enim R
nos eius gnaros eſſe, vt ſolus nobiſcum de noſtra lege agere poſſ
Ludũ litterarum aperuimus; eum frequentant aliquot filij princ
pum dynaſtarum, & filij tres regis cuiuſdam, qui ſeruit ipſi Ech
bar. Ex his diſcipulis duo volunt dare nomen Chriſtianæ religi
ni, & iam petiuerunt. Alius ita commotus eſt, vt videatur eſſe
numero diſcipulorum pietati imprimis addictorum, & poſtul
admitti in religionem. Hic ingreſſus ſacellum nixus genibus an
Chriſtum Dominum, abiecto in terram turbinato galero dixi
Domine IESV Chriſte fili Dei memento mei. Dominus eum co
ſeruet, & ſanctum eius deſiderium expleat. Sunt aliqui Catech
meni, & aliqui iam facti Chriſtiani, qui etſi ex primariis non ſi
ſunt tamen animæ ſanguine Chriſti redemptæ. Quendam adol
ſcentem noſtrarum ſcholarum auditorem quodam die percu
ctatus eſt Maurus, cur biberet die ieiunio dicato, reſpondit il
Quis mandauit hoc ieiunium? Tum Maurus: Mahumetus. Qu
verò, inquit adoleſcens, eſt Mahumetus niſi pſeudopropheta
impoſtor? In feſto autem aſſumptæ in cælum Beatiſs. Virginis i
publicè dixit in conuentu multorum hominum ad Chriſtiana
religionem aſpirantium, & addidit, hanc fore ſuam gloriam. O
ſtupuerunt Mauri, & vnus mox ei dixit: Si Chriſtianus es, adiun

Chriſtianis. Ille autem ſe recepit in ſacellum, & accepta pri-
ùm aqua benedicta, vacauit orationi. Multa huiuſmodi recen-
ri poſſent, ſed finem facio, ne R.V. ſim grauis, quam obnixè ro-
vt noſtri meminerit, & mittat aliquas ſacras reliquias pro no-
s & nouis iſtis plantulis, petatque pro me benedictionem à P.
N. Generali. Quod ſupereſt, me ſacroſanctis R.V. ſacrifi-
ciis etiam atque etiam com-
mendo.

Ex hac Aula Magni Mogor, tertio Septembr.
Anni 1595.

V. R.

*Filius indignus,*

Emmanuel Pinnerus.

# NICOLAVS PIMENTA, SOCIETATIS IESV IN INDIA ORIENTALI VISITATOR,

*Reuerendo P. Claudio Aquauiua eiuſdem Societatis Præpoſito generali.*

COMPLECTAR his litteris meam peregrinationem annuam in luſtranda parte Prouinciæ Auſtrali, aliáſque Noſtrorum miſſiones, ac felicem ingreſſum in varia huius Orientis regna, Domino cooperante, & magna fidei oſtia, ante præcluſa ipſis aperiente.

Goano è portu ſolui Prid. Calend. Decemb. anno Domini 159 cum Sociis duodeuiginti, ſed pro meſſis vbertate & operariorum paucitate penè ſolus. Cocinum appulimus 19 Cal. Ianuarii. In illo Collegio, & in inchoato Collegio Terræ nouæ, ſeu Vaipicotæ atque in ſingulis vtriuſque Reſidentiis ſeſquimenſem conſumpſ De fructu, quem in illa vinea Noſtri colligunt tam ex traductione Gentilium ad fidem, quàm ex reductione Chriſtianorum antiquorum S. Thomæ, ad Eccleſiæ Catholicæ vnionem, per eoſdem dies V.P. certiorem feci, ſed incertum adhuc an effecerim namque ex litterarum exemplis remanſit vnum ob euentum ſan memorabilem. Nauis enim, quæ Franciſcum Gammam Proreg aduexerat, & eius anteceſſorem Matthiam Alboquercium reuehebat, in portu Cocinenſi pridie eius diei, quo erat in altum deducenda, eodem momento, quo pretioſarum mercium iuſtum onu acceperat, repentino igne correpta conflagrauit. Incendium illu cùm nulla induſtria poſſet reſtingui, ad triduum miſerandum omnibus ſpectaculum præbuit: at enim non breuiore temporis ſpa

ti

o exarſit aliquorum cupiditas, qui nauem flagrantem, catenis
:rreis igni ſcintillantibus alligatam, remulco longiſque con-
:ndentes funibus adducere conabantur, vt aliquid ſpolii flãmis
:eptum acquirere poſſent. Quorum temeritatem nauis impunè
on tulit: exploſis enim identidem æneis tormentis, & pulueri ja-
ulatorio furibunda ignem immittens, partem virorum neci de-
it, partem nauigiorum flammis inuoluit.

Antequam Cocino diſcederem, duas miſſiones inſtitui, alterã
d regnum Bengalæ, alteram ad regnum Pegù. In Bengalicã miſ-
onem electi ſunt Patres Franciſcus Fernandus & Dominicus
oſa, quibus iam duos alios Sacerdotes ſuppetias miſimus, Mel-
hiorem Fonſecam & Andream Boues. Hi paulo antè ſoluerunt
x ora Choromandelenſi. Primis, quàm feliciter res ſucceſſerint,
x ipſorum litteris V.P. intelliget, quamquam res per ipſos à Deo
eſtas, eos humiliter & demiſsè commemoraſſe exiſtimo: nã qui
linc ad nos veniunt, eximia quædam narrant, quæ in laudando
xtollunt, vt penè miracula videantur.

## XEMPLVM LITTERARVM P. FRANCISCI FERNANDI SYRIPVRE, OPPIDO BENGALÆ 16. Cal. Febr. 1599.

Q Væ diuina freti miſericordia in hac miſſione Bengalica egerimus, quæ V.R. auere ſcire non dubito, his litteris exponam. In portu Cocinenſi ad V. nonas Maias nauem conſcendimus Bengalenſem, quæ Portum paruum (ſic enim vocant) in ora Bengalica petebat. In altum deductis, in ipſo con-
ſpectu perſtantium in Cocinenſi ſtatione nauium, biremis occur-
it Malauarorum piratarum, quæ directo in nos curſu mox con-
reſſura videbatur; magnam ea res nobis attulit moleſtiam & tre-
idationem, nimirum nauſea laborantibus, & cœpto curſu
ergere potiùs, quam cum hoſte congredi cupientibus. No-
ri nihilominus arma expediunt, & pugnæ ſe accingunt. hoſtes,
mulatque nos bellum non detrectare cognouere, demiſſis
elis, lento curſu ferri & paulatim ſe relinqui ſinunt. Ceilani in-
ula a tergo relicta, è regione Negapatani intempeſta nocte ve-
emens & repentinus ventus irruens, aduerſo flatu velum per-
uſſit, nauemque ita obuertit, vt parum abſuerit, quin fluctibus
bſorberetur. Media hora in magna fluctuatione cõſumpta, naui
alterum latus impulſa, atque inimicum ſalum bibente, vix

tandem potuimus vela contrahere. Hoc animaduerſo periculo raptim omnes ad confeſſionis & orationis perfugium, tanquam ad fidiſſimam anchoram, confugerunt. Ventis interea ita bacchātibus, aquiſque concitatis, vt non iam mare nauigare, ſed per cōuexa montium, & vallium curuos anfractus iter facere videremur. Toto triduo in his anguſtiis exacto, tandem Deo fauente, ſedata tempeſtate, ad dies aliquot proſpere nauigauimus. In illo periculo pręter vota priuata publicū illud fuit, quòd velū anterius, a quo ſalutem ſuam pendere omnes animaduerterant, B. Virgini vouerunt, atque in templo Gullano, quod prope Bengalā magna religione colitur, eiuſdem veli pretium obtulerunt.

Poſt hæc in aliud diſcrimen, mea quidem ſententia maius, in ipſo portu incidimus. Sunt enim in oſtio Gangis ſyrtes quædam arenoſæ, quæ Brachia à nautis dicuntur; præter has cùm magna vigilantia nauigaremus, ab alueo paululum per errorem deuiantes, in breuia & loca vadoſa incidimus. Sed ex omnibus liberaui nos Dominus. Portum tandem ingreſſi, decimo octauo die poſtquam Cocino diſceſſimus, à faucibus fluminis vſque ad Gullum alios inſuper octo dies conſumpſimus. Eſt autem Gullum ſtatio Luſitanorum, quę ab oſtio Gangis ad ducenta & decem milliaria aduerſo flumine diſtat.

In hac ſtatione ab omnibus Luſitanis & Chriſtianis incolis maxima gratulatione & amore excepti ſumus. Domos duas inſtructas, in quibus honeſtę diuerſaremur; ipſi dederunt, & affatim omnia neceſſaria ipſi nobis ſuppeditarūt. Puerorū effuſa turba in ipſo portu nobis obuiam proceſsit, qui enixè rogarunt, vt ipſos doceremus, carebant enim præceptore, & huc illuc ocioſę & perditè vagabantur: nobis renuentibus, illi magis magiſquę inſtare, & à noſtro látere nunquam diſcedere. Horum precibus victi, vnum ex comitibus; qui mediocriter ſcribere ſciebat, ſcholæ præfecimus, exiſtimantes non eſſe id alienum à V. R. voluntate, cùm noſtrûm neuter hanc prouinciā in ſe ſuſceperit, quo minùs cœpto itinere progredi poſſemus.

P. Dominicus Sola e veſtigio linguæ ediſcendæ operam dedit, idque tam ſeriò, ac tanta animi contentione, vt breui multū profecturus videretur, ſi boni interpretis & magiſtri copia fuiſſet. at verò qui lingua Bengalica vtuntur, Luſitanicam ferè ignorant, & contra, qui Luſitanicè loquuntur, Bengalicè plerumque loqui neſciunt; & neque hi neque illi Chriſtianæ doctrinæ vocabula tenent: quare maturè ſatisfieri eius votis non potuit. At ego hac difficultate minimè fractus, tractatum breuem vtcumque edidi,

quo

uo Chriſtianæ fidei capita explanaui, indubitatam veritatẽ de-
endi, Gentilicæ atque Mahometicæ ſuperſtitionis dogmata cõ-
ıtaui Hunc Soſa in linguam Bengalicam traducendum curauit;
: eo vtitur percommode, quoties cum gentibus ſermo haben-
us eſt. Huic catechiſmum breuem adieci, ad modum dialo-
i, quem idem P. Bengalicum fecit, quem pueri, qui ſcholam fre-
uentant, memoriæ mandant, ſeruis & ancillis tradũt domeſticis,
gnum crucis, & reliqua ad doctrinam Chriſtianam ſpectantia;
mul & diſcunt & docent. Hæc quæ pro tempore potuimus, illic
ræſtitimus, in poſterũ ſperamus Deo annuente perfectiora fu-
ıra. Ego Dominicis diebus in ſummo Tẽplo cõcionabar manè;
octrinam Chriſtianam veſperi, pleno auditorio explicabat Soſa.
ı ſtatione multi in morbum inciderunt, vt in tanta ægrotantiũ
ıultitudine nullus otio locus eſſe potuerit. Multi generaliter
onfeſsi: multi milites, qui furtis & latrociniis aſſuefacti, in flu-
ine tranſeuntes ſpoliabant, ad meliorem vitæ rationem reducti
nt: alii à peccandi occaſionibus liberati, alii coniugio copulati:
enique in omnibus æternæ ſalutis amor & frugi melioris ſtudiũ
ıcebat.

Cùm primùm ad hanc ſtationem venimus, nihil priùs facien-
ım nobis putauimus, quàm vt noſocomium in ſubſidium ęgro-
rum ædificaremus. Vidimus enim paſsim tam Chriſtianos quã
hnicos in plateis ſub dio animam agentes: alios in campis de-
nctos, à feris, ſparſis per agros oſſibus, conciſos & dilaniatos.
ciebat nobis ſtomachum ea res. Sed incolæ, quorum opera in-
gebamus, ad tempus reſtiterunt. Concio habita eſt in laudem
eemoſynæ, & noſocomii condendi neceſsitas luce clariùs oſtẽ-
Vicit ſententia: nec mora, pecunia corrogata, ædes coëmptæ
optimo ſitu; ſupellex, vtenſilia, annona cõparata. Domui præ-
ſiti ſunt duo, alter Luſitanus, alter Indus: quibus exacto mẽ-
alii bini eodem ordine ſuccedebant. Nobis ibidem commo-
ntibus, mortem obiere ad triginti, quorum plerique ex Gen-
ibus & Mahometanis Chriſtiani ſunt facti, præter aliquos pro-
ſcui ſexus, qui decimum ætatis annum vix dum attigerant. No-
profectis nuntiatum eſt domum hanc optimè adminiſtrari, æ-
otos eſſe plus minùs triginta, & vnius menſis ſpatio obiiſſe vi-
ti.

Parochus noſtri amantiſsimus, diuini obſequii atque anima-
n zelator, nobis abeuntibus huius noſocomii curam ſuſcepit,
nagis nobis ſperandum ſit, hanc domum perennem ac pro-
am futurã, maximè ſi Epiſcopus Cocinenſis eam Gullenſibus

parochis multum & ſeriò commendauerit.

Diuerſati ſumus in hac ſtatione vſque ad Cal. Octobris, qu
tempore extrema iam hyeme iter adornauimus ad hunc locum
quem Portum magnum vocant Dici non poteſt, quibus lachry
mis incolæ noſtrum diſceſſum ſint proſecuti. Primùm abeũtes re
tinere & quaſi vim inferre conati, deinde ſublatis manibus obte
ſtati ſunt, ſaltem vt quadrageſimâ reuerteremur, ſe nauem & ali
omnia oportunè miſſuros: nos cùm rerum, quæ hîc gererentur
ignari eſſemus, de reditu nihil certi promittere auſi, bene tame
ſperare juſsimus. Apud Mongolos (quos vulgò Mogores dicunt
in more poſitum eſt, abeuntium nauigiis inſpectis, notam impri
mendi & vectigalia exigendi prætextu ſarcinas excutere, & m
ſero nauigantes ſpoliare. Nos vt huius moleſtiæ immunes eſſe
mus, omnes incolas, qui aliqua gratia & auctoritate valebant, de
precatores habuimus, qui telonium concitato curſu petentes,
Publicano, quem ipſi Monſiſum appellant, obtinuerunt, vt h
injurias à peregrinis, pauperibus, amicis depelleret; quo factu
eſt, vt nobis & iis qui nobiſcum conſcenderãt parceretur. Qua
læti vela dedimus, & tandem ad Portum magnum, qui ſexcent
milliaribus à Portu paruo diſtat, ſalui peruenimus; non tamen ſ
ne magno vitæ diſcrimine, quod cùm a tigribus tum à latronibu
imminebat, qui per totum Gangem infeſti, mortem nauigant
bus ſæpe inferunt.

Antequam ad Portum magnum veniremus, in medio itine
occurrit ſtatio Luſitanorum, in regno Chãdecani, cuius Rex mi
ſis ad Gullum litteris iam antea nos inuitauerat; & Luſitani, q
in illo regno agebant, per litteras & nuntios orabant, vt ad ſe v
niremus, eo quòd toto biennio ſacerdote carebant. Quare ill
nauigia & cibaria præbẽtibus ad eos diuertimus, & maxima om
nium gratulatione ſumus excepti. Vno menſe, quo illic ſubſti
mus, omnes de confeſsione audiuimus. Et cùm ferme omnes i
teſtinis inter ſe odiis decertarent, Dei ſumma clementia factu
eſt, vt omnium animi pacati & ad concordiam redacti ſint. Mul
concubinas & pellices abegerunt: multi, quas legitimè poteran
vxores duxerunt. In concionibus publicis & priuatis colloqui
hortati ſumus, vt pacem colerent, pietatem amarent, omnib
bonum exemplum præberent. Ducentos partim liberos, parti
ſeruos ſacro fonte abluimus. Illud prætereundum non eſt, obſt
puiſſe omnes, cùm viderent hæc & huiuſmodi præſtari gratis,
neque cereos & munuſcula quædam, quæ in baptiſmate offe
ſolent, in noſtrum vſum cedere. Hac fama permoti multi In
q

ui poſt ſuſceptum baptiſma aliquot annos in terris infidelium elituerant, relictis latebris in lucem prodierunt. hos ingenti cū audio ſuſceptos, & ſalutari pęnitentiæ ſacramento expiatos, Ecleſiæ matris gremio reſtituimus. Concubinas, ſi quas adduxerāt, ıgitimo matrimonio conjunximus, & liberos in paganiſmo ſuſeptos ſacro fonte abluimus.

Audito Rex noſtro aduentu, miſit illico nuntium, qui nos ſuo omine ſalutaret, & ad ipſius conſpectum deduceret: perhonoricè ab illo ſumus excepti, & promiſsis magnificis ad magnam ſpē ectı. Munera ad hoſpitium mittit de more gentis, oryzam, buyrum, ſaccharum, & hædos. hædum vnum, ne inurbani videreıur, remiſſis ceteris, accepimus. Orauit Rex, è ſuis terris ne diſederemus; diplomate regio pecunias aſſignauit, quibus aream, terras Eccleſiæ atque ædibus conſtruendis idoneas, emeremus. alis prætera magnam copiam adjecit, & ceræ modios quinquainta. quæ omnia ſexcentorum aureorum pretium exſuperant. Ios in ripa Gangis agrum optimo loco delegimus, quo Eccleſiā domum ædificaremus, & Chriſtianos vndique confluentes hoitio exciperemus: quem campum Rex, amotis Mongolis & Paneis quibuſdam, qui eum occupauerant, nobis liberum redditpromiſitque ſe ſuis ſumptibus Eccleſiam ſtructurum, quæ reıuas in Bengalæ regno ædificandas pulchritudine anteiret. Ad diploma conceſsit, quo dedit liberam facultatem Euangelii omulgandi & baptizandi, præter alia multa, quæ ad rem Chrinam promouendam maximè conducunt. Hanc ampliſsimi egis propenſam voluntatem ne tergiuerſando læderemus, diliınter curauimus: gratiſſimum etiam V. R. fore non dubitauius, ſi tam patens oſtium vltro nobis apertum nō præteriremus. uare vt Regis animum aliqua ſpe delinitum teneremus, reſpōmus nobis eſſe imperatum à ſuperioribus, vt quàm primū Porm magnum peteremus, quo certiorē faceremus V. R. de rebus, æ Syripure & Chatigani gererentur. his confectis, & à V. R. reonſo accepto; Deo annuente nos regiæ voluntati non defutuſ, imò quàm maturrimè ad ipſius regnum reuerſuros. Magnum ofectò meſſem hæc Chādicani regio nobis promittit, quæ tam npla eſt, vt plerumque quindecim dies, ne dicam viginti, nauindo inſumātur, antequam eius regni limites præteriri poſsint. nemoribus & locis ſilueſtribus maxima ceræ copia conflari let, quam inde mercatores per totam Bengalam & per Inım vniuerſam diſtrahunt, & cùm hæc Chandicani ſtatio ſit dia inter Portum magnū & paruum, ſit vt indidem ad omnes

totius

totius Bengalæ regiones ſit facilis & commoda nauigatio.

Hæc de Chandicano dicta ſint ſatis, nunc ad Syripurem venia-
mus. Syripur ſtatio eſt pertinens ad Portum magnum; huc menſe
Decembri appulimus, non alio vultu atque animo cùm ab inco-
lis tum a Luſitanis aduenis excepti, quam ſi Angeli à cœlo dela-
pſi eis auxilio veniſſemus. tanta erat illorum calamitas, tot illos
circunſtabant per eos dies curæ & anguſtiæ. Nam paulo antè a
eam ſtationem appulerat Præfectus nouus, quem cum participã-
tibus Cocinenſis Epiſcopus Sacramentis Eccleſiæ & commu-
nione fidelium prohibuerat. Quæ res maximas ibi turbas excita-
uerat. nos vt eam tempeſtatem declinaremus data opera in Chã-
dicano moram fecimus, ſperantes fore vt interim omnia ad con-
cordiam redigerētur: ſed fefellit ea ſpes, nam in eiuſmodi tempu
aduentus noſter incidit, quo omnia erant quam maximè turbu-
lẽta. Et quãuis certum eſſet nobis, quoad fieri poſſit, quã minime
nos immiſcere, tamen ad eas anguſtias redacti ſumus, vt nobis n
eſſet integrum non reſpondere interrogantibus cum Præfecti of-
fenſa, qui ſibi perſuaſerat, eximi ſe per nos à cenſuris poſſe.

Syripurem vbi apulimus, accerſit nos Regulus, qui toti terra
præeſt, quem vocant Cadarai: acceſſimus multis comitati Luſita-
nis: accepit nos Regulus humaniſſimè, multa dictitãs ad gratian
& amicitiam pertinentia: & in ſignum amoris, folia aliquot her-
bæ in tota India notiſsimæ, quam Betele vocant, ſingulis guſtan-
da diſtribuit. quid multa? hortatus eſt, vt maneremus, terram pe-
nes nos eſſe, ſe nobis omnino non defuturum. Denique faculta-
tem dedit Euangelium prædicandi, ſexcentos aureos in annuo
reditus diplomate obſignato conceſsit, Eccleſiæ cõdendæ arear
in optimo ſitu diſpicere juſsit, & quæcumque opus eſſent, dixit ſ
ſuppeditaturum. Noſtro rogatu priuilegia condidit in rẽ & gra-
tiam Chriſtianorum.

In concionibus ſumus aſsidui, auditores adſunt magna fre-
quentia, aures afferunt ſitientes; fructum pollicentur vberrimun
Affirmant multi, qui non ita pridem ad has terras venerunt, ſib
tamquam pueris opus eſſe Chriſtianæ doctrinæ capita de integr
perdiſcere. Concionum fama excitati, accedunt nonnunquan
Principes gentiles, qui licèt non conuertantur, tamen Chriſtian
decreta cùm audiunt, admirantur, laudibus extollunt, nihil ſib
videri affirmant perinde honorificum, ac religionis Chriſtian
præcepta. Mitto V. R. duos ingenuos pueros Bengalẽſes inſtituẽ-
dos in Collegio ſanctæ fidei: vertente anno alios duos mittam, ſi-
cut V. R. nobis diſcedentibus præcepit. Quod reliquum eſt, ora-
mu

mus R. V. vt nos ſuis & noſtrorum omnium ſacrificiis & orationibus commẽdatos habeat, quo hæc miſsio eum, quem V. R. maximè cupit, effectum & finem ſortiatur. Datæ Syripure, 14 Ianuarii, anno Domini 1599.

Poſtquam hæc ſcripſi Chatiganum appulimus, quo nomine vocatur ſtatio in Portu magno. Huius ſtationis viris primariis cauſam noſtri aduẽtus expoſuimus, nempe vt Chriſtianis, tam veteranis quàm Neophytis, ſancta ſacramenta adminiſtraremus, & infideles ad fidem perduceremus. Illi vno ore reſponderunt, primùm nullam eſſe regionem in tota Bengalica ditione, in qua major & paratior eſſet rei Chriſtianæ meſsis, quam in terris Regis Arracani & Mogolii: deinde Regem Arracani profectum eſſe ad bellum Peguenſe; is vbi venerit, quod breui fore ſperabant, nullũ eſſe Regem ex omnibus, qui in Bẽgalicis regnis ſunt, qui nos majori amore & munificẽtia ſit complexurus. Videt ergo V. R. quãtopere hic locus præ cæteris, ſubſidiariis indigeat. Hactenus P. Franciſcus Fernandus.

In miſsionem Peguanam electus eſt P. Baltaſar Sequeira, qui ſtatim oppidum ſancti Thomæ petiit, inde in regnum Pegù cum ſocio P. Ioanne Coſta in prima nauigatione tranſmiſſurus. tamẽ ante horum diſceſſum nos ad vrbem ſancti Thomæ peruenimus: quid illis poſtea ſucceſſerit, ſuo loco dicemus.

Cocino profecti, poſtquam in itinere Eccleſiam ſancti Andreæ cum noua illa, quæ recens erecta eſt in regno Porcà, viſitauimus; Colanum contendimus. Colano demum relicto reliquum viæ nõ ſine magna ſolicitudine cõfecimus, timentes ne loca vicina à militibus obſeſſa tenerentur. Rex enim Trauancoris certiores nos fecerat, Regem Madurenum cum ſeptuaginta hominum millibus & multis Elephantis ad pugnam inſtructis cõtra ſe venire. At nos diuino auxilio freti, nullo objecto obſtaculo per totam Trauancoris oram diſcurrentes, triginta tribus Eccleſiis viſitatis, Cori promontorium fleximus, quo à tergo relicto, totam oram Piſcariæ Tutucurinum vſque perluſtrauimus, ibi longè maximo ſolatio nos affecerunt tot neophytorum tam accuratè culta noualia. Conueni in oppido Punicale Patrem Hẽricum, qui iam inde à temporibus Patris Franciſci Xauerii ſanctæ memoriæ, ſacerdotio dignitus, & ab ipſo Xauerio ibidem relictus, quinquaginta duos annos inconcuſſo pede eandem ſtationem tenens, etiam num corporis viribus & animi vigore valens libros plures, in dies Malabarica lingua ſcriptos, prælo mandat, quibus Chriſtiani nominis ſplendor etiam apud Ethnicos non parum enituit. Quãta nos illi

illi neophyti lætitia, gratulatione, honore, triumpho vbique ſuſ-
ceperint, commemorare quodammodo piget; quanquam, licèt
honor ipſe præſtitus, nos robore ſuffunderet, tamen beneuoli &
grati animi ſignificatio non potuit non eſſe gratiſſima.

Paucis diebus Tutucurini tranſactis, conſcenſo nauigio, Piſ-
cariæ tractum & inſulæ Manaris oram legimus. Eccleſiis Vaipari
& Bembari à longè ſalutatis, (erant enim cõſultò à Patribus dere-
lictæ, ob nouos tumultus, nuper ab ethnicis excitatos) Periapata-
ni diutiùs præter opinionem & contra voluntatem conſedimus.
Poſt biduum enim, quo cum illis Chriſtianis commorati ſumus,
poſtquam vela fecimus, aduerſo vento reiecti, ad eundem por-
tum iterato curſu remeauimus; Deo nos, P. Antonii Criminalis
interuentu, ad illarum gentium ſalutem reuocante.

Cùm enim conſtet Periapatanum Parauelinorum eſſe metro-
polim, & emporium percelebre, vnde per totum illum ſinum &
tractum maritimum fidei Chriſtianæ ſemina ſpargi & Eccleſiæ
catholicæ dilatari ſpatia percommodè poſſint; viſum eſt ibidem
Reſidentiam duorum Sacerdotum collocare, qui ciuitatem Tri-
palacurinam vſque percurrant, Tripalacurini namque atque Pe-
riapatani oppidorum diſtantia ita ſe habet, vt quamuis per mare
pergentibus, Ramanancoris Promontorii obiectu, via reddatur
longa & moleſta, tamen terreſtri itinere breuis ſit tranſitus, ea-
que nunc tutior, quàm fuit eo tempore, quo ibi P. Criminalis Ba-
dagarum telis extinctus eſt.

Ramanancoris Promontorium proſpero vento ſuperauimus,
ſpumantibus hinc inde fluctibus vadoſi ſali, quod plurimis arena-
rum cumulis temere congeſtis atque incertis alueis perplexum
nauigantibus iter præbet. Vidimus ibidem Luſitanicæ claſſis bi-
remem, per eoſdem dies ſyrtibus impactam, cuius tabulas incolæ
certatim diripiebant. Anchoram iecimus iuxta inſulam, quæ pri-
ma nobis occurrit, atq; inde poſtera die ſoluentes, quæ fuit quar-
ta feria cinerum, Talemanarem, Manaris inſulæ limen, noctu at-
tigimus. In ipſis portus faucibus carina fundum tetigit, quæ res
occaſio fuit crucis erigendæ in edita pyramide, in ſignum naui-
gantibus, & in ſolatium eorum, qui Chriſto nomen dederunt. Fe-
ria quinta, Paraſceues ſacrum fecimus in Reſidentia Carcelis. In-
de perreximus ad Eccleſiam S. Thomæ quæ dicitur Carcarum
quę primaria eſt illius inſulæ. Sub noctem locum hunc ſumus in-
greſsi, quo tempore Chriſtiani omnes in Templo congregati, ſo-
lenni tenebrarum officio vacare cõſueuerant. Cognito noſtro ad-
uentu, confeſtim omnes cum cereis accenſis, duobus ordinibus
diſpoſi-

iſpoſiti,obuiam procedunt, tanto ſilentio tamque demiſſo vulu, vt mœrorem ex Domini paſsione conceptum facilè agnoſcees. Quæ res tum quidem magna deuotione accendit, tum verò ongè maxima,cùm diuina illius temporis officia, tanta cæremoiarum venuſtate,cantuſque ſuauitate celebrari vidimus: deinde ùm cõcionẽ de Paſsione Domini audiuimus,in qua,linguę Maıbaricæ licèt ignari, tamen ſingultibus, & lacrymis ipſorum eocti, interiorem, quo erant affecti, diuini amoris ſenſum ſatis erſpectum habuimus. Denique cùm officium Reſurrectionis tãı celebritate & frequentia peragi vidimus, vt non iam æde S. homæ Carearum, ſed Goæ in Templo S. Pauli hæc omnia inıeri videremur.

Viſitatis reliquis Eccleſiis, quæ noſtræ curæ ſunt, inde perremus ad ædes noſtras, quas non longè ab arce ſitas habemus. einde tranſmiſſo flumine, terreſtri itinere pergentes, margarirum piſcationem illam toto orbe celeberrimam viſimus. Facta t hæc piſcatio hoc anno in ora maritima Ceilani inſulæ, duodemo milliari ab inſula Manare. Sub ſolis occaſum ad flumen maıum peruenimus, & quia noctu trajicere non ſatis tutum videıtur, pernoctauimus in tentoriis piſcatorũ, qui plurimis lumibus circumcirca accenſis elephantorum incurſiones arcebãt. at ɔs nihil præter pauones vidimus, quorum gratior erat aſpectus, ıàm elephantorum, & quàm illius viperæ, quæ nobis neſcientis ſarcinulis ſe ſe miſcens flumen nobiſcum traiecerat, quã orto ınè conuoluto corpore ad pedem cathedræ dormientẽ deprendimus. Ab hac peſte, qua qui ſunt icti poſt ſeptimam horã exrant, ſeruauit nos Deus tũ ſuæ naturæ bonitate, tum etiã forſe, quia meminit nos ideo tam ſerò tabernaculum noſtrum inſſos, quia pauper quidam nos detinuit, quẽ in ſyluis iacentem, penè exanimatum inuentum, Sacerdotes & Leuitæ non præierũt; ſed in illa ipſa cathedra, quam dixi, ſublatũ, & bene refeın in tuto collocarunt, & ei omnia neceſſaria miniſtrarunt.

Non plus tres dies in illa viſitatione conſumpſimus, ne nauicopiam à Ceilano oportunè ſoluentis negligeremus, & quia ıd temporis ſatis fuit nobis ad æſtimandum quanti interſit, tros illi piſcationi intereſſe. Eſt enim piſcatio illa hominum quentia celeberrima, qui ex vicinis regionibus eò cõfluẽtes, ad ıginta millia in caſtra conueniunt: arma, vtẽſilia, ſupellectilẽ, ue adeò totã familiã huc afferunt; Eccleſias in toto littore ſtant. Noſtri ſacerdotes ſacrum faciunt, lites componunt, pus dirimunt, rapinas cohibent, tumultus ſedant, Chriſtianos à

ſexcen-

ſexcentis contumeliis & potentiorum vexationibus liberant, v
nulli dubium ſit, quin tota illa multitudo, ni Patres adeſſent, m
ximis incommodis obnoxia diſſolueretur, & in fumum abiret.

Nunc ad Manarem noſtra redeat oratio. Nauigium, cuius ſu
prà memini, Calendis Aprilis conſcendimus ego & quatuor
noſtris, vento vſi ſumus primo manè ſatis proſpero: at poſtquan
fuimus ad decem milliaria in altum prouecti, ſe nobis ad proran
oppoſuit. Illico jecimus anchoram, ſuſpicati nimirum eſſe vent
incolis adeò formidoloſum, quem Chitarauaram, id eſt Aprilis a
quilonem, nominant; qui ſæpe inopinato irruens, miſeros nauta
oſcitātes opprimit. Nec nos fefellit opinio, nauigium autem era
paruum, valde onuſtum, & minùs expeditum, ventus validus &
procelloſus in ſingula momenta creſcebat: quem nos, Deo conſi
lium ſuggerente, immaniter irruentem, trepidi, ſublata anchora
à puppi excipimus, & cōuerſa prora ad portum conamur reuert
Ventus interim ab Orientali plaga mirum in modum debaccha
tus, præter pluuias & tonitrua, ingentes fluctus excitauerat, qu
in nauem arietantes, immani fremitu laceſſebant, & ni Deus op
ferret, mortem omnibus intentabant. Verſabatur ante oculo
mors P. Pacifici, & Iacobi Soucralis, atque fratris Emmanueli
Pinerii, trium è noſtris, qui eodem in loco non diſſimili procell
fluctibus abſorti perierunt. Metum augebat mors recens cuiuſd
è familia B. Franciſci, qui nuper Negapatano ad Manarem tran
miſſurus, in eodem freto interceptus, verſa naue merſus eſt. Na
clerus metu penè exanimatus, iam ad malum ſubſiderat, è na
tis vnus intrepidus ad gubernacula acceſſit, quo iubente, ſinu e
velo facto, viā vtcunq; ſecauimus: at illo velo repentè dilacerat
viſum eſt in prora linteamē extēſum quatuor nautis validiſsim
tenendum tradere. Hoc pacto, atque opera Chriſtiani cuiuſdan
qui temonis regendi arte pollebat, æſtum pariter & fluctus ſup
rauimus, & tandem eodem die poſt ſolis occaſum ſalui & incolu
mes in ſinum tutum euaſimus, in quo jacta anchora, paululum
terra remoti, ne ſcopulis illideremur, noctē illam in maxima j
ctatione inſomnē duximus. Poſtero die duo nautæ vaſis inanib
inhærentes, terram natando petierunt, à quibus incolæ certior
facti de noſtro appulſu, magna caritate & gratulatione nob
ſubuenerunt, eorum opera ad terram peruenimus.

Relicto hoc nauigio vt minùs commodo, & tempore etiā tra
quillo parum tuto, alia naue conſcenſa biduo pòſt oppidum N
gapatanum attigimus. In æde Miſericordiæ diuerſati ſumu
in qua iacet corpus P. Franciſci Perez, quē incolæ vt ſanctū ven
rant

rantur. Fuit aduentus noſter Luſitanis incolis gratiſſimus, eo quòd Patres Societatis, quos à multis annis deſiderauerant, iam andem in illa terra ſedem fixuros quaſi diuinantes aſſeuerabant. Hac de cauſa conuenêre cum Parocho omnes viri primarii, & id pſum a me multis precibus flagitarunt. Quorum votis haud ſanè llibenter acquieui, multum enim & noſtro & ipſorum intererat, iam in oppido Luſitani multi habitant, & multi à regionibus Ci-iarũ, Bengalæ, Pegu, & Malacæ illuc confluunt hyemandi cauſa. Eſt præterea ſitus iſte ad fidem amplificandam in primis oppor-unus, ex quo tanquam è centro habitantes in circuitu gentiles, ui ſunt propè innumeri, commodè adire, & loca vicina in toto lo tractu vſque ad oram Coromandelis facilè inuiſere poteri-nus. Ciuitatem continuò ſummo ſtudio obeunt, vt locum Eccle-æ atque ædibus noſtris idoneum diſpiciant. Placet area in ripa uminis, è regione maris vento auſtrali obiecta, (qui ventus ibi naximè ſalutaris habetur) & noſtrorum miniſteriorum exercitiis, b magnam inibi concurrentium hominum multitudinem, ac-ommodata. Hanc quingentis aureis emunt, multas inſuper e-emoſynas largiuntur. Patres relictis duo, qui nouæ Reſidentiæ imam manum imponerent. Res proſpere ſucceſſit, nam & ipſe aichus Taniaoranus in portu, qui Nagapatano non longè di-at, Eccleſiam conſtrui petit. Quin & in Trangabare, ſexto ab nc lapide, cæpta eſt alia Eccleſia, quæ fidei in illis partibus di-tandæ non parum conducet.

Nagapatano profecti, ad oppidum S. Thomæ terreſtri itinere ntendere ſtatuimus. Quod iter Luſitani nonnulli vehementer ſuaſerunt: aiebant enim loca eſſe infeſta & nõ ſatis peruia pro-er Badagas, quos nuper ad Candiam Ceilani regnum tranſitu-s, in Iafanapatano eiuſdem Ceilani regno, Luſitani interceptos alè multauerant. Terror iſte nullo probabili fundamento niti debatur; loca enim, per quæ erat nobis tranſeundum, ſuis Nai-is, Taniaorano videlicet & Gingiano, parebant. Quare iter ar-imus huius tractus videndi cupiditate illecti, ſi qua fortè ſpes futurum foret, hos populos ab idolorum cultu ad veri Dei co-itionem traducendi; ingenti cum voluptate ad duodecimum em iter fecimus, lucorum nimirum atque nemorum amœnita-n, fluminum aquarumque perennium copiam, & totius re-onis pulchritudinem, ſoli vbertatem, cæli clementiam cõtem-ntes. Hanc lætitiam imminuebat immanis atque inaudita il-um gentium ſuperſtitio. Vidimus enim homines ratione præ-os, tot idolorum prodigia, hominum, elephantorum ſimula-

cra, in tẽplis pulcherrimis permultis, & in aliis fanis minoribus penè innumeris, non minùs ſuperſtitioſo quàm ambitioſo cult venerantes, atque illorum idolorum coloſſos in curribus, qui tur res altitudine æquabant, ſubiectis rotis multis hominum milli bus humeros ſubjicientibus, huc illuc tranſportantes.

In itinere vrbem vidimus Cidambaranum, ſuperſtitionis gen tilicæ in illà regione caput & metrepolim, idolorum templis au guſtiſſimis refertam. Horum Brachmanes in annuos reditus tri ginta aureorum millia habere dicuntur: quamuis non niſi duo decim millia hac tempeſtate eis numerentur. Appulerat eoden die, quo nos, Naichus Gingianus, in cuius ditione ſita eſt hæ vrbs: viſum eſt hominem viſitare, quo faciliùs nobis per illam re gionem tranſeundi copia concederetur; ſine qua abſque maxim vectigalium & naulorum moleſtia nullibi pedem mouere nedi iter facere licebat. Vrbi cùm appropinquauimus, inuenimus om nia occupata militibus, qui ad triginta millia erant, & elephante centum, ingredimur, ducem viæ datũ comitantes, qui in fani cu iuſdam hortulo arboribus conſito iuſsit expectare, donec Nai chus de noſtro aduentu certior factus, adeundi poteſtatem face ret. Is inſtante nocte, poſtea quàm ex edito loco exercitum & ele phantes oculis perluſtrauerat, in palatium ſe recepit. Iuſſit acce dere, ingredimur, ante nos ducenti Brachmanes perpetua ſerie in cedebant, cauentes ne quis oculus Regem faſcinaret, atque vt a quam luſtralem ædibus aſpergerent: quod illis ſolenne erat pri mo quoque die, quo Rex domum aliquam ingreſſurus erat. Hi peractis cæremoniis, illi ceſſerunt, nos ſucceſſimus.

Poſtquam per varias portas & ianitores corporiſque cuſtode elapſi, illius adeundi difficultatem ſuperauimus, inuenimus in a trio ſub dio ſedentem, lychnuchis lumen prębentibus, ſuggeſto i medio atrii constructo, ſuggeſtum operiebat tapes, tapetum pan nus ſericus villoſus colore purpureo. Inſuper diſcumbebat Nai chus, binis incumbẽs puluinaribus magnis, forma tereti admod columnarum rotundis; togam ſericam elegantem, Badagarun ritu ad talos demiſſam gerebat; torques magnus & multiplex collo dependens, variis vnionibus & gemmis diſtinctus, totun pectus ornabat; cæſariem oblongam in vertice in nodum colle ctam, multæ itidem margaritæ ambibant; quæ tamen non appa rebant, quia caput etiam cùm domi ſunt, panno ſerico inuoluũt Naicho aſſiſtebant Principes viri nonnulli, & Brachmanes, atqu Dynaſtarum filii. Ipſe ætate iuuenis, vultu decoro & viuido, at que oculis micantibus præſtantem animi vigorem præ ſe fere bat

at. Magna humanitatis & beneuolentiæ ſignificatione ab illo
imus accepti, atque ipſo iubente iuxta eius ſolium conſedimus.
Iunuſcula ſibi à nobis oblata gratiſſima eſſe, & re & verbis demõ-
rauit. Folia Betele, quæ de gentis conſuetudine nobis mandu-
anda propoſuit, valde miratus eſt, nos non attingere. Petiit vt
ium Sacerdotem ipſi concederemus, qui reſideret in ciuitate
ua, quam ipſe ſuo nomine cõdebat, atque ei, quæ opus eſſent,
mnia ſe daturum promiſit. Dicebat, ſe Sacerdotes iam pridem
diſſe Luſitanorũm, at horum ſimiles non vidiſſe. Poſtquam in
ultam noctem de rebus ad fidem pertinentibus protractus eſt
rmo, tandem pannis pretioſis auro intertextis donatos beni-
iſſimè dimiſit. Diploma dedit cum facultate libere tranſeundi
r totam illam ditionem, abſque portoriorum & naulorũ one-
, atque ſuis omnibus mãdauit, vt nos vbique perhumaniter tra-
arent: quod vt meliùs fieret, vnum è famulis ſuis, qui nos dedu-
ret, ſimul mittendum curauit.

Sequenti die iter proſequimur, non ituri fortaſſe, ſi quis nobis
dicaſſet ſpectaculum illud, quod eodem die Cidambarani fu-
rum erat, quod à viris fide dignis accepimus, & ipſi poſtea re-
rſi pro comperto habuimus, vtpote iam familiariùs habiti, & in
o Naichi palatio hoſpitio excepti. Spectaculum fuit eiuſmodi:
ginti Sacrificuli, quos Iogues vocant, à ſummo templi pinna-
o ſe præcipitarunt, quod quo pacto acciderit, vt meliùs intel-
atur, rem paulo altiùs repetemus. Exſtat fanum Perimali, in
o ſumma ſuperſtitione colitur ſimius, Hanimantus dictus, quẽ
nt fuiſſe Deum, & propter neſcio quod peccatum, vna cum a-
multis Deorum millibus in ſimium transformatum in illis lo-
ſubſtitiſſe, atque omnibus illis ſimiis imperaſſe: deinde neceſ-
te compulſum à Ramanancore ad Ceilanum inſulam traji-
udi, cùm nauigiis careret, ipſum ſaltando fluctus ſuperaſſe, at-
e ad ſingulos ſaltus ſingulas inſulas creantẽ (qui ſunt arenarũ
nuli lõgo tractu à Ramanancore vſque ad inſulam Manarem)
ſuiſque omnibus viam ſtruxiſſe. Huius dentem aſſerunt fuiſſe
m, quem memoriæ proditum eſt, Proregem Conſtantinum fe-
ſſimæ memoriæ in ignem miſiſſe, quod ne faceret, ethnici dẽ-
trecẽtis aureorum millibus ſe redempturos ſpõdebant. Pro-
religione prohibitus, tanta pecuniarum vi ſe non eſt paſſus
i, quinimo Theologorum quorundam opinione ſpreta, ſen-
tiã illorũ, qui religionẽ pecuniæ præferre ſuadebant, pio ac
gno animo amplexus eſt. Hęc de Perimali, eiuſq; Simio. Affir-
deinde credula gentilitas, virum quendã ſanctũ Cidãbarani

multos annos pœnitentiæ cauſſa in clauo ferreo pedem trans-
xum tenuiſſe. Mandauit huic Deus, vt ab hac pœnitentia deſiſt-
ret, renuit ille; & cùm vltro citroque multi nuntii interceſſiſſen-
affirmauit homo, ſe nunquam quicquam de pœnitentia remiſſ-
rum, quouſque Deum ipſum circum ſe ſaltantem videret. Tan-
Deus eius voluntati obtēperans, ipſe cum Sole, luna, & ſtellis c-
ram ſancto choreas duxit, illis citharam pulſantibus ſaltantibu-
que. Deo ſaltanti armilla aurea à pede excidit, à qua Cidambar-
num nomen accepit: idem eſt enim Cidambaranum atque aur-
armilla. Facta eſt igitur per hos dies inter gētiles magna digladi-
tio, an liceret ſignum Perimalis in templo Cidambaranenſi co-
locare; quod ſignum nihil aliud eſt, quàm malus inauratus cu-
Simio iuxta pedem. Aliis repugnantibus, aliis per legatos veh-
menter vrgentibus, Naichus Gingianus obfirmato animo ſign-
in tēplo collocare decreuit; templi ſacrificulis, qui in interiori a-
de à theſauris erant, valde renitentibus, & ſi id fieret, à ſummo f-
ſtigio ſe ſe præcipitaturos interminātibus. Idem Brachmanes t-
pli ſe facturos, poſtea quàm illorum corpora humo mandaſſen-
ſanctiſſimè iurati ſunt, quod tamen poſtea, ſaniore conſilio fret-
non præſtiterunt. Quare eodem die, quo nos diſceſſimus, Naich-
Gingiano malum erigere aggrediente, ſacrificuli ſummo temp-
conſcenſo, ſe ſe inde præcipitare cœperunt. Poſtquam viginti pl-
minùs præcipitio diſrupti exſpirarunt, Naichus id ſibi opprobr-
ducens, in eos eminus ſclopos intorqueri iuſſit, duobus tantù-
glandium plumbearum ictu mactatis, ſubduxerunt ſe reliqui, a-
iam deſperabundi, huc illuc incertis ſedibus vagantur. Nec defu-
mulier, quæ hac ipſa de cauſſa tam vehementer exarſerit, vt ipſ-
met ſibi guttur præcideret. At malus erectus eſt cum ſimio in im-
ſedente. Speramus aliquando fore, vt diuina prouidentia diſp-
nente, Societas, quæ Eccleſiam iam habet, non ampliùs trib-
milliaribus ab hac vrbe diſtantem, hoc ipſo in loco, crucis vexi-
lum veri Dei trophæum erigat cum Dæmone ad pedem caten-
alligato, ſicut alicubi pictum videmus, & ſicut re vera crucis in-
uictæ virtute ligatum credimus. Nos iter proſequimur, & hui-
Naichi, atque Principum Triuidini & Salauacchæ, qui huius im-
perio parent, beneficentia freti, ad oppidū B. Thomæ ſalui & om-
ni vexatione liberi peruaſimus. Fuit hæc antiqua vrbs Meliapo-
Coromandelis regni olim caput, nūc Regi Viſſanagorano pare-
qui eā certis conditionibus Naicho Taniaorano regendā tradidi-

Ragiù, qui & Rex Viſſanagoræ, (quæ à Luſitanis Biſnagà, à ſcri-
ptoribus Regnū Narſingæ, à Rege Narſinga dicta eſt) ab ethnic-

harum

rũ partiũ Regum Dñs & ſupremus Imperator habetur, & ipſe
: ſe non magis demiſſè ſentit; vt ex cõceptis verbis, quæ ipſe ſuis
plomatis adſcribit, manifeſtè patet, quæ ſunt eiuſmodi:
, Spõſus Subuaſti (id eſt, bonæ fortunæ) magnarũ prouinciarum
eus, maximorũ Regũ Rex, & Regũ Deus, omniũ equitatuum
ñs, magiſter neſciẽtium loqui, trium Imperatorum Imperator;
ctor omnium quæ videt, & conſeruator omnium quæ vicit; for-
idoloſus octo plagis mundi, Mahometanorum exercituum de-
llator; Dñs omnium prouinciarum, quas cepit, ſpoliorum ac
uitiarum Ceilani raptor; qui viros quantumuis fortiſſimos lõ-
ſuperat, qui inuictiſsimo Viraualalano caput abſtulit; Dñs o-
entis, auſtri, aquilonis, occidentis, & maris; elephantorum vena-
r, qui virtute militari viuit & gloriatur. Quibus honorum elo-
s gaudet, militari virtute præſtãtiſſimus Vẽcatapadinus, Ragiũ
uamaganus Ragel, qui hodie regnat, & hunc mundũ gubernat.
Rex igitur Viſſanagoranus, qui hodie in regno Viſſanagoræ in
pe Chandegrino ſolium tenet, magna potentia pollet. Et olim
Cori promontorio vſque ad regna, Goæ adiacentia, ad oram vſ-
e vtriuſque maris longè lateque dominabatur, donec hinc I-
lcanus, inde Reges aliquot, vt Naichi, quorum antè memini, e-
iugo excuſſo imperium detrectauerunt. Viſum eſt igitur rei
riſtianæ & Euangelii propagationi valde conducere, miſſio-
m decernere Sacerdotum, qui in vrbe regia reſiderent, vt hac
maior eſſet noſtrorum auctoritas, & gratia apud vicinos Prin-
es, qui & ipſi iam noſtros ad ſua regna inuitare cœperunt. Rem
viris grauibus & rerum peritis communicaui. Viſa eſt à Spi-
u ſa[illegible]o profecta. Cognito nihilominus Regem eſſe bello im-
citũ, quod Naicho Madureno inferebat, pauliſper exſpectan-
m cenſui. Interim P. Simoni Sà Rectori Collegii S. Thomæ ne-
tium dedi, vt data opportunitate miſsionem auſpicaretur,
od ille paulo pòſt optimo cum ſucceſſu effectum dedit, vt ex i-
us litteris ſuo loco conſtabit. Interea piorum eleemoſynis ere-
m eſt Meliapore Seminarium puerorum nobilium Badaga-
n, & Malabarium adiuncta ſchola, in qua docetur lingua Ta-
l, id eſt Vernacula, & lingua Badagana, qua vtuntur Palatini.
hoc Seminario, Deo fauente, transferentur nouæ plantæ, quæ
tẽpore in totum illum tractum fructus ſpargent vberrimos.
Anteaquam à S. Thoma recederem, cœptum eſt agi de noua
ſione Peguana, noſtris ardenti ſtudio prouinciam illam ſuſci-
e geſtiẽtibus. Sed re nõdũ tranſacta, appulerũt naues Peguſio.
quibus de turbulẽtiſſimo huius regni ſtatu certior factus, miſ-

ſionē illā in aliud tēpus diſtuli. Vt autē clariùs V.P. innoteſcat, qu
loco ſint res, & quas maximè ob cauſſas hāc miſſionē, a V.P. ta
topere cōmendatā, quæq; re vera præ omnibus miſſionibus ori
talibus vberrimos fructus pollicebatur, diſtulerimus; adiungā
quæ à fide dignis accepi, qui huius regni Pegù rebus tū aduerſ
tum proſperis, multo tempore interfuerūt; & ſuis oculis eius ru
nam perſpexerunt.

## DE REGNO PEGV, ET DE STATV, IN QVO fuit menſe Martio anno Domini 1598.

REX Peguanus huius pater, qui nunc viuit, de ſtirpe Bram
rum, fuit omniū, qui in Pegù regnarunt, potētiſſimus. Du
decim enim regna ſuo ſubiecit imperio, nempe regnū C
uelani, vnde ſapphiri & rubini optimi proueniunt: ſecundū regi
Auà, in quo ſunt fodinæ æris Cyprii, plumbi, & argenti: tertiu
regnū Bacani, in quo multæ auri fodinæ: quartū, regnū Tungr
ni, quod plumbo abundat & lacra: quintū, regnū Promi, quod
tidem plumbo & lacra abundat: ſextū, regnum Iangómæ, cupi
muſci ſeu almiſcaris, piperis, panni bombycini, auri, argenti a
undans, quæ omnia etiā in reliquis Peguani imperii regnis hab
tur: ſeptimū regnū Lanrani, vbi beiuini tanta eſt copia, vt ad n
ues onerandas ſufficiat: octauū & nonum, regna Truconis, vnd
merces quàm plurimę a Sinis ad nos tranſportantur: decimum
vndecimum, regna Cablani, quæ gemmis abundant, & Auan
regno adiacent, media inter Auà & Sinas: duodecimum, regnu
Sionis, quod vltimo loco ſubiecit, in qua expeditione decies ce
tena & ſexaginta millia militum fertur armaſſe, quos ex omn
plebe ita conflari voluit, vt ex vnaquaque decade vnum tantù
militiæ adſcriberet. Is triginta & ſex annos tanta omnium opu
affluentia regnauit, vt licèt quis centum naues oryza onuſtas e
portaret, (tanta erat vbertas agrorum, abundantiaque rerum om
nium) nihil omnino imminutum eſſe videretur. Mitto reliqua
merces, gemmarum tanta erat copia, vt qui vnius tantùm men
ſis ſpatio dato ad gemmas coëmendas, multa auri talenta in e
vellet inſumere, priùs aurum exhauriret, quàm gemmæ def
cerent. At terra illa tam florens & opulenta, in tantas ærum
nas & rerum omnium inopiam incidit, vt iam in toto regn
nulli ferè mortales inueniantur, præter admodum paucos, q
cum Rege in arcē ſe receperunt, quos cum mulieribus & paruul
vix ad ſeptem millia pertingere affirmant; eò enim miſeriæ & in
opiæ per hos dies redacti ſunt, vt carnibus humanis vulgò f

mer

em pellerent,& carnis humanę macellum in publico ſtatuerét.
ırentes à filiis,filii à parentibus non abſtinebant. In ciuitate qui
ant robuſtiores,ſcaphas & lintres ingreſsi,in debiliores quoſq;
ıpetu facto,quęcunq; cepiſſent, minutatim in fruſta diſſectum
ni torrebant,& deuorabāt. Si quos inueniſſent ita fame exeſos,
nihil,niſi pellis & oſſa ſupereſſent, aperto ventre pulmonē ex-
ahebant:& ne quid fragmenti periret, effracta caluaria, cere-
um crudum exſugebāt. Mulieres, (dictu mirabile) omne huma-
tatis ſenſum exutæ,per plateas cultellis armatæ diſcurrebant,
in obuios atque infirmiores quoſque deteſtabile carnificii ge-
ıs exercebant.
Hanc calamitoſam tanti regni ruinam & tot malorum origi-
m,ſupereſt,vt paucis exponam. Defuncto Brama,huius Regis
tre,qui,vt dixi, triginta ſeptem annos regnauit, filius ſecundo
enſe poſtquā ſceptrum eſt adeptus,cū inaudiſſet Regem Auani,
truū ſuū,nouis reb⁹ ſtudere,quadraginta præcipuos regni pro-
res,qui cum illo conſpirauerant,quorum opera Rex defunctus
expeditione Sionica fuerat vſus,in cuſtodiam tradidit. Atque
os omnes cū parētibus,vxoribus,liberis,amicis,& neceſſariis in
ıā cōjectos,admotis vndiq; vepribus & ligno arido,immiſſo ig-
,miſerādo poſt hominū memoriā ſpectaculo cōcremauit. Et ſi
os cōprehēdiſſet ex illo rogo elapſos, nulli venia data,bifariam
ari juſſit. Immani ſpectaculo Peguſiorum omnium animi ad-
rſi,& deinceps inuiti eius imperio parebant. Hoc inteſtinum o-
ım Rex, & ciuium à ſe alienationem, in bello, quod aduerſus
truum ſuſceperat,ſæpe ſuo malo expertus, tandem ſingulare ei
tamen obtulit, hoc pacto interpoſito, vt vterque ſibi mutuò
elephantis concurreret, qui viuus euaderet, is ſceptro potire-
. Rex in hoc duello victor exiſtens, occiſo patruo Peguani &
ani regni gubernacula ſuſcepit.
At neque ſic impendentia mala euadere licuit. Rex enim Sio-
, dum in regno Auano Rex & patruus mente & animo in bel-
inſiſtūt;ipſe exercitu coacto ad limites regni Peguani, ad vicū,
i dicitur Satan,cū omnibus copiis cōtendit, ſparſa vbiq; fama,
Domino ſuo Regi ſubſidio venire.eūdē nūtiū ciuibus Peguanis
miſit,cū nouē milliaribus ab vrbe regia abeſſet. Quippe nō eū
ebat,Regē,cùm ad Auanū bellū proficiſceretur,optimo præſi-
munitā vrbē reliquiſſe,atq; tres viros principes pari poteſta-
omnia moderari, nimirū Principē Regis filiū, atque eiuſdem
onomum,& præpoſitum aduenarum. Aduentum Sionii, Rex
ımà ægerrimè tulit: miſſoque continuò duce cum parte exer-

citus, iuſſit ad ſe captiuum traheret. quod dum exequi Dux cona-
tur, milites à Rege miſſi, deſperatis rebus, neglecto Regis man-
dato ad ſuos lares reuertentes, obedientiam abjiciunt. Bramà
his auditis, ab Aua ſe maturè expediens, furibundus ad vrbem re-
uertitur: miſſo nuntio Sionium blandè rogat, vt ad ſe veniat.
Reſpondit ille, ſe vltro ad opem ferendam Regi veniſſe, à regni
proceribus malè acceptum, tantam immanitatem æquo animo
ferre nec poſſe nec debere: quare ſe adduci non poſſe, vt ad Regem
vnquam aut ad vrbem in poſterum accedat; tributa verò ſemper
daturum & imperium non detrectaturum.

Hoc reſponſo accepto, Rex biennio interpoſito nongentorum
millium hominum exercitu comparato Sionem verſus ſigna mo-
uet, vrbem regiam obſidione cingit. Sionius blandis internun-
tijs Regem detinet, & quaſi vrbem confeſtim traditurus, vſque
ad tertium menſem procraſtinando tempus terit, eo conſilio, vt
hyberna inundatione, quæ menſe Martio in illa regione ſolet ac-
cidere, Rex interceptus, exercitum perderet. Ille enim ignarus
tanti periculi, in locis campeſtribus caſtra poſuerat, & terram
illam depreſſiorem vſque ad præſidium Meragri totam multitu-
dine repleuerat. Aquæ verò, Nili modo, ineunte Martio totam
adjacentem regionem vſque ad centum viginti milliaria circum-
quaque inundant, atque omnem conſiſtendi aut quoquouerſus
pedem inferendi facultatem tollũt. Hac eluuione repentè in-
gruente, Bramà cum ipſo exercitu in vltimum periculum deue-
nit, nec quò ſe verteret, aut quod cuique præferret ſatis perſpe-
ctum habebat. Sionii interim lintribus & ſcaphis conſcenſis, mi-
lites natantes toto æquore trucidabant; alios æſtus & torrentes
in profundum rapiebant: quo factum eſt, vt è tanta multitudine
vix ſeptuaginta milia, eaq; ſine equis & ſine elephãtis, Martaua-
num redierint. Huiuſmodi expeditionibus ſemel atque iterum
fruſtra tentatis, tandem Rex fratrem ſuum Regem Iangomanum
cum multis ducibus miſit, Filium quoque bis cum ingenti exer-
citu eò contendere iuſſit: atque hi licèt magna clade hoſtes affe-
cerint, agros vaſtauerint, prædas auerterint, tamen & ipſi malè
mulctati nunquam niſi plus media parte exercitus amiſſa, domum
redierint: quin & filius in vltima expeditione, plumbea glande
traiectus occubuit.

Bramà amiſſo filio magno dolore percitus, eiúſque vlciſcendi
ſtudio efferatus, ipſe ad Sionis regnum rurſus proficiſci ſtatuit.
Quapropter commeatus copiam quàm potuit maximam com-
parari iubet, ac Martauani & Murmulani, nec non in Tauà &
Tanaſſa-

'anaſſarino maximam annonę vim in horreis aſſeruari pręcipit. n hoc apparatu toto triennio exacto, ſecum Peguanos omnes d bellum educere decreuit. At illi, recentes innumeras clades & ot aduerſa prælia animo verſantes, lucem & conſpectum homi-um peroſi, partim in eremis & locis ſylueſtribus ſe abdiderunt, artim Talapoiorum habitum ſumpſerunt. Sunt autē Talopoii, ui ſe mundo nuntium remittere profitentur. Denique non pau-i ſe in captiuos vendiderunt, ne quis eos ad bellum proficiſci co-eret. Bramà vbi aduertit Peguſiorum animos à bello abhorrere, andat auũculo ſuo Ximibogo, vt omnem regionem perluſtret; ex monumentis, & tabulis publicis, cuiuſque genus & condi-onem perdiſcat: atque ex iis, quos bello idoneos compererat, imidiatam partem in militiam aſcribat. Is tota peragrata, de-rehendit eos, qui bello vtiles forent, pro magna parte in Tala-oiorum ordinem tranſiiſſe: cæteros incertis ſedibus errare, præ-er eos, qui ad ipſius Ximi patrocinium confugerant. Hæc cùm imibogus Regi nũtiaſſet, edicto publico ſtatutũ eſt, vt omnes, ui per illos dies in Talapoios euaſerãt, ad priſtinũ vitæ ſtatum edirẽt. Deinde Ximibogo præcipit Rex, vt iuuenes ad bellũ co-eret, ſenes ad Bramarũ regionẽ in exiliũ mitteret: quos idẽ po-ea in exiliũ miſſos, equis permutandos curauit. Iuſſit præterea, Peguſiis omnibus à maximo vſq; ad minimũ in dextera ſtigma ureretur, quo cuiuſque nomen, patria, conditio conſtaret.

Peguſii cũ viderent ſe per ſummũ probrũ ſtigmaticos factos, 'alapoios habitu ſpoliatos, ſenes equis in exilio permutatos, tũ emũ immenſo dolore diſcruciati, à Bramà penitus deficere cogi-uerunt. Primi rebellarũt Coſmienſes, & Regem ſibi conſtitue-unt. Bramà in eos ducẽ immittit, virũ ſtrenuũ & bellicoſum. Is egis iuſſu per flumina diſcurrens, omne frumẽtũ, oryzã, atque mnẽ ſupellectilẽ pretioſam, & quicquid alicuius momenti inue-ire poterat, nauigiis imponens, in vrbẽ aſportat; ſi quid ſupere-it, totum ignibus tradit: quin & plurimos vtriuſq; ſexus ad Regẽ ptiuos ducit. is immani illa conſuetudine, palis & ſpinis cir-umſeptos admoto igne cõburit. Hanc immanitatẽ cũ toto an-o in miſeros exercuiſſet, ac propterea multi in nemora & loca 'periora ſe abdidiſſent, cùm neque pecora neq; annona illis ſup-eteret, deſpondẽtes animũ, ſe Regi tradiderũt. ille omnes exqui-iſſimis tormentis interfecit.

Coſmii regno ita conſumpto, in regnum Auà furorem Rex nuertit: filio, qui ibi ſummæ rerum præerat, ad ſe vocato, iu-et vt Aueaſes omnes vtriuſque ſexus & omnium ætatum ſolum

vertere,& ſecũ venire cogeret, hoc conſilio, vt agros Peguanos cultoribus deſertos coleret. ii ſedibus patriis relictis, mox vt alienas terras tetigerunt, aëris intemperie, puſtulis erumpentibus ægrotare cœperunt. Mox eadem contagione reliquis Peguſiis cõmunicata, tam immaniter hæc peſtis in omnes graſſabatur, vt multi doloris impatientes, ſe in flumen præcipitarent.

Interea Peguſii nonnulli, qui Murmulanum confugerant, adjuuãtibus Sioniis, arcẽ in poteſtatẽ redegerũt. Hos Brama annua obſidione premit. Sionii hoc nuntio accepto cũ omnibus copiis improuiſi adſunt, Peguſios fugant, equos, elephantes mactãt, milites partim occidunt, partim captiuos ducunt, aut in flumen præcipitãt. Hoc pacto tota illa regio Peguſiis erepta in Sioniorũ poteſtatem venit, ac ipſi Peguſiorũ Principes, qui Bramæ iuſſu huic bello interfuerunt, ſuis fortunis deſperãtes ad Sionios trãsfugerũt. Horũ vxores & liberos, familiã omnẽ, & vniuersã ſobolẽ, Bramà ſuo more, flãma, ferro, aquis ad internecionẽ vſq; deleuit. Et iã totꝰ ille tractꝰ à Pegù vſq; ad Martauanũ & Murmulanũ, incolis terra mariq; ad Peguſios cõfugiẽtibus, in ſolitudinẽ redactꝰ eſt.

Per eoſdẽ ferè dies, quibus Murmulanũ obſidione cingebatur, filium minorẽ, quem Bramà antè ad regnũ Promi cũ imperio miſerat, ad ſe reuocat: is alacer & lætus ad patrem contendit, ratus ſe ideo reuocatum, vt fratri majori Auano Principi prælatus, hæres regni Peguani renunciaretur. Hæc illi ſibi ſomnia fingenti imperat pater, vt ad Murmulanicã obſidionẽ proficiſcatur. Filius primò indignari, deinde excuſationes obtendere, ſe videlicet imparatum veniſſe, exiſtimantem non ad pugnã ſed ad alia negotia euocatum. Pater ira excãdeſcẽs, verbis aſperis filium cõpellat, jubetq; vt fratre majore ſalutato, ne minima quidem mora interpoſita, proficiſcatur: ſi ſecus faceret, capitalẽ pœnam proponit, exẽplo terret Ximi Chadulli cognati, qui nuper ob ſimilem culpam capite plexus eſt. His auditis tacuit adoleſcẽs, & ad naues, quibus à Promano regno venerat, veſperi ſe recepit. Deinde, intempeſta nocte decedente æſtu, ſublatis anchoris, cum tota claſſe domum reuertit, & patri bellum inferre cœpit.

Sionis Rex his cognitis, & per exploratores certior factus, in quantis anguſtiis verſarentur Peguſiorum res, iterum arma capit, & infeſtis ſignis ad vrbem Pegù rectà contẽdit. Erat hoc tempore meſſis matura, agricolæ raptim quod poterant in horrea intulerunt; quod reſtabat, jubẽte Rege, tradiderunt igni. Sionius vrbem obſidet. Numerabantur eo tẽpore in vrbe, & in arce, & per muros diſpoſiti homines, ad centum & quinquaginta millia, partim Pe-

guſii,

...ſii,partim Bramenſes,& Caranēſes,ac Sionii nonnulli à regno ...angù. Tormentorum omnis generis tria millia,in quibus tor...enta ærea mille,& ex his centum & quinquaginta ſymbolis Lu...tanicis inſignita. Cœpta eſt obſidio ad 10 Cal Februarii, ſoluta ...ctauo Cal. Aprilis,anno huius ſeculi nonageſimo ſexto. Pegua...s partes adjuuabant Luſitani ſexaginta, Turcæ viginti,qui niſi ...ſſent,proculdubio Sionius arcem cepiſſet. Solutæ obſidionis ...uſa fuit rumor temere ſparſus, Luſitanos per viā Cābogiæ ma...a armata Sionis regnum ingreſſos. Non temere dictum Sionius ...tabat, inaudierat enim Proregem Alboquercium Peguſiis au...lia miſſurum. Quare veritus ne dum aliena appetebat, amitte...t ſua, collegit vaſa, & ad ſua regna reuerſus eſt.

Poſt Sionii diſceſſum, cùm ciuitas ingenti fame laboraret, in...tate hyeme Langioēſes, Sionii, Peguani, Bramēſes,& Rex Tan...anus relicta vrbe fugerunt,& ad ſuos lares reuerſi ſunt: manſe...nt admodum pauci,atq; ii cōmeatu à Tanguano regno impor...to viuebāt. Miſſis itaque litteris ad Tanguanū imperat Rex,vt ...nonā omnē & meſſem,quæ per eos dies colligebatur,nauigiis ...poſitam ad vrbem mitteret: ipſe relicta domi vxore,& paucis ...ris in præſidium ciuitatis & arcis,cum reliquis omnibus incolis ...nfeſtim adeſſet. Reſcribit Tanguanus,iniquum videri,ciuitatē ... arcem annona priuare;iniquum etiam,venire ſe cum omni po...lo:dimidiu cōmeatuum & populi mediam partē libenter miſ...rum:ſe quoque aut filium,alterutro domi relicto,ad Regē ven...rū. Cū ſæpe Tanguanus in hanc ſententiam reſpōdiſſet, iratus ...ex quatuor viros primarios cū milite ad eū mittit;his mādat, vt ...tam annonam & ipſum Regē adducant:ni pareat, vim inferāt. ...anguanus hoc cognito maturè præueniendum ratus, quatuor ...ros a Rege miſſos obtruncat; milites & nauigia in poteſtatem ...digit:tum edicto publico cauet,ne quis ad vrbem redeat,aut eā ...mmeatu juuet. Per hos dies annonæ pretium in immenſum ...euit,& Peguſii de nocte per vrbem graſſantes, ſe mutuò macta...nt,& carnibus humanis veſcebantur. Hoc perſpecto, Rex vni...rſum populū jubet recenſeri; catalogo facto,in primis Sionios ... ſeptē millia iubet occidi. Tū reliquis annonę certā quantitatē ...iti diſtribuit. Sioniis extinctis,in vrbe nō amplius triginta mil...,omnium ætatum atque vtriuſque ſexus, reſtare cōpertum eſt.

Antequam ad reliqua pergamus,regni Promani ruinam, quæ ...r hoc tempus incidit,paucis perſtringam. Rex Promanus,filius ...amæ,natu minor, cuius modò meminimus, poſtquam totum ...ennium aduerſus patrem in armis conſtitiſſet, pœnitens facti, per

per legatos veniam petit, adeundi facultatem flagitat, & ſecum regno Promano omnes incolas, qui quinquaginta millia erant, ad vrbem traducturum promittit. Hoc nũtio lætus Rex, ſibi paululum reſpirare viſus eſt, & filio reſipiſcenti ingentia miſit munera, delicti copiam fecit, & diplomate publico factum confirmat. Adoleſcens dum reditum adornat, ſenex eius educator & altor, atque huius defectionis auctor, veritus ne Bramà cũ filio redeunte in gratiam, in ipſius, vt aiunt, caput hæc faba cuderetur, eum veneno ſuſtulit. Hunc viciſſim proceres ad regnum adſpirantem poſt ſeptimum diem è medio tollunt: atque hoc modo octonis quibuſque diebus è Dynaſtis alii atque alii, inter ſe mutuò de imperio decertantes, cadebant. Quo inteſtino bello factum eſt, vt bimeſtri ſpatio è quinquaginta millibus, vix quinquaginta viri bello idonei ſuperfuerint: atque hi demum in nauigiis terni & quaterni impoſiti, & ad vrbẽ Peguanã delati, Promanum regnum omnino deſertum feris habitandum reliquerunt.

His diuturnis prẹliis, tam domeſticis quàm externis, Peguſii licèt valde imminuti ſint, non tamen ita omnino extincti ſunt, vt multi non ſuperſint, qui fuga ſibi conſulentes in alia regna tranſfugerunt. Numerantur in regno Iangomenſi ad centum & viginti millia, partim Peguſii, partim Bramenſes; in regno Oracano viginti millia; in Sione, & regionibus ſuperioribus, centum millia. Rex Iangomæ trecenta & quinquaginta millia numerat, imò & decies centena millia, ſi voluerit, armare poſſe affirmant.

Dum regnum Pegù his tempeſtatibus jactabatur, Talapoii Bramæ tyrannidem exoſi Iangomenſi Dynaſtæ Regis fratri auctores fuerunt, vt regnum Peguanum ſibi vſurparet. Ille ſe religione prohiberi aiebat, adſtrictum videlicet iureiurando, quod pater ab vtroque filio viuens exegerat. Contrà Talapoii inſtant, nullo ſacramento teneri, quo minùs fratre depoſito, ſibi ſceptrũ aſſumat: hac tamen lege atque omine, vt fratrem in Vahat, id eſt, aureo ſolio, collocatum, populo pro Deo adorandum proponat. Vicit hæc ſententia, atque omnem ſcrupulum exemit. Excogitata eſt etiam alia ratio, qua Regulus non ſolùm ſibi perſuadet, ſed & feriò jactat, ſe hæredem regni legitimum, & fratri omnino præferendum: primùm, quia fratrem majorem genuit Rex adhuc priuatus, ipſum verò dũ regnabat: deinde, quia mater ipſius filia eſt Regis Peguani antiqui, qui adhuc viuit, cui nomẽ Naichimo, mater verò Regis nullo regali ſanguine illuſtratur.

Huius regis theſaurus immenſus eſſe creditur, quem ne quis proderet, ducentos eunuchos, qui ipſi miniſtrabant, è medio tol-

lendos

ndos curauit. Sunt qui affirmant, huius patrem trecentas ſexa-
nta ſex combalengas (genus eſt cucurbitæ rotundæ ac prægrã-
s) ex auro fudiſſe, quarum ſingulæ centum octoginta auri pon-
: habebant. Hæ vbi ſint repoſitæ nemo ſcit, tamen intra vrbem
ſe certò conſtat. Hic etiam ſexaginta ſeptem inanium Deorum
atuas ex auro fuſiles fecit, omni gemmarum & vnionum genere
rnatas. Habet præterea quatuor armamentaria cum ingenti
pparatu tormentorum, plumbi, & æris Cyprii, quorum pondus
ix æſtimari poteſt. Atque hic erat regni Peguani ſtatus, ad
nam tantùm ciuitatem redacti, eamque penè funditus euer-
m, & noua obſidione à Mogo Rege Oracani de integro affli-
am.

Quare ego cùm de omni ſpe miſſionis Peguanæ decidiſſem,
rſus huius damni reparandi fiducia, ad miſſionem Viſſanagora-
am animum appuli. Ab oppido S. Thomæ cum ſociis diſceſſi nõ
e magno deſiderio locorum & monumentorum inſigniũ, qui-
s paſſim glorioſus Chriſti Apoſtolus hanc regionem illuſtrauit.
laret in primis Eccleſia Metropolitana, Apoſtoli ſepulchro: cla-
t Mons paruus eius domicilio: claret Mons magnus ipſius mar-
rio, & crucis, quæ adhuc exſtat, inſigni miraculo: ab his monu-
entis ægre diuulſi, iter proſequimur. In via inopinatò incidi-
us in gentilem, qui nos non mediocriter recreauit. Erat is æta-
prouectior, aſpectu grauis, ex colloquio videbatur prudens &
tus. Vitæ inſtituto miles erat, ſecta Permalis, vt ex cinere con-
cimus, quem fronte oſtentabat. Hic facilè conceſſit ethnicorũ
nulacra non eſſe adoranda, vnum eſſe Deum cœli & terræ con-
torem. Et cùm paulo altiore ſermone ad diuina Chriſti myſte-
a ventum eſſet, ille repentino impulſu concuſſus: Quid eſt hoc
nquit) quod patior Patres? ad ſingula verba toto corpore atque
nnibus artubus contremiſco, comæ etiam arrectæ, vox hæret
ucibus. Quęrenti deinde, quando & quo loco de his pleniùs in-
ui liceret, Nagapatani reſpondimus licere. Promiſit ſe ventu-
m, & deinceps, relictis inanium Deorum ſimulacris, vnum
eum verum veneraturum. His ego auditis, quando (inquã) Deus
i hanc mentem & intelligentiam conceſsit, nobis gratiſsimum
ceris, ſi antequam diſcedamus (eramus autem ſub arbore vm-
oſa, meridiano feruore) cinerem iſtum, quo frontem ſignatam
ris, excuſſeris, & penitus aboleueris. Quid, inquit ille, momẽ-
in cinere eſt? res eſt penitus extrinſeca, tum nos quantum inter-
ſet, ſimilitudine quadam oſtendimus, ille victus dat manus, pau-
per recedit, & ſub noſtrum diſceſſum rediens, cinere iam pror-
ſus

ſus ablato, cùm diſcedentes videret, ita ingemuit, tamquam qu ſciret, quantum bonum inopinatò repertum tam repentè amitte ret: denique tam familiariter & tanta amoris ſignificatione, ab euntibus vale dixit, ac ſi a multo tempore cognouiſſet. Fieri non potuit, vt (quod maximè cupiebamus) vnà nobiſcum proficiſce retur, coniugatus enim erat, & tam repentè ſe expedire & in vi dare non potuit. ſperamus fore, vt Deus pro ſua infinita cle mentia & hunc & alios multos, quos ab illis tenebris ad æter næ vitæ lumen vocare deſtinauit, ſuo tempore ſuauiter ad ſe trahat.

Ad vrbem Gingi peruenimus, vbi Naichus reſidet, vt promiſſum, quod ipſe à nobis Cidambarani flagitauerat, impleremus. Ciuitas eſt omnium maxima, quas in India vidimus; ſi cum Luſitanicis conferatur, vni Olyſſipponi cedit. In medio vrbis arx eſt quæ etiam ciuitatis inſtar, muris altis, lapidibus magnis affabre ſectis cingitur, & foſſa aquæ plena circum alluitur. Intra arcem rupes prærupta ſaxis prominentibus in altum erigitur. hanc natura bene munitam ars inexpugnabilem reddidit, ſaxo continuo in turres & propugnacula formato & exculpto. Idolorum templa per totam ciuitatem & arcem diſpoſita. Ædes habet non admodum pulchras, præter paucas, quæ ad principes & primarios ciuitatis pertinent: in quibus ipſius Regis duo palatia maximè elucent, barbarico quodam apparatu, qui atriorum, turriũ, & pergularũ magnificentia conſtat. In his aliquot arcus & fornices vidimus è ligno odorifero, quod Luſitani Sandalum vocant. Primę noctis quieti locũ elegimus, in quo nos ipſa nox occupauerat; atriũ erat illud amplũ & ſpatioſum; at hominũ ingens cõcurſus, camelorum & elephantorum perpetui tranſitus, ſomnum omnino prohibebant.

Manè palatium petimus. dum in turba expectamus, Naichus pedibus fanum petit, quod quotidiano in more habere dicebant; nos vbi videt, hilari vultu, Mox, inquit, reuertar. poſt paululum rediens, iubet introduci, palatium, gazam, ſupellectilem pretioſam oſtendit. Vidimus lectum aureum, lectulos aliquot argẽteos, hydrias magnas partim aureas, partim argenteas: duas hydrias aureas mediocris magnitudinis, quas è miniſtris aliquis in humeris ligneo crate baiulabat aqua plenas, quam Regi foris deambulanti bibendam promebat. Harum & materiam & vſum meritò prætulimus aliis hydriis, quas in palatio vidimus in humeris cuiuſdam Ioguis, qui nuper à Bengala terreſtri via reuerſus, Gangeticam aquã palatinis officiis diſtribuebat. Ferebantur

hydriæ

driæ pannis immundis & vilibus inuolutæ, quas illo ornatu tā-
am vaſa ſacra exoſculabantur. Harum ſimiles multas in peri-
lo palatii à laqueari inaurato pendentes vidimus. Naichus nō-
s in arcis quodam propugnaculo hoſpitium parari iuſſit: at nos
lucum coacti confugimus, licèt idolo ſacrum, propter calores,
i tum maximè ſæuiebant: quos tamen ſub dio in atrio palatii
gues, in ardentiſſimo ſole tolerando, ſummæ patientiæ exiſti-
ationem captabant; meridianos tantùm calores aliquando, li-
t rariſſimè, ſuſpenſo ſubtili velo arcebāt. Nihil eſt iſtis Ioguibus
adis auidius. Vnum vidimus, qui cauea ferrea incluſus, cui tan-
ā perpetuo carceri ſeſe addixerat, exertis pedibus & capite ita
ıbulabat, vt nec ſedere vnquam nec procumbere poſſet. à la-
ibus caueæ cētum lampades prominebant, quas Iogues qua-
or, huius comites, ſtatis tēporibus accendebāt. Ambulabat ille
briabūdus ac lætus, tāquā qui ſuo ſplēdore mūdū illuminaret.
Sequenti die interiora arcis oſtendi placuit. In primo ingreſſu
mentorum exploſione, tubarum ſonitu, & ſciomachio milita-
umus excepti. Quod ad reliqua attinet, quicquid ad arcem
ıitus inexpugnabilem requiritur, in hanc vnam collatum eſſe
etur. Ex omni parte inacceſſibilis, portis tantùm patet, quas
nen vigiles perpetua cuſtodia ſeruant. Muri alti lapidibus qua-
ıtis totam cingunt. In media exſtat area, in qua hortus, & Præ-
ti domus, & horrea commeatu referta. Tyrones in atrio con-
rentes certaminibus ludicris militariter exercentur. In locis
inentibus, arma, puluis tormentarius, incendiariæ ollæ, plū-
e & ferreæ glandes aſſeruantur. Inferiùs ſub rupe excauata
ıs eſt perennis, profundus, limpidiſsimis aquis ſub fornice ſca-
iens. In hoc prǽſidio Naichus, iubēte patruo, mortuo patre, cu-
diæ traditus eſt. At à ſuis liberatus patruum eòdem coniecit:
em erutis oculis perpetuo carceri tradere quàm occidere ma-
t. Ab arce ad Regiā equo inſidens Naichus mille armatis co-
tantibus nos deduxit. In platea ſtabant longa ſerie hinc inde
poſiti trecēti elephantes, tanquam ad bellum inſtructi, omnes
rſis ad parietem tergis, & verſa ad plateam proboſcide. hac de
uſtria ſumus deducti, vt huius magnifici ſpectaculi oculati te-
eſſemus. In regiæ veſtibulo ſtabat quidam tanquam orator,
e purpurea, qui Naichi laudes decantabat. quod aiunt in mo-
oſitum, quotieſcunque ſolenni pompa comitatus Naichus ſe
alatium recipit. Noluit ibi moras nectere, ſed illico ingreſſus
dimiſit, quia inſtabat nox.
Die tertia aliud præſidium viſimus extra ciuitatem, de quo
eadem

eadem penè dici poſſunt,quæ de priore. Hic, in præcipui hon
& beneuolentiæ ſignum,nobis ipſe ſuis manibus tradidit Naic
faſciculum florum,quem geſtabat. Erat faſciculus ad ſceptri ſi
litudinem compoſitus; tribus conſtabat angulis; in ſummo t
poma aurea fulgebant. Hoc inſigne ſolent geſtare Naichi, qu
ties ciuitatem vel regionem obequitant. Quam eximii hono
ſpeciem cùm nobis deferri viderent, ſumma fuit omnium adn
ratio. Præfectus arcis duos pannos bombycinos ingredienti o
tulit; horum alterum nobis dedit, alterum miſit filio Cholgan
Eſt autem Cholgana ex præcipuis proceribus, is qui præſidio pr
eſt in portu illo, quo Naichus nouam ciuitatem condere cœp
rat. Huius filius, qui quartum decimum ætatis annum vix imp
uerat, multis viris primariis & grauibus in palatio comitatus i
cedebat, à Chiſtapanaicho (hoc Naicho nomen eſt) magnope
contendebat, vt ipſi ſuum nomen imponeret, vt ſellam geſtator
inauratam & terras aliquot largiretur. Hic tanto noſtros Pat
amore & beneuolentia complexus eſt, ac ſi eſſet Chriſtianus, n
gentilis; non Badagà, ſed Luſitanus. Faxit Deus, vt Patres, quos
ſuis terris vicinos habebit, ita amet, vt aliquando ex Chiſtapan
cho (quod nomen tanta ambitione quærit) Chriſtianus euadat.

Quarta die proficiſcendi facultatem petimus, oſtendit tu
quoque familiariter Naichus auri & lapidum pretioſorum cop
non paruam. Noſtris facultatem dedit reſidendi in noua ciuita
cui Chiſtapatamæ nomen indidit, ibique Eccleſiam ædifican
qui velint Chriſto nomen dare, id licitè poſſe conceſsit, reten
nihilominus priſtinæ cuiuſuis dignitatis aut facultatis gradu. S
cerdoti illius Eccleſiæ curam ſuſcepturo ducentos aureos aſ
gnauit in alimenta. Atque hæc omnia litteris patentibus, duab
linguis Tamulana & Badagana conſcriptis, addito regio ſigil
confirmauit. Dicebat fore ſibi gratum, ſi in itinere ciuitatem il
nouam viſeremus. Ex aulicis quendam tanquam viæ ducem dedi
ſcriptis litteris ad Cholganam, patrem pueri, cuius antè memin
vt res noſtras ſibi commendatas haberet. Ab hoc tanquam vic
no, & potenti, huius nouæ Reſidentiæ ſucceſſus totus dependet.

Hæc facta ſunt in frequenti ducum & procerum conſeſſu, q
Regi aſſidebant. Cæterùm ſtantibus ſedebat inter primos fili
Cholganæ; à Rege petimus, vt huic patris loco & nomine nos c
mendaret. Naichus adoleſcente ad ſe vocato. Hos, inquit, ti
tanquam patris tui perſonam gerenti, commendo, & in man
trado; vt in regionem illam libere intrare & tutò verſari poſsin
Gratiſsima fuit adoleſcenti, & eius amicis officioſa Regis cōme
dati

atiò, & honorifica mentio. Qua de re datis ad patrem litteris, ehementer rogauit, vt ſi noſtri illac iter facerent, hanc Naichi ommendationem ipſi fuiſſe gratiſſimam intelligerent.

Ab vrbe Gingiana diſceſſimus læti, perſpecta; procerum & ple- s ad agnoſcendam veritatem propenſa voluntate. At verò cùm rras illas feſtinanter, non tam concionandi quàm explorandi udio, luſtraremus, quæ ad ethnicorum conuerſionem ſpecta- nt, quaſi obiter & tanquam aliud agentes tractauimus, ne vi- licet officio viſitandi fratres, quod maximè nobis incumbebat, lo modo deeſſe videremur. Accidit autem non ſemel, vt dum palatii veſtibulo adeundi Regis opportunitatem expectaba- us, cum iis, qui concurrebant, de rebus diuinis verba faceremus. que hoc ideo commodiùs præſtare licuit, quòd optimo vteba- it interprete, qui linguæ Tamulanæ pariter & Badaganæ peri- ſimus habebatur. In his colloquiis nonnullos admiratione tan- am attonitos & ab interpretis ore quaſi pendentes vidimus, i multo plura libenter audiuiſſent, niſi tempore & loco fuiſſent cluſi. Per idem tempus Brachmana quidam cùm videret locum ltitudine refertum. Non eſt, inquit, hic locus ad hæc agenda s accommodatus, ad veſtrum diuerſorium ibo, vt hæc pleniùs cipiam: ſed & diuerſorium erat in tam aperto & propatulo lo- vt vel ipſi elephantes à meridianis caloribus ad eius vmbrã cõ- erent. Vidit nos in palatio adoleſcens quidã ſeptendecim an- natus, quem dicunt de ſtirpe regia oriundum. Hic ad fidem iſtianam animum adiecit, & nobiſcum abeundi ſtudio vehe- nter ardebat. Inſtante iam noſtro diſceſſu ſub noctem ad nos it, & vni è noſtris ſociis ſua conſilia patefecit, certus relinque- omum, parentes, & ſponſam. Res nobis viſa eſt plena periculi, æmonis quoddam inuentũ ſuſpicati ſumus, atque eò tẽdere, citatis in vrbe tragœdiis lex diuina odioſa redderetur, cuius nulgandæ libertas eodem ipſo die fuerat conceſſa. Quare a- ſcenti ſuaſimus, vt vbi commodè poſſet ad Patres, qui Nega- ni erant, ſe cõferret, atq; illorũ dictu ac ſuaſu ſe regi ſineret: s iter perſequentes Cidambaranum redimus.

medio itinere in quendam vicum Brachmanum & ſacrificu- m gentilium incidimus. Illi frequentes circunſtare, nos de re- diuinis ſermonem habere cœpimus. Totius negotii arbitrium e referunt ad ſapientẽ, quem propè habitare aiebãt: accede- betur; adeſt, interrogat Pater, quot Deos coleret: Multos, in- ille, & ſingulorum nomina recenſet. Ex his omnibus, in- ?, quis primum & præcipuum locum obtinet? cum illo e-

nim res agitur. Sol (inquit Brachmana) meo quidem iudició om-
nium maximus eſt. Solem igitur quis fecit, ediſſere nobis, an fo-
tè à ſeipſo potiùs factum contendis? perſpectis ille incommodi
quibus vrgebatur, ſi concederet ſolem a ſe factum, ab alio factum
conceſſit, & patrem habere ac matrem; at quos tandem? quo no-
mine? patris nomen profert, cùm vellet nominare matrem, hæſi-
tauit. Brachmanes interea ſtomachari, cur, inquiunt, matrem ha-
bere aſſeris, ſi quæ ſit ignoras? Agedum, inquit Pater, ſit illi pater
accipio, nil moror: ſunt ergo duo Soles, Sol pater & Sol filius; il-
lo pernegante, Probo, inquit, qui generat hominem, nónne ho-
mo eſt? maximè: Qui equum generat, nónne eſt equus? Eſt, inquit
elephantem qui gignit, nónne eſt elephas? omnino, inquit. Ergo
pari ratione ſi Soli pater eſt, erit & ipſe Sol, & ſic duo erunt Soles
Ad hæc ille, Nequaquam: Sol enim in principio non erat Sol, ſed
homo ſanctus, qui ſuis meritis & in præmium obſequii factus eſt
Sol. Qui igitur Solem hunc tanto præmio affecit, ipſo Sole ſupe-
rior fuit an inferior? Superior, inquit, Rectè ſanè; qui enim alter
præmium obſequii præſtat, neceſſe eſt, vt maior ſit illo, cui præ-
ſtat obſequium: quemadmodum Naichus, qui armilla aurea mi-
litem donat, præſtantior eſt milite, qui ſub illo meruit. Illo an-
nuente, concluſum eſt, eſſe iam alium Deum Sole maiorē. Quod
cùm non negaret, licèt priùs contrarium dixiſſet, cenſuit tamen
magnam illam Deorum multitudinem non eſſe admittendam
tres tantùm eſſe Deos, nimirum Pyramam, Vidhunum, & Vnit-
rem; horum officia ita eſſe cōparata, vt alter faciat, alter deſtruat
alter conſeruet. Hæc impoſſibilia eſſe demonſtratum eſt. Ille vi-
ctus, deinde quibuſdam quæſtionibus implicitus, quis eſſet Deus
qui Angeli, qui dæmones, neſcire ſe ingenuè faſſus eſt. Scitote
gitur, inquit Pater, vnum eſſe Deum, æternum, immenſum, om-
nipotentem, cæli ac terræ conditorem, qui Solem ſublimem
cælo creauit, quo tanquam lychnucho aut face mundus illumi-
naretur: Angelos eſſe ſpiritus quoſdam, qui noſtri curam & tute-
lam gerunt, & tacita quadam ſuggeſtione mentem ad melio-
vocant: Dæmones Angelos eſſe malos, qui vos in fraudem il-
ciunt, & debitum vero Deo cultum & honorem ſibi ipſis per ſum-
mum ſcelus arrogant. Hinc prouenit nefandus idolorum cultus
Dæmonum adoratio; hinc tot ac tam diuerſa in orbe terrarum
inanium Deorum profana templa, impia ſimulachra. Atque hac
arrepta occaſione altiùs rem repetens Pater, originem mūdi, An-
gelorum & primi hominis creationem, & mox lapſum, prin-
pium idem idololatriæ, ſalutem demum à Chriſto Domino rep-

tam narrauit. His ille auditis vehementer admirans, Nunquã,
quit; hæc aut his ſimilia audiuimus: at ſanè vera ſunt. Alius
rachmana ſuſpirans dixit: O felicem, qui hæc bene perciperet.
ui nos, Quid? ſi hæc non breuiter ac feſtinanter dicta, ſed dili-
nter & ſeriò tractata audiretis? In præſentia Eccleſiæ ſanctæ
odulos quoſdam & imaginem externam veluti carbone raptim
lineauimus. Quid ſi ipſam ſua virtute fulgentem, quid ſi ſpe-
em internam & immenſam pulchritudinem oculis contuere-
ini? quanta lætitia & voluptate affluereti? Veniet actutum ſa-
rdos Chiſtapatanam, huic ſi voletis adhibere aures, ſi fidem ha-
re; ille vobis veritatis hactenus incognitæ lumen oſtendet, &
æternæ ſalutis ſemitam manu ducet. Hæc vbi dicta; illinc di-
eſſi ad locum ciuitatis nouæ peruenimus.

Sita eſt hæc ciuitas in terra, quæ dicitur Arungor, iuxta oſtium
uii Velarii. Gentiles in illa permulti domibus ædificandis ope-
n dabant, quibus data facultas ad libitum aream eligendi, &
ra oppidum tantum fundi; quantum quis arare & ſerere poſ-
Locum Eccleſiæ & domui ædificandæ ſignatum reliquimus;
rem Alexandrum Leni prudentia, linguæ peritia; zelo & exẽ-
ſingulari, virum, ab ora Trauancoriana poſtea miſimus, vt
c nouo incœpto primam manũ imponeret. Petierat hic antea,
ibi liceret in habitu Ioguis totam illam terram obire: ſpera-
enim fore, vt hoc artificio Chriſtianæ fidei ſemina in vulgum
rſa; non pœnitendos fructus aliquando redderent. At cùm hac
gulari & inexpectata occaſione ſuis votis ſatisfactũ videret, à
ymis præ gaudio erumpentibus ſibi temperare non potuit.

Perluſtrato hoc loco, inde ad Coloramum flumen venimus.
aſtam Cholganam viſitauimus, octogenarium ſenem, quem
plæ valde timent: nam iniuria laceſſitus nemini parcit; quo fit,
ipſe ſibi timeat, & arcem & loca vicina ad aliquot milliaria
ntis vigiliis cuſtodita ſeruet. Ac ne hoſtes facilè fluuium, qui
m præterlabitur, trajicerent, crocodilos iniecit, dato præce-
ne ſuorum quemquam læderent. At illi hoc præcepto nihilo
ores facti, hominem deuorarunt. Iratus Cholgana, neſcio
induſtria, ſeu veneficiis, (vt creditur) duos crocodilos, qui ho-
em occiderant, captos, & iniectis collo ferreis catenis, in ſta-
m lutulentum præcipitauit, vt à populo prætereunte, lapidi-
probris, & conuiciis fatigati, fame perirent. Ex his vnum ipſi
nus. Senex multa cum humanitate nos excepit. Mox litteras
chi & filii, quas ei reddidimus, publicè legi præcepit: filius
orem, quem ſibi Rex noſtra cauſſa detulerat, exaggerauit.

 Poſt-

Poſtquam omnia ſenex, quæ ad corporis curam pertinebant, a
fatim præſtitiſſet, profecturis comites aſſignauit, quorum cura
omni moleſtia liberi, ciuitatem Trāngambaranum attigimus. I
lius vrbis ciues quidam Chriſtiani, oriundi ex Piſcaria, nos inu
tarunt perhumaniter, & Negapatanum vſque proſecuti ſunt.

Ingenti gaudio nos hic affecit illorum incolarum propenſa
Societatem voluntas, quæ res ſpem non dubiam fecit, fore vt h
ius Seminarii fœcunda germina aliquando ad vicinas region
propagentur. Hic paucis diebus quieti datis, poſtea Tanjaore
contendimus. Eſt hæc ciuitas Naichi Tanjaorani ſedes, mœn
habet lapide quadrato ſtructa. Regem nō viſitauimus, nec eni
erat operæ pretium: recens enim mundo nuntium remiſerat,
nihil hoc tempore niſi mortem meditabatur. Idem faciebāt vx
res ad ſeptuaginta, quæ viuæ flammis, quibus ſe deuouerant, cu
coniugis cadauere erant concremandæ. In hunc diem Rex aure
rum quinque millia in ſandalum coëmendum profuderat.

Ad terras Naichi Madureni deuenimus. Hic eſt, qui oræ Piſc
riæ præſidet, & aliis regnis nonnullis. Quam ob cauſſam, & max
me propter Eccleſiam, quam in eius vrbe regia habemus; viſu
eſt eum viſitare: multum enim noſtra intererat, conſuetudine
familiaritate noſtrorum paulatim hominem allicere, vt rei Chr
ſtianæ negotia, quæ antehac per gentiles tractauimus, per no
ipſi deinceps tractare poſſemus. Ad limites huius regni opport
nè ſe nobis obtulit P. Conſaluus Fernandus, qui ab vrbe Madu
& a Rege venerat, eius diplomate bene munitus, quo freti tota
illam terram nullis moleſtiis obnoxii tranſiuimus.

Eſt Madure vrbs aliis duabus, quas ſupra deſcripſimus, nequ
quam inferior. In ea domum habemus, & Eccleſiam, minimè qu
dem ſumptuoſam illam, ne pinnaculis & turribus inauratis cu
illius regionis idolorum templis cōferendam: at certè pulchram
& religionis plenam. Poſtera luce Naichū viſitauimus, is ex mo
bo, in quem in Trauancoris ora inciderat, vix dum conualeſcen
receſſum ſuburbanum, amœnum, ab hominum frequentia ſep
ratum, ſibi delegerat: minimè tamen ſolitarium inuenimus, im
ſalutantium & comitantium non exigua turba impeditum. Hu
ius ſolitudinis alii aliam cauſam afferebant. Regiæ vrbanæ ido
quoddā contiguum eſt, cui nomen Chochanadæ. Huius imago c
nocte ſacrificulo apparens, ita dixiſſe fertur: Vade, dic Regi, au
illi aut mihi in hac domo manēdū. Rex vt eſt ſuperſtitioſus, Ch
chanadæ domū cōcedens, in ſuburbanas ædes ſe contulit. Fuim
ab illo beneuolè & humaniter accepti. Singulis pannos pretioſ

inco

ncolæ pachaualónes appellant)impertiuit, inſuper & tiaram ſuā
edit; atque de rebus omnibus ad victum neceſſariis domui no-
ræ per illos dies abundè ab eo prouiſum eſt.

Dici vix poteſt, quanta Rex iſte Deorum falſorum inani reli-
one teneatur. Vno exemplo res fiet illuſtrior. Singulis diebus
pulo ius dicit, etiam ægrotus. Ius dicenti, & quantumuis ſeria
gotia tractanti, adſtat Brachmana, qui ad ſingula penè momē-
modicis quibuſdam interuallis, fracta & flebili voce nomē ido-
Aranganaſſæ ei ad aures ſuggerit: atque hoc tanta perſeueran-
, vt vni feſſo, ſuccedat alter, etiam ſi Rex ad quinque vel ſex ho-
s pro tribunali ſedeat.

In ædibus noſtris nō rarò de religione Chriſtiana ſermo eſt ha-
us, Brachmanis ad nos vel amore vel nouo audiendi ſtudio
nfluentibus. Habet Pater, qui hîc degit, valetudinarium publi-
n fama notiſſimū, in quo pauperibus omnia neceſſaria gratis
niſtrantur. Habet & ludum litterarium puerorum gentilium,
legere & ſcribere diſcunt, præceptore Brachmana quodam,
em Deus ad veritatis cognitionem traduxit, adeò vt S. Baptiſ-
ſuſcipere in animum induxerit. Hîc nos etiam noſtro more
mia pro cuiuſque meritis diſtribuimus. Quod vbi parentes co-
uerunt, ingenti ſunt affecti gaudio & admiratione. Itaq; no-
in dies magis beneuoli euadunt. Adueniet tempus, (vt ſpera-
s) cùm hi omnes Chriſtiana ſacra ſuſcipient, atque ex hac di-
verbi ſemente aliæ ſubinde atque aliæ ſegetes ad meſſem in-
ſcent. Ad eam rem promouendam non parui momenti illud
quòd P. Nicolaus Leuantus, linguæ Tamulanæ ſtudioſus au-
r, in concionatorem euaſit, & vnà cùm P. Conſaluo Fernando
ariæ ora relicta, ad hanc vineam colendam acceſſit.

vrbe Madurena Tuticurinum venimus exacto iā menſe Iu-
poſtquā totū menſem itinere terreſtri totum illum tractum
uſtrauimus. Iam tandem pauliſper à labore quieſcendum ra-
rtim laſſitudine, atq; ipſius aëris intēperie; partim ob aquas,
paſſim parū dulces & lutulentas bibimus, vno die omnes,
quatuor eramus, & ſenex, noſter interpres, in grauē morbū in-
nus. Interpreté illico morbi vis abſorpſit. Nos febri diuturna
ti parū abfuit, quin omnes ad vnum moreremur. Vnum illud
habebat, ꝙ putabatur eſſe venenum; aliud maximum erat
modum, quòd neque medicum habuimus, nec infirmorum
ctum, qui morbi huius curandi gnarus eſſet. Patres ſanè: e-
s magna frequentia accurrebant, inuigilabant, & fouebant
genere caritatis. At nos Deus ſanitati reſtituit nullo reme-

 dio

dio humano fretos, præter ſtibii potionem, & venę inciſionem, ſi
bi vnoquoque remedium & medicinam dictante, quę pro tempo
re optima videbatur. Patres enim qui in ora Piſcariæ rei Chriſtia
næ operam nauant, proſpera valetudine perpetua vtuntur: quin
imo obſeruatum eſt à noſtris, qui hactenus apud illos è vita m
grarunt, eos, vel hoſtium repentino incurſu, vel caſu ſimili fuiſſ
oppreſſos; morbo verò extinctum ferè neminem. Tutucurini pe
illud tempus maximi ſæuiebant calores, & venti admodum nox
omnia perflabant. Quare Punicalem etiam tum ægroti contend
mus, eius regionis amœnitate & cæli clementia paulatim conua
luimus; & vix dum firma valetudine ora Piſcariæ peragrata, a
oram Trauancoris euaſimus, ad quam non immeritò ſuſpiraba
mus. Hîc enim aliam faciem rerum inuenimus, à caloribus nem
pe tranſlati ad pluuias, id eſt ab æſtate ad hyemem; quam vtram
que diuerſam tempeſtatem montes Gatei & Cori promontori
dirimunt, hoc pacto, vt hîc vigente æſtate, illic ſæuiat hyems, &
contrà. Colani vt vires reparauimus, Cocinum contendimus. Hî
ego antequam penitus conualuiſſem, graui apoſtemate laborans
rurſus decumbo. In illo dolore dies triginta altero ſemper later
iacens, cauteria & inciſiones perpeſſus ſum. Interea Goam re
meandi neceſſitas & curæ animum torquebant; neceſſariò na
uem conſcendi, cùm adhuc intra cutem ſubeſſet vulnus: demiſſ
funibus in lectulo iacentem nautæ in nauem ſuſtulerunt. Goa
attigi ad 3. Cal. Decembr. poſtquam annum integrum (ni deeſſer
duo dies) à diſceſſu expleueram.

Per hos dies in regno Viſſanagoræ ſeu Biſnagà aperiebat Do
minus magnum oſtium fidei Chriſtianæ amplificandæ. Miſſus e
ad illa regna Pater Simon Sa, vt Regis & Procerum conciliatis a
nimis aditum quoquo modo aperiret. Huius rei ſucceſſus tum e
ipſius litteris tum ex ipſa fama, quæ illico tanquam è Ciuitat
Regia in omnia loca permanauit, facilè fuit cognoſcere; idem V
P. ex ipſarum litterarum exemplo, quod hic apponam, plen
intelliget.

## EXEMPLVM LITTERARVM P. SIMONIS SA AB VRBE S. THOMAE AD DECIMVM CALEND. Decembris 1598.

DVOBVS tabellariis ad V. R. Cocini agentem litteras ded
incunte nempe Auguſto, & eodem exacto. In harũ poſtrem
ſcripſi, me tempeſtatem commodam expectare, Chatiuerum pro
ficiſcendi

ciſcendi:in quo oppido Obo Regulus,(qui ab incolis Oboragiu
uncupatur) vnus è præcipuis regni Biſnagēſis proceribus, & Re-
is ſocer,me exſpectabat,& miſſis litteris(quas etiam ad V.R. mi-
)ad ſe euocabat.Sed cùm per pluuias adhuc me in viam dare nō
oſſem, ad Obonem reſcripſi, me, quamprimum torrentes de-
imerent, affuturum. Has litteras Chatiuérum miſi, ratus ibi
ſe Obonem Regulum (eſt enim Chatiuerum præcipuum Obo-
is domicilium, & ſedes, in qua arcem & præſidium validum ha-
et:) At ille Regis juſſu Chandegrinum profectus erat,Rex enim,
u potiùs Imperator,(ita enim à ſuis appellatur, & ante aliquot
nnos more majorum in vrbe Chandegrino imperialem coro-
am ſuſcepit) Obonem accerſiri juſſit,vt anniuerſariis ſacrificiis
oli dicatis cum reliquis illius Imperii proceribus & Dynaſtis in-
reſſet.Feſti dies ſunt octo. Procedit Imperator apparatu regio,
agno ſtipantium Procerum comitatu. Hoſtis Reipublicæ judi-
tur, ſi quis tantæ ſolennitati aut non interſit, aut ſe ſubdu-
t. Miſſis in primis ſortibus,diuinant, an ſit illo anno futurum
llum, an pax. Sortes ſunt ſagittarum jactus. Primam ſagittam
ex,deinde reliqui ordine in aërem jaculantur.Si qua ſagitta ar-
ori infixa guttulam rubeam eliciat,bellum portēdi dicunt; gut-
m albam pacis omen eſſe volunt,& ipſi à bello abſtinent. Sors
oc anno videtur accidiſſe ex animi ſententia. Imperator enim
ingeuaranum verſus profectionem inſtituens,diuerſoria certis
teruallis in toto illo tractu præparari juſſit. Poſt illos octo
es redditæ mihi ſunt litteræ Obonis Reguli, Chandegrini
tæ, vbi nunc Imperator eſt. Scripſit, ſe putaſſe me Chatiué-
m venturum, quod cùm factum non eſſet, orauit vt Chande-
inum venirem. Hac accepta Epiſtola à Collegio S. Thomæ
ofectus ſum ſexto Idus Octobris, ſocio P. Franciſco Ricio, qui
amulanam linguam ſcit. Alium præterea interpretem adhibui,
ercatorem Chriſtianum genere Badagam, quem poſtea hone-
loco Chandegrini natum accepi. Hic mihi tum in itinere tum
vrbe magno adiumento fuit. Lentè admodum iter faciebamus,
ique valles profundæ, torrentes rapidi,campi ſtagnantes effu-
paludibus tranſitum prohibebant. Inter hæc fragoſi montes
is obruptis attollebantur, qui nemoribus inuiis altiſſimo ca-
ninē viā obſtruebant. Populus plerunq; in vallibus amplis &
œnis habitat, agricolæ ſolo fertili gaudēt; armenta lætis paſ-
s luxuriant; magna ibi tēplorū & idolorū multitudo. Incolæ
nos videbant,obſtupere,concurſare, vultum, veſtitū nouorū
ninum eminus contemplari, nobis vocantibus, vultuque &

 ſermone

ſermone blando ſalutantibus, ſtatim aderant: gaudebant, de Deo colloquentes libenter audiebant: quę in ſuæ ſectæ deteſtationem obiter à nobis dicebantur, non ægre ferebant. Alii alios alliciebant, Venite, inquiunt, audite magna quædam & inaudita, quæ nobis protulerunt hi. Alii ſcientes nos à Rege accitos, ideo accerſi aiebant, vt terra nobis traderetur, atque eam rem ſibi non moleſtam fore ſignificabant. Ad radices cuiuſdam mõtis paululum à via publica declinãtes, inſtante nocte ſubſtitimus, adeſt ruſticus, benignè ſalutat, domum inuitat, & vt patentior eſſet aditus, ablato oſtio parietẽ aperuit; deinde maximo amore & obſeruãtia petiit, vt ſibi liceret bona cũ venia nobis cœnã parare: nobis annuẽtibus valde gauiſus eſt. Poſtera luce orauit, vt in reditu ad domũ ſuã diuertere dignaremur. Hoc ipſo in loco vidimus gẽtiles quoſdam, in idoli veſtibulo hædos immolantes. nos factũ improbamus: iniuriam vero Deo illatam à ſacrificulis & plebe expoſtulamus. Docemus, quis ſit ille Deus verus, ab omnibus iure colẽdus & timendus, cui ſoli ſacrificium debeatur. Illi cũ neſcirent quid reſponderent, faſſi ſunt eſſe vera, quæ à nobis dicerentur; ſe verò ita eſſe inſtructos à ſuis Brachmanis, quos ſacerdotes & ſacrificiorũ magiſtros haberent. Nec defuerunt gentiles, qui dicerent, ſe libenter nobiſcum ad S. Thomæ ituros: quibus reſpondimus, fore propediẽ, vt ſacerdotes ad ipſorum terras venirent, Eccleſias ædificaturi. quibus illi auditis minùs ægre diſceſſum noſtrum tulerunt. Terra pro maiore parte fluminibus & riuulis ſcatet; pluſimas habet valles, ſyluis feliciſſimis & omnium generum arboribus viridantes. Hinc inde montes accliues attollũtur. Gens optimo corporis & oris habitu, veſtitu non ineleganti, colore mediocriter albo. A rebus ad cultum diuinũ pertinentibus non abhorret, vt valde dolendum ſit, tot & tales animas ſacerdotũ inopia perire. Ventum eſt ad regionẽ, in qua latè dominabatur potens quidam Dynaſta, nomine Papáragiu, id eſt Papus Regulus. Ibi fortè in ripa fluminis ſub arbore conſedimus. quò multi quoque gentiles confluxerant, eo quòd in ſubuicinis locis alimenta venalia proponebantur: nec longè erat domus quædam ampla illius Dynaſtæ, in qua ipſe quotidie trecentos Brachmanas alebat, & peregrinos ſuſcipiebat, qui ad idolum in illa regione celeberrimum, cui nomen Tripiti, religionis ergò contendebant, aut illinc domum reuertebãtur. Tẽplum illud in mõte ſitum eſt, non amplius tribus milliaribus Chandegrino diſtans. Huc vicinæ gentes magna frequentia confluunt, munera quamplurima offerunt, inter eundum nomen idoli Goia perpetuò repetunt:

idem

lem reſpondent omnes clamore quodam nautico nomen inge-
inantes. Cùm veniunt ad templum, antequam ingrediantur,
rachmanarum monitu peccata purgant, id eſt, barbam & ca-
llos abradunt, & corpus lauant. Dum in illa ripa, cuius modò
emini, moram aliquantiſper facimus, accedit puer tredecim
inorum cum magno elephantorum & equitum comitatu. is
at nepos Obonis Reguli, qui vbi nos vidit, magna comitate
currit, aduentum noſtrum auo ſuo gratiſſimum fore ſignifica-
t. Poſtea à nobis digreſſus ad ſuos, dolenter conqueſtus eſſe di-
tur, quòd nihil haberet in promptu, quo homines virtute
æſtantes, dignitate Gurupos (quo nomine ſacerdotes litte-
tos appellant) pro tempore poſſet honorare. In tota illa regio-
ſicubi flumina erant trajicienda, prolatis litteris Obonis, om-
s demiſſo capite, dicto audientes, liberum tranſitum præbue-
nt. Quod ni facerent, (qua erat ille potentia) ſe morte multan-
s certò ſciebant. Vbi ad tria millharia prope Chandegrinũ ven-
m eſt, miſimus, qui Obonem de noſtro aduentu certiorem fa-
ret. Is hoc cognito, veſperi ad hoſpitiũ longè à ciuitatis arce
duci iubet. Erat illud, palatiũ quoddam Regium, inauratũ o-
re magnifico, cũ amplo & perpulchro periſtylo exſtructũ. Po-
ro manè nobis per internuntios verbis honorificis aduentum
atulatus eſt. Virum primariũ ad nos miſit, qui ingenti apparatu
vrbem deduceret. Ibat hic multis Ducibus & Reguli familiari-
s ſtipatus, vexillis & inſignibus militaribus cõſpicuꝰ, addo ele-
ãtes, equites, & pedites quãplurimos. Hoc apparatu & pompa
edens, me ſemper manu tenebat: vtrumque ferebant baiuli
gulis tetraphoris: ponè ſequebatur in alio tetraphoro P. Fran-
cus Ricius; huic adiunctus eſt interpres quàm ornatiſſimo ve-
u. Poſt hos ferebatur munus Regulo offerendũ. Singulos cer-
interuallis incedere voluerunt, vt inſtructior & magnificen-
r videretur ingredientium apparatus. Hoc ordine ab heſterno
ſpitio ad Reguli palatium, quod tria milliaria aberat, deducti
nus, in via tantus erat omnium ordinum & ætatum concurſus,
præcones & lictores ad turbam amouendã non ſufficerent. Da-
ayus, id eſt Dux, inter eundũ nihil ferè aliud, quàm crebrò in-
rogare, an bene me haberem, an animo iucundo & læto eſſem.
er hæc mutui ſermonis officia ad atrium palatii venimus. Ex-
it obuiam primò iuuenes, qui menſæ operam dabant, & qui
ele herbæ miniſtrandæ curam gerebant. Poſt hos alia atque
aulici miniſterii officia, deinde magiſtratus, ſequitur Regu-
, crocino totus cõſperſus, amiculo bombycino indutus, altera

manica exutus, quam ſub brachio collectam gerebat, capillos ro
ſis albis redimitus, latus accinctus enſe falcato, vagina è ſeric
viridi incluſo. Poſt mutuas ſalutationes munus proferimus, quo
rebus variis de gentis more conſtabat. Ille ſingula accuratè nota
bat, & etiam manum admouebat, maximè inter cætera arrideba
ciſtella vitrea è Luſitania, & poculum teſtaceum Billiganicum
aureis bracteolis obducto orificio. Hæc omnia cùm aſpexiſſet, d
repente, nemine ſalutato, ſe è medio ſubduxit. Poſt paululum in
troduci iubet. Inuenimus ſedentem in tapete, fulciebat à terg
puluinar ſericum villoſum rubri coloris, quod forma & magnitu
dine dolium referebat. nos ad latus in alio tapete iuſſi diſcumbi
mus. Locus erat vndequaq; patens, tecto columnis ſuffulto. Poſ
varios ſermones Regulus omnia ſumma promittit, meum eſſe ex
plorare, quo loco Eccleſiam, imò & oppidum, & portum ædifi
cari vellem, ſe omnia largiturum, quæ ad operas conductas & ſa
cerdotum alimenta opus eſſent: neque in eo oppido quicquam
niſi de noſtro arbitrio adminiſtratum velle. Cùm gratias egiſſem
& me locum in itinere electurũ, deque omnibus ipſum certior
facturum dixiſſem, ipſe viciſſim munera nobis & pueris diſtribuit
Sacerdotibus pannos bombycinos binos variis figuris inauratis
reliquis ſingulos. A pueris multa interrogauit, an ego illa veſte, i
eſt ſuperpelliceo & cappa candida damaſcena quotidiana vterer
illis negantibus, ego huius rei rationem reddo, me nimirum ill
die primùm memet in conſpectum & colloquium dediſſe Regul
præpotentis, qui pro ſingulari ipſius beneuolentia Patres no
ſolùm in ſuam Satrapiam euocauerit, illorum patrociniũ ſuſce
perit, verùm etiam in terris ſuis Eccleſias ædificandi poteſtaten
fecerit: quapropter æquiſſimum viſum eſſe, coram tanto & tan
benefico patrono, qui Eccleſiæ Chriſtianæ miniſtros tantoper
foueat, ipſius Eccleſiæ ſacris veſtibus indutum apparere. Quo il
le reſponſo valde lætus, Parua ſunt hæc (inquit) præ iis, quæ fa
ciam in poſterũ. Mox de noſtra Republica Luſitanica multa per
contari cœpit, quis regnaret, Hiſpanus an Luſitanus? quot equi
tes Luſitania poſſet inducere in pugnam? an equi è Luſitania a
Indiam traduci poſſent? quot milliaribus diſtaret, quis pro Reg
Indicam rempublicam adminiſtraret? an Prorex ad ipſum littera
eſſet daturus, ſicut conſtat Proregem Edouardum Meneſium ip
ſum litteris & muneribus dignatũ eſſe? Ego facile factu dixi, ma
ximè vbi conſtabit, Eccleſias in eius ditione eſſe erectas. Gauiſu
eſt cùm didiciſſet, Proregem hunc eſſe illius Meneſii generum
Hac ratione multis verbis vltro citroque habitis, ſub noctẽ cum
lychnu-

ychnuchis & parte exercitus ad hoſpitium remiſit. Præcepit mer-
atori cuidam, vt oryzam, ciceres, butyrum, gallinas, & arietes in
pſonia ſuppeditaret. Die ſabbathi per nuntios frequentes ſalu-
auit. Nuntio dixi, me inſalutato Imperatore ex vrbe excedere
ec poſſe, nec debere: ſi id Reguli opera fieri poſſet, ad reli-
ua eius beneficia hunc quaſi cumulum acceſſurum. Quæſiuit
Regulus, an eſſet, quod offerrem. Reſpondi eſſe quidem, verùm
llud tã parui momenti, vt pro nihilo reputari poſsit: me verò ita
ffectum eſſe, vt exiſtimarem Regiæ maieſtati non vilia quælibet,
ed quã pretioſiſsima dona eſſe offerenda. Quod ego cũ præſtare
on poſſem, me ſatis officiosè munere meo functũ videri, ſi vnius
& veri Dei conditoris & redemptoris theſauros reconditos hu-
us imperii mortalibus prodere incipiã. Reſpõdit Regulus, Impe-
atorem ea benignitate eſſe, vt quantumuis tenue & exile donũ
qui boni cõſulere ſoleat. Quare in tertiũ diẽ paratos eſſe iubet.
abbatho, & die Dominico, Duces & Præfectos Obonis, officiis
& munuſculis placaui, vt faciliùs illis fauentibus ad Regis cõſpe-
tum & gratiam viam munirem. Feria ſecũda manè Regulus nũ-
iari iubet, ſe ad Regiam præire, ibique nos præſtolari. Quare ve-
ibus quibus antea & eodem apparatu Regẽ conuenire ſtatui.
Domus atque arx regia longè diſtabat ab ædibus Reguli. Vt eò
eruenimus, iuſsit Rex in loco, Regum legatis excipiundis depu-
ato, pauliſper ſubſiſtere. Dum expectamus, ingens hominũ mul-
itudo videndi cauſa confluxerat. Nos per interpretem multa diſ-
eruimus, errores detegimus, quibus miſeri implicabantur.
lli non ægre ferre, non grauatè audire, aduentum noſtrũ ſibi gra-
ũ eſſe nõ obſcuris indiciis ſignificare. Interim Rege iubẽte ingre-
imur. Sedebat Rex in periſtylo anguſto, quod ipſu ſolũ capiebat,
d quod per gradus aſcẽdebat. Tapetũ humi ſtratum, & puluinar,
ui incũbebat, ab Reguli apparatu nõ differebat. Iuxta Regem in
xtrema ora tapetis ſedebat Princeps, regni hæres, iuuenis albo &
ecoro vultu. Ex alia parte ad latus iuxta tapetẽ ſedebat Regulus
ũ fratre. Gerebat Rex amiculũ croco infectum, vultu erat venu-
o ad nigredinẽ vergente, oculis magnis, ſtatura mediocri, corpo-
s forma decora, in qua Regiæ maieſtatis auguſta quædã graui-
as cũ mira comitate elucebat. Rege de mora ſalutato, coram eo
eti, vt cęteri Dynaſtę & viri primarii, tã exigua interpoſita diſtã-
a, vt eũ extrema veſte nonnũquã tangerẽ. Rex ſe noſtro aſpectu
on minùs recreari dixit, quã mũdus exorto ſole, ac proinde mul-
s honoribus & muneribus cumulatos dimiſſurum: ego quis
dem ab Obone Regulo ſe cognouiſſe: Gratiis actis munuſcula
profero,

profero, quæ ille humaniter accepit. Inter quædam vitrea cr
pundia aureola, è Luſitania, cordis figuram filis aureis contex
obtuli. Quæſiuit Rex quid rei eſſet, an eſſet ad eſum effictа? R
ſpondi figuram eſſe cordis humani, ex auro & argento elabor
tam. cor autem Regi deberi in ſignum ſinceri erga ſuam majeſta
tem amoris & fidei. Ad hæc ille placido vultu, materna lingua in
quit: Mahà Santo ſeam. id eſt, valde lætor. atq; aliis donis nos v
ciſſim donauit: mihi quatuor pannos bombycinos Patri Franci
co Ricio duos, cum pueris & interpretibus ſingulos. Tempus re
liquum percontando conſumpſit, quis noſtræ vitæ eſſet ſtatus
quod inſtitutum, qui cibi, quis veſtitus quotidianus, an ali
quādo nudi incederemus? Ego ad hęc, nos eſſe homines, obſequi
diuino & ſaluti proximorum procurandæ addictos, atque hac d
cauſa mundo nuncium remiſiſſe, vt liberiùs & noſtræ & aliorur
ſaluti & diuini verbi prædicationi vacaremus: vitam in pœniten
tiis & mortificationibus agere: veſtibus pullis indui, nudos hone
ſtatis cauſa non incedere. Tunc ille: Sunt, inquit, noſtrorum Sa
naſſium ſimiles, attamen Sanaſſes noſtros hi ſuperant in hoc
quòd ſunt Guruſpi, id eſt, docti Sacerdotes. Sunt autem Sanaſſe
apud illos Brachmanes quidam, qui in magna ſanctitatis opinio
ne habentur, quia ſcilicet ab hominum conſortio remoti, in ſoli
tudine degunt, & nonnunquam ex omni parte nudi in publicum
prodeunt. Interrogauit, an omnia promiſcuè comederemus? gal
linas an ipſi occideremus, & quomodo? videlicet an cum cære
moniis, more Mahometanorum, an potiùs more Brachmanarū
denique an eſſemus conjugati. Ad omnia cùm eſſet ſatisfactum
noſtrorum continentiam vehementer admiratus, bis térve idem
rurſus interrogauit. Reſpōdi, Chriſtianorum Sacerdotes per om-
nia Deum imitandum ſibi proponere, vt ſint mundi, puri, & ſine
labe & macula, quo in ipſis Dei & creatoris imago perfectiùs re-
ſplendeat. Ad hæc ille: Nónne igitur (inquit) vos met aquis ablui-
tis, vt mundi & ſine peccato ad Deum accedatis, & cum eo fami-
liariùs agatis? Imò, inquam, nos alias lymphas habemus, ad pec-
cata delenda magis accommodatas; nempe Baptiſmum in ipſo
aditu ad Eccleſiam, deinde peccatorum confeſsionem corde con-
trito factam Sacerdotibus, quibus Deus poteſtatē dedit ſuo no-
mine peccata dimittendi. His aquis, inquam, id eſt, pœnitentia
peccatorum, & vitæ in melius commutandæ propoſito, placatur
Deus; non autem iſtis veſtris lauacris, quæ nullam in ſe virtutem
habent, nihil ſalutis poſſunt conferre. Quærenti, an omni pecca-
ta oporteat confiteri, reſpondi, nullum in confeſſione peccatum
poſſe

poſſe tegi, omnia Sacerdoti indicanda; hanc autem confeſſionem ſemel quotannis, & inſtante mortis periculo, fieri oportere. Tunc ille ad ſuos conuerſus, Eia Brachmanes, inquit, quid vobis videtur? Illi mirabundi nihil prçter Suami, Suami. id eſt, Domine, Domine. Interroganti, an P. Ricius & ego eſſemus fratres, & ex qua terra, reſpõdi, fratres eſſe, non carne, ſed ſpiritu, quos nempe eiuſdem Religionis inſtitutum & mutui amoris vinculum fecit eſſe germanos: natione hunc Italum, me Luſitanum. Docuit interpres Olyſſipponem eſſe ciuitatem regiam, non ſolùm regni illius caput, ſed etiam omnium ciuitatum maximam. Interrogauit, an Luſitani ciuitates & arces, atque eas in montibus ſitas haberent perinde atque ipſi? Reſpondit interpres, ſe Luſitaniam nõ vidiſſe: at cùm rerum non eſſet ignarus, ſe certò ſcire, ciuitates habere & arces munitiſſimas, quæ has omnes & propugnaculis & pulchritudine longè ſuperent. Cùm in hãc ſententiã multa dixiſſet, Magnum, inquit Rex, imperium & magnum Regem narras. Quæſiuit tum quod eſſet Regi nomen, quotum annum regnaret? quot eſſent anni ex quo Rex ille (Sebaſtianum intelligebat) in bello periiſſet? Nos Regis Sebaſtiani & reliquorum Luſitaniæ Regum imagines, ad viuum expreſſas, quç in libellis impreſsis circumferuntur, quas quidam è ſociis fortè ſecum ferebat, in mediũ protulimus, quas ille inſpexit libenter, & proceribus inſpiciendas dedit. Quæſiuit, an in vrbe S. Thomæ eſſet, qui ſciret bene pingere? Ego cum pictura eum delectari animaduerterem, eſſe dixi, & in rei teſtimonium protuli tabellam, ibi nuper depictam, quam Rex magna voluptate intuens, interrogauit, quidnam repræſentaret illa pictura? Tum P. Franciſcus Ricius, qui linguæ Badaganç vocabulis & huius myſterii explicandi arte inſtructus venerat, ad hiſtoriam narrandam aggreditur, (ea erat de diuite Epulone) & inter dicendum tam propè ad Regem acceſsit, & volubili ac feruida oratione pronunciationis leges ita negligebat, vt Proceres riſu abſtinere non poſſent, nobisquoque eſſet neceſſe, Patrem apprehenſum pallio monere, vt retro pedem referret: animaduertimus enim Regem ſibi cauere, ne qua ori ſuo incideret roſcidæ ſaliuæ guttula, quam Pater, dum feruenter orabat, circunſtantibus ſpergere videbatur. At Rex vt erat animo natura benigniſſimo, & ad ea, quæ dicebantur quæq; ipſe ſciſcitabatur attentus, quidquid æquo animo patiebatur. Contemplabatur enim Diuitem in inferno flagrantem, Dæmonem in flammis ipſum vncis pedibus & fuſcina prementem, Lazarum in cœleſtibus deliciis affluentem. Et poſtea domi cum ſuis de hac hiſtoria collocutus, ita dixiſſe fertur;

tur:Audite Brachmanes,ego hodie vidi infernum, vidi hominē in inferno ardentē,& dæmonē inſuper inſultātem. Vos ad hæc quid dicitis?Illi nihil aliud,niſi quod priùs,Suami,Suami. Nonnulli poſtea ad noſtrum hoſpitium diſputatum venerunt, vt nimirum ſua mendacia diſputando viderentur poſſe cohoneſtare;imò ante congreſſum tanquā victores ſibi applaudebant. At paucis verbis ita proſtrati ſunt,vt vni,qui ſibi præ reliquis majorem ſcientiā arrogabat,dixerit quidam vir primarius:Quid tu incaſſum contendis? Gurupos,qui vera prædicant,ſuperare te poſſe confidis? Ille nihilominus majore fiducia rē clamoribus aggreditur, & cū magno conatu magnas nugas dixiſſet,maximo riſu ab omnibus exceptus,pudore obmutuit,& ne hiſcere quidem deinceps auſus eſt. Tandem Rex multa de Chriſtianorum Regum potētia deq; præliis ac victoriis Imperatoris ſciſcitatus,reliqua cum Obone priuatim locutus eſt, Obo ad nos reuerſus, dixit Regē duo oppida nobis donare,alterum in Sacerdotum alimenta; & Eccleſiæ fabricā; alterum in ſtructuram Emporii,quod in illo oppido condere volebat:donare præterea tetraphorum auratum,quod optimatibus & Gurupis concedi ſolet.Eccleſias quas vellem in toto illo tractu erigendi facultatem dare. Atque hæc omnia Rex poſtea litteris patentibus à ſe obſignatis confirmauit. Ego illi & deinde Regi maximas gratias egi. Regi inſuper dixi, quando ipſius munificentia mihi tantam fiduciam contulerit,ſi liceret,pauca quędam additurum.Primū vt geſta S.Thomæ Apoſtoli,quę Cangeuarāni in pagellis æreis aſſeruantur,liceret trāſcribere. Ecquis,inquit Rex, vobis dixit,hæc geſta in noſtris monumentis haberi?Ita,inquam, à majoribus accepimus. Nihil autem ex his monumētis deſidero, præter vitam & geſta S. Thomæ:hoc ſi impetrauero, & Regibus Chriſtianis omnibus,& Imperatori,& Pōtifici Maximo erit gratiſſimum.Quid(inquit Rex)an plures ſunt Reges Chriſtiani? Interpres ordinem & ſeriem Regum Chriſtianorum, & ſupremam dignitatem tum Imperatoris tum Pontificis Maximi fusè explicauit.Rex audita Papæ poteſtate,obſtupuit,valde admirans, eſſe in terris hominem tanta poteſtate præditum. Quæſiuit,quænam eſſet eius vitæ ratio,quo veſtitu vteretur,an haberet vxorem, quo cibo vteretur,vbi habitaret. Ad petitionem per Obonem Regulū reſpondit,ſe Cangeuaranum proficiſci,ibi velle me præſtò eſſe cū aliquot Luſitanis,ſe monumenta illa diligenter conquiſita traditurū.Secunda petitio fuit eiuſmodi: Cùm eius Celſitudo tam manifeſtis indiciis ſummum in nos amorem & beneuolentiam ſignificaſſet,non videri conſentaneū, vt ab eius latere obſequioq; diſcedere-

cedere-

:deremus:velle nos in ipſius vrbe Regia manere, in qua ædiculã
iquam erigere liceret, quo facto ipſius nominis fama immen-
m creſceret:hòc enim ſolùm Regiæ Celſitudini ad ſummam fe-
:itatem deeſſe. Hac audita petitione Rex, ad Brachmanas con-
:rſus ſubriſit,& ad alios ſermones neſcio quos animum adjiciẽs,
:c annuit nec abnuit,neq; ego deinceps reſponſum petii. Tertia
:titio fuit,vt reditus quoſdam annuos, qui Regis ipſius nomine
ccleſiæ ſancti Ioannis in vrbe S. Thomæ donati fuerant,ipſe ſuo
:itographo ac ſigillo cõprobaret. Huic petitioni facilè annuit.
ic tandem nos dimiſit.

Chandegrinum interea venit Luſitanus quidam, quem Obo
egulus,vtpote ſuũ beneficiariũ,cũ aliis duobus Luſitanis in no-
:o hoſpitio manere juſſit. Sequẽti quinta feria Luſitanus, etiam
: nocte,mun⁹ quod attulerat,Oboni offerre parabat. Iuſſit Obo
e quoq; vnà venire;audierat enim me iraſci,eo quòd diutius in
be detinerer. At egó cũ intelligerẽ acceſſum meũ tunc temporis
illius eſſe momenti,nũtiari juſſi Regulo,me nõ iraſci,neq; verò
atres,qui in totius vitæ decurſu inter cætera patientiã maximè
lerẽt,eſſe ad iracundiã adeò præcipites:ac proinde ne crederet,
e Regulo optimè merito,& à quo alia plurima ſperarẽ, ſuccen-
re;quinimo libẽter expectare quoad ipſe poſſet, ac vellet quàm
mmodiſſimo tẽpore nos dimittere. Dum hæc Regulo nuntiabã-
r,aderat mercator, qui noſtra negotia curabat, qui, quæ à me
cerentur,vera eſſe ſub capitis periculo affirmabat. Reſpõdit Re-
ulus velle ſe,Luſitanos quã ornatiſſimo veſtitu in diem ſequentẽ
ratos eſſe,vt cũ muneribus omnes ad Regis conſpectum perdu-
ret,atq; ita factũ eſt. Nobis autẽ ad regiam venientibus, ſtabat
ram Rege Brachmanarum turba è doctioribus & præcipuis il-
us gentis. Afferebant hi foliorum ſylueſtris palmæ magnam far-
ginẽ,quibus foliis pro papyro vtuntur. Hęc Regi,ni fallor,lege-
nt. Interim P. Ricius & ego vſitata veſtẽ,ac palliis noſtris indu-
cum Luſitanis adſumus. Accepit Rex lætiore vultu, quã antea,
familiariùs etiã tractauit. Luſitani munus proferunt,petunt,vt
os maturè dimittat;in oppido S. Thomæ rectè rem geri ſine no-
s non poſſe affirmant;Regis munificẽtia factum eſſe, vt vix iam
perſit,quod ipſi ampliùs exoptare poſſint,cùm Patri omnia ſint
m conceſſa,monumẽta nimirũ,quæ de vita Apoſtoli loquũtur;
ortoriorum relaxatio,Eccleſia in Regia conſtruenda. Vnũ tantũ
gare,vt quod commeatuum inuehendorum nomine in oppido
Thomæ ſoluitur,ipſis remittat. Rex ea quæ cõceſſerat rata ha-
ns, omnia ſe facturum promiſit, vbi Gangeuaranum veniſſet.
Diſtat

Diſtat hæc ciuitas à S. Thomæ vnius diei iter. His actis, de reli-
gione Chriſtiana fit ſermo, ingens omnium ordinum concurſu
Procerum, Dynaſtarum, Magnatum magna frequentia. Res no-
uas audiendi cupidine & interrogandi ſtudio tempus à manè v-
que ad meridiem protrahitur. Verba fecimus de incarnatione fi-
lii Dei, de redemptione humani generis, de Deipara Virgine
matre. Quæſiuit Rex, an eſſent apud nos pictores, aut tabella a-
liqua picta, quæ rem, de qua erat ſermo, oculis repræſentaret? Ex-
templo profero B. Virginis imaginem, quam de induſtria in te-
traphoro paratam habebam. Hanc coram Rege ſiſto ita erectam
in debita diſtantia, vt ab ipſo commod: & à reliquis cerni poſſet.
Huius picturæ formam & elegantiam Rex miris in cœlum laudi-
bus extulit, atque intimis ſenſibus & toto animi affectu puer
& Virginem matrem contemplatus; pictores, qui fortè aderant
vt propiùs inſpicerent, hortatus eſt; & an ipſi tale quippiam pin-
gendo imitari auderent, ſciſcitatus eſt. Illis negantibus, quæſiui
quis eſſet ille puer. Reſpondi eſſe filium Dei, cui nomen IESV
Chriſto, atque hoc nomine Saluatorem mundi ſignificari, eſſ
ſecundam perſonam Sanctiſſimæ Trinitatis, pro nobis incarna-
tam, de quo paulo antè docueram. Quid? inquit ille, ſi Deus eſt
ſpiritus & incorporeus, atque ab omni peccati labe immunis
quomodo poterat habere filiũ? & ſi filius eius eſt Deus, quomodo
poterat mori? Ad hęc omnia pro tempore & loco reſpondi: Docu
præterea, & rationibus atque comparationibus oſtẽdi, quomodo
Virgo conceperit, pepererit, & Virgo permanſerit. His mediocri-
ter intellectis, iterum interrogauit, an Deus certam aliquam vi-
ſalutis hominibus patefecerit, & an noſtra lex Deum inueſtigand
& cognoſcendi modum præſcribat? Maximè, inquam: imò ſi ſua
Majeſtas vellet viam illam ingredi, oportere decem præcepta de-
calogi obſeruare. Rege jubente, Chryſoſtomus noſter, vnus è pue-
ris, decalogum clara voce recitat, tanto feruore & efficacia, vt nõ
ipſe, ſed Spiritus ſanctus in ipſo eloqui videretur. Rex attentiſſimè
audiebat; & ſi quis, vt fit, obloqueretur, mota manu ſilentium in-
dicebat. Recitato Decalogo, & habito breui ſermone de hominis
creatione, & mox lapſu, de miraculis quamplurimis, quibus reli-
gionis Chriſtianæ veritas comprobaretur, Rex & Obo Re-
gulus & reliqui Proceres vnanimi voce dixerunt, Maha a laſſa,
id eſt, valde bene. Et Rex Brachmanas intuens, diſertis verbis af-
firmauit, Chriſtianam legem ſibi veram videri. Mox ad imaginem
reuerſus, interrogauit, an in S. Thomæ eſſet pictor? Non deeſſe,
reſpondi: Ipſam illam imaginem, ſi tãtopere placeret, Regi dona-
re

:; ſin potiùs exſpectare placeret , aliam ſtatim pingendam
iraturum , pro Eccleſia noua , quæ Chandegrini bona cum
egis venia eſſet erigenda , vt hoc tanquam magnete vel ſuc-
no Luſitani & Chriſtiani incolæ huc attraherentur . Imò ô
ex, inquiunt Luſitani , niſi ſit hìc Eccleſia , nullo modo pote-
int Luſitani in hac vrbe Regia cõſiſtere, nec ad eam venire. Rex
ɔc au lito, iuſſit me totam ciuitatẽ obire, & locum Eccleſiæ ædi-
:andæ ad libitum eligere: Obonem curaturum dixit, vt ex animi
ntentia perficeretur; & ſi quid præterea vellem, ſe omnia præſti-
rum Ego Regi maximas gratias ago, me Indiæ Proregẽ de am-
iſſima Regis munificentia certiore facturum promitto , me au-
ore in Luſitania atq; Europa vniuerſa tantorum beneficiorum
emoriam ſempiternam futuram. Ad hæc Rex, Dono te, inquit,
traphoro aurato honoris cauſa , q nuper Oboni Regulo perfi-
endum mandaui: ingredere, & vrbem ad ſpeciem ouantis totam
rluſtra. At Obo, cùm tetraphorum nondum perfeciſſet, ſuggeſ-
Regi, nõ eſſe iſtum fauſtum diem, ac proinde tali die tetrapho-
m nouum non licere aſcendere: tempus nimirum , quo erat in
ora, dierum delectu purgare voluit. Die Sabbathi & Dominico
iitatem obimus, vel potiùs partem illius exiguã , nõ enim duo
s ſatis eſſe poterant ad tantam ciuitatem totam perluſtrandã.
: magnus ciuium cõcurſus, qui cùm ſcirent nos locum Eccleſiæ
ærere, alia atq; alia loca mõſtrabant; nec piguit pedibus incede-
noſtrorumque lecticariorum gradus comitari: ſed nos lecticis
ſtabamur, rationem habentes Guruporum, qui pedites ſine ma-
æ ignominiæ nota incedere nõ poſſunt. Atq; hoc adeò gẽtibus
s inoleuit, vt nihil ferè niſi exteriora ſapiant aut curent. Quare
m per hos dies, inſtante nocte, Obonis Reguli domum petere-
is, qui in plateis erant, animaduertentes nos ſine lychnis olea-
s incedere, qui Brachmanis & Gerupis noctu præferri ſolent,
eò, inquiunt, parci & miſeri ſunt Luſitani iſti, vt ne vnus ſaltem
hnus illis ſuppetat? Ad hæc puer, qui interpretis arte fungeba-
:, non ita eſt, inquit, ſed ponè ſequuntur lychnuchi , qui faces
cenſas afferent; neque verò ſunt oleacei , ſed cerei: apud hos e-
n cerei longè pluris æſtimantur, quòd cereos illi conflare ne-
unt, & foris importatos in magno pretio habent. Nemini verò
ɔet mirum videri, nos Regulum nocte cõuenire ſolitos; hoc e-
n tempus tam optimates quàm ipſe Rex mutuis viſitationibus
negotiis tractandis tribuunt; matutino tempore corpus exer-
it: quem ad finem domum quandam accommodatam habent,
us pauimenti media pars, gypſo cruſtata, ad inſtar vitri perluci-
 darent,

da renidet: altera pars tenuiſſimo puluere rubro conſperſa, mol exercentibus ſtratũ præbet. Huc exercendus ingreditur detract veſtibus, comitantur Geytii: quo nomine vocantur fortiſſimi qu dã iuuenes; qui in hac palæſtra cũ dño colluſuri in arenam deſc dunt, ac modò gladiaturã exercent, modò luctantur, modò ma ma quæ poſſunt põdera attollunt, modò calcibus & pugnis mutuò tundunt. His peractis in eodẽ puluere heri corpus, ſudo fluidum, conuoluunt Geytii, brachia & crura magna vi propè luxationem intorquent, poſtea oleo totũ perungunt, & aqua c lida redolente lauant, ſindone tergunt, & veſtiunt. Deinde ho opportuna prandium miniſtrant. Hoc exercitio tã proſpera vt tur valetudine, vt qui ſeptuagenarii ſunt, vix trigeſimum annu videantur attingere. Nec exercitium vnquam omittunt, niſi gr ui de cauſſa, idque perrarò, ſicut accidit per illos dies, quibus R gem matutino tempore conuenimus. Luſitani igitur & ego cu ſocio Reguli domum vale dicturi ingredimur. Ille ſingulis ſing la munera donat: ægre ferebat diſceſſum noſtrũ, eo quòd Rex q donarat, ſuo ſigillo nondum cõſignauerat. Ego verò hyemem i ſtantem & Collegii noſtri negotia cauſabar, nihilominus ſi di tius expectandũ videbatur, & id ipſi placebat, dixi me libenter i perata facturum. Ille periculum facturus, an eſſet in nobis illa p tientia, & in negotiis peragendis cura & induſtria, quam alii nobis prædicabant, quamq; ipſe poſtea ſibi cõpertã eſſe affirm uit, profectionem noſtram vſque ad finẽ menſis ſuſpendit. Inter quaſi immemor noſtri, idolorũ feſtis, quæ per illud tempus m gna frequentia fiebant, totus ſe dabat. Feſta hæc tanquam pare talia quædã in memoriã defunctorũ multis cum pyris & facib celebrantur. Strenas & xeniola etiã abſentibus mittũt, ad cõuiu inuitant. Hoc tẽpore magna celebritate colebatur idolũ Tripi cuius antè meminimus, ꝙ tria milliaria ab hac ciuitate diſtat, accliui & gelido mõte collocatũ. Inferiùs cingitur amœniſſim vallibus, quę fructu abundant quidem, ſed quem nulli tangere ſ eſt. Ingens in his ſiluis ſimiorum multitudo; qui adeò cicures uaſerunt, vt metu depoſito è manducantium manibus cibos e cutiant: neque verò id vulgò ægre ferunt, putant enim gentem ſe deorum, cumque Dæmonũ principe, quem Permalem vocar familiaritate cõiunctam. Permalẽ adorant ſub multis figuris, n pe hominis albi, cærulei, flaui, item ſub figura bouis, equi, leon porci, anatis, & galli. Vidimus Chandegrini è noſtro hoſpitio bonem Regulum manè flumen trajicientẽ, cum magna equit peditũ, & elephantorũ multitudine, idolũ iſtud Tripetinum p

ntem, eundemq; veſperi reuertentem cum lychnis innumeris, ii totam terram illuſtrabant, atque interim tintinnabulis & epitaculis omnia reſonabāt. Idem ab aliis multis magnatibus, ultorum dierum ſerie, factitatum vidimus. Aliud nobis ſpectalum alius dies præbuit, quod fuit eiuſmodi: Ibat Obo Regulus nquam ad bellum profecturus: ſtipabat ingēs militum manus, niferi cataphractis elephantis inſidebant, magnates latus cinbant: hoc comitatu ad templum quoddam contendebat, vt ibi gnitatem neſcio quam, Gurupi, ſuo filio puero conferret. Erat e dignitas quædam quaſi diſpoſitio vel aditus ad ſupremum alius cuiuſdam dignitatis gradum, quæ Brachmanis primariis cerni ſolet, ad quam hic puer paucorum dierum interuallo ab o Obone erat euehendus. Puerum igitur ad templum deductū columnæ capitello ſtatuunt. Quo facto primus ille Regulus ctis ad pectus manibus, illi caput inclinat, deinde reliqui proes idem faciunt. Mox puerum aurato tetraphoro impoſitum, n toto illo comitatu per vrbem geſtant. Per eoſdem ferè dies x ad hortulos ſuburbanos oblectandi animi cauſſa Reginas inuit; incedendi pompa erat eiuſmodi: Præibat vnus è primariis cibus, ſecta Mahometanus, inſigni equitum turma comitatus, quatuor aut quinque cataphractis elephantis, & ſericis veis verſicoloribus, cum tibiarum & tympanorum hilari pulſu, m camelorum ſeſſores edebant, cum quibus permulti lanceaedites permiſti incedebant. Hos ſequebantur magni Delai, id eſt ſupremi Duces, pedites cum haſtis, ſclopis, & vexillis è innumeris: tum elephas Regius, nonnullis Regni proceribus itus, vexillum Imperiale geſtabat. Poſt hunc tympanum fern ingens, quod longitudinem duorum doliorum, ſeſquidolii udinem implebat; quatuor baiuli duobus contis ſuſpenſum bant, & quatuor milites pulſabāt. Sonus quidem minor erat, m pro tam vaſti tympani magnitudine Sequebatur Rex in tehoro aurato cum magna famulorum & aulicorum caterua: tuor vmbellæ pulcherrimæ, quas quatuor pedites ferebant, m arcebant. Sequebantur Regis inſignia, haſtis infixa, nempe arum ſylueſtrium caudæ crinitæ, niue candidiores, quæ apud ntales in magno pretio habentur; piſcis effigies non vulgari nitudine, & leo: deinde vexillum, poſtea magnus regni Delas, poſtremò Princeps cum vxoribus Regiis ampliſſimo aptu, quas comitabantur feminæ quamplurimæ in cathedris ex nto & auro ſolido fabrefactis.

ant Reginæ in tetraphoris auro ſplendentibus, quæ cono-

pea ſerica polymita aureis filis intertexta, vnionibus diſtincta, t
gebant. Singulis tetraphoris binæ vmbellæ ſericæ, auro rigent
ad ſolem arcendum accommodatæ. Hinc inde feminæ permult
pedibus incedentes, flabella tenebant, aureis & argenteis bacil
inſerta, quibus ventulum faciebant, aſſiduo caudarum iactatu
uentilando. Eadem pompa de nocte reuerterunt, tot lychnis lun
præbentibus, vt pulſis tenebris diem reducere viderentur. Men
iam elapſo, Oboni nuntium miſi, qui noſtris verbis oraret, vt m
miniſſet, moram, quam in vrbe trahebamus, cum multis expe
ſis eſſe coniunctam. Vocauit, adfui, munuſcula de more dedi, pr
miſit ſe nos poſtridie dimiſſurum, moræ culpam contulit in feſt
dies, & frequentes Optimatum viſitationes, & in duas filias Reg
nas, quas Rex in vxores duxerat, quæ per illos dies paternas æd
aſſiduè frequentabant. Tandem munuſculis datis dimiſit. Tr
centos aureos dedit in annuos reditus, quos è pagi cuiuſdam a
nuis penſionibus extrahi iuſſit, & ſi quid deeſſet, in aliis locis iu
ta Condurem ſuppleri voluit. Cõdur oppidum eſt nouum, qu
ipſe ædificat, & muris circundari iubet. Portum in ripa fluuii
reomagani habet celebrem, ad quem variis locis huius ſepte
trionalis tractus plurimi conueniunt. Eccleſiam ibidem ſuis ſu
ptibus ſe ædificaturum promittit. Priuilegia in fauorem inco
rum & aduenarum multa condidit. Dat facultatem in tota diti
ne ſua Eccleſias ædificandi, & Euangelium prædicandi. Tres a
quatuor Dynaſtas, Conduri vicinos, noſtrorum obedientiæ ſub
cit; quibus præcepit, vt Patribus morem gererent, & quæ ipſi
Eccleſias & domos conſtruendas peterent, omnia ſuppeditaren
Hæc ex ipſius litteris patentibus, & legibus in commune inco
rum bonum conſcriptis, perſpicua ſunt. Quorum omnium exe
pla nobis dedit; authographa apud ſe depoſita conſeruat. M
vale dicẽti ſuaſit, vt antequam diſcederem, vrbem totam in lec
cta obirem cum Ducibus & Dynaſtis, & feſtæ lætitiæ ſignis. At e
cum eiuſmodi pompis diſſimulandum ratus, poſtridie veſperi
è ciuitate ſubduxi. In itinere viſitaui Dynaſtam illum, cuius a
memini, quem quotidie ducentis Brachmanis alimenta præb
dixi, quem Papum Regulum vocant. Hic domicilium ſibi dele
in montibus, quos in altiſſima culmina cõſurgentes vndique c
gunt vmbroſæ ſyluæ, & longi anfractus per obliquos viarum
xus in ſe recurrentes penè inacceſſibles reddunt. Ciuitas lon
& accliui tractu à radicibus montis ad ſupremum vſque cacum
attollitur. In huius oppidi porta occurrit nobis Præfectus, ho
ris cauſſa, multis militibus comitatus, qui nos ad Reguli c
ſpect

ectum in ſublime deduceret: qui labor laſſo, & triginta hora-
um inedia laboranti, neſcio an ſatis opportunè acciderit. Re-
ulus in ædibus ſatis commodis iuxta arcem quieſcere iuſſit, vt
labore itineris recreatos ad ſe poſtea vocaret. At enim tantus
templo factus eſt ad nos omnium concurſus, vt ſalutandi, & de
eo colloquendi maximè, comedendi verò copia nulla daretur.
oſtea Regulus nos iubet accerſiri. Inuenimus ſedentem in aula
ampla, munera in primis proferimus, quæ ille grato animo &
nigno vultu accepit, mox in interiorem domum, auleis & peri-
omatis egregiè ornatam, deduxit. Hîc quatuor horas integras
terrogando & minutiſſima quæque perſcrutando conſumpſit,
lege diuina differentem libenter audiuit ipſe, & Brachmanes
audiendum conuocauit. B. Virginis matris filii effigiem diu
ultumque contuitus, vix à ſuo conſpectu reuelli paſſus eſt. Cùm
me didiciſſet, Regē libertatē dediſſe, Eccleſias in toto Regno
ificandi, reſpōdit, ſe mihi, ſi vellem, etiā in ſuo palatio Eccleſiā
dendi facultatē dare. Egi gratias, & primùm velle me dixi, eius
na cum venia, in ſummo arcis culmine crucē erigere, qua arx i-
Dæmoni formidoloſa & hoſtibus inexpugnabilis redderetur.
ucē enim telum eſſe Chriſtianorum, quo freti Duces, Reges, &
peratores ampliſſimi maximas victorias ab hoſtibus reporta-
unt. Quæſiuit ille, quid eſſet crux, & cuius generis aut figuræ
um: Hoc myſterium vt declararē, neceſſe fuit de morte & paſ-
ne Domini fuſiùs differere. Cùm ille Chriſtum Dominum, Dei
um, hominibus viam veræ ſalutis enunciantem, indigna mul-
am morte didiciſſet, ira accenſus, Ecquis, inquit, tam immane
inus perpetrare auſus eſt? quæ gens? quæ natio? quibus in terris
itat? quo nomine vocatur? & quaſi illico pœnam exacturus,
eſiuit, an eſſet adhuc in terris aliqua vena ſuperſtes vel reli-
illius gentis, quæ Chriſtum occiderat? Ego vt hominem pla-
em, Dei filium ſponte ſe morti obtuliſſe dixi, vt homines ab e-
a morte redimeret. Eſto, inquit, an verò illi Deum vera præ-
ntem occidere debuerunt? non eſt hoc rectæ rationi conſen-
um. Quid plura? poſt multos ſermones vltro citroque habi-
interrogauit, an ad globulos illos filo inſertos preces perſol-
em: petiit decem præcepta Decalogi iuberem recitari. Sub di-
ſum. Quando, inquit, diſceſſum tuum tantopere acceleras,
d te propter impendentem hyemem facere non dubito, Can-
rani, quò rex proficiſcitur, te expectabo, ibi pluribus tecum
n. Poſtea vbi Rex Chandegriuum reuerteret, ego nulla in
bi deero. Eccleſiam etiam in ditione mea ædificandam

in me recipio: nec enim ſcio, quo genere beneficii tam ſingularem amorem & beneuolentiam, in me antea ignotum, hodie a te mihi exhibitam compenſare poſſim. Hæc ille. Ego verò mihi perſuadeo noſtræ Societatis homines, ſi ad hæc Regna mittentur, huius opera & auxilio haud exiguum operæ pretium facturos, tum quia naturæ bonitas, quam hic præ ſe fert, id a me exposcit vt credam; tum quia & ipſe & ipſius Brachmanæ facili conſenſu, quæ a nobis dicebantur, audierunt. Vt mihi videatur oſtium magnum apertum ad Euangelium in his terris promulgandum, & incolas ad veram pietatem & virtutem erudiendos. Atque hoc nō ſolùm in illo longo tractu maris, verùm etiam in interiore continente in tot regna & ſatrapias diuiſa, in quibus non ſolùm plebs, ſed etiam Proceres, non ruſtici ſolùm, ſed & Brachmanes, omnes denique omnium ordinum & ætatum res diuinas libenter audiunt, & Eccleſias poſcunt. Quid quòd in vrbe Chandegrini permultos vtriuſque ſexus Beatiſſimæ Virginis & pueri in vlnis maternis effigiem in publico expoſitam venerātes, & magna religionis ſignificatione certatim concurſantes, ſeque mutuò exhortātes, in terra proſtratos adorantes vidi? Quare diuinitus factum exiſtimo, Spiritu ſancto ſuggerente, vt V. R. ad has terras explorandas animum appulerit. Imò & res ipſa tam proſperis principiis innixa, feliciores indies ſucceſſus promittit, vt non ſit dubium, quin ſi hæc ſcintilla ſemel ignem corripiat, maximam vbique flammam ſit excitatura. Ac proinde V. R. non dubitet primo quoque tempore multos ſubſidiarios mittere, qui prudentia, animarum zelo, patientia, & morum quadam lenitate præditi, maius in virtutibus ſolidis momentum, quàm in litteris conſtitutum eſſe ducant. Ac minùs ſex ante quadrageſimam mitti placeat. duos, qui Chandegrini reſideant, quæ eſt ciuitas Regia, a qua in terras adiacentes, nimirum in oppidum Tripetino idolo coniunctum, quod præcipuum eſt gentilicæ ſuperſtitionis caput, & in terras Papi Reguli non longè diſſitas expatientur: item duos, qui Conduris oppidi noui Eccleſiæ conſtituendæ curam ſuſcipiant. Situs eſt enim Condur in fauce fluuij Areomagani, quo in loco conſtituenda ſunt vectigalia, & Portoria, & alia, quæ ad emporij celebris futuri adminiſtrationē cōducunt. Huc enim ab vrbe Chādegrino magnus eſt mercatorū cōcurſus, quia via breuis eſt: atque hinc Paleacatem vſque per interiora cōtinentis facilis eſt acceſſus, nempe per flumen quod præter Paleacatem fluens, in Areomagani fauce ſe exonerat. Facit hoc flumē inſulā magnā, in qua multi ſunt pagi, Oboni Regulo ſubiecti, quo fit vt hi duo ſacerdotes, quicquid ter-

ræ

ꝫ à Paleacate vſque ad oppidum S. Thomæ interjicitur, poſſint
olendum ſuſcipere: denique duos, qui ab oppido S. Thomæ vſq;
l Caneameiram animarum culturam exerceant; imò & vſque ad
euanapatanã, quæ magni Regis Delauayo patet, qui in ſuis ter-
; Eccleſias fieri poſtulat, præcipuè in portu quodã, qui fluuium
ıbet prçterlabentem, qui in nulla hyemaliũ torrentiũ inundãtia
enis ſuffocatur, & ſemper aperto alueo nauigia ſuſcipit. Hic no-
s per Naynam Mudeliarem, noſtri ſtudioſum, nuntiari juſsit, ſe
nnes expenſas facturum, quæ opus eſſent. Qui autem mittendi
nt, veniãt ante Quadrageſimã per orã maritimam vſq; ad Peria-
tanum, atq; illinc opera noſtrorũ, qui Periapatani reſident, adi-
uante P. Gaſparo Dabreo, Marauaſiorum amico, vſque ad Na-
patanũ & S. Thomæ peruadere poterunt; neque verò expenſis,
æ in hoc itinere accelerando cõtingent, parcẽdum cẽſeo, ne re-
geſcat iſte feruor, & elabatur occaſio noſtris, qui cõmodè cum
o Rege, Cangeuarano redeunte, Chãdegrinum proficiſci pote-
nt. Veniet enim Rex Cangeuaranum ante duos mẽſes. Imò exi-
mationi noſtræ valde conducere intelligo, vt Condure primo
oq; tempore Eccleſia ædificetur: quo nimirũ res maturè trãſi-
tur cum mercatoribus, qui à Gergilino & Bengala atq; ab aliis
rtubus negociandi cauſa illuc conueniunt, & Collegium hoc
Seminarium ſubſidia opportũna habeant, quibus primum la-
dẽ majore cum fiducia jaciant, & prima fundamenta quaſi in
ido ponant. Habeo præter hæc Pandiuacam pagum, qui nouẽ
lliaria a S Thomæ diſtat, huius obiter poſſeſsionem adii, cùm
lii Chandegrino, paganis & agricolis maximè vrgentibus, vt ſe
hos agros colendos ſtatim admitterem. Quin etiam Obo Re-
lus Montem paruum fundis additis amplificauit. Atque hæc
ınia litteris patentibus confirmauit; quarum exempla in lin-
am Luſitanicam verſa, ad V. R. mitto. Iuxta Pandiuacã exſtat
ıs pagus inſtar ciuitatis, quem vocant Cholauagaranum, cu-
incolæ ad agros colendos frequenter noſtris operam locant:
maxima congratulatione & lætitia nos exceperunt. His occa-
ıibus ſperamus fore, vt tam hi quàm cçteri vicini, rejecto Ido-
um cultu, ſeſe ad Chriſtianam Eccleſiam aggregent. Ego inter-
donec V. R. opem ferat, omnia parabo, & Condure, quàm pri-
m crucem erigendam curabo, ne Obo Regulus, à quo omnia
ıdent, ſpem abjiciat. Dabo quoque litteras ad Dynaſtas & ma-
ıtes illorum locorum, ad quos iam Obo in eandem ſententiã
pſit. Et ſi fieri poterit, ipſe Condurem contendam, vt aream,
, & reliqua diligẽter inſpiciã, vt V. R. de omnibus certior fiat.

Leges etiam & priuilegia Condurenſi Emporio indulta, in iti-
nere promulgare decreui. Dei opem confido non defuturam, qu
ſicuti huic rei tam felicia dedit initia, ita feliciores (vti ſpero) da
bit exitus, quo opus ex obedientia incœptum, & à V. R. tantope
re commendatum, cum eadem obedientia ad finē à Diuina pro
uidentia conſtitutum perducatur. Datæ Meliapore in Collegi
S. Ioannis, 20 Nouemb. 1598.

Cùm hęc Goę nuntiabantur, incredibilis fuit omnium animo
rum motus: Chriſtianis gaudio exultantibus, ethnicis dolore cō
fectis, his atque illis arbitrantibus actum iam eſſe de ſecta genti
lica, ſi vnde tota illa ſuperſtitio permanauit, inde oſtium aperi
retur ad fidem Euangelicam promulgandā. Noſtri inuſitato fer
uore vltro ſe huic miſſioni obtulerunt. Quare præmiſſa oratione
ex tota Prouincia delectu habito, miſſi ſunt P. Emanuel da Veiga
Domus Profeſſæ Præpoſitus, P. Gaſpar Stephanus, & ipſe profeſ
ſus, ac Theologiæ antiquus profeſſor, P. Franciſcus Ricius, P.
Ioannes de Coſta, P. Petrus Eutitius, P. Melchior Cotinius. Verū
quia P. Ricius, vt ſuprà docuimus, iam ibi erat, miſimus P. Con-
ſaluum Monterium, qui in oppido S. Thomæ in eius locum
ſuccederet.

Emmanuelem Campellum Patrem Patri Alexandro Leni
ſocium miſimus in terras Gingianas, ad vrbem Chiſtapatanam,
cui loco Portum S. Michaëlis nomen indidimus: Eccleſiam verò
Beatiſſimæ Virgini de Spe dedicari placuit. Speramus enim fore,
vt Beatiſſima Virgine & S. Michaele deprecatoribus, ac patronis,
tota hæc regio ab idolorum ſuperſtitione ad Chriſtianam fidem
traducatur. Quid poſtea ſucceſſerit à prioribus litteris vſque ad
noſtrorum aduentum, ex aliis eiuſdem Patris litteris V. P. co-
gnoſcet.

EXEMPLVM LITTERARVM P. SIMONIS DE
SA, RECTORIS COLLEGII S. IOANNIS IN VRBE
S. Thomæ prid. Cal. Aprilis, anno 1599.

LITTERAS, quas de noſtrorum Patrum aduentu
V.R. ad me ſcripſit, dici non poteſt, quanta cum
animi lætitia acceperim; atq; adeò, vt ingenuè fa-
tear, expaui dum conſiderabam opera Dei. Obſtu-
pui planè dum mecum reputabam, quàm aptè &
concinnè omnia votis reſponderint. Admiratus
ſum, & toto animi affectu exoſculatus, tot ac taliū Patrū ad hanc
prouin-

prouinciam ſuſcipiendam conſpirationem & conſenſum. Litteras
cum ſociis communicaui, omnes pari gaudio felicem nuntium
exceperunt: beatos prædicabant, quibus tam fauſta ſors obtigeat. Nec minor in ciuitate lætitia, cùm Patres aduentare nunciatum eſt. Ludouicus Macedus, Luſitanus eques, Oboni carus, illico ad Obonem ſcripſit. Præfectus nouus certiorem fecit Naynā Mudeliarem auunculum ſuum, amicū noſtrū, qui per eos dies Paeani agebat cum Delauayo ſupremo Duce, cui nuper, Regio diplomate, huius ciuitatis adminiſtratio collata eſt. Nunc id agā, vt ea, quæ a poſtremis litteris, quas ad V. R. dedi, ſucceſſerint, intelligat. Condurem profectus eſt frater Antonius Conſaluez, vt nouæ Eccleſiæ principia conſtitueret. Exceptus eſt ab incolis humaniter & honorificè. Interea Delauayus militum ſupremus Dux, qui multū apud Regē valet auctoritate & gratia, vehementer cōtendit à Rege, ne committeret, vt condendæ nouæ ciuitatis ſtudio Areomagani ſui antiquiſſimus portus damno afficeretur: orauit vt quemlibet alium locum Eccleſiæ ædificandæ eligerent. Primas litteras, quas Rex in hanc ſententiam ſcripſit, voluntati Delauayi obtemperans, Obo Regulus, cuius opera & facultate Eccleſia cœpta erat, fictas & commentitias iudicauit. Quare totis viribus in opus incumbere iuſſit. At frater licèt, ne Obonē læderet, non penitus ceſſaret: tamen ne Regē ſibi infenſum redderet, tardiſsimè progrediebatur, donec ſecundis litteris à Rege miſsis, ipſius Obonis ſententia parendum ratus, pro tempore deſtitit. Interea inſtante Quadrageſima fratrem ad colloquium euocaui, ſi tamen ita veniret, vt relictis in loco Eccleſiæ aliquot Christianis, videretur ad tempus diſcedere, poſtea opus inchoatū perfecturus. Per idem tēpus, cognito Obonem Regulū vnius diei iter castris abeſſe, de conſilio noſtrorum, adhibito in ſocium Ludouico Macedo, eum conuenire ſtatui. Prima Dominica Quadrageſimæ iter ingreſſus, feria tertia ad caſtra perueni, Obonem Dynaſtarum legationibus intentum eo die nemo interpellauit. Poſtridie ſe in colloquium dedit: iratus oſtiariis, qui pridie noſtrum aduentum non indicauerant, vnum ex eis ſupplicio affici iuſſit. Cuiùs aduentus dixi non eſſe aliam, quàm vt litteras à V. R. allatas ipſi oſtenderem, & vt patres in eius ditionem venire nuntiarem; quo ſciret quanti ipſum noſtri facerent, & quantopere æſtimauerint Goæ ac totius Indiæ Chriſtiani ſumma in nos collata beneficia. Grata fuit hæc oratio Oboni Regulo, ac mox cum eo agere cœpi de Eccleſia, quam Condure, iubēte Rege, inchoatam reliquimus. Dixit ſe ad Regem ſcripturum, vt facultatē da-

ret eam perficiendi, ſed cùm id mihi valde non placeret Rege tantopere renitente, tandem ſuaſit, vt Areomagani Eccleſiam conderem, eſſe quippe ciuitatem illam in primis celebrem, ſi id non placeret, Cotapatanam eligere iuſſit. Reſpondi Areomaganum in ditionem Delauayi eſſe, (erant autem inter Obonem & Delauayũ inimicitiæ) me velle in ipſius Obonis ditione conſiſtere. nihilominus hortante ipſo Obone, & ſe fortaſſe Areomaganum in ſuã poteſtatem redacturum non obſcurè ſignificante, ita conſenſi in Areomaganum, vt ſimul Cotapatanæ Eccleſiam ædificãdi facultatem peterem, quam ille libenter conceſſit, publicoque diplomate confirmauit, aſſerens ſe nihil aliud velle, niſi quod mihi gratum foret. Tandem pannis bombycinis de more donatum benigniſſimè dimiſit. Inde digreſſus ad Papũ Regulum cum exercitu deſcendentem contendi. Hic me vt antea humaniter, ita quàm humaniſſimè accepit P. Ricius vbi eſſet, & alia multa ſuo more ſciſcitatus eſt. Muneribus pro conſuetudine donauit. Diſcedentem monuit, vt ab arce Ludouici Macedi, quam ipſe rebellantem ſuis militibus obſederat, in itinere declinarem. Ea nocte perueni ad ciuitatem Triualurem, hortis & nemoribus conſitam, piſcinis affabre ſtructis circundatam, idolorum delubris celebrem. Hîc in fano quodam aperto, ſicut antea feceram, pernoctaui. occurrerunt mox Brachmanes & milites; de lege diuina verba facientem audiunt; gentilicæ ſuperſtitionis fallacias ita detexi, argumentis conuici, vt ipſos ſuorũ Deorum pigeret puderetque, Chriſti Domini legem veram eſſe affirmare non dubitarent; imò & Eccleſiã in ipſo vrbis foro conſtruere per ipſos licere dicerent. Alii dicebant, Perbellè actum eſt nobiſcum hactenus, qui à Brachmanis in fraudem illecti, tam turpiter errauimus. quid autem ſupereſt, niſi vt eis cerebrum elidamus fuſtibus priùs, deinde verò Deo debitum cultũ exhibeamus? Hũc præpoſterũ feruorẽ dũ ego moderari aggredior, alius qui confidentior videbatur, Imò ego, inquit, ſpondeo me in poſterum horum Deorum delubra non ingreſſurum, neque manus aut oculos Diis tam turpibus ſublaturũ; quinimo potiùs Deo vero, cœli & terræ conditori, honorem delaturum, donec Eccleſia fiat. Poſtera luce diſceſſimus, in itinere occurrit elephas, cuidam idolo ſacer, hic Ludouicum Macedũ prę-teriens me delegit, quem proboſcide peteret, forſitan vt falſorũ Deorum præcipuum aduerſarium vlciſceretur. At me Deo vno & vero protegente, comitibus metu cadentibus, proboſcidis ictus in caniſtrum Ludouici delatus, illud longiſſimè proiecit. Ad Collegium demum reuerſo allatæ ſunt litteræ à Rege, in quibus nego-

tium

ium quoddam peculiare mihi cõmendauit. Simul admonuit, memor eſſem, ſe vni mihi & Societatis Patribus ciuitatem illam, terram totam credere; curare iuſſit, ne quid iniuriæ a Luſitanis antiquis incolis fieret, ſi quid noui accideret, ipſum vt facerem certiorem hortatus eſt. Aliam in eandem ſententiam a Delauayo epiſtolam accepi. addebat hic, ſe valde cupere me conuenire, milites ad deducendũ petere iuſsit à Præfecto ciuitatis, quẽ Adigarem nuncupant. Dixit ſe mihi ſuam terram commendare, ꝺ quòd Præfectum iuuenem & rerum imperitum agnoſceret: quare velle ne quid alicuius momenti Patribus inconſultis aggrederetur. Atque hoc idem ad ipſum Adigarem ſcripſit non Delauayus ſolùm, ſed etiam Nayna auunculus, qui ab incolis Mudear dicitur, nempe ciuitatis & terrarum, quæ Delauayo parent, quæſtor ac Moderator. Hic ſexcenta millia Pagodium (monetę genus eſt, quod ſeſquiaureum valet) in annos ſingulos Delauayo ſtipendii nomine pendit, cuius tributi adminiculo vniuerſæ Delauayi fortunæ non parũ fulciuntur. Quare ipſius litteris inuitatus, eum conuenire decreui, & Dominica ſecunda Quadrageſimæ Changuela Batepaleanum verſus contendi: cùm prope eam ciuitatem ventum eſt, Naynam noſtri amantiſsimũ in colloquiũ uocaui, per amicos & familiares aduentum meum gratulatus, ſe ſub noctem acceſsit lychnuchis plurimis & militibus comitatus. Ad vrbem poſtridie deduxit, ac tanta liberalitate & munificentia non ſolùm mihi, ſed etiam omnibus, qui mecum venerant, omnia neceſſaria miniſtranda curauit, vt nec vnius quidem nuntii expenſam facere neceſſe fuerit Ad Delauayum tandem perductus, inueni vulnus alligantem, quod illi in tibiam incidens equus impegerat. Hic vt me vidit, tanta repentè lætitia ſe affectũ dixit, vt ſe ſanum reputaret, ac ſe ſuoſque omnes aduentu meo à peccatis mundatos. Multa illi de me, de imperio Luſitaniæ, de lege diuina ſciſcitanti, Gubernator Nayna admodum honorifica prædicauit; vt conciones quas ad populum habemus, & vocum contentiones, ac remiſsiones, ipſos denique geſtus & motus omnes non ſolùm narraret, verùm etiam ipſe imitando repræſentare conaretur. Tantam hæc audiendo voluptatem cæpit Delauayus, vt ipſe poſtea ſæpe ſuis Ducibus in memoriã redigeret, quæ Gurupus ille de rerũ terrenarũ contẽptu, de eleemoſynis largiendis, de fraude & damno non inferendo, deque aliis Chriſtianæ Religionis documentis, ipſo audiente dixerat. Hæc Dynaſtis ipſum poteſtãtibus inculcabat, ac prædicabat, vt iã nõ tãtũ Nayna Patres, ſed & ipſi quoque Delauayus in concionando imitari videretur.

Sequen-

Sequenti biduo theſauros oſtendit, quorum magnam partem a
Regem Viſſanagoræ olim pertinuiſſe aiebat. Dum hæc omni
monſtrat. Scio, inquit, vos Patres nihil ex his deſiderare, aut hæ
vidēdo delectari, cùm mūdo vale dixeritis. Cui ego: Imò, inquam
quod maximè me delectat, illud eſt, quòd in hac Regia gaza mul
ta video ad crucis imaginē formata. Ille his multo plura ſe Chan
degrini repoſita habere reſpondit, eaque mihi, ſi quando ſe offer
ret occaſio, oſtenſurum: Eccleſiam quoque optimo loco Chande
grini iuxta Regis palatium ſe ædificaturum promiſit. Locum qu
is dicebat, Chandegrini vidi, neque memini me videre in tota vr
be meliorem, aut magis accommodatum. Dixit etiam ſe omnia
quæ ad Sacerdotum alimenta pertinerent, affatim præbiturum
Vnum hoc orare, vt ſe ſingulis menſibus viſitarem, & ſponderem
me ſemper in amicitia permanſurum, etiam poſtquā vrbs B. Tho-
mæ in ipſius poteſtate non eſſet; ſe enim non vrbem, ſed Patres
deſiderare, quibus ſe & ſuam gazam credēdam exiſtimauerit. Cu
ego: Nos inquam, aliam gazam, alios lapides pretioſos nobis cō-
creditos habemus, qui omnibus terrenis diuitiis meritò præferr
debent; nimirum hominum animas, quas ad creatoris ſui cogni-
tionem inſtruere cupimus, ac præcipuam inter cæteras animę tuę
rationem habemus. Tunc ille: Quid, inquit, mihi dabitis, ſi Chri-
ſtianus fio? Nos, inquam, tanto Dynaſta dignum nihil præſtare
poterimus, præter obedientiam, quam non ſolùm tanquam Do-
mino, verùm etiam tanquam optimo parenti, & rei Chriſtianæ
duci atque protectori, nos debere fatebimur. At Deus Opt. Max.
qui diues eſt in omnes, qui inuocant illum, te in amicitiam & gra-
tiam recipiet, quod omnibus theſauris anteponēdum certò ſcias.
Quæſiuit, quo ritu quibúſve cæremoniis baptiſma conferretur,
atque omnia ita approbauit, vt Brachmanes nonnulli timerent,
ne Chriſtiana ſacra ſuſciperet. Poſtremo die, nobis præſentibus,
conſueto illo corporis exercitio vti placuit, ad quod nemo niſi
admodum familiaris admittitur, quod erat eiuſmodi: Ipſum toto
corpore extenſo, in tapete jacentem quatuor juuenes robuſti cō-
uoluunt, & fricant, ac ſubinde inſiliunt, & pedibus prementes lar-
gum ſudorem eliciunt; ipſo interim tortores ſuos increpante, &
tanquam leues, & nullius ponderis homines, vt impēſiùs premāt,
adhortante. Ego interea, ne ocioſus ſpectator adeſſem, illi varia
interroganti ad omnia reſpondi. Et antequam exirem, effeci, vt
diplomata aliquot daret, quæ huic Collegio & noſtris Neophytis
è re futura eſſent. Primùm annuis reditibus S. Thomæ, centum
Pagodes adjecit. Deinde Collegio centū & quinquaginta aureos
dedit,

ſedit,quos Sadramapatamæ annuis penſionibus ſolui voluit. Poſtremò Brachénæ ſcripſit,vt Areomagani ſedem aliquam idoneã quæreret,in qua Patres habitare & Eccleſiam ædificare poſſent. Iam antea Brachena mihi promiſerat,ſe Areomagani terras quaſdam Eccleſiæ donaturum. At de his nihil adhuc certi ſtatui,omnia integra ſeruabo,quoad feſtum paſchæ prætereat. tunc denuo V. R. ſcribam fuſiùs, cùm per otium licebit,& tabellarius minùs vrgebit.

Cùm hæc ſcripſi,appulit P. Emmanuel da Veiga,ſecunda feria veſperi ad 4. non. Aprilis cum ſociis. Vnus P. Eutitius cum ſarcinis in via ſubſtitit. Maxima & noſtra & ciuium omnium gratulatione ſunt accepti.Paucos dies quieti dabunt,quoad Rex Cangeueranum veniat. Ibi Regi ſiſtam ſubſidiarios hoſce milites,qui diuina clementia annuente, hoc ampliſſimum regnum è grauiſſima dæmonum ſeruitute in ſuauiſſimam Chriſti libertatem imò iugum liberrimum aſſerent. Vicinos primùm Dynaſtas de eorum appulſu fecit certiores.Literas V. R. in ſermonem Badaganũ transferendas curaui,vt vnà cum diplomatis legantur. P. Cãpellus Nagapatani relictus eſt, inde ad portum S. Michaëlis rectà contendet; & ſi Eccleſia Sadramapatamæ erit, ſperamus fore, vt nullo negotio inter nos communicare,conuenire, & mutuò nos conſolari poſſimus: quia inter P. Alexandrum Leni, & Sadramapatamam,& vrbem S. Thomę,viginti milliarium;denique à Chãgue lapede Sadramapatamam vſque non ampliùs duodecim milliarium trajectus eſt: flumen in ipſis faucibus trium brachiorum altitudinem continet,fundo labitur lutulento,introrſum magna profunditas,nauium ſtationibus apta;aër ſalubris, aquæ dulces, gens noſtri amans;ipſe Delauayus, à quo omnia pendent, amantiſſimus: quare quàm maturrimè illum conuenire decreui. Impedior occupationibus,ne plura hoc tempore.V.R.ſuam benedictionem mihi impertiat. Vale. Datæ in Collegio S.Ioannis in vrbe S.Thomæ,Prid.Cal.Aprilis,anno 1599.

Per idem ferè tempus,dum noſtri ad huius potentiſſimi Regis curiam viam affectant, (quorum ingreſſus ad tempus dilatus eſt, eo quòd Rex contra Madurenum Naichum ingenti cum exercitu contendebat, quem ipſe tamen debiti ſtipendii nomine datis duodecim millionibus ſiue centies vicies centenis aureorum millibus à ſe facilè auertit) ex alia parte noſtris ad Regis Calecutani regnum patuit aditus,renouato inter ipſum & Luſitanos fœdere, quod ſuperioris anni ſimultatibus ruptum erat, & noſtri inchoatam Calecutii reſidentiam ad tempus deſerere coacti. Quam rem,

ita

ita vt contigit, breuiter enarrabo. Anno huius ſeculi nonageſimo octauo claſſis maritimæ Præfectus, cùm fœdus cum Zamorino, Cunalis Mahometani aſtu, non coaleſceret, antequam ei bellum indiceret, noſtros è Reſidentia exire juſſit. Zamorinus pro amore, quo erat in noſtros affectus, eos retinere nitebatur. noſtris nihil periculi etiam ingruente bello impendêre affirmauit: poſſe eos ſaluis ſuis rebus in Reſidentia manere. Vicit tamen Præfecti ſententia, inueterata in nos Saracenorum odia perpendentis: quippe nulli dubium erat quin Mahometani, qui loca maritima tenent, ſibi à noſtris illata damna in nos & Chriſtianos noſtros vlciſcerentur. Qua de cauſa Præfecto obtemperantes maturè ſe ſubduxerunt. At conſolatus eſt eos Dominus. Nam Princeps quidam Zamorini conſobrinus, noſtrorum colloquiis & aſſidua conuerſatione attractus, ad Chriſtianam Religionem animum adjecit: & eadem nocte, qua nos fugam adornabamus, ſummis precibus baptiſmũ petens, à Patre baptizatus eſt, deinde ab Archiepiſcopo chriſmate inunctus: atque in hunc diẽ, licèt occultus, boni Chriſtiani ſpecimen præ ſe ferre perſeuerat.

Noſtris abſentibus, Zamorinus ad me ſæpenumero ſcribere, orare vt Patres ſibi reſtituerem Eccleſiam interea & reliqua omnia integre ſeruari præcepit. Saraceno cuidam, qui cruci per cõtẽptũ plagã inflixerat, ceruices amputari juſsit. Noſtri quotidie illi ſpẽ faciebant, ſe confecta pace quam primùm redituros. Zamorinus interea tum propter ſimultatum veteres offenſas, tum vt Luſitanis magis complaceret, Cunali archipiratæ, ſtipendiario ſuo iam olim rebellanti, bellum indixit. Hic à multis annis piraticis biremibus mare infeſtum habuit, & opimis ſpoliis ditatus, ad Regii nominis dignitatem à ſuis euectus, à paruis initiis ad potentiſſimi principis inſtar accreuit. Prorex hanc occaſionem nactus, & ipſe aduerſus Cunalem validam claſſem inſtruxit, in qua duo ex noſtris miſſi. Arcem Luſitani ſtatuto die ingenti impetu oppugnarunt, arbitrantes ſe primo congreſſu victores euaſuros. At hoſtibus. efferato animo propugnantibus, cedere neceſſe fuit, aliquot ducibus & militibus deſideratis. Noſtri Sacerdotes tam mari quàm terra ſuo officio fungentes, in animarum ſalutem totis viribus incumbebant.

Zamorinus his exemplis in Luſitanorum amicitia cõfirmatus, ipſe in oppugnatione communis hoſtis perſeuerauit, pacemque cum noſtris, tribus conditionibus, prçter alia, interpoſitis, ex omnium noſtrûm ſententia confecit.

Primò dedit facultatem in tota ditione ſua Euangeliũ prædicandi,

andi, ſeque propenſò ſtudio & beneuolentia noſtris opem latu-
ùm promiſit. Omnibus gentilibus & Mahometanis ad Chriſtia-
am fidem conuerſis & conuertendis licere dixit priſtinis in Re-
ublica muneribus, dignitatibus, & facultatibus gaudere, & bo-
orum ſuorum hæredes inſtituere. Aream ad Eccleſias exſtruen-
as idoneam ſe daturum ſpopondit, & omnibus ad eas confugiē-
bus immunitatem conceſſit.

Secundò promiſit ſe præſtiturum, vt Luſitani omnes, &
uiuis alii Chriſtiani, qui ad ipſius terras caſu aliquo in capti-
itatem lapſi appulerint. Præfecto arcis aut quæſtori regio red-
antur.

Vltimò (quod magni momenti eſt) promiſit, ſe nullo vnquam
empore permiſſurum, vt Chriſtiani S. Thomæ, qui in ipſius ter-
s habitant, Epiſcopum ſiue Prælatum quemuis niſi à Summo
ontifice & à Rege Luſitaniæ miſſum agnoſcant, ad ſextum Ca-
nd. Aprilis, anno 1599.

His ita tranſactis, ad Reſidentiam ſuam noſtri reuerſi ſunt: At-
men ſuperſtite potentiſsimo hoſte Cunale, noſtris in illa gente
ptatum fructum ex labore capere non licebit. Ex his quæ dicta
nt, licèt V. P. facilè poſsit huius miſsionis Calecutanæ ratio-
em & ſtatum omnem cognoſcere, tamen quia oppugnationis,
uius modò memini, infauſto ſucceſſu res nonnihil ſunt pertur-
atæ; viſum eſt hoc loco litteras P. Franciſci Roſsis opponere, qui
mpore conflictus Calecuti cum Zamorino erat.

## XEMPLVM LITTERARVM P. FRANCISCI RVSSIS EX CASTRIS ZAMORINI SEPTI-mo Id. Martii 99.

EGO V. R. juſſu cum Zamorino in caſtris reſtiti.
ſcripſit enim V. R. Patres, qui Goa venerant, claſsi
ſufficere: me verò neque oppugnationi intereſſe,
neque belli conſiliis me immiſcere volebat, quod
ſanè præſtiti. Oppugnationis verò ratio fuit eiuſ-
modi: Ludouicus Gamma claſsis maritimæ Præ-
ctus, poſtquam exercitum, in quo mille & quingenti Luſi-
ni numerabantur, in terras Ariori trans flumen Cunalis ex-
ſuerat, nauigia in pontis ſpeciem colliganda curauit, atque
e arte pontibus triginta vno confectis, negotium dedit Ludo-
o de *Sylua*, Duci exercitus, viro fortiſsimo, vt cum trecentis
militi-

militibus,totius exercitus flore, trajecto flumine oppugnatio-
principium daret. Ipſe interim in caſtris ſubſtitit cum reliquis co-
piis,ſubſidio futurus, vbi opus eſſet. His ita conſtitutis,quarta vi-
gilia nondum exacta,quinta feria ad quartum nonas Martias flu-
uium trajiciunt,& dato ſigno hoſtem in litore expectantem acer-
rimè propellunt. Ex alia parte Nairû quinquaginta circiter mil-
lia cum aliis trecentis Luſitanis arci appropinquant. Zamorinu-
& Princeps paruulus,ac nonnulli Reguli & Dynaſtæ, atque ego
ex edito & tuto loco pugnam inſpectamus, incendiis formidabi-
lem,& crebris tormentorum fulminibus latè lumẽ præbentibu-
Zamorinus cùm collatis ſignis cominus iam pugnari videret,fle-
xis genibus,& manibus iunctis, oculiſque in cælum ſublatis, at-
que obortis lacrymis Deum precabatur, vt opem ferret. Noſtri
per tela, per ignes in illo horrifico tormentorum boatu, & ſcin-
tillantium globorum turbine, incredibili auſu hoſtium confer-
tos cuneos perrumpentes, iam magis magiſque præſidii porti-
appropinquabant. At vnum illud infauſtum & luctuoſum accidit,
quòd Ductor exercitus Luſitani,& quaſi omen pugnę,Eudouicu-
de Sylua,in ipſo initio certaminis,ſulphurei pulueris jaculo in ca-
pite ictus occubuit. Mortem eius ſocii,ſyndone inuoluto corpo-
re,quoad poterant, alios cælare conabantur. Atque hoc pacto
cum Cunale certamen iniuerunt. Ex hoſtibus occidit Curimuſſa-
is,qui multos annos mare omne latrociniis infeſtum,noſtris qua-
ſi imperuium reddiderat, & multis nauibus Luſitanorum captis
opima ſpolia ſæpe ex eis retulerat. Atque ad hunc diem ſemper e-
lapſus etiam à noſtris nonnunquam victus capi non poterat. Ce-
cidit & huius pater Curiacemus,& eiuſdem conſobrinus; & Cu-
nalis conſobrini duo, & Cutamuemus, qui ſuperioribus diebu-
triremem à noſtris ceperat; & alii multi Duces, & Principes viri
ipſo Cunale pernicioſiores. quin & ipſe tribus vulneribus, nempe
duobus punctim & vno cęſim,inflictis vix tandem euaſit. Delubri
quod extra arcem erat,totum conflagrauit,& cum illo ædes quã-
plurimæ. Ex Mahometanis trecenti, ex noſtris quindecim in illo
certamine ceciderant,in his Frater quidam Capucius. Naires,qui
à parte Auſtrali pugnam commiſerant,ſepibus quibuſdam incen-
ſis Mahometanos nonnullos interfecerunt. At vallum ſecuriun-
inopiæ reſcindere non poterunt. Ex illis perierunt centum cun-
Luſitanis quatuor. Noſtris hac victoria potitis, diuulgata eſt Du-
cis mors. Et iam ſulphureus puluis, & plumbeæ glandes, & tel-
noſtros defecerant. Quæ ſubſidia,cùm eſſent trans flumen à Du-
ce petenda,fruſtra expectabantur. Nam vna & triginta ſcaphæ
colli-

obligatæ, (Almadias vocant) quibus noſtri appulerant, à remige
deſertæ in medio flumine, temere fluctuantes, neutri parti vſui
ſe potuerunt. Quare Antonii Leiuæ Indiæ Anteſignani famulus
ipſe enim Antonius fortiſſimè dimicans, edita magna hoſtium
ſtrage, paulo antè ceciderat) receptui cecinit. At noſtri vbi ſe vi-
derunt Ducibus & ſignifero priuatos, nullo ordine, nulla militari
diſciplina, præpropera feſtinatione pedem referentes, abiectis ar-
mis flumini ſe commiſerunt. Atque ita Luſitani ducenti & ſexa-
ginta plus minùs ſunt deſiderati. P. Sebaſtianus Conſaluus, & Fra-
ter, quem ſocium habebat, euaſerunt. At Frater dum inter cete-
ros nauigio detrudendo incumbit, plumbea glande percuſſus
eſt, & brachium dexterum confractum. Septuaginta ſex Luſita-
norum corpora in litus eiecta, ſepulturæ mandauimus adiuuan-
te optimo illo neophyto, qui occultus apud nos agit. Dici non
poteſt, quanto hæc clades dolore Zamorinum & Naires affe-
cerit. Iam antea & Zamorinus & viri Principes non nulli Luſi-
tanos monuerant, vt paulatim & lentè rem gererent, atque in
primis, vt multas biremes in flumine expeditas haberent, quibus
milites commodè exponerent, & è prælio reuerſus excipere tutò
poſſent. Suaſerunt etiam vehementer, ne ſoli, ſed multis Nairum
millibus in ſocietatem adſcitis, hoſtem aggrederentur: quod ſi
fecissent, proculdubio multo maiora damna hoſtibus intuliſſent.
Sed illi, vt ad ſe ſolos victoriæ laudem deriuarent, Nairum auxilia-
res copias non curarunt. Egomet vidi non neminem ingemiſcen-
tem, quòd in hoc exercitu caput aſperſum canis non videret. Zamo-
rino diem pugnæ conſtitutum noluerunt indicare, nec ex qua
parte arcem eſſent oppugnaturi; quam rem ægerrimè tulit Rex,
& infelicem pugnæ ſucceſſum huic vni culpæ tribuit, quòd ho-
minem ſibi fidelem fallere & omnia ſibi tribuere voluerunt. Hūc
dolorem auxit Rex Cocini, cui nos tantum tribuimus, qui Za-
morinum per litteras monuit, ne nimium Luſitanis crederet.
Huius congreſſus infelicem euentum voluit Deus ſignis quibuſ-
dam prænotare. Triduo enim, haud ſcio an quatriduo, ante pu-
gnam, noctu à parte cæli quæ Cunalem reſpicit, deſcendit ful-
gur triſte rutilans omnibus conſpicuus, qui totam claſſem per-
currens, tandem (vt affirmant) ſupra triremem prætoriam eua-
nuit. Pater item Theophilus, qui in hac reſidentia Calecutana
manſurus, Cocino paulo antea venerat, poſtridie huius cladis
mihi narrauit, quod ſibi quatriduo ante conflictum accidiſſe di-
cebat, nimirum ſe de nocte in Prætoriana ſpiritum quendam re-
pentè prætereuntem vidiſſe, & ipſum brachio apprehenſo ita al-

loquentem audiuiſſe, Caſtigo te Deus; quibus verbis iram &
tionem diuinam denuntiare viſus eſt. Hic ſucceſſus noſtris ta
funeſtus, hoſtibus tantum terrorem incuſſit, vt occiſorum corp
ra eo die ſepelire nemo auderet: timebant enim ne noſtri, reſta
rato exercitu, de integro in eos impetum facerent. At cùm vi
bant, totam claſſem ſublatis velis litora deſerere, timor & tre
datio omnis in noſtrorum irriſionem verſa eſt, nec immeritò
enim biduum tantummodo in caſtris egiſſent, hoſtes, vt opino
deditionem feciſſent. Quare Præfectus raptim colligere vaſa
in altum vela facere coactus eſt. At ne epiſtola hæc tota luctuo
ſine aliquo doloris leuamine perſiſtat, rem ſolatii plenam in fi
ſubtexam. Regina, mater Principis, qui in Regno creditur ſucc
ſurus, colloquiis & exhortationibus noſtrorum cõmota, ſe Ch
ſtiana ſacra ſuſcepturam promiſit: multum autem ad hanc re
momentum habet, quòd illa cum Chriſtiano occulto, cuius m
dò memini, ſanguine coniuncta eſt. Reges item Tanoris & Ch
les noſtros ſacerdotes & Eccleſias in ſuis terris vehementer ex
ptant. Viderit R. V. quid eis reſpõderi velit. E Cunale, 7. Idus Ma
tias, anno 1599.

Non minori omnibus ſolatio fuit profectio, quam & zelo ſal
tis animarum & noſtrorum ſuaſu ſuſcepit Dominus Alexius M
neſius, Goæ Archiepiſcopus, ad viſitandos Chriſtianos antiqu
à S. Thoma Apoſtolo propagatos, qui in Regione Malauarica l
ca montana obtinent. Huius viſitationis occaſio fuit eiuſmo
Poſtquam Angamalæ Archiepiſcopus Abrahamus fatis conc
ſit, & Georgius Archidiaconus, iuxta conſuetudinem antiqui
mam, Eccleſiam paſtore carentem gubernandam ſuſcepit, ſuſ
tio vehemens non leuibus de cauſſis ſuborta eſt, eam Eccleſia
tandem ad Neſtorianos paſtores eſſe reuerſuram. Nec defuit i
ter ipſos quidam Eccleſiaſtica dignitate pollens, & opibus
fluens, qui reciperet ſe Babylonem profecturum, vt inde Archi
piſcopum accerſeret. Archiepiſcopus verò Goanus, cui non m
dò tanquam Metropolitano, ſed etiam litteris Apoſtolicis iube
tibus competit adminiſtratio illius Eccleſiæ ſede vacante, Arch
diaconum in obedientia ſedis Apoſtolicæ vacillantem in offic
continendi munus ſuſcepit, ne videlicet in ſchiſma laberetur.
Rectori Collegii Societatis terræ nouæ ſeu Vaipicotæ mandau
vt Archidiacono litteras, quibus ipſum Archiepiſcopus auctorit
te Apoſtolica eius Eccleſiæ gubernatorẽ renũtiabat, hac lege re
deret, ſi ipſe corã eodẽ Rectore fidei profeſſionẽ ſolennem fac
ret. Litteras Archidiaconus lætus accepit, & fidei proteſtation

ie feſto ſe facturum promiſit. Verùm poſtea nec fidei proteſta-
onem coram Patre edere, nec gubernationem Eccleſiæ, tanquã
Archiepiſcopo ſibi delatam, accipere voluit: quod ipſe poſtea
conſilio quorundam feciſſe cauſabatur. Quare conciliatis ani-
is tum Cocinenſis Præfecti, tum aliorum ſæcularium atque ec-
eſiaſticorum, conuentum celebrarunt Vaipini, quò vrbis ſena-
res & Eccleſiæ Cathedralis presbyteros conuocarunt, excluſis
ntummodo noſtris, quos aiebant Archidiaconum nolle huic
gocio intereſſe. In hoc conuentu Archidiaconum amplexan-
r, in manibus tenent, ac demulcent. Interim muſicis inſtrumen-
editur feſtæ lætitiæ ſignum; mox in cathedra ſublimem ſta-
unt, vrbis Præfecto, atque Epiſcopi Cocinéſis Vicario, (Epiſco-
s quippe in Ceilano aberat, & hunc conuentum ſe abſente fa-
im poſtea reuerſus moleſtè tulit) & reliquis omnibus in ſcam-
s ſedentibus. Aſſurgit deinde eccleſiaſticus quidam inter pri-
os, tanquam procurator idoneus Archidiaconi præſentis, (vt i-
aiebat) profitetur Archidiaconum non eſſe ſchiſmaticum, (vt
ſan, inquit, aliqui putant) neque errorem vllum contra fidem
Brachmanes conuerſus,dixit: Ecce aduenere Patres, vt Eccle-
s condant:parate vos,eritis omnes Chriſtiani. Tunc temporis
erto tantùm capite prætereuntem ſalutauimus. Peditum ſuo-
n copias Regi oſtendit,quos vulgò dicunt quindecim millium
merum explere. Chandegrini, 14 Cal. Octob. 1599.

Hæc habui, quæ ad V.P. in pręſentia ſcriberem de miſſionibus,
quibus noſtri ſummo cum ardore,& rei Chriſtianę promouen-
ſtudio, pro inſtituti noſtri ratione verſantur in primis ipſi

 profeſſi,

profeſsi, qui non ſolùm reſident in locis priſtinis & antiquis M
luccarũ,& Manaris inſularũ,atq; in oris Piſcariæ & Trauãcor
in locis etiam Malabariũ,& vtriuſq; Salſeti Goani,& Septentri
nis, verùm etiam omnibus ferè nouis miſſionibus deſtinentu
Profecti enim ſunt alii ad regna Achebaris, alii ad regnum Ca
baię,qui tamen expectant in propinquis locis,(deeſt enim tant
modo Proregis conſenſus)alii ad Zamorinum in vrbem Calicu
quò præter eos, qui iam ibi erant, miſſi ſunt alii duo cũ Andr
Furtado Mendotio,rei militaris gloria præſtante viro,qui cũ h
ſcripſi,in Cunalicam illã expeditionẽ claſſem cũ exercitu educ
bat.His addo miſſionem nouam Angamalis & Bẽgalæ,quarũ p
ſterioré aliorũ duorum Patrũ acceſſu auximus.addo etiam Peri
patanum, Negapatanum,& Viſſanagoram.His omnibus locis n
ſtræ Societatis homines,ampliùs ducẽta & ſeptuaginta Chriſti
norũ millia,qui ad centũ & ſexaginta nouẽ Eccleſias pertinẽt,p
nes ſe in Catholica fide,& in doctrina ac moribus Chriſtiano h
mine dignis,erudiendos habent. Quod autem attinet ad Iapo
& Sinas,P. Alexander Valignanus,eius V. Prouinciæ Viſitator,
V.P.ſuo tempore ſcribet. Cæterùm defuncto iã Quãbaco tyrãn
expectamus nuntios & litteras hoc anno admodum lætas: imò
Iaponenſem Procuratorem hinc anno ſequenti tranſmiſſurũ. T
rannus ille cũ in vrbe Meaco graui morbo decuberet, quàm pr
mùm D. Ludouicus,Epiſcopus Iaponenſis,& P.Viſitator cũ al
Patribus ad portum Nangaſaquii applicuiſſent, in ipſo tempo
graue deliquium paſſus, poſt aliquot dies extinctus eſt,atque vi
cum illo reſtincta perſecutio, quam à tot annis in Societatem
Eccleſiam Iaponicam mouerat. Reliqua ſciet V. P. ex P. Alber
Laërtio, qui hoc anno in Procuratore a prouincia electus eſt pr
mo loco,electus etiam ſecundo loco, vt Procuratori poſſet ſucc
dere, P.Franciſcus Viera,quẽ pariter in Luſitaniã viſum eſt mitt
re,vt certior eſſet Procuratoris ad vrbẽ profectio. Cũ his duob
Patribus cuncta prouincia ſperat fore, vt P. V. ex iſtis prouinci
Europæis mittat multos egregios operarios, qui tã præclara in
tia prouehant, & ardenti animarum zelo nobiſcũ in gentiũ co
uerſionem incumbãt.Quod reliquum eſt, ego & Fratres mei o
nes,V.P.cęterorũq; Patrum ac Fratrum noſtrorum ſanctis ſacri
ciis & orationibus nos enixè commendamus.Goæ,Oct. Cal.Ia
in die feſto S. Thomæ Apoſtoli Indiæ Patroni, Anno 1599.

*V. P. Filius in Domino*

NICOLAVS PIMENT

NIC

# NICOLAVS PIMENTA, SOCIETATIS IESV IN INDIA ORIENTALI PROVINCIALIS,

## R. P. CLAVDIO AQVAVIVA PRAEpoſito Generali eiuſdem Societatis.

ANNO proximo ſuperiore 1599 ad P. V. ſcripſi de mei itineris verſus Meridionales huiꝰ Indię Oriẽtalis partes ſucceſſu, deq; variis noſtrorum hominum miſſionibus ad eaſdem inſtitutis. Nunc verò deſcribam profectionem meam in Septentrionis oras factam, & ſpeciatim capita quædā attingam earum rerum, quæ hoc anno ſupra milleſimum ſexcenteſimo in miſſionibus acciderunt.

Digreſſus itaque Goa ad decimum-tertium diem Decembris cum vndecim ſociis, in binas naues diſpertitis, portum citra vllũ pyratarum incurſum ad alterũ Ianuarii feliciter tenuimus Ciaulæ. Vbi incidimus in nouem adoleſcentes Induſtanos, à P. Emmanuele Pinnero ex vrbe Lahor via Sindana amandatos. Comitem ſe iiſdem adjunxerat genere inter ipſos (quod à Mahumeto oriũdus eſſet) nobiliſſimus, quique pro Chriſtianæ religionis defenſione non ſemel cum laude dimicarat. Verùm Mahumetani quidam tam infeſti hoc itinere illi fuerunt, tamque abſurda de Luſitanis in eius aures inculcarunt, vt mutata ſententia ſuũ Lahor repetierit. Ex his nouem juuenibus quatuor reliquimus Bandoræ, vt à peritiſſimis quibuſque Magiſtris in omni genere inſtrumentorum muſicorum exercerentur pro noua Eccleſia Lahorana. Quintus Societati noſtræ nomen dedit in ſanctæ Fidei Collegio, vnā cum alio quodam rari ingenii adoleſcente, qui in ipſa Mecha operā dederat perdiſcẽdo Alchorano, bonāq; eius partẽ memorię

infixerat:imò Saraceni quidã mercatores iã ſtudio eũ cõduxerã
vt myſteria Alchorani exponenti aures præberent. Cæterũ indu
ſtria & zelo nobilis viri Luſitani effectum eſt, vt Alcoranum i
manus noſtrorum deponeret,& ſacris baptiſmi aquis caput libẽ
ter ſubjiceret. Hi iã dicti juuenes multa de Chriſtianę rei progreſ
ſu,extra ea quæ P. Pinnerus litteris ſuis conſignauit, renuncian
E quibus hæc mihi viſa ſunt commemoratione minimè indigna.

Cùm adoleſcẽs quidã Brachmanus,adhuc catechumenus,for
tè incidiſſet in infideles,vnus eorum in hũc modũ ſermonẽ exor
ſus eſt:Auemus oppidò,vir bone,ex te cognoſcere, quam tandem
legem Patres,quorum diſcipulũ te profiteris,annuncient? Reſpõ
dit ille,quoad potuit,optimè,adjecta demum hac aſſeueratione,
Scire volo,vos fratres,toto orbe nullam legem veriorẽ extare no
ſtra, quippe cuius ſolius beneficio aditus homini patet ad felici
tatẽ æternã. Tũ illi: Quomodo de hoc argumento aliquid effar
potes,cũ ſis Brachmanus? Haud equidẽ,reſpõdit catechumenus,
inficior me gente Brachmanũ,ſed nũc,Dei opitulante gratia,vo
luntate omnino ſum Chriſtianus. Quo reſponſo,alius quidã exa
cerbatus,magna indignatione dixit: Vos Chriſtiani meritò poſſe
tis appellari Caſares, id eſt, homines legis expertes. In qua calũnia
redarguenda dũ tyro Chriſti ſtrenuè laborat,ecce tibi impius ille
calumniator latere incaput adacto humi proſternitur. Quo fune
ſto caſu tantũ nõ attoniti cæteri infideles vndique magno ſtudio
percuſſorem indagare cœperunt, quem ſuſpicabantur clanculum
à catechumeno ad facinus ſubornatum,ſed neminẽ offenderunt.
Itaque non dubitatum eſt diuinam fuiſſe vindictam.

Ciaulo,cùm reliquos miſiſſem Bazainum,ego vnà cũ P. Hiero-
nymo Cotta ſocio meo iter inſtitui verſus Bandoram. In Batti il-
lico incidimus in fratrem quendam & nauim, qua ſimul trajeci-
mus Bombaim,vbi in fluminis faucibus Chriſtiani magno nume-
ro erupére, qui inuecti lembis omni inſtrumento militari ac ve-
xillo conſpicuis nauem noſtram circumdederunt, varioq; ſpecta-
culorum apparatu mirificè nos recrearunt. Quanquam illud ſum-
mæ nobis voluptati cumprimis fuit, tantũ cernere Chriſtianorũ
numerum,& inter eos multos juuenes Maurorum liberos, velut
roſas de ſpinis ereptas. Viſitaui domum Tananam,omneſque re-
liquas Salzetanæ oræ cum Collegio Bazaniẽſi, vbi ex V. Paterni-
tatis præſcripto aliquot adoleſcentes nobilitate & indole prę ſtã-
tes pro Seminario delegi, vt litteris & pietate vera aliquãdo excul-
ti operam ſuam locare poſſent in cõuerſione infideliũ. Principiũ
autem huic tantæ rei feci in feſto Purificationis beatiſſimæ Virgi-
nis

ꝯis Mariæ, habita concione, & ſolemni inſtituta proceſsione ad portam Seminarii terminata.

Clerus, nobiles, populuſque vniuerſus ſua præſentia hoc feſtum Collegii purificationis honorare voluere: quod Collegium non alia de cauſa hanc nomenclaturam ſibi aſciuit, quàm vt in puriſsimæ Virginis tutela & patrocinio ſemper eſſet. Scholæ magna ſpectatorũ voluptate & applauſu dramata ſua dedere. Ad prælectiones publicas, Vicarii rogatu, acceſſit explicatio Caſuum conſciẽtiæ pro Eccleſiaſticis in hoc ſtudio parum exercitatis.

Damani honoris cauſa ſcholarum diſcipuli me excepere actione tragediæ, (quæ inter latinas in hac vrbe fuit prima) tanta dexteritate, vt & Goæ cum laude actorum exhiberi potuerit. Ac ſanè permirum eſt, cùm à ludo aperto biennium tantùm exierit, eos tam præclarum ingenii ſpecimen dare potuiſſe. Etſi pluris faciendum, quòd cum litterarum ſtudio tam ardens in Deum proximumque pietas inter eos vigeat. Vidi ego his oculis, magna cũ voluptate, eos certatim varias eleemoſynas deferentes ad pauperes in carceribus ſuſtẽtandos: Cõmoti autẽ ſunt boni iuuenes nõ parũ nobilis cuiuſdam adoleſcẽtis Goani (qui nunc alumnus noſter & Collegii ſanctæ fidei diſcipulus eſt) præclaro ſtratagemate. Is ſiquidem, cùm nomen tanquam miles dediſſet claſſi Septẽtrionali, efficacitate dicendi commilitones tot ad peccatorum exomologeſin faciendam commouit, ac ad pedes ſacerdotum tum ex illis tum etiam ex ciuibus adduxit, vt tẽpus illud nihil ab hebdomadæ ſanctæ diebus diſcrepare videretur.

Huc in Damano P. Hieronymus Xauierius (qui cum fratre Benedicto Goes ſequitur aulam magni Regis Mogor) miſit ad me cum litteris ſuis per quoſdam Chriſtianos librum contra falſas infidelium ſectas, maximè autem Mahumetanam, conſcriptum, & ipſi regi dedicatum. Nomen libro eſt, Lignum vitæ. Opus eſt iudicio meo pereruditum & prolixum, iamque gnauiter laborat, vt illud in linguam Perſicam, adhibitis quibuſdã illius idiomatis peritiſsimis, traducat. Tantos enim in ea progreſſus fecit hactenus dictus Pater, vt ipſi Perſæ cum voluptate eum loquentem audiant, & tantùm non puritatem verborum exquiſitamque phraſin ſuſpiciant.

Rex Mogor tam longè lateque imperii ſui fines armis ferroq; propagauit, vt hiſce Indiæ partibus iam ſit proximus. In aciẽ eduxit exercitum numeroſiſsimũ, hoc eſt, cẽtũ millium, partim equitum, partim peditum, & plus quàm mille elephantos. Iam ſupe-

rauit

xauit Gatte, per montes tam aſperos & ſilueſtres, vt nõnunquam totus dies, ad emetiendum interuallum, quantum iactu ſclopi intercipi poteſt, fuerit conſumendus. Antecedit eum in bellum Xanacana eius vicarius cum aliis quinquaginta militum millibus. Et iampridem fortiſſimum regni Melique propugnaculum, Rege adoleſcente in vincula coniecto, expugnauit. Nunc manus conſerit cum Idalcano. & licet nullum locum munitum à tergo relinquat, nondum tamen vrbem Berampuranam tranſgreſſus eſt, in finibus Cambaiæ ſitam: cuius rex Omiranus cognito rumore de aduentu tantarum copiarum, vrbem repentè deſeruit, & in arcem natura arteque inexpugnabilem ſe recepit. Arx ſiquidem illa ingenti monte, cuius ambitus ad quindecim paſſuum millia complectitur, impoſita eſt, & vt ſcribit Goes frater noſter inſtructa pluſquam ternis millibus ingentium bombardarum, quæ emiſſæ haud ſecus quàm cœleſtia reboant tonitrua. Noſtri vacãt functionibus Societatis, & in Eccleſia portatili, ſacrum Miſſæ aliaque diuina officia ritu ſolemni in medio tantæ Babyloniæ pacificè peragunt.

Pater Pinnerus, quoniam ſexcentis milliaribus abeſt à P. Xauierio, (tãtum enim eſt interuallum inter Lahor & Berampur) exiſtimauit ei primo quoque tempore adiungendum ſocium ſacerdotem, tam ſolatii quàm auxilii cauſa in miſſione ſummæ certè exſpectationis. Adiunxi autem P. Franciſcum Corſi, ea conditone, vt priùs conueniret P. Xauierium, à quo de omnibus rectè informari & dirigi poſſet. Is ſcribit ſe Cambaiam appuliſſe ad initium Martii. vbi dum opportunum tempus præſtolatur longiùs proficiſcendi ad exercitum, fructuosè operam ſuam poſuit in concionibus habendis, catecheſi explicanda, & confeſſionibus pauperũ fidelium excipiendis: qui tanquam angelum è cœlo delapſum eũ recepêre; nullum enim id temporis habebant, à quo in pietate Chriſtiana informari ſanctiſque Sacramentis paſci poſſent. Atque hoc loco à Banianis illi oblatæ ſunt litteræ publicæ à Magno Mogor ſtudio P. Xauierii impetratæ pro noſtris, vt tutò iter inſtituere poſſent Graam, Lahor, & Caraium. Imo Gubernator Cambaianus, qui in procinctu erat ad aulam regiam, ſuum comitatũ illi obtulit: verùm Pater excuſauit, eo quòd à ſuo Superiore mandatum accepiſſet, non antè inde diſcedendi, quàm à P. Xauierio reſponſum redditum fuiſſet. Subjecit mox Gubernator, minimũ cape nummos in itineris ſumptus. Sed cùm Pater decreuiſſet nihil recipere, eum Vicegubernatori filio ſuo commendatum reliquit. Denique Cambaia diſceſſit, & per varios caſus ac diſcrimina re-

à rerum ſaluus ad aulam peruenit, vti P. V. cognoſcere poterit
x epiſtola eius 12 Maii data, & hîc ſubiecta.

Haud longè à Cambaia, inquit, inſidias nobis ſtruxerant exu-
:s quingenti, ſed mirificó quodam modo manus eorũ euaſimus.
actum enim eſt, vt exulum Dux & anteſignanus cogeretur nos
idui itinere incolumes perducere in vrbem Sambuſar. Nam cùm
le fortè ingreſſus fuiſſet Cambaiam, vt noſtri diſceſſus tẽpus ex-
lorarct, ab vrbis præfecto & Sultano Hamet belli duce in Cogi
ræſtò eſſe iubetur, mandaturque homini, vt nos ſaluos cum
ıis perducat in Sambuſar. Vt Sambuſaram ventum eſt, præfectus
pſe cum centum equitibus & aliquot elephantis ad nouem paſ-
uum millia illis ſe comitem & patronum adiunxit; digreſſus au-
em retro vicenos equites totidemque pedites attribuit, qui nos
erducerent Barochum: vbi P. Xauierii litteras recepimus, di-
icimuſque omnes vias ab ingenti exulum turba obſeſſas, verùm
Cambaiæ præfecto in reditu ab aula miſere diſſipati ſunt, quin-
entis ex iis trucidatis, & captis decem elephantis. Itaque confi-
o nos poſſe cœptum proſequi iter, etſi omnis fiducia noſtra in eo
Deo defixa ſit, cuius amore in omnia huius profectionis pericula
ıos coniecimus.

In alia verò epiſtola, 4 Auguſti huius anni data, ſic ſcribit: Ad
Magni Mogor exercitum ſaluus perueni 4 Iun. ſingulari Dei
rouidentia & clementia. Comites itineris habuimus mille ſclo-
etarios, omneſque ferè equites, quos Mogor attribuerat Mei-
æ Muſtafar filio Regis Guzaratani, quibus ex mercatoribus a-
iiſque ad quater millena capita ſe aggregarant. Triduo inde à
Berampur inuaſi ſunt à mille hoſtibus equitibus; ſed impreſsione
n eos facta, omnes in fugam, centum mactatis, conjecêre. quæ
ictoria magnam partem debetur vni noſtro elephanto, qui ſua
erocia & impetu totum equitatum aduerſariorum perturbauit.
Vt ad exercitum peruenimus, obuiam nobis proceſſere P. Xauie-
ius, Benedictus frater, & plurimi Chriſtiani. eodemque die om-
ıes pariter producti ſumus in Regis conſpectum. Nec aliud iam
xpecto, quã cõmodã occaſionẽ proficiſcẽdi in Lahor; totus inte-
im ſũ in Perſico idiomate addiſcẽdo. Huc vſq; P. Frãciſ. Corſi.

In meo per Auſtrales oras digreſſu, diu multumque cogitaui
nſtituere miſſionem in Diu; tum quòd nuper expetita fuiſſet, tum
quòd multo iam tempore noſtri in iſtis locis verſati non fuiſſent;
ıec videbatur bona conſcientia poſſe intermitti, quandoquidem
nde opportunior, quàm Goa, occaſio pateat penetrandi regna
Presbyteri Ioannis. Miſi itaque oblata cõmoditate claſſis naualis
P. Gaſpa-

P. Gaſparem Soarez, & fratrem Melchiorem Perez, qui inde vt Præfectus loci, atque alii, reſcribit, vehementer ibi exoptari noſtrorum ſtabilem reſidentiam. Poterat quidem dictus Pater inde in Æthiopiam nauigio iam ad id comparato trajicere, ſed profectio ſecura non erat, propter Turcicorum præſidiorum vigilantiam; quemadmodum & ego ea de re commonefeceram.

Non ſilebo, (quoniam res notatu digna eſt) quibus rationibus Satan hanc miſſionem labefactare ſit conatus: Licèt autem inſtar canis catenis aſtricti vehementer eam allatrarit, non potuit tamen impedire. Cùm igitur P. Gaſpar Collegium Damanum egreſſus ſe in viam dediſſet ad conſcendendum nauim; tantus illico ſtupor corripuit pedes, vt ægrè nec niſi ſumma cum ſociorum commiſeratione promouere eos poſſet. Induni, qui commeatum Patris in caniſtro deferebat, nonnulli in via inuaſerunt. Vt nauim ingreſſi ſumus, miles quidam, haud ſcio quam iniuriam paſſus, Præfectum grauiter vulnerauit, ſic claſſis depulſa a littore nō eſt, & nos ad Collegium reuertimus. Eodem tempore quidam, dum Bazainum contendit, vt Patris ſcripta inde afferat, crus confregit; vnde & factum, vt ob diuturniorem moram Patrē non amplius inuenerit. Bazaini eidem comes adſignatus eſt P. Petrus Paiz, qui, quoniam in itinere Damanum verſus inſtituto à boue calce percuſſus erat, in lectum ſe dejicere coactus eſt. Quare nec ille potuit nobis operam ſuam præſtare, nec in tempore adeſſe, vt ſociū P. Soarez ageret. Conſcendit nihilominus aliam nauim, quæ proximè ſequebatur claſſem; verùm quo die à portu in altum prouecta eſt, à contrariis ventis retrorſum in littus reiecta eſt. Nec tamen idcirco animo concidit; ſed ſecundò nauigationem iterauit. In qua, cùm vix vela feciſſet, tam turbulenta procella nauem cōcuſſit, vt malum continuò diſruperit, & cùm nautę illum cum antēna vellent dejicere in mare; tanto impetu iterū iactauit nauim, vt omnia ſurſum deorſum ferri viderentur, cùm tamē alii felicem curſum tenuiſſent vſque in Diu.

Et quia præcipuas partes ego in hac miſsione habebam, viſus eſt communis humani generis hoſtis in me quoque voluiſſe ſuum furorem conuertere.

Eadem ſiquidem hebdomade, qua P. Soarez in Diu & P. Franciſcus Corſi in Lahor profecti ſunt, ego ad curanda Collegii negotia abieram ad locum quendam ſex paſſuum millibus Damano diſiunctum; in reditu verò, dum flumen quondam trajicere conamur, ſatis turbidum, ab ea parte qua ſe in mare exonerat, fluctus quidam tanta vi irruit in cymbam noſtram, vt penitus eam euerte-

erterit; Eramus numero duodecim. Natandi periti periculum aſere. Ego, quoniam ſcapham ob præcipitem aquarum lapſum prehendere non poteram, applicui me ad famulum noſtrum ulum, ſed dum ille laborat in me liberando, vnà mecum in ndum prolabitur. Quid facerem? velut iam morti deſtinatus a-mam meam commendo Domino IESV Chriſto, deſertoque ulo, mox neſcio quo modo emergo, & capite ſuper vndas elato deo me à Paulo ad ripam pertrahi. Nonnulli, dum aduerterent e multo temporis ſpacio non emergere, iam extinctum luge-ant. Et Chriſtianus quidam Eccleſiæ noſtræ B. Mariæ, quam ha-emus Bazaini, non ſine luculento vitę diſcrimine, ſe in vndas mei quirendi cauſa remerſerat; identidem, vt refert Paulus, incla-ans, ſiccine Pater noſter peribit? Hic Paulum primò ab imo irgite retraxit; deinde ego ab ambobus, Deo propitio, adiutus imùm ſaluus in littus, deinde in Collegium perueni, vbi cùm atuor dierum interuallo vires recuperaſſem, cœptum iter ſum oſecutus. Quidam Collegii Bazainenſis ſacerdos affirmauit mi-, ſibi eodem die quo hoc periculum adii, tam firmiter perſuaſum iſſe me hauriendum fluctibus Damanenſis fluminis, vt ſacrum iſſæ Deo libaret pro mei liberatione. Nec aliud confiteri poſ-m, quàm me prouidentiæ diuinæ precumque illius Patris be-ficio tanto diſcrimini exemptum. Non poſſum, quin hoc loco otabilem cuiuſdam Banianis conuerſionem deſcribam, eo die, o ego naufragium feci, peractam. Vulgò fertur, miſsiones no-as vel parum vel nihil prodeſſe Banianibus. adeò hoc genus ho-inum in ſuperſtitione ſua eſt obſtinatum. Fuit itaque quidam iſtis mercator, vir maturo bonoque iudicio, vti merebatur, in ncula coniectus, & extremo ſupplicio addictus, quòd ab arma-entarii expilatoribus plumbum pulueremque tormentarium emiſſet. Qua re cognita ilicò amandaui Patrem, qui in anima a Chriſto adiungenda omnem moueret lapidem, meminique e in hanc ſententiam locutum: Vade mi Pater; licèt enim gen- illius obſtinatio præſcindere omnem ſalutis ſpē videatur, no-i tamen muneris eſt labori non parcere, & in Deo fiduciā om-m collocare. Abit Pater, diu multumq; animum pertentat, ni- proficit. altera luce redit, variis argumētis eū ad veri Dei cultū trahere conatur. ille autem reſpōdet: Ne me deſere Pater, a-uid erit. Tandem vt ad locum ſupplicii peruentū eſt, Banianes imi ſenſa patefecit, & dixit: Cùm prima vice me alloquerere, iā imo decreuerā nomē meū dare Chriſto Dño, ſed exiſtimaui id nō eſſe patefaciendū, ne cui ſuſpicio ſuboleret ſimulationis;

quaſi

quaſi liberandi mei cauſa hoc conſilium cepiſſem. nunc quoniam præ foribus mors eſt,& ſuſpicandi anſa ſublata, in diuinæ clementiæ brachia me conjicio,enixeque rogo, vt pro officii veſtri ratione inſtruere me velitis,idque iam iam, vt dum agitur de occludendis oculis corporis, tandem, licèt æquo tardiùs, incipiam animi oculos aperire. Pater extemplo, hoc reſponſo audito ,quendam mittit ad Gubernatorem, qui de felici hoc exitu eum certiorem reddat. Is per eundem mandat reum reduci in carcerem ..vbi ſic affatus eſt Patrem: Credíſne Pater doctrinam, quam mihi tradidiſti, mihi ſufficere ad ſalutem animæ meæ, vt in altera vita conſpectu Domini mei IESV CHRISTI perfruar? Cumque Pater ſubjeciſſet, ſufficere: tum Banianes; Si ita eſt, prorſus miſerabilem hanc vitam, quæ mihi tantarum in Deum offenſarum cauſam dedit, deteſtor,& ſubitò ſacris aquis expiari cupio,ac nomine IESV ſalubertimo appellari, ne carnifici occaſionem prębeam vitam meā longiùs prorogandi. Suſcepto baptiſmo amplexus eſt crucifixum, ac denique pronunciato dulciſſimo nomine IESVS, bonus hic latro animam ſuam reddidit Creatori.

Quoniam verò conuerſio hæc multis nominibus fuit ſingularis, Regéſq; noſtri lege ſanxerant, id genus hominum omnibus officiis humanitatis deuinciendum, Chriſtianorum Pater illum commendauit Confraternitati miſericordiæ, quæ cùm ab aula impetraſſet corpus,& ſodales poſt triduum illud reperiſſent nullo tetro odore affectum, decenti veſte amictum, inſequente toto populo ſolemni ritu ſepulturæ mandarunt. Quæ res, quantam voluptatem Chriſtianis, tantam admirationem cōfuſionemque conciliauit Mauris & gentilibus: intelligebant ſiquidem ex hoc Banianis facto, qui nomē Saluatoris in baptiſmo aſſumpſerat, Chriſtum Dominum etiam eſſe Seruatorem Banianorum.

Cæterùm, vt ordine omnia perſtringam, operæ pretium facturus videor, ſi exemplar epiſtolæ P. Gaſpari Soarez tertio Maii datæ, de ſuæ miſsionis in Diu ſucceſſu, adſcripſero.

Incolumes, inquit, in hanc vrbem venimus ad 26 Februarii, animis libentiſſimis ab omnibus excepti. Ad concionem meam omnium ordinum factus eſt concurſus, cleri, populi, & religioſorum S. Dominici & S. Franciſci. Expoſui aduentus noſtri cauſam eſſe ſtudium & zelum ex Diu tranſmittendi in Æthiopiam, ad cōuertendos ſexcentos ſupra mille Luſitanorum liberos, qui ibi; tā quam oues ſine paſtore, miſere obetrarent, etiamſi Abiſsinorum ſchiſmaticorum conuerſio fortè non ſuccederet; deinde deſiderium noſtrum vnà cum aliis religioſis animas ipſorum ad ſalutem promo

romouendi ſecundùm miniſteria Societatis.

Verùm mercatores Baniani nón obſcurè indicarũt ſibi ingra-
iſſimum aduentum noſtrum, ſi ſedem hîc figamus, veriti id futu-
um cum ſuorum iactura delubrorum, in quibus ſua diabolica ſa-
ra faciunt non ſolùm publicè & tutò, verùm etiam cum aliquot
pidorum & curioſorum Chriſtianorum concurſu. Quare & per-
oleſtum iis erat, videre me in turba puerorum prælato doctrinæ
hriſtianorum vexillo cum arundine in manu præeuntem, Goã-
ue ad Brachmanorum & Banianorum primarios & nonnullos
nicos Luſitanos ſcripſere, ſe grauatè noſtrum conſpectum fer-
, proteſtatique ſunt hîc Doganæ regiæ iudici, ſe potiùs aliò cõ-
ſuros, quàm impoſturam hanc noſtram toleraturos. At reſpõ-
m illis eſt, Patres noſtros, vellent nollent, ibi manſuros; vnde
ctum, vt verbum nullum ampliùs auſi ſint contra nos mutire,
que ipſa didicerint, quantus fructus ſpiritualis breui tempore ex
ſtra informatione ſit conſecutus. Multæ etenim & magnæ re-
tutiones ſunt factæ, ſcandala publica ſublata, calumniæ pluri-
æ reſciſſæ; morbiſque grauiſſimis curandis præſentiſſima adhi-
ta antidota. Doctrinam Chriſtianam explicamus incarceratis,
pauperibus in xenodochio degentibus, iamque multi gentiles
rum baptiſma poſtularunt. Sacram quoque menſam plures,
iam alias vnquam, frequentarunt.

Reisbuti, populi ſunt è Mogoribus circumuicinis primarii &
llicoſiſſimi. Ex his Deus dignatus eſt ad ſanctum lauacrum vo-
re adoleſcentem 22 annos natum, quem ob egregiam indolẽ,
gendique & ſcribendi peritiam, mecum retinui, confiſus eum
erpretis loco aliquando mihi futurum, ac fidelem etiam con-
ſionis ſuorum popularium cooperatorem. Nullus dies abiit,
o non ſe offerat occaſio faciendi Chriſtianos; cæterùm, vt ve-
a Paternitas prudenter monuit, magna conſilii maturitate et-
n in hoc genere procedendum eſt.

Quòd ſi Societas in hac vrbe firmam ſemel reſidentiam obti-
erit, planè in Domino confido, miſſioni Æthiopicæ, tanto-
e exoptatæ & neceſſariæ, facilem aditum patefactum iri. Pote-
it enim hinc operarii non ſolùm Æthiopicæ, ſed etiam Mogo-
æ miſſioni ſuppeditari per viam Sindanam, in qua vnum ſacer-
um noſtrorum par ſatis eſſet ſaluandis 66 vel 70 Luſitanis,
ibi ordinariè hybernant, ac fortè nec deeſſet in cæteris locis
ta laboris materies, quanta apud ipſum Mogor. Deinde ma-
hîc Gentilium copia eſt, nec dubitamus, dum iuuandis qui in
ſidio ſunt Luſitanis, claſſique quæ in hoc portu hyemare

conſueuit, operam damus, nos pariter ciuium ſaluti inuigila-
poſſe. In ſumma meſſis tam præſens quàm futura ad omnes labo-
res tolerandos nos mirificè accendit, omnemque difficultatis
periculi amaritudinem hactenus condiuit. Quare R. V. pater
adiuuante diuina gratia ad amolienda omnia impedimenta,
omnia miniſtrorum Satanicorum conſilia & conatus de nob
hinc exterminandis, in irritum recidant. Neque nos ambigim
omnibus hominum adeoque ipſorum inferorum viribus præu
lituram Spiritus ſancti gratiam; cuius patrocinio hanc noſtra
Eccleſiam domumque, quam iuxta R. V. præſcriptum & Chriſti
norum incolarum vota excitare cœpimus, commendamus. Fr
ter noſter comes meus operi perficiendo inſiſtit, viribus integ
ſuaque humilitate, modeſtia, & ſpiritu ædificat omnes. Ex Diu,
Maii, Anno 1600.

Metus hic P. Soarez non fuit vanus, nam Dienſis Vrbis præf
ctus, vt indicaret, quàm moleſtè ferret mādatum ſibi datum, r
gauit Patrem, vt æquo animo ferret, ſi adiutor iuridicè ei impe
ret intra triduum Dio excedere. Reſpondit Pater, qua congru
bat prudentia & modeſtia; & ſi tempus hybernum & inclement
cæli diſceſſum omnium prohiberent. Hoc edictum multi quoq
ciues & alii, ac imprimis præſidiarii milites, iniquiſſimo anim
tulerunt, & per certum hominem veredarium Patrem hort
ſunt, vt magno animo hanc iniuriam ferret; quandoquidem i
procedendi modus non eſſet aliud, quàm fidem Chriſti væn
exponere: eamque loquendi formulam idcirco vſurpabant, qu
rumore ſermonibuſque hominum diuulgaretur infideles mo
ri noſtrum exceſſum; etſi reuera nonnulli non alio prætex
illum vrgerent, quàm quòd ad religioſorum numerum acc
ſio in ea vrbe fieri non poſſet, ſine magna rerū temporalium
ctura. Quem prætextum Dominus noſter declarauit fuiſſe co
mentitium & inanem; ſiquidem nunquam in portum illum, vt i
affirmant, aut confluxit tantus nauium numerus, aut tantus f
rerum omnium prouentus & quæſtus. Sub hoc tempus Pater
ceperat ab Archiepiſcopo litteras, quibus ſignificabat miſſion
hanc ſibi fuiſſe gratiſſimam, eamque maiorem in modum co
mendabat ſuo Vicario, offerens Eccleſiam S. Thomæ ad exerce
da noſtra miniſteria.

Hæ aduerſitates permouerunt bonos omnes, vt infimis pre
bus me obteſtarentur, ne ſinerem hanc Reſidentiam dilabi & d
ſolui, iuratique aſſeuerabant, illam in ſummam Dei O. M. glo
commodumque Regis ceſſuram.

Inte

Interea & fama de noſtrorum in Diu aduentu tam longè vici-
is in locis apud Gentiles percrebuit; vt Rex quidã, nomine Iam-
o, litteras humanitatis pleniſſimas ad P. Soarez dederit, poteſta-
mque fecerit in quouis regni ſui loco ſedem figendi. Cæterùm
plus nimio extra metas hæ animæ excurrant; prætermitto hìc
ias eiuſdem Patris litteras adiungere, in quibus inter laborum
orum fructus recenſet Presbyteri Ioannis nepotem ibi commo-
ntem; & tres adoleſcentes Abiſſinos; qui hoc anno peruenere
oam, & in ſanctæ fidei Seminario, cum ingenti Archiepiſcopi
niumque cupidorum conuerſionis regnorum Schiſmaticorũ
udio educantur.

Iam verò tempus, vt ad meam meorumque ſociorum profe-
onem reuertar. Exemptus periculo extremo in flumine Dama-
incidi in aliud latronum, (etſi non parui beneficii loco duco,
òd aliquam hìc imaginem periculorũ Apoſtoli Pauli intueor):
ecenti eorum populabundi vaſtabant patriam; & certis in vil-
iuxta quas iter faciendum erat, binis noctibus quindecim ho-
nes iugularant, triginta in ſeruitutem abduxerant. Quocirca
ctu diuque præmiſſis exploratoribus equitauimus; ac tandem
ente diuino numine attigimus Bazainum.

Non ſic euaſit eorum inſidias bonus P. Hieronymus Cotta.
m cùm à Tana iter faceret Ponceram per montes improuiſò
ſquam viceni latrones obuii in eum irruerunt, omnibuſq; nũ-
, quos tamen ipſe non geſtabat; aliiſque rebus vſque ad ſacra-
reliquiarum thecam expoliarunt; hac ſola moderatione vſi;
òd veſtem ad obtegendum corpus vtcunque decentem illi in-
ſerint; licèt comiti eius adoleſcenti omnem etiam veſtitum
merint, ſolo cilicio, quod bonus ille ſecum detulerat, relicto.
SALZETANAS Eccleſias inuiſi, nouamque S. Ceciliæ, tanto-
e à Reuerendiſſimo Archiepiſcopo commendatam, & à non-
lis hactenus impeditam in Poncera excitandam curaui. Ta-
in Eccleſia B. MARIAE gradum attribui quindecim è no-
, partim ſacerdotibus partim fratribus eximia virtute prædi-
Hinc progreſſus ſum ad Ciaulanos, omniumque harum par-
n Superiorem reliqui P. Hieronymum Cottam. Ibi litteras à
tris Calecutanis accepi, in quibus ea continentur, quæ de ob-
one & expugnatione arcis Cugnalanæ ſum commemoratu-
Ciauli ad octauum Aprilis quinque de noſtris conſcendi-
, cùm tribus bonæ indolis iuuenibus, quas Dominus è Luſita-
& Damano ad complectendam Societatem noſtram miſit, &
moquinto eiuſdẽ peruenimus Goã toto pectore exultãtem;

feſtoſque dies agentem ob reditum victricis claſsis, ad cuius conſpectum, ſicut & Patrum fratrumque cariſsimorum, omnia ſuperiora pericula in obliuionem venerunt, licèt nonnulla in hac poſtrema mea peregrinatione bene ſim promeritus.

Quoniam verò in dicta claſſe fuit P. Emmanuel, Gaſpar cũ fratre Alexio de Almeida: in aula verò Zamorini P. Franciſcus Ros & P. Theophilus Maſsi tractarunt de confœderatione ineunda inter Luſitanos & hunc Principem aduerſus Cugnalem Mahometanum rebellem capitalemque ipſorũ inimicum; videbar mihi Dei fidelium omnium patroni & vindicis gloriam amplificaturus, ſi hîc ſubiunxero, quæ à dictis Patribus accepi de felici huius belli exitu. Verè enim dici poteſt, nullam hactenus victoriam à Luſitanis ex hoſte partam fuiſſe, tam glorioſam & Reipublicæ Chriſtianæ propagandæ tam fructuoſam, atque hæc præſens extitit.

Summus belli Dux Dominus Andreas Furtadus de Mendoza cum claſſe Goa ad tertium Decembris diſceſſerat, & decimo quinto eiuſdem ad arcem Cugnalis peruenerat; vbi primum eius ſtudium fuit, Regem Banguel & Tainam de Olala inter ſe diſcordes & ad arma capeſſenda paratos pacificare; neque enim dubitabat, eorum diſſenſionem plurimum ſuis conatibus obfuturam. Deinde in regno Canonor portum fluminis Maim præoccupare: ex eo enim hoſti commeatus non exiguus ſuppetebat; & iam ter mille ſacci orizæ erant ibi exoluti.

Zamorinus de aduentu Domini Andreæ vehementer eſt recreatus, probè conſcius tum prudentiæ tum roboris eius, quamque Mahometanis eſſet formidabilis: imò ipſimet palam dictitabant arcem ſuam nullius virtute, præterquam illius, capi poſſe. Quare & animis penè conciderunt, vt primum claſsis in eorum conſpectum venit. Miſit eius excellentia mox tres primarios ſuæ aulæ viros ad eum in triremi ſua viſendum & ſalutandum, deinde ipſe ad tria millia paſſuum ab vrbe Calecutana verſus ſubiectum mare obuiam proceſsit, eumque magna humanitatis ſignificatione intra nobiliſsimum tentorium pro conſalutatione mutua facienda recepit, idque omnibus remotis arbitris, excepto vno P. Franciſco Ros, ſuæ excellentiæ familiari, verborumque Generalis Præfecti interprete. Is enim tum paucis quidem, ſed efficacibus dictis animi ſui inſtitutum expoſuit, quibuſque præſidiis hoſtem expugnare cogitaſſet. Sigillatim quoque monuit, vt ne facilè quibuſdam peruerſis conſiliariis, qui clanculum hoſti adhæreſcerent, facilè aures daret. Quæ

ſermo

ſermone abſoluto torquem optimæ notæ è collo ſuo detractum in collum Regis iniecit, donum oppidò illi gratum, quantumuis auro gemmiſque ac imprimis armillis in brachio dextro ſic onuſtus incederet, vt opus haberet præ defatigatione famuli honorarii humeris ſubinde incumbere; demonſtrauitque Rex confidentiam ſinceritatemque prædicti Ducis Generalis vehementer ſibi placuiſſe.

In hoc congreſſu actum eſt de præſtandis ad maiorem ſecuritatem vtrinque obſidibus Conuentumque vt Zamorinus de ſuis aſsignaret Principem Tanor, & Carnauerum primum regni gubernatorem; verùm cùm Excellentiæ ſuæ graue videretur ſuos mandari Coccinum, hoc eſt ad locum ſuorum hoſtium & rebellium, promiſerunt Patres in fidem ſuam ſe eorum ſalutem recipere. Itaque Coccinum miſsi ſunt, vbi & ſplendidè beneuole ve excepti ſunt atque tractati. Cùm viſerent Collegiũ noſtrum, omnia beneuolentiæ & amoris indicia prodiderunt, ſpectaruntque non ſine magna admiratione & ædificatione Confraternitatis Pietatis ſupplicationem, quæ per Quadrageſimam quoque die Veneris cum magno numero ſodalium in ſua terga ſæuientiũ frequentari ſolet. Zamorinus verò pro obſidibus duos habuit nobiles Luſitanos.

Sub idem tempus Coccini rex (cauſa ignoratur) per Brachmanem quendam litteras dedit ad Zamorinum, eique conſuluit, vt cum Cugnali pacis iniret fœdera, oblataſque pacis conditiones acciperet, ſiquidem tandem futurus eſſet eius vaſallus; cætera cum noſcere voluit ex baiulo litterarum, qui commonefecit eius Excellentiam, ne fideret Luſitanis, nec facilè intra ditionis ſuæ fines cum illis commorandi indulgeret, illos ſiquidem per ſpeciem exercendæ mercaturæ, in maritimis oris excitare propugnacula, ſenſim in ipſa regnorum viſcera penetrare.

Verùm probè norat Zamorinus, conſilium hoc non promi ex pectore cādido, (erat enim ei rebellis) ſed ex mera felicitatis inuidia: Voluit tamē dignitatē eius, à quo profectum erat illud, patefacere Patri Franciſco Ros, qui ſuam Excellentiam iuſsit de Luſitanorum fide eſſe ſecuriſsimam, atque ita bonis verbis Brachmanem à ſe dimiſit.

Interea Præfectus Generalis minimè otio ſe dedebat ſed omnibus neruis neceſſaria in obſidionem arcis comparabat: quam in militis priuati habitu, etiam à Zamorini parte, ſatis conſideraſſet, ſe deinde ad regem contulit, déque omnibus certiorem reddidit. Quo facto vanam docuit calumniam ſuorum, de pa-

rum tuta fide Prefecti erga ſuam Excellentiam, ſimulque occaſio
nem habuit conſilia varia præſente P. Franciſco Rois agitandi d
proſpero pugnæ ſucceſſu.

Et quoniam Anoli, Domini liberi in ampla quadam ditione
Cugnalianæ in altera fluminis parte ad ſeptentriones finitima
præſidia neceſſaria hoſti ſubminiſtrabant, Andreas Præfectus ipſ
eos conuenit, doniſque, promiſſis, & minis effecit, vt eorum ami
citiam ſibi conciliarit, & ab iiſdem quicquid in rem ſuam oppor
tunum eſſet, vt ligna, artifices, & elephantos impetrarit, imo vt ſ
arctiùs illi deuinciret, tota ditione ſua grauiſſimè ſub pœna mor
tis vetuerunt, ne quis vel minimum ſubſidii Cugnali ſubmitteret
vtque fides promiſſi conſtaret, mox eidem Generali Præfecto oct
primarios viros, dictos Gurupos, attribuerunt.

Felici quoque ſucceſſu proclives quorundam Ducum in arc
hoſtis exiſtentium voluntates explorauit, quorum duo fide pu
blica cum trecentis Mauris egreſſi certiorem eum reddidere, o
ctingentos qui ſupereſſent extrema laborare commeatus penuri
Itaque decreuit vndique ita arcem obſidione vallare, vt nullum
ſupplementum inferri in eam poſsit, miſitque eam in rem mil
Luſitanos ſupra ducentos & duodena millia Nairorum, ſupra a
lios qui Coccino aliiſque ex locis aduentabant. Ac vineis aliqu
magna dexteritate excitatis, quoniam hoſtis portu catenis ferre
obſtimato omnem nauibus aditum præcluſerat viginti quatuo
horarum interuallo, robore militis elephantorúmque ſe
ptendecim nauigia in flumen demiſſa ſunt in detrimentum
arcis.

Hoc ipſo tempore Zamorinus opus habebat intereſſe feſt
cuidam ſolēnitati, quæ duodecimo quoque anno à Regibus Ca
lecutanis iterari conſuerat, in quo omnes iniquæ exactione
quas Principes eorum feudatarii à Brachmanis vel aliis perſon
ſuperſtitionis nomine apud gentiles honoratis olim extorſerun
diſſoluūtur. Zamorinus itaq; vel ipſe cōpēſat iniuriam paſsis, v
caſtigat iniuriæ auctores. Omnes quondā Reges & Domini Mala
uarenſes ſolebāt huic ſolēnitati intereſſe, at poſtquā Coccini Re
iugū Calecutani regis excuſsit, tū ipſe tum Barones eius ſubider
tempus, vt illam Zamorini impediant, feſtiuitatē eandem ſepar
tim celebrāt, quæ primā originē trahit à quodā Brachmane reg
Tanor, qui aliquando de graui ſcelere falsò delatus, mœrens pr
fugit ad littus fluminis Gāgis, quem cæca iſta gentilitas Dei loc
habet, eiuſq; ſtatuam diuinis colit honoribus. Ibi ille, cùm aliqu
annos in continua eaque ſumma vitæ auſteritate traduxiſſet, a
tandem

indem defatigatus de reditu in patriam cogitaret, ecce ſolandi
auſa ſe obtulit eius conſpectui Gangis ſimulacrum, vel Pagodes,
ixitque ſe extremo Februarii die in flumine patriæ illius appari-
urum, effecturumque vt longè lateque exundaret, ac curſum et-
im in aduerſam partem conuerteret. Ne verò Brachmani vlla in
erbis eius ſuboleret fraus, addidit ſcabellum vnà cùm libro eius,
uod tunc idolum retinuit, eodem tēpore in teſtimonium inno-
entiæ ipſius contra curſum fluminis aſcenſurum. Mandauit quo-
ue, vt omnes Malauarum Reges & Dominos, totumque vicinū
opulum ad hoc ſpectaculum inuitaret. Brachmanus accuratè
nperata Pagodis fecit; die præfixo omnes inuitati præſtò fuerūt,
ugeſcere ſenſim vndas fluminis, & librum cum ſcabello in con-
rarium ferri oculis ſpectarunt. Sic Brachmanes infamiæ nota li-
eratus.

Ad recolēdam ergo huius fabulæ memoriam duodecimo quo-
ue anno infinita hominum turba ad conficti huius miraculi lo-
um ſe effundit. Zamorinus, cùm octo dies ſupra viginti ſui lauā-
i in dicto flumine variorumq; ſacrificiorum Gangi offerendorū
auſa conſumpſiſſet, ad vrbem reuertit maieſtate regia viſendus,
emmarumque & margaritarum ſplendore coruſcus inſidens ele-
hanto aureis laminis obtecto, & numeroſiſſimi illius populi co-
nitatu circumſeptus. In cuius præſentia ſublimem conſcendit
hronum vndique lychnis aureis argenteiſque collucentem, & ab
ulicis mirifico opere exornatum. Quo peracto aliquot iciopo-
um millia exonerantur, atque interea Rex tertiò populo certa
efert reuerentiæ ſigna, & viciſſim populus ipſi. Eandem cum re-
ia maieſtate deinde cerimoniam reputant Principes & Domini,
z populus iterum ſuam. Hinc in conſpectum regis prodeunt ro-
uſtiſſimi quique eius gladiatores, & machæris dexterrimè inter
e colludunt. His ſuccedunt populi Zamorino ſubiecti, & ad va-
iorum inſtrumentorum ſonitum primarii ſe verſus regem incli-
ant. Denique regni proceres & ſe pronos humi ad pedes regios
ejiciunt. Sed & elephantes ſuum illi honorem exhibent. Quo ve-
ò tempore hæc fiunt, nunquam rex deſertus eſt à corporis cuſto-
ibus, nempe iis qui officium vel munus aliquod regium obeunt.
n hanc ſolemnitatem Zamorinus ſumptus facere ſolet viceno-
um millium aureorum, Dæmon verò, vt multo maiorem nume-
um animarum præcipitet in Tartara, exquiſitam cōmentus eſt
raudē. Ante annos octoginta Zamorinus illius temporis regem
uendam vicinum è medio ſuſtulit, hæredique & ſucceſſoribus
erpetua lege imperauit, vt quoties feſta ſolemnitas agitatur,
 ſubmittat

ſubmittat aliquot milites, ea cõditione mactandos, vt tamen vi
ſuam vſque ad mortem tueri poſſint. In hac poſtrema adfueru
triginta, qui improuiſò irruentes in denſiſſimam mortalium tu
bam, ingentem edidere ſtragem, verùm a regiis cuſtodibus poſt
in fruſta diſcerpti ſunt.

Voluit P. Franciſcum Ros cum aliquot Luſitanis comitari a
dictam ſolemnitatem, quod diuino nutu factum videtur; na
quidam è familiariſſimis iam importunè ſuggeſſerant, ne exp
gnationem Cugnalinæ arcis proſequeretur. Cæterùm ille nih
horum latêre voluit P. Franciſcum, qui confirmauit eum nõ pa
rum in propoſito omnes Mauros regno ſuo rebelles extermina
di, conuenienter ſponſioni antè Generali claſſis Præfecto facta
idque crebriùs tractatum eſt illorum viginti octo vel triginta die
rum interuallo, quibus ſolemnitas iſta perdurauit, nec dubitau
ipſe Zamorinus palam fateri, ſe, ſi cõſilio Patris deſtitutus fuiſſe
ad expugnationem arcis nunquam proceſſurum fuiſſe.

Adhæc quoties Rex in publicum prodibat, ſemper ſecum Pa
trem habere voluit, eique digniſſimum attribuebat locum. Sed &
habitationi ſuæ proximam ei ſedem adſignauit aſſidua militu
cuſtodia munitam. Res viſa Brachmanis minimè toleranda: et
inuiti cauſa Regis magnum ei & deferrent honorem, atque etia
ſubinde inuiſerent. Mirabantur autem ſupra modum, cum,
quando incideret in myſteriorum religionis Chriſtianæ explica
tionem, tam ſolidè ex ipſiſmet eorũ libris ſuperſtitionem patria
reuincere, & arcaniſſima quæque ſacra ipſorum nõ ignorare, et
nulla darent conuerſionis indicia.

Inter Brachmanorum ſectas vna eſt, quæ ex inſtituto nihi
pendit omnia idola, colit caſtitatem in vigeſimum vel etiam vige
ſimum quintum annum, ideoque quotidie omnes eius ſectæ aſſe
clæ veſcuntur medulla cuiuſdam fructus, cui nomen caruza; ex
perti ſe illius frigiditate ad certum tempus reddi impotentes. N
abſtinent, vt alii, ab eſu carnium vel piſcium aut vini potu; nec ca
dauera eorum exuruntur. Si quando in publicum procedant, an
tecedit eos quidam elata voce inclamans (poo poo) id eſt, via, vi
Rex iis honorem & reuerentiam defert, non ipſi Regi. Alios vid
Brachmanos ferreis caueis incluſos, vultu ſqualidos, cineribuſq
in capite & veſtibus reſperſos, ad agẽdam pœnitentiam. Alios cõ
ſpexi partem aliquam corporis ſponte adurere. Atque hi omnes
vt ita loquar, ſic ſunt penitus inebriati vanæ gloriæ poculo, tan
tique applauſum popularem faciunt, vt equidem ſentiam, mini
mè eſſe Chriſtianæ humilitatis capaces.

Propter

Propter pacem, quæ nunc eſt inter Luſitanos & Zamorinum, d dictam ſolemnitatem Chriſtiani S. Thomæ Apoſtoli frequenore numero confluxere, quam alias vnquam. Et cùm quadam ie rex fortè tranſiret ædes noſtras, ipſique, quoniam mecum eint, reuerentiam ſuæ maieſtati exhiberent, magna comitate Rex ercontatus eſt, vt ſe haberent, & paulo pòſt Patri indicari iuſſit, æquo animo primarios eorum in conſpectum ſuum admiſſuos. Illi, adiunctis ſibi nonnullis ſacerdotibus, pretioſa veſte ſpeabiles non dubitarunt eum adire & conſultare. Rex hoc humaitatis officium declarauit ſibi fuiſſe gratiſſimum, multaque ab iis iſcitatus eſt de fidei Chriſtianæ capitibus. Reſpondebant illi ccuratè ad omnia, & ad extremum ſubjiciebant, ſuam legem órſus conſentire cum lege P. Franciſ. maximè quòd nunc Archiepiſcopum Goanum agnoſcerent pro ſuo Paſtore & Prælato. um Rex: Multa, inquit, mihi amicitia intercedit cum Archieſcopo Societatiſque Patribus. Videte modò, qua in re gratificavobis queam, paratus ſum locum vobis ad commorandum triiere in mea Vrbe Calicut, totoque regno: hiſque & aliis beneuontiæ ſignis demonſtratis, eos dimiſit, aulæque Præfecto mandat viaticum & Nairos dari, qui eos ſaluos & incolumes in natale que ſolum reducerent.

Perdurante feſtiuitate, Zamorinus crebriùs certiorem reddi ſſit præfectum claſſis, ſe oppugnationi arcis cupere intereſſe. il. licèt annueret poſtulatis, hoſtem tamen crebris æneorum torentorum ictibus interea fatigabat, vt irruptionem redderet faiorem, ac imprimis è portu trabes, anchoras, catenas, aliaque pedimēta, quibus obſeratus & obſtructus erat, excuſsit. Dein-, vt cognouit ex Patribus noſtris, qui degunt in Statu Naici de adurè, ab eo magna humanitate receptum Cugnalis Legatum, tientem illi poteſtatem excitandi arcem in Ramanaçor, quod n ſine ingenti rei Chriſtianæ Luſitanorumque iactura fieri terat: deinde quòd eodem loco meridiem verſus Cugnales haret naues ad fugam, ſi neceſsitas depoſceret, faciēdam paratas, creuit Præfectus munitionem ibidem erectam disjicere, vti & it, cum magna ſtrage ipſorum, ſed nō ſine ſanguine Luſitano. Poſtridie & alias inuaſere munitiones, prorſus vt adēpta ſue. Moro Cugnali ſpes præſidii ex ſtatu Naici de Madurè.

Zamorinus denique peracta ſua feſta & ſolemni cærimonia pplicuit ad Prefectum claſsis; collatiſque conſiliis & armis ſtarunt, quoniam minore ſuorum iactura hoſtis arce exueretur, nibus dare liberam ex propugnaculo exeūdi poteſtatē. Egreſſi

ſunt mille, hoc eſt 300 Mauri & ſexcentæ feminæ, tanta inedi
confecti, vt omnes ad commiſerationem ſui commouerent.

Sita erat arx in peninſula ambitu binorum millium paſſuu
comprehenſa, & mari à tribus partibus circumdata, ad meridie
continenti adhærens, vbi duabus munitionibus geminoq; vall
egregiè erat roborata. Prima munitione, in qua 66 Luſitani ſup
200 milleq; Nairi occubuerāt, facilè noſtri ſunt potiti, cū aliqu
Maurorum, qui reſiſtere conabantur, interitu; nam cæteri in alt
ram vel etiam in arcem ſe receperunt.

Quodam die prima luce nuntius ad Præfectum allatus eſt, C
gnalem icto fœdere cum Zamorini gubernatoribus de clancul
ria fuga cogitare. & quanquam eo loci Capitaneus præſidio eſſ
cum 500 militibus bene communitis, tamen quia impoſſibile r
erat ab vno homine per nocturnas tenebras falli præſidiū, conſt
tuit vnius diei interuallo totam belli fortunā, nullo ſuorū cōm
nito, terminare. tantùm hortatus ad prōptè obſequendum, qu
doquidem illico tota res conficienda foret. Ac mox omnibus C
pitaneis cōuocatis mandauit, vt extemplo cū ſuis quiſque ad n
ues ſe conferret, eique dicto parerent, quem ipſe omnium duce
& anteſignanum nominaſſet, in obediētia ſiquidem exacta, cel
ritate, & ordine ſitam eſſe victoriæ ſummam. Euocato deinde e
quē omnibus anteponendum iudicarat, ſeparatim ei dixit, vt ſt
tim poſt commiſſionem acceptam, quam mitteret cum ſuo ann
lo, cum parte claſſis ad vnum vallum ſe applicaret. & ſi Deus gr
tiam impertiret illud obtinendi, intro ſe communiret, nec vlla
cauſa inde excederet. Idem commiſit alteri cuidam Capitane
clanculum ſuggerens qua ex parte irruptionem facere deberet:
bi verò expugnandos reliquit, vt rem magis arduam & difficile
arcis muros.

His à generali Præfecto ita conſtitutis, efficacique oratione
milites habita, ſcapha traiecit ad alterā partem exercitus Zam
rini, in cuius conſpectum armatus à capite ad pedes & lecta mi
tum manu ſtipatus ſe dedit, vt nonnullas diffidentiæ reliqui
vmbráſque, quæ contra ipſum & Luſitanos in animo eius rema
ſiſſe videbantur, abſtergeret. Sedulum dehinc & admodum fid
militem cum ſuo annulo amandauit ad Capitaneum nauiū, q
occupabant fauces portus; & poſt illum, alterum cum alio ann
ad ducem nauium verſus flumen. His dimiſſis, perſtabat in c
loquio proſequendo cum Rege haud longè à munitione mu
rum, quos inuadere ſtatuerat. Audit paulo pòſt diſploſiones cl
ſis portum ſubeuntis, perpendénſque moram ſuam cum Zam

no impedituram, quo minùs tempore Capitaneis præſcripto erueniat ad muros, ſubitò ſe inde nullo etiam reuerentiæ ſigno egi dato, vel verbulo enũciato, proripuit, atque cum ſuo militũ gmine antè ad locum deſtinatum peruenit, quàm alii milites è auibus exſcendendi finem feciſſent; Tum ingenti clamore ela- o effecit, vt momento temporis milites euaſerint in muros, & re- ium vexillum ibi defixerint. Fuit autẽ ipſe de primis vnus Mauri mprouiſa irruptione turbati mox terga dedere cum multa ſuo- um clade, cùm alii intra arcem ſe reciperent, alii natatu euade- e conarentur, ignari flumen occupatum à noſtris nauibus. ranſiit Præfectus generalis ad vallum ſuprà nominatum, & i via juſſit injici ignes in vicos vel ſuburbia. Ad vallum vt per- enit, noſtri, qui iam illud ceperant erectis vexillis ſuis, Mauro- um verò dejectis, & per terram tractis, obuiam læti & alacres parta victoria proceſſerunt. Vnde factum eſt, vt arx vndique bſidione cingi potuerit: etſi qui eam tenebãt, vt erat fortiſſima, trecentis æneis tormentis inſtructa, (licèt nõ admodũ magna) xiguo numero facilè tueri poſſent. Quare & Præfectus Genera- s arctiùs cã terra mariq; circũvallare conabatur, & cõtinenter octu diuque eam verberabat, nullo viciſsim ab obſeſsis recepto ocumento. Andreæ Rodriquez capitaneo pila ferrea dentes nteriores excuſſerat, quos exſpuens perlepidè dixit: Mau- s iſte profectò præſciit me non ampliùs dentibus illis come- urum.

Interea Cugnales non deſtitit ſummopere admirari vigilan- em, ſolertiam, & labores infractos noſtri Præfecti Generalis; tã- que celeritate omnes in angulos circumuolitabat, vt in opinio- em veniret eum eſſe magnum prçſtigiatorem animũmq; geſtare quatuor corporibus. Alii dictitabãt virtute annuli ei ab Archie- ſcopo Goano traditi nullis ſcloporum ictibus lædi poſſe. Nec fuit id temporis Patribus noſtris bene agendi materia; anima- nt ad pugnam milites, cõfeſsiones excipiebant maximè ęgro- m & vulneratorum in primaria triremi, quæ conuerſa erat in aletudinarium. non exiguum quoque laborem impendebant in cificando Zamorino cum Luſitanis, cauendóque, ne ad manus nirent. Neque tamen idcirco Rex quicquam de opinione ſua ga Patres detraxerat, palàm conteſtans, ſe quatuor annorum nſuetudine ſatis didiciſſe, quanta fide & ſinceritate omnia ſua erent: cõtrà verò nõ poſſe ſe æquè fidere Capitaneis, qui vltro tróque nũc venirent, nũc abirent. Eandẽ de nobis opinionem, mo maiorem, de noſtris habet Præfectus generalis, & alii.

Spolio-

Spoliorum bona parte, præter eam qua flammis abſumpta eſt, potiti ſunt Luſitani & Nairi. Multa a Mauris humi abdita, & ne in effodiendis aliqua naſceretur perturbatio, mandauit binos vtrinque interuenire, ſed ob barbaros gentilium mores, & quia Luſitani patriarum conſuetudinum ignari erant, ſine tumulto res peracta non eſt. Luſitani enim vnum è Nairis Primarium trucidarunt; qui querelam ad Regem detulerunt; ſed Rex eos placari curauit, ſpopondit que ſe per P. Roſs indicaturum Præfecto generali, vt de percuſſore meritæ pœnæ exigantur. cæterùm illi majori furore æſtuantes vociferabantur, ſe Rege deſtitutos, quando quidem ſua Excellentia Luſitanorum opera potiùs quam ſuorum ſubditorum in ea legatione vteretur, eoque iſtorum barbarorum rabies progreſſa eſt, vt cùm Zamorinus dictum Patrem ad ſe acceſſiri juſsiſſet, ſubitò aliquot Nairi à tergo in via Patrem ſtrictis machæris aggreſſi ſint, & è medio iuxta palatium Principis, filii Regis, ſuſtuliſſent, niſi Princeps cum clamore & minis eum ex manibus illorum eripuiſſet; quem tan diu apud ſe detinuit, donec Præfectus Generalis per duos alios Patres, quos ſecum habebat, vtramq; partem inter ſe conciliaſſet, Nairiſq; demonſtraſſet, nos ipſos quidem culpæ immunes eſſe.

Dum Præfectus in deliberanda arce diſtinetur, per exploratores rem certior redditur Zamorinum contra fidem datam tradendi Cugnalem viuum vel mortuum in ſuas manus, vendidiſſe illi centum millium ſcutatorum pretio tranſitum liberum per Statum ſuum ad alienas terras. non tamen de pactis conuentis adhuc certò conſtare. Quo nuncio tantopere commotus eſt Præfectus, vt intra viginti quatuor horas contra ipſum Regem non dubitauerit omnes Nairos exturbare. Incredibili dolore hic caſus affecit Patres, vt ex quo cernebant totius belli ruinam conſecuturam, maximè cùm Præfectus ad Colloquium a Zamorino accitus reſpondiſſet, ſe libenter venturum, ſi colloquium inſtituatur in patulo campo, manuque armata: armis enim ſe decreuiſſe cauſæ ſuæ æquitatem tueri. Rex recuſauit cum armis prodire; ſatisfacturum ſe arbitratus, ſi cum milite ſuo armato compareret. Vtrinque ſtabant copiæ, & in medium earum ambo, Rex & Præfectus Generalis, ſpectantibus omnibus proceſſere. Tum Præfectus clara voce Zamorinum in hęc ferè verba grauiter eſt affatus: Ego Domine, per gratiam Dei ſum ille belli Dux, qui nunc eligit Reges & Principes, nunc deponit, ac etiam capite mulctari mandat, (quod reuera iam fecerat) & per Chriſti legem iuro, ſi Cugnales tuo fauore vel nutu euadat meas manus, me cum his omnibus

Luſita-

..ſitanis, nullis parciturum laboribus, donec vrbem tuam cum
oto Calecutano regno igni ferroque exſcindamus. Quæ verba
nterpres oriundus e Ceilano pius & honoratus Chriſtianus, ex
atrum conſilio, ſumma animi lenitate regi expoſuit. Verùm Za-
norinus, etſi verba Præfecti non intelligeret, tamen ex vocis ſono
geſtibus facilè conjiciebat pectus eius præ indignatione æſtua-
e: itaque ſubitò mentem mutauit, & litteris publicis manu ſua
onſignatis promiſit ſe non modò Cugnalem, ſed etiam quadra-
inta Mauros primarios in eius manum traditurum. Addidit, e-
iamſi cum antiqua regni conſuetudine pugnaret, perſonam ali-
uam tradere alteri, tamen quoniam Cugnales id promeruiſſet,
on eſſe eum alio loco, quàm rebellis & hoſtis ſui Principis cen-
endum. Ergo ruerunt in mutuos amplexus, ſonituque tubarum
fiſtularum, maximoque tormentorum boatu ſummæ lætitiæ &
ratulationis ſigna dedere. Zamorinus, cùm animaduerteret ſe
nfidis ſuorum conſiliis toties in ſummas redactum anguſtias, no-
uit ampliùs eorum opera vti, ſed totum ſe dedebat Patrum judi-
io & voluntati.

Cugnales aduertens arcem tum è nauibus tum ex terra ictibus
ombardarum ita conquaſſatam, vt facilè in eam aditus inimico,
uoties collibuiſſet, pateret, deinde vix in ſolidum diem neceſſa-
ia ad victum quotidianum ſuppetere, cogitauit de ea reddenda
amorino, ſalua incolumitate vitæ: cumque eam cogitationem
nimo agitaret, poſtera nocte ſomniauit ſe ab eodem Zamorino
aditum Præfecto Generali, vti retulit in ſequenti luce ſui cubi-
uli cuſtodibus, & more Maurorum, neci addictum. Aiunt eũ viſo
lo perculſum ocreas & ſandalia induiſſe, animaſſe præſidium, vt
nprouisò irruerent ſecum in hoſtem, glorioſaque morte occum-
erent; at militem reſpondiſſe, nunquam ſe rem tam ſtultam ag-
eſſuros, id enim non eſſe aliud, quã ſe mactandos & hoſtili gla-
o diſcerpendos tradere. Tunc quidam ex pſeudoprophetis ad-
lans eum è turba retraxit, & remotis arbitris multas precatio-
es ſupra eius caput recitauit, ac tandem conteſtatus eſt, eum ne-
uaquã moriturum, eo quòd nulla fides adhibenda ſit inſomniis.
terea Mauri ex ſumma arce popoſcerunt ſibi fieri copiam au-
entiæ apud Præfectum Generalem. At ille præteritarum fraudũ
rſutique & perfidi ingenii Cugnalis probè memor & conſcius,
uſq; progreſſionem factam in disjiciendis arcis mœnibus, vt va-
la vnius diei impreſſione obtineri poſſit, reſponderi juſſit, nihil
bi negotii eſſe cum ipſis; tamen ſi cum Rege colloqui vellent, ſe
ea conditione permiſſurum, vt legato ipſorũ è ſuis Capitaneis
vnus

vnus comes addatur, qui caueat ne cum alio quoquam ſermo inſtituatur. Mahometani conditionem acceptarũt. Bis auditi ſunt ab eius Excellentia; qui mox indicari iuſſit Præfecto Generali finem negotio eſſe impoſitum, ſeque ſub noctis crepuſculum coram relaturum. Quanquam Rex omnia ex ſuperiori amborum congreſſu habens ſuſpecta non antè in eius conſpectum ſe dare voluit, quàm per Emmanuelem Gaſparem fidem ſuam obſtrinxiſſet, ſe nulla ipſum iniuria affecturum. Miſſus eſt Pater poſtulatus, qui metum ſuſpicionemque omnẽ illi ademit, fidemque & ſinceritatem Præfecti confirmauit. Itaque in colloquium ventum eſt, & poſt paucos vtrinque collatos ſermones Zamorinus cum ſuis copiis in vnam partem arcis, Generalis verò in alteram cum ſuis ſeceſsit, relicto in medio ampliſsimo vię ſpacio, per quã obſeſsi excederent. Ac primo loco quaterni egrediebantur ægri, & eodem poſt eos ordine vulnerati, tum milites exarmati, ac poſtremò Cugnales, cum Aio, Secretario, & Cinale aulæ magiſtro, aliiſque primariis viris, pretioſa admodum veſte amictus, nudaque machæra, ſed cuſpide in terram conuerſa, inſtructus. Vultu prodibat imperterrito, quo intimum cordis metũ celaret. Zamorinus iuſsit illi adimi machæram; qua apprehenſa, annuit Præfecto, vt mandaret eam accipi, vti & mandauit. Tunc Nairi veriti, ne Luſitani per vim eũ abducerent, cœperunt conclamare ad arma. Sed Rex ilico ſubiecit, ſe ſponte ſua eũ tradere in poteſtatem Præfecti Generalis. Atque ita Cugnales, Cinales, & Secretarius, aliique quadraginta Mauri captiui à Luſitanis abducti ſunt, quaternis vel quinis per occaſionem tumultus fuga elapſis. Zamorinus etiam atque etiam obteſtatus eſt Pręfectum, ne vlla ratione Cugnali vitam condonaret.

Deinceps Præfectus Regem manu apprehenſum in arcem induxit, eique Regiæ Maieſtatis nomine (exceptis æneis tormentis, quæ ex æquo inter vtroſque diſtribui debebant) omnia, quæ intra illam erant, conſignauit, collaudans eum quòd in fide data perſtitiſſet, amicitiæque & confœderationis leges ſartas tectaſque cõſeruaſſet. Ac, vt hoc hominum genus minimis etiam commodis incredibiliter inhiat, dici nequit, quantũ Rex hac liberalitate fuerit recreatus, palamque apparuit, non fuiſſe vnquã Luſitanorum mentem, vt illi ſibi perſuaſerant, prætextu oppugnandæ arcis viriumque confirmandarum voluiſſe mittere illos ſub iugũ, & ſtatum eis eripere.

Verùm ne ipſe ingratum ſe diuino numini pro tanto beneficio præbuit D. Andreas Præfectus; nam flexis humi genibus cũ mul-
tis la

s lachrymis & verbis, affectu pio & religione pleniſsimis, Deo
ratias egit. & inſequenti ſabbatho, hoc eſt, die 18 Martii, ſacrum
liſſæ in honorem Deiparæ Virginis, cui erat addictiſsimus, quā-
ue, dum in Præfectum generalem à Prorege nominaretur, in pa-
onam & protectricem claſsis receperat, ſolemni ritu cantari
oluit. Quo tempore & in Eccleſiam noſtram in ſuo palatio exi-
entē venit, vt ſe Domino & Sanctis eius per Litanias tunc roga-
i eius à Collegio recitatas commendaret, atque etiam preces &
atres aliquot profectionis comites impetraret. Cum primis au-
m Sodalitati Marianæ, cuius ipſe actu Præfectum agebat, ma-
rem in modum inculcauit, vt pro felici belli exitu ardenter cō-
nenterque cœleſtes fores pulſarent.

Zamorinus coram Præfecto, omnibuſque claſsis ducibus, tam
ulta tantaque ſigillatim in laudem Patrum Societatis dixit, vt
bore ſuffuſi cogerentur ſe inde ſubducere: nec tamen id regem
ſemel inchoato ſermone deterruit, ſed tandem aſſeuerauit fœ-
us à ſe cum Luſitanis initum, ac conſequenter proſperum extre-
i belli aduerſus Cugnalem exitum, ſe adſcribere Patrum cando-
& ſinceritati. Præfectus non obſcurè demonſtrans, quantopere
bi arrideret tam præclarum teſtimonium, viciſsim magno affe-
u ſuæ Excellentiæ commendauit, vt decerneret, nunquam Pa-
es à ſuo latere dimouere, ſi amicitiam beneuolentiamque cum
uſitanis continuare vellet.

Denique iteratò confirmatis pacis fœderibus, ex æquo tor-
enta bellica inter ſe partiti ſunt, & ſolo æquata arce cum ſuis vi-
s, qui ob ædium numerum integrum oppidum adæquabant, v-
inque diſceſſum eſt, & Rex Præfecto Generali laminam auream,
tterarum patentium vice, exhibuit, in qua ſpondebat, quamdiu
ol & Luna conſpicui forent mortalibus, Mauris nullum locum
l ſedem eo in tractu futurum, poteſtatemq; eſſe Luſitanis ma-
andi omnes, quotquot inibi deprehenderint.

Ingens hominum turba confluxit ad ſpectandum Cugnalem
tena vinctum; toto oriente inde ab annis triginta ob res geſtas
leberrimum. Nam aſsiduis excurſionibus, Zamorino opitulā-
, infeſta reddebat Indiæ maria: iamq; inexpugnabili arcis nido
tus regium nomen vſurpare cœperat, & appellare ſe ſectæ Ma-
metanæ Propugnatorem; paſsimque omnes cum eius publica
le litteriſque nauigationem ſuſcipiebant vſque ad mercatores
uſitanos. Mecham miſerat trophæum victoriæ ſuperiori anno
tentæ, nempe effigiem arcis ſuæ à Zamorino noſtriſque obſi-
one cinctæ. Amandabat quoque Legatos ad omnes Reges Prin-
cipeſque

cipéſque Mahumetanos, imò ad ipſum Turcarum Imperatorem cum nauibus Mecham tendentibus, eum certiorem reddens de nomine Luſitanorum in India iamdudum extincto. Quare Mauri vehementer vbique obſtupefacti ſunt cognito hoc funeſto Cugnalini regni excidio; imò nonnulli dictorum Principum, qui rumoribus ægre credebant, certos homines ſubmiſerunt, qui rem totam præſentes explorarent. Ipſe verò, quoties coactus eſt ſe ſpectandum offerre aliis, ſuam fortunam deplorabat, & in carcere Goano confeſſus eſt, ſe juſta Dei vindicta in hanc calamitatem conjectũ, maximè quòd per ludibrium ſacrorũ noſtrorũ aliquando veſte ſacra, quam Caſulam vocant, indutus inceſsiſſet, ſuiſque permiſiſſet vt calice conſecrato, ad ſputa excipienda abuterentur: ac etiam Chriſtianum mancipium, quod hanc eius impietatẽ coarguerat, è medio tollerent, addiditque ab eo tempore, quo hoc facinus deſignaſſet, res ſuas in deterius prolapſas, donec tandem ſtatu ſuo exueretur, & Goæ capite multaretur. Obiit autẽ in perfidia ſua obſtinatus, nulliuſq; induſtria vel noſtrorum vel aliorum Religioſorum potuit ad meliorem mentem reuocari.

Longè ſecus occaſione hac vſus eſt eius Secretarius & Oeconomus Ginales. Hic natione erat Chinenſis, à pyratis Mauris in adoleſcentia captus, & poſtquam Mahumetanæ ſuperſtitioni nomen dedit, ſummus Chriſtiani nominis hoſtis, ſic prorſus, vt ad eos peruertendos varia tormentorum genera excogitarit. Verũ vt à Chriſtianorũ Patre cognouit, de vita ſua actũ, monitis Patrum noſtrorũ flexus eſt ad accipiendum baptiſmum, vt euadere poſſet mortẽ æternã; quẽ cum Secretario alioq; Mauro primario, nepote Catimuſſæ, exemplo eorum permoto, piè ſuſcepit.

Cum claſſe Goam venerat Vniales Catale Zamorini nepos, ad firmanda pacta conuẽta pacis cum Prorege, iam inita inter Principem ſuum & coronam Luſitanici regni. Hic, quemadmodum ex annuis ſuperioris anni Veſtra Paternitas cognorit, ſuſcepit ſacrum lauacrum à quodam Patre noſtro, & chriſma à Reuerendiſſimo Archiepiſcopo clanculum in quadã triremi, proptereà quòd nondum tẽpus eſſet eius fidem propalandi. Is, durante bello, illuſtribus exemplis in iis, quæ ad legis noſtræ obſeruationem attinent, fidem ſuam probauit, ac inter cætera cum nomine Zamorini negotia quędam tractanda cum Patre quodam tũc haberet occaſionem arripuit illi exomologeſin peccatorum ſuorum faciẽdi, idque in publico loco, cum eo ambulando, ne cuiquam ſuorũ ſiniſtrè ſuſpicandi cauſa daret.

Quamdiu Goę ſubſtitit, exſaturari nõ potuit noſtrorũ homini

ōnſuetudine, ſummaque voluptate perfundebatur, videre tantā multitudinem feruoremque recentium Chriſti Eccleſiarum in ora Salzetana: Vbi Generali illius regionis Præfecto ſuiſq; Nairis fortè in ſolemnem quandam ſupplicationē inciderat; magnoq; dolore ſe affici declarauit, quòd tempore ſacrificii Miſſæ cogeretur Eccleſia excedere, ne ab Ethnicis proderetur.

Quodam die hic Dñs mecum & cum P. Franciſ. Ros in cubiculo haud breui temporis interuallo de rebus ſpiritualibus modóque Malauares ad fidem Chriſti aggregandi verba fecit; cumq; demum ei offerrem perbellam effigiem Agni Dei in cera expreſſam, nixis eam genibus accepit, & magna deuotione exóſculatus eſt, promittens ſe è collo vſque ad finem vitæ geſtaturum.

In digreſſu ſuo hinc per Calicutum effecit apud ſuos, quantũuis gentiles, vt eleemoſynam ſubminiſtrarēt pro cruce apud Malauares defixā. Et benedictionem ſuam Dominus noſter iis impertiit, vt ſalui ad ſuos reuerterent, nam è binis nauibus ſociis, altera prorſus à fluctibus hauſta periit; altera, quæ vehebat Procuratorem noſtrum de Calecut; ſic conuulſa eſt vi tempeſtatis, vt vix vectores incolumes reddiderit. Atque hæc occurrebant ſcribenda de miſſione ad Zamorinum.

Quod ad cæteras attinet verſus Meridiem inſtitutas, eæ non ſine aliquo fructu curſum ſuum tenent, & ſpem vberioris frugis atque etiam victoriæ contra difficultates omnes promittunt. P. Stephanus Britonus Rector Collegii nouæ terræ, ex ordinatione Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, vnà cum S. Thomæ Archidiacono, ſuperioribus diebus totum illum Archiepiſcopatum viſitauit, ac denique iidem cum fratre Ioanne Maria Campori, (vt ſub finem dicetur) qui breui tempore linguam Sorianam aſſecutus eſt, iter inſtituêre ad populos, dictos Maleas, quorum Rex ſcripſerat, eos ad Chriſtianam religionem aſpirare. Noua reſidentia in vrbe Angamala dicti Archiepiſcopatus Metropoli felices habet ſucceſſus poſt reditum P. Antonii Toſcani, qui ob diſſenſionem inter Luſitanos & Malauarum regulos ortā coactus fuerat inde diſcedere.

Adhæc in regno Porcano magna ſpes eſt proceſſuræ nouæ Reſidentiæ, quòd perbenignè & humaniter Rex Patres noſtros ibi tractet, & Goanis res ſuas commendet. Addictum eſſe rei Chriſtianæ, tribus argumentis didicimus Primum eſt, quod Patribus plena poteſtas facta ſit excitandi templa, & cruces in quauis regni parte deſigendi. Alterum, quòd omnibus liberum ſit, Chriſtianis initiari ſacris, ſine vlla ſuarum dignitatum vel officiorum, quæ afferunt, iactura, vel obligatione ratione baptiſmi ſuſcepti ali-

quid ſoluēdi; quod idē cōceſſum eſt veteribus Chriſtianis S. Thomæ, eiuſdem ſubditis. Tertium eſt, vt iuxta Eccleſias noſtras neque ſint neque conſtruantur Moſcheæ Mahumetanorum, nec gentilium delubra, aut Synagogæ Iudæorum. Quartum, quod Patres poſſint cum ſociis neceſſariis per totum regnum excurrere, & quamuis vrbē vel terram, etiam tempore belli, intrare. Quintū, quòd nulli in hoc regnum aditus ſit Epiſcopo vel Prælato, niſi approbatus ſit à Pontifice Romano & Luſitaniæ Rege: & ſi fortè Schiſmaticus aliquis vel alius ſe oppoſuerit Prælato de Serra, Rex promittat ad talem puniendum præſidium brachii ſecularis.

Mauri è regno Porca, in cuius portu vetus domicilium habēt, conſilium inierant de interimendo P. Franciſco Fernandez, Chriſtianorum in vrbe S. Thomæ Parocho, & linguæ Sorianæ Magiſtro, ſed fruſtra. Nam Rex patefactis coniurationis indiciis triginta Nairos de quingentis trucidari iuſſit, & habitationem eorum ſolo æquari.

Eccleſiæ in ora Trauancorana nonnullam turbationem perpeſſæ ſunt propter bellum, quod inter hunc Regem & Naicum de Madurè exarſit, qui Naicus cùm vltra caput Comorini prouectus fuiſſet, ille copiis ſuis longè ſupra illum eductis coēgit eum retro curſum cōuertere vſque ad Coulanum: quanquam ab ambobus Principibus ſemper noſtrorum ratio habita eſt. P. Prouincialis eos hoc anno cum omnibus Chriſtianis; quorum curam habent, præſentia ſua non parum ſolatus eſt. Inuiſit enim partes illas omnes vſque Tutucurin: reliquum committens viſendum P. Emmanueli Vegæ, nempe oram Coromandellæ, & Nagapatan vſq; ad Biſnagā; nec enim per vires corporis poterat tam remota & incommoda itinera conficere.

In Nagapatan commorantur è Patribus Nicolaus Leuantus & Ioannes à Coſta, toti ciuitati gratiſſimi, ad cuius ſalutem diuinitus deſtinati videntur. Nam cùm occaſione ciuis cuiuſdam, ſub meum aduentum morte defuncti, ciuitas tota in duas factiones contrarias diſceſſiſſet, nec dies vllus abiret, quo non ſeptuaginta octogintáve fiſtulæ ferreæ in obuios exonerarentur; cum multorum læſione vel interitu, placuit denique diuinæ clementiæ gratiam impertiri Patribus noſtris, vt pro ſuo zelo & prudentia omnibus autores eſſent, quo poſitis diſcordibus armis animiſque in ſolidam concordiam & pacem conſpirarent. Reliquis miniſterii noſtris quoque ſuus conſtitit fructus P. Leuantus lingua Tamul conciones habet ad gentiles, & crebrò cum eorum litteratiſſimis colloquia & diſceptationes inſtituit, quibus conuicti paula-
tim

cim viam ſibi parant ad regnum Chriſti.

Ex nauibus hoc anno in portum Nagapatanum, orientis celeberrimum inuectis, appulſus eſt & iuncus è Sina, vnumque nauigium Iapponicum, quos omnes, vt Pater ſcribit, noſtri rudimentis doctrinæ Chriſtianæ imbuebant, vt primo quoque tempore ſacris aquis abluerentur; & iam nauarchus iunci ſolenni ritu in noſtra Eccleſia baptizatus erat.

Habemus & aliam ſedem nouam in Chiſtapatan, vbi P. Alexāder Ieni ſuarum concionum initio multos Chriſto adiunxit, atq; inter eos ipſum Adigar, id eſt, Præfectum loci. Verum, quia Colgana Naici de Gingi ſubditus ſua tyrannide dictum locum turbabat, Pater, ne cauſam daret grauioribus incommodis; ſe recepit in Vanapatan vrbem Naici, ibiq; incolæ illi præter Eccleſiam iam fabricatam domicilium & alia neceſſaria attribuere. Sed cùm Naicus, miſſo ad Chiſtapatan idoneo militum præſidio, ſatis Colganæ faſtum retuderit, poterit P. Alexander cum P. Emmanuele Campello ſuo ſocio inibi tutò hærere. Itaque ſuo diſceſſu nō molò illam reſidentiam nō diſſiparunt, ſed magis corroborarunt, ac præterea hanc in Vanapatan lucrifecerūt. Quanquam haud multo pòſt, vt rumor percrebuit de Naico veneno ſublato, P. Alexander & P. Emmanuel Vega, qui illac iter habebant, parum fuerint ſecuri, nauiſque qua vehebatur P. Vega bis terve à pyratis tentata fuerit, licèt Dominus ſemper liberauerit eum præſidio fugæ ipſorum, nec tamen ſine internecione aliquorum. Miſſio verò Biſagana Emmanuelis Vegæ iam nominati, Melchioris Cotigni, & Franciſci Riccii cum vno fratre, omnino felices progreſſus facit, & Regem habet fauentem, vt veſtra Paternitas diſcere poterit ex ſequenti epiſtola Regis è Canarano idiomate traducta in Luſitanum.

Rex regum & Magnus Dominus; Eques equitum, Ouencateati, id eſt, Rex poſt Deum, &c. P. Viſitatori Nicolao Pimētæ, &c. Litteræ R. V. mihi magnæ fuere voluptati. P. Emmanueli Vegæ, Superiori Patrum hic degentium in regia mea vrbe Ciandegri, locum ædificandæ Eccleſiæ & habitationi idoneū adſignaui, ac pro annuo vectigali, vnde ſe cōmodè ſuſtētent, terrā Elamur S. Thomæ vicinā; paratuſq; ſum eos, qui huc venerint, honore debito omnibuſque humanitatis officiis proſequi. Adhæc poteſtatem illis dedi vbiq; legem Dei annunciādi; meiſque ſubditis permiſi, vt Euangelio Chriſti nomen darent; nullum ea de cauſa diſcrimen ſubituri. Goæ puto nō ignorari, quāto amore Luſitanos proſequar; cogito breui annulum aliaque munera per meum interpre-

 tem

tem ad Proregem mittere;ſicut R.V. illi poterit indicare, vt priſtina inter nos amicitia conſeruetur. Cætera particularia ſcribit P. Vega. Huculque epiſtola Regis Biſnagani.

Subjiciam hîc epiſtolam P. Melchioris Cotigni; de dictæ miſſionis progreſſu. Quoniam P. Vega diſtinetur inquit in viſitatione Collegii S. Thomæ, Ciandegri tres tantùm verſamur, P. Franciſcus Riccius; Frater Alexāder Anglus, pictor; & ego. Iam doctrina Chriſtiana cum catechiſmo in linguam Badaganam eſt tranſlata, & Alexander abſoluit picturam trium S. Regum & B. Mariæ cum puero in brachiis, in binis tabulis, Regique oblata eſt vtraque, qui eas cum reuerentia recepit, & inter pretioſiſſimas ſuas res depoſuit. Tertiam quoque, quæ eſt de deſcenſu Chriſti ad limbū, propemodum perfecit. Placeat diuinæ maieſtati, vt aſpectu conſiderationeque horum myſteriorum ad perfectam aſpiret notitiā veritatis. Tam familiariter cum fratre agit, vt cùm inter pingendum præſenti Regi diceret, ſe non habere ſat colorum, ille ſtatim centum aureos attulit, & in manum eius indidit.

In conuerſionis negotio patientia opus eſt, donec Dominus noſter gentem tam cæcam luce ſuæ fidei colluſtrare dignabitur; interim pro officio noſtro omnem lapidem mouemus in cordibus emolliendis; ſoli Brachmani horum gentilium pſeudodidaſcali conatibus noſtris pertinaciter obſiſtunt, eóque damno maiori, quòd potentia, auctoritate, & profeſſione ſanctitatis (ſunt enim idolorum ſacerdotes) multum in vulgus valeant, imò in illos totius regni gubernatio quaſi incumbit (nam è quatuor Conſiliariis ſtatus tres ſunt Brachmani). Hi tanquam amici Principibus ſeruiunt, hi faſtos nefaſtóſque dies annunciant, & licèt aliquando in rebus naturalibus verum dicant, in aliis tamen manifeſtè hallucinantur.

De Solis Eclypſi, quæ 10 Iulii anni huius 1600 incidit die Lunæ ſub meridiem, cognouimus eos hominibus perſuadere, eam accidere, quando Draco, quem illi inter ſigna cæleſtia annumerant, mordet Solem aut Lunam, atque ideo Rex aliíque ob dolorem & mœrorem cibo omníque potu toto die abſtinuerunt, dicentes: O miſeros nos, quoniam Draco deuorat Solem.

His ſimilibúſque fabuloſis commentis Brachmani adjiciunt præterea execrandas quaſdam ſuperſtitiones. Superioribus diebus in vrbe Prepeti tribus paſſuum millibus à Ciandegri diſiuncta celebrarunt feſtum Pagodes vel idoli Perumal in nuptiarum eius memoriam. Quod concurſu tot exterorum vndique confluentium frequentatum eſt, vt oblatio illius diei ſummam exæ-

quari

quarit 200000.millium ſcutatorum; ſolemnitati interfuere Rex & Regina cum aulica familia & populo vniuerſo. Vrbique cuſtos remanſit ſolus Delauaius eius gubernator cum parte militum. Circa 24 horam Pagode vel idolum in prægrādi carro triumphali deportatum fuit à decem hominum millibus: & quāuis ſub medium noctis durante omnino proceſſione imber de cælo cecidet, qui Regem à proſequendo itinere deterruit, tamen per vnum adhuc milliarium & dimidiatum delatum eſt, & tandem ſuo loco reſtitutum. Luna præterita celebrarunt & vaccarum ſolemnitatē, nam ſuum antè nominatum Perumal credunt Vaccæ filium, quare omnes vias plateáſque vſque ad palatium regium licebat videre refertas hoc genere beſtiarum. Obſtupeſco profectò, homines cæteroquin ratione & iudicio tanto, quanto Rex aliíque Principes viri ſunt, præditos, tam tetris & belluinis diſtineri erroribus. Confido prorſus, ſi Dominus noſter dignabitur huius Principis mentem luce ſua cæleſti illuſtrare, ſubditos facilè eius exemplum imitaturos, multóque ardentiores tenacioréſque in vera religione futuros, quam nunc ſint in falſa & ſuperſtitioſa.

Rex pergit in dies maiore nos amore & beneuolentia proſequi, & poſtremò in lite quadam nata inter Luſitanos ciuitatis S. Thomæ, & ſuum Delauaium, conceſſit quicquid poſtulauimus; nam P. Vegæ Rectoríque illius Collegii amplam poteſtatem dedit dirimendæ controuerſiæ, conciliandíque vtramque partē, quod magna cum omnium approbatione perfecerunt. Cùm quodā ædes noſtras tranſiret, percontatus à nobis eſt, vnde nobis de eo aduētu cōſtitiſſet? nam prodieramus extra fores, honoris deferendi cauſa: vultuſq; hilaritate & ſerenitate declarauit ſibi hoc officium noſtrum pergratum fuiſſe. Æquo lenior eſt in delinquētes, & idcirco apud ſubditos deſpicitur; vbiq; regnum obtinet perniicioſa & effrænata licētia, quod intelligi quadātenus poteſt ex ſubiecta narratione. Miſerat magnus Mogor ad hunc Principem Legatum, cum variis muneribus, maximè inſignium equorum. Hæc munera magna parte, cum vno equorum optimo furto, ſublata erant à quodam regis ſubdito. Nulla autē pœna alia turpiſſimum hoc facinus multauit, quam quod per litteras adduci iuſſerit caballum, & cætera ablata munera, eaq; cum vna gemma dono dedit Legato, qui eandem dedit nobis, cùm triginta dies hoſpes noſter fuiſſet. Cognoſcit Legatus ille P. Xaueriū alioſq; Patres noſtros, qui degunt in regno Mogor, & quodam die admodum honorificè de illis locutus eſt, narrauitq; quanto loco eſſent apud Magnum Mogor; & reſpōdit Rex, ſe in hoc genere nulla ratione ei ceſſu-

 rum,

rum. Opinio erat regem noluiſſe aures præbere Legato, & mune-
ra repudiaſſe: eo quòd didiciſſet ex ſuis quibuſdam Ducibus, reg
Mogor non eſſe fidendum: cùm ſiquidem ſubiugatis iam tribus
Maurorum Regibus, Abdenagran, Idalcan, & Maſſulapatan, pro-
ximè ad regnum Biſnagenſe excidendum progreſſurum. Verùm
reſpondit Rex: Regnum meũ eſt in Dei manibus, is ſolus impera-
re poteſt, vt mihi adimatur; at ego non deſiſtam illud tueri pro
viribus, iamque apud animum meum conſtitui, nunquam Mau
rorum pedibus oſculum infigere. Itaque poſtero die Legato au
diẽtiã fecit, & fertur nobile munus ad Magnũ Mogor remiſſurus
Menſibus elapſis fama vulgabatur, Regem hunc moturũ bel
lum Naico de Tangaor, dicto Aſtapanaico: verùm ille paulò poſ
exceſſit è viuis, cadauere eius cùm trecentis concubinis, ad hono
randas eius exequias, combuſto; quæ libentiſſimæ iuxta diaboli
cam cæcæ gentilitatis ſuperſtitionem in flammas inſilierant. Ita
que nec prætextus de reuocanda magna vrbe Gingi ad ſuam obe
dientiam, ſucceſſum habuit. Nam Chiſtapanaicus eius Dominus
qui Reuerentiam veſtram, dùm illac iter faceret, tanta beneuo
lentia excepit, cùm nunc è veneno hauſto æger decumbat, addu
non poteſt Rex, vti natura clemens & miſericors, vt bellum illi
quatumuis rebelli, indicat.

Cùm verò delectum militum agat, multoſque Dominos & Du
ces regni ad aulam euocet, coniecturam multi faciunt, eum pau
latim ſe comparare ad defendendum regnum ſuum contra po
tentiam Magni Mogor: nec dubito, id à Deo permitti, vt longiu
religio Chriſtiana propagari queat; & iam indicia præſtò ſunt
nam Tenegodá Præfectus in Olala, atque etiam Trimalarai
vocant ſe nepotes & hæredes Biſnaga. In hunc enim modum ſcri
bunt: MAHAMANDA, Leſpara, Ramarraiu, Trimalarraiu, Do
minus & Princeps magnus mittit has ad Patres. Pectori inhære
tem gero epiſtolam, quàm R.T. ad me dedit. Maiorem in modu
recreabor, vbi te ſaluum incolumemque ad hanc vrbem mea
Sirangapatan aduêniſſe cognoro: in qua tibi commodum locu
Eccleſiæ, domicilioque, atque etiam annuos redditus 500 pag
dorum (monetæ genus eſt) attribuam, aliiſque multis officiis
beneficiis cohoneſtabo. Ita iuro per Riami Ragannata, & per p
des Patris mei Ramarraiu. Quod ſupereſt, exponet meus Leg
tus. Veniat R.V. nulla interpoſita mora. Idem paulò pòſt eode
tenore ſcripſit, vehementer vrgens, vt iſthuc veniamus. Iam ce
tiorem reddidi P. Prouincialem. Enixè rogamus R.V. quoque,
conſolari dignetur hunc Dñm, atque etiã Tenagodã ſuprà n
minatu

ninatum, cuius ſtatus vergit ad eãdē oram; in qua quidem idiona Canaranum ordinarie vſurpatur, tamen Bagadanum quoque ſuũ vſum habet, & optimè intelligitur. cuius laus Deo aliquã peritiam conſecuti ſumus, nec eſt noſtrûm quiſquam qui non paratus ſit ad profectionem illam ſuſcipiendam, vbi obedientię placuerit.

Nobilis hæc & populoſiſſima vrbs Ciandegrì ſita eſt in monte, in cuius parte editiori eminet oppidulum bene munitum. Familiæ principes in ea ſunt, Brachmanorum, Raius, & Cietins, opinanturque ſuum idolum Perumal primos produxiſſe in lucem ę capite, ſecundos è pectore, è ventrē tertios, reliquas verò familias infimas è pedibus. Brachmani quibuſdam ſuis ritibus nō obſcurè declarant, ſe originem ducere a diſperſione duodecim tribuum, librique eorum, dicti Sameſcretan, videtur quodammodo noſtris ſacræ Scripturæ libris reſpondere, quamuis ab eis & perperam intelligantur, & deteriùs explanentur. Brachmanorum vnus mihi dixit, Deum ſola cogitatione hominē cōdidiſſe, & ipſi eum appellant Adamum, dictiſque S. Prophetarum vtuntur. Breuiter ſimul atque animaduertimus ſimilitudinem aliquã eſſe dogmatũ cũ noſtris, cæpimus eorum errata diſcutere. Quando ſe conuinci ſentiunt, excipiunt: Et nos vnum Deũ vobiſcum colimus, referendo in illum honorem omnem, quem aliis deferimus. Vehementer ſermocinationes noſtras verbis probant; etſi occultè, quoad poſſint, fructũ miſſionis interuertere conentur, & Regem ipſum à nobis abalienare. Re ipſa comperimus, verum eſſe R. V. monitum, Apoſtolum Paulum verbis illis, *Oſtium apertum eſt magnum*: mox adjeciſſe, *& aduerſarii multi*. Nihilominus Dei O. M. orationúmque veſtrarum ac Societatis vniuerſæ præſidio confiſi, nequaquam animum deſpondemus, nec deſpōdebimus, etiamſi inferi ipſi conatibus noſtris obluctentur.

Habemus hìc Eccleſiam ſatis percommodam, quam die Circumciſioni Domini noſtri ſacro pereleganter exornauimus. Pridie varios ignes, nunquam ab iſtis gentilibus viſos, excitauimus. Qui curioſitate permoti ingēti numero confluxere, dicentes: Eamus ad viſitãdũ Dominũ. nōnulli ante ingreſſum ſe inclinabãt, alii poſt ingreſſum pronos ſe humi abjiciebant, alii quærebant, quid manducandum daremus Chriſto, & veritate cognita exclamabant: Pagodi noſtri nihil ſunt præter inuenta & commenta Brachmanorum. Sigillatim autem adoleſcens quidam ſic eſt cōmotus, vt ad pedes ſe abjecerit, nec finē verũ Deũ cōfitēdi & idoli Perumal abominandi fecerit. Magno ſanè nos ſolatio afficit, &

fiduciam corroborat noſtram plurimũ, quod in amplo hoc regno diuinæ Maieſtati magnus numerus ſuppetat animarum prædeſtinatarum. Hucuſque epiſtola P. Melchioris Contigni.

Sequitur miſſio Bengalæ, de cuius initiis ſuperiori anno ad Paternitatem Veſtram ſcripſi; nunc verò deſcribam eius progreſſum, patriæque ſtatum, & quæ præparatio ſit hominum ad ſacrum baptiſmum, conuenienter iis, quæ Patres noſtri inde renunciarunt. Ditio hæc à finibus regni Ramũ, vel certè à portu magno vſque ad Palmerinas, vltra portum paruum ad nonaginta patet paſſuũ millia, quæ ſecundùm longitudinem efficiunt milliaria ſexcenta. Occupata fuit primò ab ipſis Bengalis ritu gentilitio; poſtea verò à Mauris Patanis, inter gentiles mixtis & educatis, in poteſtatem redacta. Qui imperio malis artibus parto diuturno tempore perfruiti non ſunt. Nam vicini Mogores bello contra eos moto Tyrannum eorum cum omnibus primariis enecarunt, cæteros exturbarunt. Regni deinde gubernatio duodecim virorum commiſſa arbitrio, qui ſecretiſſimo inito fœdere Mogores ſibi ſubjecere, & hodie Domini ſunt potentes, maximè ille de Siripur, & de Ciãdecan, ac ſupra omnes Maaſudalim: verùm quia nouem illorum ſunt Mahumetani, plurimum retardatur conuerſionis negotium. Finitimus eſt Bengalæ, & ex parte in ea dominatur Rex, nomine Arracan, Luſitanorum amicus, quorum nonnullis in ſua ditione & ſtatum & reditus attribuit. Hos nonnunquam ſacerdos aliquis quaſi longiùs profecturus inuiſit, vt ſacrum Miſſæ illis faciat, & Sacramenta adminiſtret, cæterùm hoc modo ægre ſatisfieri poteſt neceſſitati eorum ſpirituali, cùm opus habeant paſtore ſtabili & vigilanti.

In hoc tractu non deſunt lacertæ magnitudine pares crocodilis & tigribus, carnis humanæ cupidiſſimæ, quod nemo facilè credat, niſi qui viderit. Ad ripam maritimam ſexaginta milliaribus perſequuntur nauigia, vt ſi quis fortè exiliat in littus, eũ cõfeſtim diſcerpant. Nocturnis quoque horis inſiliunt in naues. qua de re commemorabo quiddam notabile, quod accidit dum nos verſamur in Bengala. Cùm Æthiops quidam ſeruus ſomniaſſet ſe à Tigri abreptum, nocte poſtera ſe abdidit ſub proram nauis qua vehebatur; rogatus à Domino cauſam cur id faceret, commemorauit ſomnium. cuius veritatem illa ipſa nocte euentus probauit; nam omnibus dormientibus tigris in nauem inſiliit, cæteriſque, qui erant plures quàm triginta, intactis è foramine proræ ſecundùm latus miſerum Æthiopem extraxit, & abſtulit.

Felicior fortuna fuit alterius, qui dum in nauigio haud lõgè à

littore

ttore remoto conſiſtit, hinc a tigre illinc è flumine à crocodilo iuaditur. at quo ſucceſſu? Tigris, vt alteri auertat prędam, nimia elocitate vltra hominem delata, & in extremitatem nauis im-ácta, directò in fauces crocodili ruit, vnde factum eſt vt vtriuſque elluæ rictum euaſerit.

Bengalenſes, dici nequit, quantopere tigres reformident, & b metum variis nominibus indigitant, ne ſi propriam illi no-enclaturam tribuant, continuò dilacerentur. Cæterùm mirè prouidentiæ diuinæ virtus hic ſe prodit, aſſignata eſt enim crea-: beſtiolam, catelli magnitudinem non ſuperantem, quæ con-ectam ſemel Tigridem, mox aggreditur, & latratu ſuo in fugā onuertit, vt hominibus æquè atque aliis animantibus tempus ſit odendi ſe in latebrà. Vnde frequenter contingit, vt aliquot dies bo omni deſtituti fame contabeſcant.

Verùm, vt ad inſtitutū redeamus, Bengalā miſſi ſunt, vt ad V. aternitatē ſcriptum eſt, P. Franciſcus Fernandez, Dominicus de oſa, Melchior Fonſeca, & Andreas Boues ad patefaciendum E-ngelio oſtium, ſolandoſque ſimul & ſpiritaliter iuuandos Luſi-nos, qui iis in locis ſacramentorum adminiſtratione ſunt deſti-ti. Cuius miſſionis non pœnitēdus extitit fructus. Diuino enim mine propitio Principes Gentiles inibi omnia humanitatis of-ia noſtris detulere, victū in diem neceſſarium ſuppeditarunt, cū excitandis Eccleſiis & domibus adſignarunt, facultatē diuul-ndi Euangelii Chriſtoq; per baptiſmū aggregandi dedere am-iſſimam. Mandatū hinc habent, vt eo loco maximè ſedē ſtabi-n figant, vbi vberior conuerſionis ſe offert meſſis, ſic vt duo cō-enter ibi hæreant; reliqui ſuis temporibus ad alia loca, vbi fru-us alicuius ſpes ſit, nonnunquam concedant. Ac apparet ſanè, ſi erariorum copia ſuppetat, multis locum fore Reſidentiis, ſiue ectemus Luſitanorum pietatem, qui operam ſuam addicāt, ſiue ntilium propēſionem, ſiue denique bonum apud vtroſque ſo-etatis nomē & famam, queādmodum Paternitas veſtra intelli-e poteſt ex epiſtola P. Franciſci Fernandez Dianga data 22 De-mbris anni 99.

Superiore proximo anno, inquit, è nauibus digreſſus manſi m P. Dominico Soſa Diangæ, hoc eſt, in ſtatu Emmanuelis de atos, in portu Ciatigan, ad quem appellere ſolent Indicæ na-s. Vbi confeſsionibus Luſitanorum audiendis, aliorumq; Chri-anorum Indianorum operā dedimus. Non exiguus fuit nume-: nullus abibat dies, quo non multi communicarent ſub Miſſæ rificio, quod in ædibus noſtris faciebamus. nec enim vlla erat

in ea ditione Eccleſia, licèt multi magno feruore vrgerent, vt ſi
bitò aliqua excitaretur, & liberaliter neceſſaria omnia offerren
Cōſecutę ſunt in momēto reſtitutiones, quod in Bēgala miracu
loco ducitur. Sublata ſunt inueterata & publica offendicula. C
verò ante Quadrageſimam confeſſionibus audiendis finis impo
ni non poſſet, egoque ciuibus in Siripur operam concionan
tempore quadrageſimæ addixiſſem, reliqui hic P. Dominicū S
ſam. In Siripur autem verba ad populum habui omnibus Dom
nicis, feſtis, & feriis ſextis, Collegii Goani more, quæ res, vti nou
in Bengala, mirificè omnibus arridebat. Supplicationes à mult
in ſua terga deſæuientibus, præeuntibus adoleſcentulis candid
veſte amictis, inſtituebantur. Exomologeſes fiebant non modò
vulgo, ſed etiam à primariis & aliis ex Badel. Quod autem ad co
uerſionem attinet, vitio gentis meoque, vtpote idiomatis ignar
parum effectum eſt. Mauram tamen opulentam & honorata
feminam baptizaui, & adoleſcentem quendam optimæ indoli
ereptum cuidam, qui iniuſtè eum tanquam mācipium poſſideba
Quodam die curriculò me conuenit alius, indicans quendā an
imam agere in publica via; curaui ad me deportari, qui ſimulatq
ſacris aquis perfuſus eſt, animam reddidit Creatori.

Reuerſus in Siripur, intellexi Regulum in Ciandecan, dictu
Raia, grauiter ferre, quòd eò non rediremus. ad quem placandu
neceſſe fuit dimittere P. Dominicum Soſam, cuius aduentus in
credibilem voluptatem attulit bonis Luſitanis iam de aduent
noſtro deſperantibus, & confeſſi ſunt quaſi omnes.

Mauri Pataui de Ciandecan occiderant primarium Luſitanu
cum ſociis quatuor vel quinque, Raia, cuius Capitaneus ille Lu
tanus fuerat, omnes eius facultates obtulit Patri: ſed cùm noll
eas acceptare, Rex arbitratus id fieri dolore cædis factæ, conatu
eſt eum placare verbis amore pleniſſimis, atque etiam omnibu
argumentis impellere ad eas ſaltē pro Eccleſiæ redditu acceptan
das. At Pater tandem ei perſuaſit, nō poſſe eo modo à Chriſtiani
multo minùs à religioſis, citra graue Dei offenſam alienas facu
tates recipi. Quo exemplo Rex majorem in modum fuit ædifica
tus, & ſubjunxit, ſe de iis facultatibus nihil niſi ex cōſilio Patrun
acturum. Quod autē de nobis tā bonam habeat opinionē, non a
liunde proficiſci exiſtimamus, quàm quòd animaduertat in nob
neque eſſe ſtudium cumulandarum opum, neq; duplicem in tra
ctando & conuerſando animum, & omnes teſtimonium paſsin
perhibeant puritati integritatiq; Societatis. Ad domicilia erig
da locum nouum nobis deſignauit, opportuniorem priore, qu
era

at intra Mauros ſitus, eoq; amandauit operas & omnia ad ædi-
ium neceſſaria. Omnia Luſitanorũ negotia remittit ad noſtros,
ibus ſemper præbet audiētiã ſecretam, cũ tamē aliis omnibus,
æcunq; tandem occaſio ſe offerat, præbeat publicè.
Menſe Octob. ad me ſcripſit P. Sola, neceſſariò mihi excurren-
m ad Ciandecan pro rerum noſtrarum ſtatu apud Raiam ſta-
liendo, quandoquidem certum illis mutationis periculum im-
nderet. Ego etſi ſtatuiſſem me conferre Diangam ad excipiēdos
tres recēter ex India appulſuros, tamē quia videbatur mihi ſat
poris ad vtrumq; præſtandum ſuppetere, me in viam dedi verſus
andecan. Verbis R.V. exponere vix poſſum, quantum ſolatii ex
utuo conſpectu ceperimus poſt ſemeſtrem abſentiam. Raia de
co aduentu certior redditus, mox per primarium Brachmanum
e ad ſe vocauit. Sequenti die cum P. Dominico eum conueni,
eque magna veneratione & beneuolentia ſuſcepit, & poſt varia
loquia intulit, noſtræ legis mandata, a P. Sola ſibi expoſita, ſuo
dicio conſentire cum ſua lege. Reſpondi, id fieri non poſſe. Sub-
cit Raia, cur verò? recitate, quæſo, veſtra mandata idiomate Bē-
lano. Ego dixi: Primum mandatum eſſe de vno ſolo Deo colen-
& diligendo, in quò certè diſſentitis a nobis, quia vos gentiles
ures colitis Deos. Hi verò, inquit, non alio loco apud nos ſunt,
àm apud vos ſancti amici Dei, quem haud renuo eſſe vnum tã-
m. Tum ego: Nos non offerimus ſacrificia Sanctis, nec eos cul-
diuino afficimus; at vos veſtros Pagode colitis tanquam Deos,
ſque litatis vt Diis. Conuictus ad alia ſermonem flexit. Deinde
ſſit in conſpectũ meum, quoniam id deſideraram, venire Prin-
pem, filiolum ſuum puerum vndecim vel duodecim annos natũ,
óque data opportunitate regulum rogaui, vt pro ſuo inſigni er-
nos fauore permitteret quoque Principi ſubſcribere noſtris
tentibus; nos ſiquidem poſt ipſius exceſſum cupere in hærede
ſucceſſore cōtinuare amicitiam ſemel cum ſua Excellentia cō-
actam, quod cùm verbis humaniſsimis indicaret ſe magni face-
, puer totus lætus ſubſcripſit. Quocirca Luſitani aliique non
bitant affirmare, rebus noſtris ad aliquod tempus abundè ſatis
ſpectum. Quo tempore commoratus ſum in Ciandecan, Raia
enter me conſpexit. intimus eſt P. Dominico Solæ, qui mihi
ribit, cùm per occupationes quodam die alloqui eũ non poſſet,
am Excellentiam ſequenti die ad Eccleſiam purgandi ſui cauſa,
telligendique ſi quid poſtularet, conceſsiſſe.
In Siripur repperi litteras P. Melchioris Fonſecę Diangę datas,
ō cum P. Andręa Boues peruenerat. dumque ego me paro ad
cos

eos viſendos, ecce in grauem incido morbum: quo a Patribus c
gnito, ipſi contrà ad me confeſtim aduolarunt, tátumque ex in
pinato congreſſu subortum gaudium eſt, vt penè ex morbo reſ
rarim, potuiq; vnà cum ipſis proficiſci Dialcan, vnde Capitane
Emmanuel de Matos cum aliis Luſitanis erat diſceſſurus, ad vis
dum Regem Arracan, ex Pegu paulò antè reuerſum.

Hic præpotens Princeps donauit Luſitanos quaſi toto Ca
gan, portu maris percelebri. Capitaneus voluit me ſibi adeſſe i
neris comitem, vt deducere poſſet ad Regem, locumq; & annuu
commeatum pro aliquibus hominibus de Societate impetra
Verùm ex ſuperiori ægritudine tantum de conſuetis corporis v
ribus erat detractum, vt non auderem me illi itineri committer
Quare Hieronymus Monterus amicus noſter, homo zeloſus,
optimo loco apud præſentem Regem, hanc prouinciam in ſe ſ
cepit, & litteras fidei teſtes, quarum beneficio fidaque relatio
omnium, quæ à nobis referenda acceperat, ſua Excellentia cœp
erga nos affici, & in hanc formam reſpondit: Altiſſimus & pote
tiſſimus Rex de Arraçan, Tiparas, Cacomas, & Bengale, Domin
Regni de Pegu, &c. vobis Patribus de Societate IESV.

Epiſtola tua magnam mihi attulit voluptatem; aduerti eni
refertam eſſe ſermonibus religione in Deum plenis; acceſſit teſt
monium Emmanuelis de Matos & Hieronymi Monteri de do
nis & dotibus tuis. Gratiſſimum mihi facies, ſi huc te conferas a
locum deligendum Eccleſiæ, aliiſque ædificiis excitandis idone
fas erit tibi baptiſmi tui ſacramento luſtrare, quotquot ad Chr
ſti caſtra migrare voluerint. Id libens & volens tibi concedo,
etiam annua ſtipendia ad tolerandam vitam ſpondeo, &c. Datu
in Arracan; & ſigillo meo regio firmatum. Miſit poſtea Rex cert
homines, qui opportunum & perbellum locum futuræ fabric
deſignarent. Omnes affirmant propter hanc donationem Regi
eius Excellentiæ incumbere prouidere nobis de neceſſariis, a qu
in portu Catigã, ac in vrbe Arracã. Quare P. Andreas Boues &
go certò decreuimus diuina opitulante gratia eò proficiſci ad
gendum ei gratias, & Societatis fundamenta in illo regno, ſi ind
amplior ſperetur Dei gloria, iácere. P. Melchior de Fõſeca, paul
poſt aduentum noſtrum in Diãgam, diſceſſit per Ciandecan iu
ta R.V. mandatum, & dum iter facit per Bacala, Luſitani ibi deg
tes cum aliis Chriſtianis accenſi deſiderio obtinendi ſacerdotis,
quo ſacraméta accipiant, (nam anni integri labuntur, antequa
vel vnum venentur) curarunt, vt in conſpectum Regis adducere
tur. Is ſanè & libenter Patrem vidit, & honore omni pre

ſecutu

cutus eſt, ac etiam litteris patentibus, quas hîc ſubjiciam, ſubſcripſit.

Ego Rex Bacalá poteſtatem facio Societatis Iesv Patribus hactenus in regna Bengalæ admiſſis, & aliis quotquot venerint, Eccleſias erigendi in ditione mea vniuerſa, & annunciandi veri Dei legem; omneſque ad Chriſtum, quotquot potuerint, trahendi, citra fortunarum, officiorum, vel dignitatum quas gerunt, detrimentum; immo omnem honorem, fauorem, & beneuolentiam deferam illis tanquam ſubditis, mandaboque omnibus regni præfectis & dominis, vt cum omnibus nouellis Chriſtianis idem faciāt. Si quando ex Patribus cognouero quēpiam huic meo mandato non obſecundaſſe, ſeuerè ſciat ſe mulctandum.

Optabam quidem ante nauium Indicarum diſceſſum Bacalā iter facere, vt accuratiùs omnia præſens indagarem, perfectamq; informationem R. V. tranſmitterem, ſed fieri non potuit. Hactenus enim expectādum fuit reſponſum à Rege Arracan. De P. Melchioris à Fonſeca aduentu in Ciandecan iam cognoui. Magno amore & humanitate exceptus eſt ab illo Raia & populo. Magnā ædium partem offendit abſolutam, atque etiam Eccleſiæ, in qua diuinum officium peragi poterit ipſo feſto nominis I e s v; quo ſanctiſſimo nomine, vti R. V. mandauit, eam quoque appellabimus; eo quòd ſit prima omnium Eccleſiarum in Bēgala: Supereſt nunc, vt illi citò proſpiciatur de operáriis neceſſariis, ardenterque Domino tam nobilis vinea commēdetur. Dianga, 22 Decēb. anno 1599.

In alia epiſtola P. Melchioris à Fonſeca, 20 Ianuarii anni 1600 data ex Ciandecan, hęc leguntur: Ante digreſſum ex Ciatigan rationem profectionis meæ R. V. reddidi, quidque actum eſſet vſque ad digreſſum; nunc perſequar narrationem vſque ad aduentū meum in Ciandecan, vbi nunc verſor cum P. Dominico Soſa. Ambo que toto pectore exultamus tam felicem nobis contigiſſe ſortem in has partes veniendi, confidimus enim Domino Chriſto auctore & adjutore vberrimum nos laborū noſtrorū fructus, cuius præclara ſe iam dedere initia, cum ſingulari R. V. totiuſq; prouinciæ conſolatione, ex hac vinea collecturos.

Menſe Octobri relicto Ciatigan tranſiui Regnum Bacula, ad perfecti aliorumque Luſitanorum, qui biennium ſanctiſsimorū ſacramentorum adminiſtro caruerant, preces. Diuinaque prouidentia factum videtur, quòd, dum loco P. Franciſci Fernandez nōdum è morbo confirmati eundum mihi fuit ad Arracan, ipſe in lectum dejectus ſim; & valetudine recuperata ſubitò abierim in

Cian-

Ciandecan, vt Societas in hoc itinere lucrum faceret nouæ Re-
dentiæ in regno Bacala. Nam vix in illud pedem intuleram, cù
Rex (qui octauum annum, licèt prudentia ſuperet ætatem, nõ e
cedit) me ad ſe accerſiri iubet, pariterq; comites meos Luſitanc
In ingreſſu aulę, vbi me pręſtolabatur, nobiles omnes & belli D
ces mihi aſſurrexêre, & miſellus Pater iuſſus eſt à rege in magni
ca ſella iuxta Regẽ. & Socii mei in aliis vicinis aſſidere. Poſt m
tua ſalutationis officia, percunctatus eſt à me, quò iter inſtituiſſ
Reſpondi ad Raiã de Ciandecan ſocerum futurum Excellenti
veſtræ; ſed quia Domino placuit, vt per regnum Excellentię veſt
profectionem dirigerem, non potui hac occaſione prętermitte
officium viſendi illam, omniaque Patrum Societatis offic
deferendi; firma ſpe fretus, tuam quoque Excellentiam oſtiu
patefacturum regno Chriſti, Chriſtianiſque Eccleſiis ædi
candis.

Reſpondit Rex: Hoc ipſum ſummopere deſidero, ob eximi
laudes, quas hactenus de vobis audiui. Et mox litteras patent
dedit, ac ad duos de noſtris alendos ſtipendium annuum aſſign
uit: ego autem ingentes ei gratias egi. Poſt actas autem Domin
Deo gratias ob proſperum negotii exitum, poſt confeſſiones n
ceſſarias, quæ ex anno præterito reſtabant, auditas, poſt deniqu
aliquot Chriſto per baptiſmum adiunctos, in viam me dedi p
Ciandecan cum magno Luſitanorum aliorumque Chriſtiano
ſolatio. Indicaui enim illis, P. Franciſcum Fernandez cum ſoci
ſuo breui eò venturum, ad excipiendas pro proximo Paſchate exo
mologeſes. deinde menſe Maio R. V. eò miſſurum Patres ad R
ſidentiam inchoandam.

Iter à Bacala vſque in Ciandecan tam iucundum eſt & amo
num, vt nunquã viderim amœnius; campi cernuntur variis irrigu
fluminibus, ripæ verò ipſæ fluminum pulcherrimis decoræ arbo
bus. ex vna parte numeroſi decurrũt ceruorum greges; ex alia in
gens vaccarum turba pabulatur. omitto agros ex oriza feraciſſ
mos, arundineta calamis mellifluis redundantia, crebra apum i
arboribus examina, ſimiarum de arbore in arborem ſaltus, ali
que id genus ſpectacula, quæ viatoribus magnum afferunt volu
ptatem. Neque deſunt tigres & crocodili, qui carne humana ſub
inde vel incuria vel culpa noſtra veſcuntur. Viſuntur & in ſylu
rhinocerotes, ſed hactenus nullum vidi.

In Ciandecan, quò 20. Nouemb. appuli, à P. Soſa & Luſitani
qui non ſperabant ſe ampliùs me viſuros, omnibus caritatis off
cus exceptus ſum; nec minore vel honore vel amore a noſtro R
ra;ci

cui gratiſſimum fuit munus malorum medicorum pulcherri-
ɔrum à me oblatum, quæ nunquam in his locis erant conſpe-
: atque haud ſcio an à Principe Chriſtiano plura maioraque
ıerationis & humanitatis demonſtrari potuerint indicia. Vt in
aſpectum venimus, continuò aſſurrexit, ingentique reuerentia
comitate nos recepit. Vehementer miratur coli à nobis caſti-
em perpetuam, atque hinc ferè nata eſt ſumma illa de nobis
ſtimatio. Poſtulauimus ab eo peramplum quendam locũ, no-
s ædibus vicinum, ad catecheſin ibi tradendã gentilibus, Chri-
ıoſque excipiendos; & mox petitioni noſtræ aſſenſit, litteris
ã rẽ patentibus obſignatis: mandauitq́; gentilibus, quamdiu
um illum incolerent, ſoluerent vectigal omne regiũ Patribus:
cleſia, nomine IESV appellata, quæ nunc ibi recens exſtru-
eſt, ad aſpectum peruenuſta eſt & ampla. In feſto Circumciſio-
auxilio Luſitanorum ornata fuit ſplendidiſsimè, cõfeſsi ſunt
acro epulo paſti Chriſtiani omnes cum Luſitanis, vt participes
poſſent indulgentiæ plenariæ; quæ iuxta priuilegium Indicũ
nibus Indiarum Eccleſiis ineunte anno cõcedi ſolet. Pridie &
tutinis feſti horis varii & artificioſi ignes fuere excitati, mul-
ue ænea tormenta in gentilium confuſionem diſploſa. Eodẽ
Rex mandauit nobis ſignificari, ſe velle nobis loci antè dona-
oſſeſsionem tradere: itaque ſub veſperam cum aula tota venit,
ecto à ſuo palatio vſque ad noſtras ædes itinere per mare ho-
ã omnino quatuor. Ante ingreſſũ in Eccleſiã detraxit calceos.
reſſus autẽ nulla ratione adduci potuit vt in ſella ſederet, ſed
abuit humi in tapeto quo gradus ad arã erant conſtrati. ibiq́;
d modico tempore hærens, minutiſsima quæque percũctaba-
de iis, quæ in altari erant expreſſa. Promiſit ſe magnificũ tem-
m ædificaturum. Adiit & ædes noſtras, exſtructas loco amœ-
imo, & in ſcalarum aſcenſu conuerſus ad Luſitanos, qui eum
ıitabantur, ridendo dixit: Quid me vultis fratres? iam ſum Ie-
a. Poſtremo die & Princeps venit ſpectandæ Eccleſiæ cauſa,
minùs quã Pater recreatus eſt: arbitror paucos in his partibus
gentiles, qui nõ eã inuiſerint, ornatus & elegantiæ fama pel-
i. Durauitque continua frequentia multorũ milliũ hominum
ecimumquintum vſque diem. Nonnulli in ipſo ingreſſu dice-
: Domine tu ſolus es verus Deus. alii à Deo implorabant gra-
, vt in reditu ſuos ægros oſtenderẽt ſanatos. quidã poplites fle-
ant, alii humi procũbebãt adorãtes Dominũ nõdũ cognitũ.
ãobrẽ ſpe magna ducimur, Dominũ ſuę gratię luce illos breui
ſtraturum, & è tenebris infidelitatis ereptum. cuius principium
iam

iam factum eſt; nam aliqui ſacrum baptiſma ſibi imperriri en
poſtularunt. Nec dubitamus per exercitia caritatis in futuro n
ſodochio futura acceſſionem magnam ad gregem Chriſti ſec
turam. Vtinam Deus per ſuam miſericordiam nos dignos faci
miniſtros. Ex Ciandecan, 20 Ianuar. anno 1600.

De rebus Pegu eiuſque excidio ſcripſi P. V. annis proxim
Nunc recenſebo, quid P. Franciſcus Fernandez commemoret
quodam regno Peguano, dicto Martauani. Vnde intelliget P.
tanti imperii vaſtationem magnam occaſionem præbuiſſe noſt
in illas partes vocationi. Martauanum regnum finitimum eſt fo
tiſſimis regnis Tanaſſari, Iangoma, & Tangu; cum quo benefic
fluminis magni & nauigabilis crebra commercia habent Tart
& Sinenſes. Regnum verò Martauani fertile quidem eſt & val
amplum, ſed nunc æquè ac ipſum Pegu deſolatum eſt per bel
à Rege vicino de Sion mota, qui magnam partem Martauanor
medio ſuſtulit, multaq; adhuc millia eorum deliteſcũt in ſiluis
oberrãtq; in mõtibus, qui metu hoſtis nõ audent in publicũ proc
re. Regi naturali binæ ſolũ vel ternæ ſuperſunt munitæ vrbes; ſ
non tanto militum præſidio firmatæ, quod ſatis ſit ad auertend
Sioniorum excurſiones. Fertilitas huius regni inde liquere p
teſt, quòd quotannis triplicem proferat meſſem; nec mirun
quia ſemina omnia frumenti, leguminum, aliarumque frugi
quocunque anni tempore in terram iacta ad maturitatem peru
niũt. Solum Coccinum & Malaca hinc in ſingulos annos trigi
ta naues dictis frugibus onuſtas accipiebant. Syluæ præterea m
lis medicis, Maſsilicis, ficubus, pyris, & aliis variarum arborũ fr
ctibus plurimis & ſapidiſsimis abundant. Herbæ ferè omnes
doriferæ & medicinales. prætermitto flores & roſas. Tan
quoque lignorum ſuppetit copia, ac picis, vt quotannis vic
næ naues maximæ, quarũ vſus eſt in Oceano, inde cõfici poſsin
Fontibus deinde & riuulis optimarum aquarum tota patria ab
dat. Abundat etiam carne ferina, & omnis generis domeſtica,
arundinibus ſaccaro refertis. Nec deſunt fodinę aurariæ, arge
tariæ, ærariæ, ferrariæ, & plumbariæ. Pyroporum aliorumque l
pidum pretioſorum affatim eſt. Ob commoditatem ampliſſi
portus omni tẽpore cum regnis Iangomæ, Coccini, Negapata
Maſſulapatan, Bengala, Reitauari, Tanaſſai, Tuſulan, Dache
& Malaca negotiantur.

Vrbs, quam Martauani Rex vult dono dare Luſitanis, fortiſ
mis muris & altiſsima foſſa verſus terram circundata eſt, eiuſq
ædes facilè ad formã Europæarũ reuocari queũt. Societati noſt
loc

ocus deſtinatus eſt,in parte vrbis eminentiore,quæ ſpeciem præ-
et arcis,multis intrinſecus inſtructus domiciliis,hortis, fõtibus,
rboribus fructiferis,aliiſque amœnitatibus, atque hactenus ap-
ellant Collegium S. Pauli. Capucini Patres ſuum quoque foris
ocum habẽt in valle ſolitudini eorum valde conueniente, amœ-
um & feracem:quemadmodum paulatim habebũt & aliæ reli-
ones;præcipuè autem Xenodochium miſericordiæ,quãdo pars
bis piis & publicis habitationibus aſſignabitur. Nulli domui
eſt puteus aquæ dulcis cũ ſuo hortulo.In ſumma, valde proba-
le eſt,totũ hoc regnum breui nomẽ daturum Chriſto: quando-
uidẽ inter gentiles haud aliæ audiuntur voces,quàm, Eamus ad
ollegium Patrum, accedamus Eccleſiam matris DEI, viſamus
mum miſericordiæ.Et quando verſantur in dictis locis, viden-
r ſibi iã eſſe in Eccleſiis & domibus Chriſtianorũ & religioſorũ.
Cælum eius regionis tam tẽperatum eſt, vt incolæ vix norint,
id ſit infirmari.Mores habent natura ſimplices & placidos,ex-
rtes cærimoniarum gẽtilitiarum, familiariſſimè conuerſantur
m Luſitanis, & magnam propenſionem declarant ad cõplectẽ-
m fidem noſtram,ac vſq; ad religioſos ſuos, dictos Telapeom-
s,ingrediuntur Eccleſiam, crucibuſque & Sanctorum imagini-
s reuerentiam exhibent. Multi eorum doctrinam Chriſtianam
diſcunt, & diſertè omnes fatentur, ſe non alia de cauſa in ſua
ge perſiſtere,quam quòd deſiderẽtur Doctores legis veræ. Prin-
ps declaratus & iuratus regni hæres ingreſſus aliquando in Ec-
ſiam oſculatus eſt altare,& conuerſus ad effigiem crucifixi, di-
:Tu Domine es meus verus & vnicus DEVS. O quanto gaudio
ultarem,ſi nunc aliquis Patrum adeſſet, qui me ſacris bapt iſmi
uis tingeret! Sed ſanctè promitto me id facturum, ac in pignus
omiſſi dedit Antonio Correæ de lemos magni pretii Chryſoli-
um.Idem promiſit è primariis viris vnus, dicens: Vbi nunc eſt
ter aliquis, qui mihi hos reſcindat capillos, & mecum omni-
s meis ſubditis baptizet? Hic cum ſuſpiriis ex imo corde profe-
s Eccleſiam egreſſus eſt.Callet optimè idioma Luſitanicum, ac
bro in colloquia inducit ſermones de rebus diuinis. Nemo
bigit,illa ducenta millia hominum, quæ nunc deliteſcunt in
uis & montibus, vbi cognorint ſe ab vrbe iam dicta ſufficiens
ſe ad arcendum hoſtem habere præſidium, in ditionem boni
ncipis conceſſuros. Quem prorſus confidimus ſucceſſurũ Re-
Banhalao auo ſuo iam decrepito, maximorumque theſauro-
i fore hæredem. Quanquam ille palàm aſſerat cum quodã pio
mi ſenſu,ſe non aſpirare ad alias opes & theſauros,quam cæle-

ſtes per ſanctum baptiſma cumulandos: atque vt illud quàm citi
ſimè fieret, enixè obſecrabat Luſitanos, vt ſe perducerent Goam
Nunc iudicent huius relationis lectores, an negligi debeat occa
ſio tam bene merendi de Eccleſiæ propagatione in illis locis. Hî
mercatores inuenient auri, argentique, & gemmarũ pretioſiſſi
marum ſatis, imò omnia quæ per multos terrarum tractus cur
ſummo labore & vitæ periculo cõquirere ſolent. Hîc religioſis,
omnibus zelo Dei ad conuerſionem infidelium inflãmatis, vber
rima & quidem matura animarum meſſis parata eſt: nec aliud re
ſtat, quàm venire ad colligendum fructus in vitã æternam. Huc
uſque epiſtola P. Fernandez.

Ad idem regnum Pega Bengala miſſus eſt P. Andreas Boues e
occaſione, quàm P. V. ex eius epiſtola intelliget data Martii di
28 anno 1600. Scribit itaque in hũc modum: Iam V. R. intelliga
ſuperioribus menſibus Bramam regem Peguanum, à copiis reg
duorum Arracan & Tangu cognati ſui arctè obſeſſum, cùm vide
ret ſe obſidionem diu ſuſtinere non poſſe, tradidiſſe ſe in manu
Tangu, qui vt homo fraudulentus, & duplicis animi, ei caput pra
ſcindi iuſſit, pariterque reginæ. Pari immanitate ſæuiit in nep
tem Principem Pegu ex indignatione, quòd in ſummo diſcrimin
Bramam parentem deſeruiſſet. Poſtea Tangu ingenti feſtinatio
ne contendit ad Peguani arcem, in qua latitabant theſauri tant
vt ad deferendum modò aurum & gemmas vix ſexcenti elephan
tes totidemque equi ſuffecerint; taceo de argento cæteroq; me
tallo, tanquam de rebus nullius pretii. Rex Arracan, hoc tempo
abſens, intelligens contra pacta conuenta Regem Tangu pro
omnem theſaurum abripuiſſe, & ſe inſcio exercitum miſſum f
ciſſe, ad prædictam arcem, dictam Macao, accurrit, conſcriptis
bellum omnibus ſui regni Luſitanis ad inuadendum Regem T
gu. Quare Philippus de Brito, omnium Luſitanorum in Benga
locupletiſſimus & potentiſſimus, ac Regi Arracan carus, inſtan
precibus petiuit aliquem è Patribus ſibi adiungi. Viſumque eſt
Franciſco Fernandez me adiungere. Itaque ad 25 Februarii na
cum eo conſcendi, & quindecim dierum ſpacio attigimus portu
Sirian, omnium facilè principem in Pegu, & ſedecim vel octod
cim milliaribus à Macao remotum. Eſt planè, mi Pater, lachr
mis dignum ſpectaculũ, fluminum ripas, infinitis alioquin arbo
ribus fructiferis conſpicuas, nunc videre auratorum templorũ
aliorumque nobilium ædificiorum ruinis & parietinis obruta
vias & campos capitibus oſſibuſque miſerorum Peguanorum
partim fame, partim deſperatione, partim hoſtili gladio ex ma
dat

tó Regis mactatorum plenos, ac deinde in profluentem iacto-
m tanto numero, vt omnem nauium curſum cadauera aggeſta
hibeant. Omitto incendia terrarum, totorumque populorum
ternecionem ab hoc ſanguinario, & omnium, quotquot à con-
o orbe extiterunt, crudeliſſimo Tyranno factam. Verùm de
ta tragedia nõ poteſt ſuccinctè aliquid ſcribi. Vbi tempus op-
rtunum ſuppeditauerit, integrum de ea re texam commenta-
m, niſi aliud R. V. videatur.
In hoc portu Siriano etiamnum hæreo, expectans occaſionem
ueniendi Regem de Arracan, qui nunc facit finē ex arce Ma-
tollendi argentum à Tangu relictum, cuius pretium excedit
um millionum valorem, exceptis tormentis æneis, quæ mul-
& rara in ea arce remanſerant. Rex Sion & Iangoma frater
guani magnis coactis copiis ex improuiſo inuaſere regem
ngu, animoque eripiendi dictos theſauros arctiſſima obſidio-
cinxere. Rex Arracan, hac re cognita, haud ſatis ſecum ſta-
re potuit, quid conſilii capeſſeret. Rex iam dictus Sion,
tinere ad obſidendum Tangu inſtituto in regnum Marta-
i irruptionem fecit, ſed bis cum ſuorum ſtrage repulſam
us eſt. Verùm non ideo animum deſpondens, redintegrato
rcitu, mandauit duos è ſuis Capitaneis propter negligentiam
uſillanimitatem in lebethes oleo feruenti plenos demergi, ac
de tertiò in Martauanos impreſſione facta victoriam repor-
t regno ſubacto.
Huc vſque rex de Arracan eſt Dominus Pegu, etſi non ſit eo-
, qui bello periere, vel qui abditi latent in ſyluis, aut ad mon-
confugēre; portumque Sirianum Philippo de Brito commu-
dum tradidit, vt Peguani fugitiui perfugium ſuum habeant
Luſitanorum patrocinio, quibus propter commercia magnũ
ret quæſtum.
rcis ædificatio procedit, & in manu eſt Philippi, hominis ſa-
tis & copioſi, ſperamuſque breui ad culmen perducendam.
ſus optat à me R. V. certiorem reddi, de Reſidentia noſtro-
ibi ob gentilium conuerſionem erigenda; quæ quoniam iam
lantenus à Luſitanis pendet, exiſtimantur non fore difficiles,
xilio ſalutari ab aliis capeſſendo. Quòd ſi Societas non po-
Reſidentiam illam acceptare, aliorum religioſorum auxi-
implorabit. Videat R. V. quid expediat, præſenſque negotiũ
uas Reſidentias Arracanam & Ciatigan Domino commen-
curet. Siriano, 28 Martii, anno 1600.
um in ſcriptione huius epiſtolæ verſor, epiſtolam accipio

à P.Stephano de Brito Rectore in Vaipicota, de miſſione ſua
populos, dictos Maleas. Ita autem ſcribit Coccino ad 13. Octo
anni 1600.

Hoc Iunio menſe certiorem reddidi R. V. de mea & frat
Ioannis Mariæ Campori ac Archidiaconi profectione inſtitu
ad Maleas, tantopere a Reuerendiſſimo Archiepiſcopo exópta
nunc breuiter commemorabo de eius ſucceſſu. Coccino ad di
Iunii vigeſimum, & 26 eiuſdem Cugnatem Perumal dictorũ p
pulorum Regem conuenimus; qui reſpondit nobis ſe libẽter p
miſſis, hoc eſt patentibus litteris ſubſcriptione manus ſuæ firm
tis, ſatisfacturum: & paulo pòſt miſit gubernatores duos ad diu
ſorium noſtrum, qui de noſtra profectione agerent. Satuerat R
ipſe ſe illis adiungere, ſed dum ſe ad iter parat, ecce primore
pſius Maleas adſunt, qui ad eum viſendum, oblato duorum e
phantorum munere, aduentarant. Rex deinde vocauit nos, &
xit, gratum ſibi fore, vt antequam ad montes veniamus, ſacris b
ptiſmi aquis primarij quique ad baptiſmum iam parati luſtre
tur, eoſque catecheſi Chriſtiana imbuendos nobis conſign
tuit. Nonnulli quidem nouos iſtos catechumenos conabantu
ſancto propoſito abſterrere, & ſpeciatim Mauri comminiſceba
tur illos à nobis conſpurcatum iri ſputo, aliaque huiuſmodi;
tùm tandem miniſtri illi dæmonis egregiè, vt aliàs, pudefa
ſunt; quando nimirum conati ſunt ipſam miſſionem impedi
ſignificantes Regi, Principes finitimos grauiter tuliſſe datam p
teſtatem faciendæ miſſionis, ac imprimis Regem Fruguri,
comminatus fuerat ſe curſum fluminis, qui per regis Maleas
gnum defluebat, auerſurum. Verùm Rex riſit, & reſpondit, ſe n
ioris damni loco ducere, fidem ſemel datam non præſtare, qu
decurſu fluminis priuari. Taceo, Brachmanos, more ſuo, matre
que & Principem filium gladium diſtrinxiſſe contra nos, & tam
ille conſtans in ſententia perſtitit, omneſque à ſe reiecit, quod
Gentili Malauare eſt admiratione dignum. Nos igitur vident
quo diutiùs cunctaremur diſcedere, hoc maiores exurgere di
cultates, octodecim Maleas ſatis inſtructos baptizauimus, & c
gubernatore vno regis digreſſi ſumus, qui ob inualetudinem n
potuit nobiſcum iter proſequi. Archidiaconus, fatigatus ex iti
re nouem milliariorum in montibus per continuos imbres fac
in Cancierapalli Chriſtianorum loco nos eſt præſtolatus. N
verò iter noſtrum quod erat quadraginta quinque millium p
ſuum per montes vſque ad locum aſſignatum fabricandæ Eccl
ſumus proſecuti, vbi offendimus duos ex primariis viris ſuprà
min

inatis,Dominum Alexium & Dominum Stephanum, qui vehe-
enter gauiſi ſunt de noſtro aduētu. Initium datum eſt Eccleſiæ,
toritateque gubernatoris, & duorum Chriſtianorum tyronū,
orumque Maleas intra 10 dies prouecta eſt exiſtimatione lon-
ùs.

Magna deinde crux defixa eſt,nullo tamen feſto, licèt ita de-
etum eſſet,celebrato ob cauſam hîc ſubiectam: Mauri quidam
Cancierapalli cum animaduerterent à nobis fabricari Eccle-
s,& erigi cruces in ditione gentilium, Regi de Tacantute nun-
runt,Regem Porcanum Luſitanorum amicum & hoſtem ſuum
m Perumal conſpiraſſe contra ipſum, copia data Luſitanis e-
rtendæ arcis in Periati,quæ iam tunc ædificabatur, & pro qua
mmunienda tormenta bellica iam fundebantur. Qua re,præ-
alia damna, aditus videatur intercludendus omnibus,qui ex
ndi merces in eius regnum deportarent. Qua relatione ira ſuc-
ſus Tacantute mox ſcripſit ad Perumal, ꝙ ſi poteſtatem face-
Luſitanis excitandi templi in Periate,ſe quinquaginta Nairos
miſſurum ad illud euertendum; operarius quoque omnibus
nus præciſurum. Archidiaconus de tota re nos commonefe-
obteſtans vt cōfeſtim opus inchoatum deſereremus, nec am-
ùs Barbarum regem irritaremus. Cæterùm nos magno animo
greſſi ſumus, & baptizatorum parentes, coniuges, & liberos,
ſque Maleas inſtruere in doctrina Chriſtiana perreximus, vt
m primùm ad ſalutare lauacrum perducerentur. At quia gu-
nator dicto nuncio ita perturbatus fuit,vt neceſſe fuerit itera-
gere cum rege Perumal, cōmendatis Deo in ſacro Miſſæ no-
lis plantulis, ex montibus non minore faſtidio & labore de-
dimus,quàm antè aſcenderamus vſque ad Cancierapalli, vbi
hidiaconus nos expectarat.

uuiæ ſiquidem fuêre continuæ,traiectus per flumina & torrē-
periculoſus,viaticum denique exiguum.Perumal, vt rem co-
uit,moleſtiſsimè tulit,acriterque Gubernatorem increpauit,
d mandatis non paruiſſet.Ego,inquiens, æquè ſum Dominus
onis meæ,ac Tacantute ſuę.Deinde reipſa ſemper declarauit,
fide & amore cum Patribus ageret, inuitauitque nos vt ſecū
ontes reuerteremus,ac ſe præſente in Maurorum aliorumq;
erſariorum deſpectum perficeretur,quod volebamus. Ego ve-
ratias eius Excellentiæ egi,excuſans me ob meam ſociorum
defatigationem, & nimiam viarum aſperitatem, rogauique
er Gubernatorem defectum noſtræ abſentiæ ſuppleri curaret.
pondit: Patres vtamini commoditate veſtra; ego tamen vel

 vobiſcum

vobiſcum vel cum aliis Patribus, quandocunque huc venerint, propria perſona venire volo, & deſiderio veſtro facere ſatis.

Ad extremum inuiſimus Regem de Porca, eumque collaud-uimus maiorem in modum, quòd Mahometanos è ſuo regno e-turbaſſet, ac ſub 22 Auguſti Coccinū rediimus, binis ſcilicet me-ſibus & medio poſt diſceſſum ex hoc Collegio.

Hactenus intellexit R. V. ſucceſſum miſſionis Maleas, nunc r-ſtat vt nonnihil de moribus rationeque viuendi huius gētis ſu-jiciam. Colore conueniunt cum reliquis Malauares, incolunt e-iguas villulas in montibus, domicilia humilima argilla incruſt-ta. Comptior elegantiorque veſtis eorū eſt, talaris cento, Mauri-rū more. È collo & auribus multum auri pendet. Ordinariè v-vxore contenti ſunt. Armorum loco vſurpant arcus, ſagittas, nōnulli fiſtulas ferreas & machæram. Maximam terræ partē p-ignauiam relinquunt incultam. Primarium & ordinarium eorū exercitium eſt venatio elephantorum, quos capiunt in profunc-ſcrobibus. Nulla inter eos furta aut latrocinia, & idcirco dum f-ras procedunt, ædium oſtia non occludunt, nos certè admirati ſu-mus, cùm in aſcenſu montium patulas villas offenderemus, n-vllum tamen hominem præſentē in iis deprehenderemus. Vale-arte varia inſtrumenta muſica pulſandi, fiſtulas, tibias, & paru-tympana. Quæque domus vel villa habet ſuum Pādara, id eſt, g-bernatorem, cui ad nutum reuerenter obſequuntur omnes. Nu-lum apud eos extat idolum, ſepulchra duntaxat maiorum ſuorū in magna veneratione habent. Vtuntur veneficiis & faſcinatio-bus. Non dubitamus plures eſſe inter eos ſuperſtitiones, ſed in t-ta temporis anguſtia non potuimus omnia explorare. Coccino Octob. an. 1600.

Miſſionem ad regnum Camboiæ, cuius Princeps proximè e-pſo anno, vt V. P. ſcripſi, ſacerdotes de Societate expetiuerat, i-termiſimus, vt locū daremus, quemadmodū debemus, S. Domi-ci & S. Franciſci Patribus, qui dicunt hanc prouinciam ſibi eſſe a-tributam. Itaque nos latet, quis ſit illius regni, duorumque vi-norum, Sion & Achen, ſtatus, quoad prædicationē Euangelii. O-lim Camboia exterminati ſunt omnes Luſitani, eo quòd cū H-ſpanis eò ex Manilia Philippinarū delatis inuaſiſſent Mauros M-lai Cāboiani ſubditos: licèt enim prima impreſſione Mauros -gaſſent, altera tamen cùm armati Mahumetani rediiſſent, ced-coacti ſunt, paucis quibuſdam nauium beneficio elapſis. Quo -pore è tribus religioſis in eas partes tendentibus euaſere duo; tertio nihil cognoſci potuit.

In regno Sion ſimilis exorta tempeſtas coëgit religioſos eò a-
mandatos reuerti Malacam. cuius illa cauſa fuit, quòd Luſitanus
quidam aurificem regi cariſsimum trucidaſſet. quem & Rex can-
dentibus forcipibus laniari, ac in lebete oleo bullienti pleno tor-
queri mandauit. Eodem ſupplicii genere duos, vel tres alios Luſita-
nos, qui famulo cuidam ſuo vulnera inflixerant, excruciauit: cùm
tamen, vt referunt dicti religioſi, perbenignè conſueſſet totam
nationem Luſitanorum tractare. Et quia eorum Superior dictum
homicidam occultarat, mandato tyranni priùs ille captus eſt, ei-
démq; generi mortis adjudicatꝰ, niſi reũ in manus juſtitiæ traderet.
Quo audito Luſitani exiſtimarunt eum, licèt eſſet eorum nauar-
chus, tradendum. Sic liberatus religioſus paulo pòſt cũ duodecim
vel tredecim Luſitanis aufugit.

Rex Achen Maurus eſt. Vbicunque verò Mahumetani imperiũ
obtinent, nullus conſtat operæ noſtræ fructus. Colit nihilominus
amicitiam cum Luſitanis, & nuper legatum miſit Goam, indica-
tum Viceregi, quòd præterito Septembri anni 1599. Acheni, bi-
nas naues Hollandorum, in portum inuectas malè multarint, a-
lios mactando cum eorum Capitaneo, alios in vincula conjicien-
do, quorum nonnulli Mahumetani facti ſunt; alii verò miſſi ſunt
Malacam vel Goam, vbi à noſtris in religione Catholica inſtruũ-
tur. Hoc de miſſionibus in Collegio Malacenſi decretis.

Quod verò attinet ad res in Iaponia & regno Sinarum glorio-
ſè geſtas, exponendum relinquo annuis illius Vice-prouinciæ or-
dinariis, ex qua Procurator Romam iam altera vice miſſus eſt P.
Ægidius de la Matta, ſed juncus, quem ille conſcendit, Nuni de
Mẽdoza, antequã Macaum appelleret, vt creditur, fluctibus hau-
ſtus eſt, nullo relicto naufragii veſtigio.

Maluccum bis noſtri profecti ſunt. Semel P. Chriſtophorus de
Vega cum P. Vaſco di Cugna, ad viſendos Patres Chriſtianoſque
illorum curæ commiſſos, qui ob inopiam rei familiaris ſatis affli-
guntur, ac pręterea perſecutionem patiuntur a Mauris, Luſitani-
cæ coronæ hoſtibus capitalibus. Diſceſſit dictus Pater Malaca ad
10 Auguſti in mioparone, cuius Præfectus & Officialis viã tenue-
re extraordinariam, ad abbreuiãdum nauigationis tempus in in-
tegrum penè annum, quod fecere in gratiam P. Chriſtophori, qui
tunc Malacæ Rectoratu defungebatur. Summo enim eum a-
more complectebantur, & tam liberaliter neceſſaria ei ſuppedi-
tarunt, vt etiam in reditu annona ſufficeret. atq; ita noſtros Mo-
luccenſes non opus fuit plus quàm oportet onerare. Tidorē ap-
pulerunt 20 Nouembris, quo P. Ioannes Ribellus erat morti

 proxi-

proximus,qui & triduo pòſt morte defunctus eſt,ſecutus P.Antonium Martam,qui 15 Auguſti è viuis exceſſerat. atque ita miſera illa reſidentia vnum tantùm fratrem coadiutorem reliquum habuit.Dici certè non poteſt,quantum detrimentum capiat afflicta Chriſtianitas totaque prouincia ex obitu tam piorum & exemplarium operariorũ. Mortuus eſt præterea Antonius à Coſta frater,qui in ſeculo ducem belli egerat,& in Societate fructuoſè vitam ſumma religione traduxerat. Cum claſſe regis Bacian, quæ ſoluebat ad ſuccurrendum Luſitanis,percommodè P. Rutgerus Cõradi Laboa, vbi degebat, tranſlatus eſt Tidore,vt ibi colloqueretur cum P. Chriſtophoro,qui viſitatis Eccleſiis,commendatiſque ſuo comiti P. Vaſco,donec aliunde proſpiceretur, ad ſecundum diem Martii Tidore diſceſſit, & breui Amboinum peruenit. vbi Superiorẽ Malucci aliosque de noſtris ſaluos & incolumes inuenit. Et quanquam ipſe parum integris eſſet viribus, tamen induſtriam ſuam illis deeſſe paſſus non eſt, communicandis, iuxta ſui officii rationem,non ſemel conſiliis, de promouenda re Chriſtiana;& omnibus caritatis officiis exhibendis: quãquam inibi Chriſtiani parum haberent,quod agerent cũ bonis Patribus,qui quotidianis calamitatibus haud ſecus, quàm in igne aurũ,probabantur.Deniq; vela faciẽdo ad 15 Maii,portũ Malaccenſem tenuit Iunii 30. & viſitato Collegio per Goam cum P. Sebaſtiano de Sexas diſceſſit,verùm ſic exagitatus variis caſibus atque periculis, vt ſecum deferre voluerit oleũ ſacrũ, donec Domino placeret eum ex hac vita euocare ad æternã requiẽ, ſicut & in itinere euocauit. Nautæ vectoreſque omnes eius doctrina & exemplo vehementer ſunt recreati & ædificati,eiuſque obitus ob eximia dona & virtutes vniuerſam prouinciam non parum contriſtauit. In auxilium Malucceñſiũ proximo ſuperiore April. miſi P. Georgium de Fonſeca,Andream Baptiſtã,Barthol.Danielẽ,& Matthæũ de Brito fratrẽ.Vtinam ſalui eò perueniant, & vtramque arcem Amboini & Malucci ab hoſtium incurſione immunem offendant.

Fecit hæc prouincia quoque miſſiones ſuas ad cœlum,non inferiores iam dictis, ſi virtutes exemplaque ſpectemus, quæ nobis imitanda reliquerunt. Numero certè longè illas ſuperarunt;nam præter iam nominatos, Deus ad ſe euocauit P. Laurentium Mexias,Odoardum de Sande, Balthazarem Moreiram, cum fratre Iaponio in Sina.In Piſcaria P.Ioannem de Salanoua,excellentem virtute virum, & gratia concionandi idiomate Malauarico, & P. Henricum Hãriquez , omnium illorum Chriſtianorũ Patrẽ.Cocini verò P.Gabrielem de Oliueira, qui audiendi facultate tandem

ol

b multa in illa vinea adita pericula deſtitutus eſt, licet idcirco à
iboribus ſupra vires ætatemq;ue perferendis nõ abſtinuerit, pau-
erum enim curam ſedulam gerebat, eruditeque & feruenter cũ
iagno ſpiritu verbum Dei annunciabat. Adhæc P. Antonium
egam, qui, quoniam ſtudii Theologici tempore ſanguinem ex-
uerat, cò valetudinis recuperãdę cauſa amandatus erat, multa-
ue virtute eximiiſque ingenii dotibus pollebat.

In Salzeta obitu P. Antonii de Coſta iacturam fecimus diſer-
ſſimi concionatoris in lingua Brachmana, ardentiſſimique in
onuerſione gentilium operarii. In eodem Collegio exceſ-
t Pater Antonius Monſerrate, qui exantlatis multis laboribus
omiſſus erat tãquam in aſylũ quietis cauſa. Sed placuitDeo bre-
i illum euocare ad veram requiem & mercedem ſempiternam.
Iultum ille operæ poſuerat in vinea Domini, primùm in Luſita-
ia, ſpeciatim autem Vlyſſipponæ tempore diræ peſtis, quæ anno
599 ibi graſſata eſt, vbi fundamenta præclara reliquit monaſte-
i S. Marthæ, quod hodie cenſetur in totius vrbis primariis, ex-
tatumque fuit pro puellis pauperibus & orphanis ab omni pa-
ocinio deſertis. Deinde in hiſce partibus multa perpeſſus eſt a-
id Mogores, & in ſeptenni captiuitate Maurorum Arabum, in
iorum manus incidit, cùm iter faceret ad regna Presbyteri Ioã-
s ſolandorum paucorum Chriſtianorũ cauſa, qui ibi ſuperſunt.
tque hanc miſsionem ſibi deſtinari ſæpenumero cum multis la-
rymis poſtulauerat.

Goæ in domo IESV febri maligna extinctus eſt bonus P. Fran-
ſcus Fernandez Miniſter, ſuprà nominatus in miſsione Benga-
na. In Nouitiatu item duo tyrones multorum annorũ curſum
plerunt.

In Septentrionali ora Dominus vitam impertiit multis, vnum
ita hac ſuſtulit, P. Hieronymum Cottam Superiorem, qui poſt
iuturnam ægritudinem in Damano & Bazaino, nauigatione re-
tita, licèt viribus fractus, cum vno Patre & fratre vno Ciaulù,
c miſeriarum mari traiecto ad portum cœleſtem cum pace,
iam ſemper in vita fouit, applicuit. Odoardus de Melo Præfe-
us in Diu, cui Pater erat adiunctus, curauit corpus arcæ inclu-
m honorificè ad ædes noſtras deferri, ipſe funus inſecutus eſt.
ulta commemorari poſſent de omnibus his Patribus & fratri-
s vita defunctis, ſed tantùm aliquid adiungam de antiquiſsimo
ius prouinciæ Patre, hoc eſt, de P. Henrico Henriquez, qui for-
alibi ob antiquitatem eſt ignotus. P. Simon Rodriquez vnus è
cem primis Societatis Patribus cum in Societatem recepit

Conymbricæ iam Diaconum, & iuris Canonici ſtudioſum, miſ-
que in Indiam cum P. Cypriano, poſtea in S. Thoma defuncto.
Goam peruenit, iuſſu B. P. Franciſci Xauierii, miſſus eſt ad ora
Piſcariæ, tanquam ſocius P. Antonii Criminalis, cui poſt glori-
ſam mortem pro Chriſto obitam ſucceſſit in curandis ibi Chri-
ſtianis: qua in functione perſtitit in annum tertium ſupra qui-
quageſimum, & inter alia diſcrimina ac ærumnas, quas toler-
uit, factus eſt mancipium Badagarum, qui quodam die cum v-
luerunt ſude transfodere à vertice ad talos, ſed Dominus eum
hoc diſcrimine aliiſque multis, Chriſtianæ rei amplificandæ ca-
ſa, eripuit; cui & in complures annos præfuit. Edidit iam oli-
Dictionarium, Confeſſionale, Doctrinæ Chriſtianę inſtituti-
nem, & Florem Sanctorum, atque alia huiuſmodi idiomate Ta-
mut: Varias Eccleſias à fundamentis erexit, bina Xenodochia,
namque Confraternitatem hominum in operibus miſericord-
& frequentatione Sacramentorum ſe exercentium. Vitæ fuit i-
culpatæ, eaque ſemper circumſpectione vſus eſt in colloquiis,
in tanta negotiorum varietate nullus vnquam fuerit, qui non
ius ſermone ſit ædificatus. Maledicum quendam calumniatore
vitæ eius ſanctæ Deus hoc probro caſtigauit, vt quoties eloq-
vellet, magna linguæ parte ex ore exerta, ita præpediretur, vt i-
telligi nõ poſſet. Breuiter fuit, quod Cõſtitutiones noſtræ poſt-
lant, velut angelus inter homines. In obedientia, licèt iam æta-
affecta multaque prudentia vir, ſic voluntatem iudiciumq; ſuu-
conformabat Superiori, ac ſi omnis propriæ voluntatis ac iudi-
expers eſſet. In caritate ac zelo procurandæ proximorum ſalu-
ſeparatim autem in patientia paucos habuit pares. ſolituſque
dicere verum religioſum pudore ſuffundi debere, ac dolore
tiam, ſi vel vnum diem elabi ſinat, quo non aliquid amore Dei p-
tiatur.

Chriſtiani vicini, cognito eius obitu, non ſecus quàm comm-
nis omniũ Patris mortẽ luxerunt. Atque in Punicale, vbi ſpiritu
Deo reddidit, quàm plurimi bidui triduíve inediam ex mœro
ſuſtinuerunt, totidéq; diebus & eo pluribus officinæ manſeru
occluſæ. quod idem factum in magna quadã Maurorum & gen
lium ditione. In tranſlatione corporis è domo noſtra ad Eccl
ſiam, magno ſtudio arceri debuit hominũ turba in feretrũ irruẽ
ne aliquid è defũcti corpore detraheret, efficiq; vt cõtẽtaeſſet m
nu attingẽdis coronis. Et quoniã à Punicale ad Collegium Tut
curini non intercedit niſi nouẽ milliariorũ interuallum, viſum
per mare corpus deportãdũ. Verùm ſimulatq; nauis ad littus a
pu

pulſa eſt, nouo labore opus fuit in ſubmouẽdis hominibus. Multi enim vt primas in honorãdo defuncto aliis præriperẽt, natando ad nauẽ delati ſunt. Cùm verò in littus expoſitum eſt, tanto amplius ſudandum fuit in repellenda multitudine, quanto numeroſior ibi populus erat, quàm in Punicale. Peractis licèt exequiis, cadaueréque humato, non ceſſauit nec adhuc ceſſat ad tumulum piorum Chriſtianorum concurſatio ſanctæ illi animæ neceſſitates ſuas commendantium. habuére enim ſemper illum pro viro eximia ſanctitate prædito & verè Apoſtolico.

Horum in Chriſto defunctorum exceſſum cum magno noſtro ſolatio P. V. nouo ſupplemento egregiè compenſauit, nam ad 21 Octob. cum S. Ioannis naue decem de Societate ſalui, licèt maris tempeſtatibus peiùs tractati, aduenere. faſsique ſunt nautæ, paucos viuos euaſuros fuiſſe, ſi in decem alios dies nauigatio extracta fuiſſet. Eodem tempore Coccinum applicuit nouus Prorex Aires de Saldagna, & Petrus de Almeida cum octo de noſtris, ex decem qui venerant; P. Simone fortè iam antè in naui extincto. Omnes vehementer recreati ſumus ex nuncio allato de V. P. incolumitate, & Societatis IESV per Europam incremento, taliſque Proregis aduentu, qui & in itinere & poſtea multis argumentis demõſtrauit ſyncerum ſuum in Societatem amorẽ, & quod eo amplius eſt, iam magnopere ſe accenſum declarat ad promouendã Euangelii propagationem, nec ea in re ſe velle cedere Proregi D. Conſtantino. Vtinam Dominus eius votis faciat ſatis, vt proximis inſequentibus annis lætiſsimam aliquam meſſem P. V. repræſentemus ad majorem diuinæ Majeſtatis gloriam, vberiorémque Patrum & fratrum cõſolationem, quorum ſanctis ſacrificiis orationibúſque impensè nos commendamus. Goa, Calend. Decemb. anni 1600.

*Ex ſermone Italo in Latinum hanc Epiſtolam vertit Ioannes Buſæus Societatis IESV.*

SERE-

# SERENISSIMO
## ET REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. FERDINANDO, COLONIENSI, LEODICENSI, STABVLETANO COADIVTORI, COMITI PALATINO RHENI, VTRIVSQVE BAVARIÆ DVCI, &c.

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO:

Ioannes Oranus Societatis IESV.

*GRATA eſt, & vtilis, rerum apud externas Gentes geſtarum ſcriptio: præſertim cùm narrationi fides & ſcribentis authoritas acceſſerit. Ita enim natura comparatum eſt, vt quæ in oculis non ſunt, ſed cum admiratione audiuntur, imprimantur vehementiùs, hæreant diutius, & ad imitationem animos excitent, vel certè ad Deum laudandum in mirabilibus operibus ſuis permoueant. Quæ cauſa cur de Societate IESV Patres, magna cautela, literis ea communicēt, quæ ab aliis ignorata, ab ipſis verò viſa, &, vt modeſtiſſimè loquar, attentata illo adiutore, qui etiam mutas infantium linguas*

*facit*

facit diſertas, libenter euulgent: vt hac vitæ ſocietate, & officiorum communicatione, abſentes nobiſcum loquantur, & vaſtiſsimas ignotaſq́; Gentes in Europæ ſinu propemodum conſtituant. In quibus multa ſunt, quæ virtutem, conſilium, & maieſtatem illam veterē redolent, & minore cum inuidia, honeſtiore ratione, vberioreq́; omnium fructu, leguntur. Ac mihi, eas ſtudioſè percurrenti, nonnūquam ſubit timori permixta non vana, vt arbitror, cogitatio, ne infinita illa Altitudo, cuius conſilia & decreta nullo hominum aut Angelorum ſenſu comprehendi poſſunt, & quæ, plebem non ſuam, plebem ſuam vocat, ſceleribus noſtris offenſa, iuſtiſsima & peccatis noſtris debita pœna, nos condemnet: ſuſtinueritq́; hactenus in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtēdat diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Nam quæ fuerunt vnquam crimina, in quæ turpiter iam non volutamur? ſic, vt cōditionis & ſtatus noſtri obliti, ad inania ambitionis, faſtus, libidinis ſimulacra conuertamur, & ſeneſcente feréque emortua natura, miſerrimè concidamus. Sed non eſt huius loci maior lamētatio. Faxit Deus, vt in his epiſtolis, tāquā in ſpeculo, errorem noſtrum videamus, & deterſis iniquitatis maculis, in veram libertatem & integritatem nos aſſeramus. Quas ſub nomine tuo, Sereniſsime Princeps, latinè loquentes edimus, vt te honorario arbitrio in lucem exeant, & hoc munuſculo leuidenſi craſſo filo Seren. Familiam tuam (alterum, vt quod eſt loquar, Germaniæ clariſsimum oculum) in nos ſocietatémq́;

*tatémque noſtram propenſiſſimam, téque datum nobis, & Eccleſiæ Leodicenſi, Dei voluntate, Patriæ parētem, ac libertatis vindicem, recognoſcamus. In quibus deprehendes, quæ plurimum oblectent, & quæ cõſulere omnibus, mederi aliorum incõmodis, prouidere omnium ſaluti (Principis prudentis officia) meditantem non parum adiuuent. Inuenies etiam, quot ad veram ſapientiam, religionem, continentiam, rerum humanarum deſpicientiam, mortis meditationem, eiuſq; contemptum, igniculos natura nobis ſubminiſtret. Vt meritò pudere debeat, quibus meliùs quoddam lumen affulſit, in his propè omnibus tam eſſe remiſſos. Deus Opt. Max. S. T. nobis, totíq; ſuæ Eccleſiæ quamdiutiſſime incolumem conſeruet. Leodici, Decimo-quinto Calendas Auguſti, M. DC. I.*

NAR-

# NARRATIO BRE-VIS RERVM A SOCIETA-TE IN REGNO MAGNI MOGOR GESTARVM,

*ranſcripta ex literis P. Hieronymi Xauier Societatis IESV, Anni 1598, & P. Emmanuelis Pigneiro, Anni 1598.*

HIS res noſtræ miſsionis perſequar, & quæ in Caſcimirano Regno frater noſter Benedictus Gois, mecum Regem comitatus, effecerit, breuiter comprehendã. Regio hæc perfrigida eſt, eamque algidam magis reddunt altiſſimi, quibus cingitur, montes: ſed cum Regno Tebat (quod illi ab Oriente adjacet verſus Scetaium vel Cataium, vbi eſt e inſolens & nominatiſsimus trecentorum millium murus, qui ırtariam à Sina diuidit & ſeparat) collata, temperatior, ita vt à lidis mõtibus Regni Tebat menſe Maio gregatim & per acies inita prope anſerum ſylueſtrium agmina aduolent, & in flumi-, quę iuxta vrbem Caſcimirum tanquam calidam magis mant & fluunt, ſe immittant. Octo ab ea Ciuitate milliaribus eſt cus aquæ dulcis, tam vaſtus, vt majora & altiora nauigia ferat, ambitu ſuo quinque, latitudine verò ſemi alterum miliare mplectatur. In Inſula arte, in lacu medio excitata, palatium eſt gis, in quod ſe confert cùm ad anſerum, quæ magno ibidem ıt numero, venationem proficiſcitur. Ad fluminis ripam, quod ; lacum Occidentem verſus decurrit, viſuntur immenſę magnilinis arbores, trunco foliis caſtaneæ ſimillimæ, tamen pluriım differente, quis exſiccatus vagas & volubiles vndas refert, que ciſtis & ſcriniis fabricandis aptiſſimus. Terra oriza, fruuto, herbis eſui aptis eſt fertilis, & à multis fluminibus irriga-, adeóque fontibus abundat, vt in colliculo centum & plures ıtes inueniãtur. Ad mori radices vites plantant, quæ arboris

ſtipitem

ſtipitem ſupergreſſæ clauiculorum adminiculo ita ſe ramis inſe-
runt, vt ex eadem arbore vuæ & mori dependentes videantur
Non procul à Ciuitate Palatium antiquum cernitur nigro lapi
de, ſummo artificio extructum, cuius columnæ & porticus ſaxi
conſtant juſtam menſuram excedentibus. Vulgò dicunt, cū Ciui
tas Ethnicos ritus ſequeretur, (nā ante 300 annos incolę Maho
metum Maurorumq; ſuperſtitiones admiſerunt) ad vſque eun
locum protendebatur.

Hoc in Regno extrema fuit fames; ſic vt in dies multi inedi
abſumerentur, & ne pueri infantes deſerti & omni humana op
deſtituti morerentur, matres è domibus ejectos in plateis expo
nebant, quorum plurimos colligebamus, qui ſalutari aqua ablut
creatori ſuo animam reddebant. Cùm igitur ex Mauris quidan
abjectos infantes tam piè & humaniter à nobis tractari vidiſſet
obtulit ex filiolis ſuis vnum, quem matri reſtitui, data in alimen
tum & nutritionem certa ſumma. Sed dilato baptiſmo mult
manè, & primò velut diluculo, exauditus eſt ad domus januan
clamor, accurrens igitur ad oſtium, vt viderem quid ſibi velle
hæc vociferatio, inueni matrem eſſe infantis, euocantem me, v
in ædes ſuas me conferrem, puerulum morti proximum baptiza
turus: Parui, comitantibus me Luſitanis quibuſdam, & conſentiē
te Patre, ablui. Volebat Pater mortuum circuncidere, ſed non
paſſi ſumus tantum ſacrilegium, ſepeliuimuſque Chriſtiano ritu
Benedictus Dominus, qui ab hominibus abjectos in vitā ætern
colligit. Idem puſioni trimo accidit, qui ad nos a Maura quadam
delatus, ſtatim à baptiſmo mortuus, in cœlum conſcendit.

Cùm Rex Lahorum regredi vellet, petii, vt bona eius cū facul
tate, nobis præire liceret: In iter parantibus ſuperuenit mulier fi
liolum deferens, quem nobis venderet, & ne adulterinus aut fur
to ſublatus putaretur, ſecum teſtes adducens, qui proprium con
firmarēt: ſed cùm negarem mihi eam in rem commoditatem, ne
que eum adeſſe qui cōmodè puellum portaret; obtulit ſe ad mon
tes vſque, iter ſat longum, filii baiulū, quod & fecit exigua mer
cede & pretio.

Recedentes ex Ethnicis plurimi valedicturi acceſſerunt, qua
multis annis amicitia fuiſſemus coniuncti: magnam enim de no
ſtro candore & integritate opinionem conceperant; quare qui i
comitatu Luſitanorum nos ſequebantur, pecuniam ſuam ſeruar
dam nobis committebant. Eo in regreſſu famis & frigoris incō
moda, itinerumq; multas difficultates, paſſi ſumus, viis montibu
interſeptis, adeo verò arctis & aſperis, vt ſolùm equitem admi
terc

ceret, & lento hoc ac tardiori frequenterque interrupto inceſſu
patientiam noſtram exerceret ,elephanto, qui ſarcinas portabat,
nouam afferente moleſtiam,qui in tranſcendendis montibus,pedibus
diffidens ne oneri ſuccumberet, proboſcide, tanquam ſcipione
quodam ,vtebatur. Hoc in itinere interrogatus ab Ethnicis
F.noſter Benedictus,quis eſſet, Religioſum ſe eſſe, reſpondit,
qui cum ſociis ſemitam veram in cælum conſcendendi homines
doceret,& cœlibem ac caſtam vitam duceret , quo audito ad pedes
ſe abjiciebant,eius inſtituti viros plurimum laudando.

Poſt multos anfractus & labores tandem ad decimum tertiũ
Nouembris Lahorum peruenimus, vnde 13 Maii diceſſeramus,
imuſque a Gubernatore,qui vices Regis abſentis obibat , & ciuibus,qui
primo olim acceſſu nos lapidibus impetebant,ſerenio-
i vultu & cũ aliqua gratulatione excepti.Paucos poſt dies ſequutus
eſt Rex cum Principe, equis, elephantis , multiſque ex ſuis in
ia amiſsis. Iuerat ad Leonum venatum Princeps , elephanto
emina nullis dẽtibus armato vectus,occurrenteſque leones necum
adultos, aut viribus confirmatos , facile confecerat; quibus
amen ſuccurrens valentiſſima leæna, magna ferocitate Principẽ
erſus dilapſa, priuſquam proximè acceſſiſſet , ab eodem ſagitta,
on tamen mortifero ictu, confixa eſt;quia plaga accepta , rabida
: furens aggreditur ferientem, vt eum vnguibus & dentibus diſcerperet;ſed
fiſtulæ ſulphureæ,quam geſtabat , glande non inani
it irrito conatu rurſus traiecit;nec hoc quidem vulnere,tametſi
grauiori,audaciores ſpiritus ferociamque remiſit: verum irritata
agis,impetu magno in elephantum inſilit,tam vicina hoſti , vt
ris ſpuma, quam rabies excitabat , Principem inficeret ; qui tamen
periculo audacior factus , arrepto ſclopo tanto impetu feræ
aput pulſauit,vt attonita & ſtupens in terram rueret, quam mis
quidam adorſus, gladio percuſſit , quo ex vulnere mortua eſt,
ius tamen ſe ipſam vlta, miſerrimè dilacerato & dilaniato peruſſore.
Videtur Dominus noſter hoc ex periculo liberare voluiſſe
Principem , quod cum ſit rebus noſtris addictiſſimus , eo for-
,vt inſtrumento , vti velit , ad multorum ſalutem , & ab errore
onuerſionem.

Natalitiis Chriſti feſtis, Frater noſter Benedictus Gois præſe-
& incunabula tam pia curioſitate excitauit , nullus vt Goanom
cederet,ad quę viſenda,Chriſtianis immixti Ethnici &Mau-
accurrerunt. Nocte multa religione dictæ ſunt miſſæ,exhibi-
etiam à quibuſdam adoleſcentibus paſtoralis ecloga,quæ,Per-
a lingua, de Chriſti Domini Natali agebat , adiunctis aliquot

Induſtanis ſententiis : ſicque placuit vt ex duobus Mauris, q
actioni intererant, alter ſocio diceret: Nos Chriſtianos C
faros, hoc eſt, gentem quæ nec, Deum nec Prophetas nou
rit, vocamus: nos certè illi ipſi ſumus, cùm ea, quam ipſi de D
rebuſque diuinis notitiam habent, adeò, vt audis, in vatibus
prophetis verſati, careamus. Refecti ſunt igitur, & hac pia exe
citatione recreati plurimum, & quæ viderant læti ad ſuos pe
ſcripſerunt. Idem fecerunt ex Ethnicis quidam. Finito ſacro c
ficio, apertæ ſunt omnibus portæ, eaque fuit Maurorum & Et
nicorum accurrentium pietas & religio, vt conſpecto puero I
s v in cunis iacente, venerabundi ſe in terram proſternerent. V
ria ſacræ ſcripturæ myſteria, quæ coràm exhibebantur, occaſi
nem dabant de rebus fidei noſtræ ſermocinandi. Tantus ve
iis diebus extitit ſpectantium concurſus, vt ad Octauam E
phaniæ incunabula permanſerint : Fama huius per Ciuitate
ſparſa, etiam exteros ad viſendum hoc ſpectaculum impulit.
vt omnia conſtringam, adeò quibuſdam centurionibus & be
ductoribus placuit, vt etiam Regi denunciare vellent, dignu
eſſe exiſtimantes, vt vel ab ipſo Rege videretur. Nihilomin
tamen maiora ſigna approbationis rerum noſtrarum oſten
bant Ethnici, quàm Mauri, qui votis Dei matri ſe obligaba
offerendo illi, quæ cuiuſque facultas permittebat : Attulit i
quædam mulier certum quoddam donum, cumque doni ca
ſa ab ea requireretur, reſpondit, poſtulaſſe ſe à Bibi Maria,
hoc eſt, à Domina Maria (ita enim Beatiſſimam Virginem no
nant) filiolum, quem etiam impetrauerit : In huius igitur
memoriam, & aliquam compenſationem, hoc munus
ferre.

Neque ſolùm plebs, & infima multitudo, ad Mariam, n
ſericordiæ matrem, vt gratiam aliquam impetret ; ſed & i
Principes recurrent. Quos inter vnus, neſcio quid poſtulatur
duos cereos obtulit, quatuor palmas longos, ea craſſitudine,
duabus manibus vix ſtringi vel comprimi poſſent, acceptumq
ex his vnum clauſis & obſeratis oculis in modum orantis & n
ditantis Patri conſignauit accendendum, & in honorem Dom
I e s v (vt ipſi loquuntur) abſumendum. Eodem ritu & cere
nia alterum dedit, vt in cultum & gloriam Dominæ Mariæ ar
ret. Deinde in eleemoſynam triginta aureos contribuit, quos
Chriſtianos pauperiores diſtribuimus.

Amor & ſtudium, quo Princips Chriſtianæ fidei afficitur,
cit, vt offerente ſeſe occaſione eam defendat & tueatur. Hinc
cic

cidit, vt cùm Maurus quidam corā diceret, Patres Societatis porcinas carnes edere, neque ſe ſatis intelligere, quam vitæ rationem tenerent Chriſtiani; reſponderit Princeps, nullam illi iuſtam eſſe cauſſam cur de iis malè loqueretur aut ſentiret, quòd legem Euāgelicam poſſiderent, prophetas & ſcripturam ſacram, ad cuius normam omnes ſuas actiones definirent.

Profitetur publicè deuotionem ſuam, & Domino IESV ac Dominæ Mariæ (vtor verbis gentis) debitam reuerentiam, eamq; ob cauſſam in cubiculo vtriuſque pictas habet imagines, quas quodam die in huius rei confirmationem ex feneſtra ſpectandas multis exhibuit.

Obtulerat illi Chriſtianus quidam Seruatoris noſtri cruci ſuffixi, pendente vtrimque latrone, fictam formatamque imaginē: Cùm ergo aſtantibus multis plenam huius ſignificationem depoſceret, campum mihi aperuit, vt bonam temporis partem in explicandis tormentis & Chriſti perpeſſione conſumerem. Idem me factum eſt alio quodam tempore, in media hominum corona, occaſione accepta ab Iaponica ſica, in cuius capulo crux & claui viſebantur, Principe etiam ex feneſtra attentè me audiente.

Quodam die cùm eum inuiſerem, inueni cum duobus pictoribus, qui inductis coloribus & pigmentis paruas quaſdam imagines illuſtrabant, quarum altera erat Angeli Paſtoribus apparentis; altera, Seruatoris noſtri de cruce depoſiti: Interroganti igitur, quid hæc ſibi vellent, & quorumnam eſſent ſimilitudines: ſacræ perpeſſionis Chriſti Domini habitos olim ad ipſum ſermones innouaui: Diſputaui etiam cum eius magiſtro de myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis, & aſſumpta à Filio Dei in ſalutem generis humani carne; oſtenditque ſe in meis reſponſionibus conquieſcere. Cùm ex me ſcire vellet modum, quo Chriſtiani precationes ſuas inſtituunt, lapſus ſum in difficultatem, quam experirentur, qui extentis brachiis, & corpore in crucis modum conformato, ad Deum orarent. Quod cùm audiſſet quidam Principi familiarior; & quænam, inquit, hac in re pœna? mihi animus & vires, vt etiam horam vnam in eam formam productis & paſſis ſim brachiis: Iuſſit igitur Princeps, vt experiretur, qui cōpoſito in crucem corpore iocabatur, laborem eum eleuans: ſed poſt aliquam moram rogatus qui haberet, confeſſus eſt nonnihil ſe fatigari; Modico rurſus tempore interiecto dixit, grauem eſſe, quam ſentiret, corporis moleſtiam, quodq; languentia & feſſa brachia diutius tenere non poſſet, dabatque ea dolo-ris ſigna, vt Principi & aſtantibus riſum moueret. Curauit etiam,

vt duo alii idem probarent, qui primo quoque tempore dolori impatientes, miſericordia implorata, circuſtantibus cachinnum excitarunt. Tandem ſecedens, & in locum ſecretiorem ſe recipie Princeps, voluit in ſeipſo moleſtiam hanc experiri; ac in quartam & eo ampliùs horæ partem eam corporis conſtitutionem produ xit, tanto dolore, vt ſtupentibus & quaſi emortuis membris bra chia mouere non poſſet, pœnæque acerbitatem profeſſus; dixit ſ tamdiu perduraſſe, quòd temporis, quo Chriſtus Dominus no ſter in cruce pependit, recordaretur. Cœpit poſtea de pœnis & corporis afflictationibus, quas voluntariè & vltro Chriſtiani ſuſ cipiunt, multo eorum qui in præſentes aderant ſenſu ſuſiùs lo qui; & huius confirmationem narrauit de Patre Rodolpho Aqua uiua, (cui fuerat amicus intimus) quòd, cùm in cubiculo nó pro cul a ſuo ageret, nocte quadam huiuſmodi ſtrepitum audiuerit, v in parte remotiori eum excitari putaret; ceſſante igitur ſonitu conclaue Patris ingreſſum, & flagello fortè inuento ſic ſanguin infecto, vt cruoris guttæ in terram deciderent, Patrem rogaſſe quid ſibi ſtrepitus auditus voluiſſet. Sanctum verò Patrem ri tegere voluiſſe, quod vultus rubor & verecundi oculi manifeſt indicabant. Permoti ſunt omnes huius facti narratione, fidem que Principis verbis tribuerunt.

Alio quodam die de continentia, & caſtitate, & his qui ſe inte gros caſtoſque iuxta legem Chriſtianis præſcriptam ſeruant, no bis fuit diſputatio, qui punctus eſt totius difficultatis, & cauſſa cur Chriſtianorum ſacris Mauri, libidinis & incontinentię ſordi bus immerſi, non initientur, affirmauitque Princeps, ſi Euange lium plures vxores permitteret à multis recipiendum, quòd i cæteris, quæ docet, ſanctum ſit, & conforme rationi. Neque mi rum, ſi in temperantia ſeruanda, moderandaque libidine, tantur inueniat difficultatis, cùm triginta ſex vitæ annos non exceſſe rit, & viginti mulieres, tanquam legitimas vxores, ſibi adiun xerit.

Adeò cupidus eſt & appetens rerum earum, quæ à Luſitania & India huc afferuntur, ſpeciatim verò imaginis Seruatoris noſtri & beatæ Virginis Angelorum Reginæ, (quibus vt ait ſe commen dat) vt admirationem moueat. Hinc accidit, vt aliquando à Cam baia ad hanc Aulam aduectas ſarcinas in ſuum palatium curaue rit transferri, quibus præſente ſe diſſolutis & explicatis quæcum quę adlubebant vſurpauit, perſoluto tamen earum Dominis iu ſto pretio. Eadem ex cauſſa ob magnam quæ illi nobiſcum inter ceſſit amicitiam, non ignarus antiquæ ſententiæ: Amicorum om ni

nia ſunt communia, ex iis quæ ad nos Goa mittuntur, quæ probantur & placent, accipit. Retinuit olim ſibi imagines quaſdam, quarum vnam P. Prouincialis ad eum deſtinarat, cùmque ex iis aliquam quæ arridebat commonſtraret, ſuſpicatus illam eſſe, qua Pater illum donabat, dixi à magno Patre (ſic enim P. Prouincialē vocant) ad S. C. miſſam: quo verbo recreatus eſt plurimum, q̄ eius memoria etiā Goæ in honore eſſet, vtque declararet quam gratū acceptumque munus eſſet, periſtromata duo, ornando D. IESV altari, dono dedit, adiecto etiam tertio elegantiori.

Atque hæc de Principe ſint ſatis, nūc aliquid de Rege dicamus. Cùm mihi eſſet deferenda ad Regē à P. Prouinciali miſſa epiſtola, quoniam in Oriente moris nō eſt, vt quis ſe det in conſpectum Regis vacuis manibus, eiuſdem P. nomine duas affabre in Iaponia fictas imagines largitus ſum: Alteram Chriſti Domini: B. Patris Ignatii alteram, quæ fuerunt gratiſsimæ; ſingulariter verò B. Ignatii imago & ſimilitudo placuit, quòd noua eſſet, nec aliàs ei viſa, petiitq; quemnam referret, q̄ cùm fuſiùs explicuiſſem, rogauit vt vitam ipſius lingua Perſica in bonum totius Regni ſcriberem. Interea aduenit Princeps, viſaque imagine, poſtulauit eā paulisper ſibi concedi, dum ſimilem pictoris manu ſingi ſibi curaſſet. Alio quodam die ad ſalutandum accedenti in manus dedit P. Prouincialis ad ſe datam epiſtolam, vt publicè eam legerem, q̄ feci, Luſitanicè primùm, deinde Perſicè: Quam cùm percurrerem, ſigna dedit hilaris & prompti animi, q̄ P. ſcriberet ſe obligatum & obſtrictum S. C. ob beneficia & fauores noſtris impenſos: quódque Goæ curaret Dño IESV commendari. Ad quod IESV ſanctiſſimum nomen ſumma reuerentia caput detexi, & priuſquam honoris ſacro nomini exhibiti rationem redderem, apprehenſa manu mea, chiliarchis & centurionibus ſuis explicatè declarauit, Chriſtianos ſummo in honore & veneratione ſanctiſſimum nomen IESV habere, quæ fuerit cauſa cur caput detexerim; atque ad me conuerſus, petiit itáne eſſet: cui reſpōdi, vera loquutum. Finita P. Prouincialis Epiſtola, lecta deinde P. Monſerrati, cauſam reſcire voluit, cur hic a Turcis captus comprehenſuſque fuiſſet, vt ab aliis acceperat, dixi: Mauros & Turcas Chriſtianis inimiciſſimos, quos etiam cùm poſſunt peſſimè excipiunt, eo quòd Mahometanæ legi & ſectæ aduerſentur, cùm tamen amare & in oculis habere deberent, à quibus, vt fratribus & ſalutis cupidis demonſtrata veritatis via, pro quà vitam ponerent, amarentur maximè: neque multos dies interceſſiſſe cùm B. P. Abrahamus, ad Preſtē Ioannē tendens, à Georgio Maronita ob fidei Chriſtianæ

profeſſionem cæſus, martyrii palmam reportarit. Hic meus ſer
mo in apertam concionẽ tranſiit, nec defuerunt auditores, Mau
ris ipſis inuitis, qui turbato vultu, accẽſiſq; ira oculis, illuſtrari &
efferri gloriã veri Dei, deprimi verò ac proteri vitiis & ſceleribu
cõtaminatũ Mahometũ audiebãt. Neq; enim parũm permouen
tur Mauri, cùm vident tanta libertate infamem eorum proph
tam nos cõuincere & deteſtari, atq; ex iis nõ nemo ob amicitiã
qua nobis eſt cõiũctiſſimus, monuit, vt cautè & prudẽter res Chri
ſtianas pertractarẽ, nullũ enim Maurũ ibi præſentem, qui cupid
ſanguinẽ noſtrum nõ ſitiret: atq; ego, inquit, qui vobis nõ fictu
ſed integer ſum amicus, quotieſcunq; aduerſus Mahometum lo
quentẽ audio, ſic accendor, & indignatione ardeo, vt frequẽs mi
hi ſit voluntas, adacto in pectus pugione, teipſum transfigendi.

Rex a natura rara quadã & feliciſſima memoria donatus eſt
quo fit, vt tametſi legere & ſcribere neſciat, nihilominus ꝙ pru
dentiores & doctiores quoſdã diſſerẽtes vel aliorum libros legen
tes audiuerit, nulla ſit res, cuius aliquã nõ habeat notitiã. Pau
eſt & leuis ſomni, bonãq; noctis partem in audienda hiſtoriarum
lectione impendit. Si quis extraneus ad Aulam accedit, ſubitò a
ſe venire imperat, præſentem minutatim interrogat, quæ & qu
ta viderit: quà tranſierit. Circa noctis medium, horæ dimidiat
ſpatio, aliò ſe ad orandum recipit, interim conferunt & diſputa
inter ſe, quos apud ſe habet doctiores, in quos cùm aliquando in
cidiſſem, inueni examinantes quæſtionem Mauris nouam, atq
inſolentem, & ad credendum perdifficilem: Num Deus filium h
beat. Curauit mecũ diſputaret, quem habet temporum notato
& obſeruatorẽ, Chronicũ quidã nominãt, quẽ cùm paucis cõu
ctũ repreſſiſſem, iuſſit adeſſe doctiorẽ, qui hærentẽ adiuuaret. A
quartũ Lunæ importata ſunt Muſica inſtrumẽta, quibus plurin
delectatur, & diuerſa ſimulachra, quorũ vnũ Solis erat, ꝙ dieb
ſingulis primo diluculo veneratur, ſed ſecũ reputans me poſſe o
jicere Solem nõ Deum eſſe, ſed rem creatã Deiq; opus, curauit a
ferri, cõfeſtimq; ex oculis euanuit idolum. Allata eſt poſtea Salu
toris noſtri ad columnã alligati imago, quã vertici (quod Solis
ſimulachro nõ fecerat) impoſuit in ſignum quoddam reuerentiæ
cultus. Grati illi fuerunt de S. Paulo & Conſtantino Magno
Chriſti fidem conuerſis ſermones. Narrauit viginti propè ann
fluxiſſe, cùm 30 infantes, priuſquam voces primas formare
certo loco concludi fecerit, adhibitis cuſtodibus, ne nutrices
earum gremio lactentes ad loquendũ puſiones prouocantes p
priã & natiuã linguã edocerent: vt hoc experimento diſceret, q

idiom.

iomate iam adultiores facti vterentur: quòd illius gentis ritus leges ſequi vellet, cuius lingua loquerentur: ſed vanas has fuiſſe as cogitationes & ſtudia, quòd nullus eorum diſtinctè & intelgenter verba formauerit: quare eo tempore nullam aliam à ſua gem admiſiſſe. Poſt multam tergiuerſationem & contradicenum conatus poteſtatem nobis fecit Cambaiæ templum erigen: Idem pro Sindo tentatum impetrari non potuit, ob acres & hementes, quas experti ſumus, aduerſantium reclamationes.

Nunquam deſunt turbines & efferueſcentes vndæ, quantumimque mare ſedatum ſit & tranquillum. Nuper admodum excita eſt turbida & plena periculi tempeſtas, parumque abfuit, ne cta peſtilens & perniciosa nouè à Rege inſtituta vires majores cipiens victoriam reportaret. Res autem ſi accidit: Armenus idam Chriſtianus, (ſi tamen ea mente homo Chriſtianus), ortua Chriſtiana vxore, ex ea neptem volebat ſacrilegis nuptiis i copulare, cumque inceſtui conſentire nollem, tentauit Regis tercesſione aut imperio hoc à me impetrare, aut ſaltem facti ſimulationem. Curauit igitur Rex nos aduocari, cumque ius tam ſubitæ euocationis cauſam ſuſpicaremur, precis & votis Deo factis, prout breuitas temporis permittet, Domino nos commendauimus, certi & parati potiùs vim ponere, quàm inceſtui & flagitio conſentire. Itaque P. Emanuele Pigneiro adjunctus ad palatium iter iniui, relicto domi atre noſtro Benedicto, qui tametſi Regiam fugiat, nihilomis cupidè deſiderauit ea nocte nobis eſſe ſocius, vt ſupplicii & ronæ ob aſſertam veritatem eſſet conſors. Quo animo ſubſtiin Aula diutius, dum certior factus tormentorum & cruciam nobis intentatorum tam felicis ſortis & gloriæ & ipſe eſparticeps. Verùm negotii alium, quàm crediderat, exitum lens, conuocatis & in vnum coactis pueris Chriſtianis & cahumenis, factáque ad eos exhortatione, qua ad fortiter pro fi Chriſtiana occumbendum accendebat, voluntariæ verbeioni longam & piam precationem adjunxit, vt Dominus ſter animos & vires ſubminiſtraret ad obſiſtendum iniquiſsi aduerſariorum machinationi, quòd Rex vehemēter vrgeret, Armeni inceſto flagitio cōſentiremus. Quo in crimine aſperſa tulatione, rogauit Rex: Ecquodnā malū eſſet, ſorores duas in res accipere, & ſectā ſuā ſequi (quā amplexat⁹ fuerat Armenus, quod Chriſtiano prohibeatur, Maurus conſequeretur). Reſpōd eſſe, relicta via, quæ ad cœlum ducit, inſequi eam quæ ad inos protruderet, quare ipſum Armenū, & quemcumq, aliū, qui

legem eiuſmodi complecteretur, indubiè inferis deuotos. Diſpl
cuit Regi tam audax & intrepida reſponſio, quòd hac, coram to
ta ſua Aula, legem, quam adinuenerat, eleuari videret, nihilo
minus moleſtiam ac offenſionem conatus eſt diſſimulare, &
vultus compoſitione, quem ſentiebat, occulere dolorem atqu
animi acerbitatem. Quòd ſi magna fuit, quam hæc loquendi li
bertas in animis circũſtantium excitauit, admiratio, non mino
certè apud eos ipſos fuit Euangelii authoritas, cùm promptos &
paratos viderent, ad fundendum pro eius aſſertione & approba
tione ſanguinem, longè alia quam quæ Mauris eſt conſtantia, qu
ne leuiſsimum incommodum pro legum ſuarum tuitione & cu
ſtodia ſuſtinent. Res tota ad Principem delata fuit, qui Armen
ob fidem abnegatam ſuccenſuit, oſtenſo non obſcuris ſignis deſi
derio caſtigandi hominem, prout eius à Chriſto defectio prome
rebatur.

Die D. Iacobo ſacro adiens principem, Apoſtoli in Hiſpania
aduentum narraui, & B. Virginis Cæſarauguſtæ celebris miracu
la; quo etiam pacto idem Apoſtolus ſplēdentibus armis apparē
territis eius cōſpectu & in fugam verſis Mauris, pauci Chriſtia
infinitam multitudinē ceciderint, ſingulari victoria de eis repo
tata. Cui narrationi ſubiunxit Princeps: Poſſúmne hunc ſanctu
videre? Ad quem ego: Facilè C. T. videbit, ſi Chriſto det nome
& baptiſmi vndis abluatur. Recreatus eſt etiam non parum, au
ditis ex me ſancti Chriſtophori moribus & vita, & vt verbum v
num alterum trahit, de arreptis aut à dæmone obſeſsis incidit ſer
mo. Atqui, ait Princeps, horum inter Chriſtianos quàm Mauro
maior eſt numerus. Huius (inquam) hæc cauſa, quòd cùm Dæ
mon Mauros in ſuis manibus & poteſtate habeat: non itē Chri
ſtianos, his, tanquam capitalibus inimicis, quidquid poteſt ma
inferat, amicos & ſibi deuotos negligens. Ad vrbanam hanc re
ſponſionem, qui præſentes aderant, ridere cœperunt, facetè ac io
coſè dictum comprobantes.

Agit in hac Aula Adoleſcens annorum octodecim, Regis Ba
daſciani filius, Principi, nuptiis filiæ, gener futurus: Hic mihi ſi
gnificauit Principe ſacris initiato, ſe eandem fidem (quam plur
mùm probat) complexurum. Neque abſque cauſa, cùm clari
ſimè appareat, quàm naturæ & rationi ſit conformis. Magna
præterea occaſionem eam approbandi præbet cæcitas, cui hæ
miſera & infelix gens immerſa eſt, quæ vt meliùs intelligatu
pauca quædam gentilis ſuperſtitionis huc referam, quæ varia e
& multiplex: nam quæ vni probatur, diſplicet & improbatur a
ter

eri. Non procul ab hac vrbe Tahoro idolum & ſimulachrum vi-
tur, muliebri ſpecie, quod Nazar Coto nominant: finguntque
apitibus duobus, & ſex aut ſeptem brachiis: vna ex duodecim
ut quatuordecim manibus haſtam vibrat, alia clauam tenet.
Hoc ſpectrum ſummè admirantur, eique ſupremum cultum ex-
ibent: ad id longè lateque peregrinantur, & portentoſa ac pro-
igioſa quædam narrant, quorum tamen hæc ſumma: Plurimos
nguam ſibi præſcindere, eamque ſanam & integram illis reſti-
ui, mutos tamen & elingues vocem & loquentiam non recu-
erare, cuius hanc cauſam reddunt, quòd malefici ſint & pecca-
ores. Multi (ineptè & admodum inſulſè) flatum & ſpiritum, quē
ucimus, animam putant. Alii affirmant res omnes eandem eſſe
em: Quidam ſolum Deum verè eſſe & exiſtere: cœtera, quæ vi-
entur & apparent, vmbras tantùm, & ſomniantium viſa, ac ocu-
orum ludificationes. Sunt qui quæcumque oculis ſubjiciuntur:
int qui cœlum, & totam hanc rotundam machinam, Deum pu-
ent: atque eouſque creuit aliquorum amentia, vt ſeipſos pro Deo
abeant. Omnes propè animarum in diuerſa corpora, etiam fe-
arum, tranſitum & commigrationem concedunt. Dicunt mun-
um ad quatuor ſæcula duraturum, quorum iam tria præterie-
nt. Primum durauit ſeptemdecim, vt ipſi loquuntur, Laches, &
uo detriginta annorum millia (Laches centum millium annorū
ultitudinem explet). Homines ea ætate decem annorum millia
xiſſe magna & præalta ſtatura, nulla fraude & fuco, ſed ſumma
rtute & integritate. Eo ſæculo ter Deum (vt cæci fabulantur)
terras veniſſe. Primùm piſcis figura, vt librum legis Bramæ, quē
auſacar quidam in mare abjecerat, eductum mundo redderet.
einde teſtitudinis lutariæ forma, vt fluctuantem terram ſicca-
t, & firmam ac ſolidam comprimeret. Vltimò porci ſpecie, ad
primendam, adempta etiam vita, cuiuſdam ſuperbiam, qui ſe
eum faciebat, tametſi alii eadem ſtultitia dicant, vt terram, quæ
mari abſorbebatur, ex fundo educeret. Secundum ſeculum per-
anſit decem Laches, nonaginta duobus annorū millibus, & ſex
nplius annis. Qua ætate homines eadem erant proceritate, &
ille annis viuebant, venitque Deus quater in mundum. Primùm
nnium animalis aut monſtri cuiuſdam forma: vmbilico tenus
o, reliquo corpore femina. Venit autem vindicaturus ſe de in-
ria, quam inferebat quidam Deum ſe mentiens, & diuinos cul-
s honoreſque ſibi vſurpans. Præterea, vt, eo morte ſublato, fi-
um in libertatem aſſereret, qui ob negatum, quem ambitiosè
gebat, Deo debitum cultum de vita periclitabatur. Secundo in

terras deſcendit pauperis & abiecti Brachmannis vultu, puſillu & pumilioni non abſimilis, ad euertendum Regis cuiuſdam fa ſtum & inſolentes conatus, qui ingenioſè adinuenta quadam in duſtria contra Dei voluntatem in cœlum ſalire volebat. Terti mundum reuiſit indutus hominem Parcaram nomine, vt de Reg ſupplicium ſumeret, qui pauperem religioſum interemerat, quò illi vaccam occidiſſet, quam Deus ad cœlum cœliteſque tranſmi ſiſſet. Tandem verò hominis vultu & forma, cui Ram nome Giocarat filii, qui Parcaram è medio ſuſtulit, ducto in vxoren Cita, quam à Daſcar, hoc eſt, decem capitum Rege Ceila no raptam, ſimiarum auxilio recepit, & vita Regem Daſca priuauit.

Tertium ſæculum ſtetit octo Laches, & quatuor annorum millibus, qua ætate hominis vita quingentis annis definieba tur, Deuſque bis mortalibus viſus eſt. Primùm vt homo Chiſi dictus, qui Canec & Chec potentes & crudeles tyrannos ac fra tres interfecit, & mille ſexcentas habuit vxores, ex quibus in finitæ proles natæ, tandem à piſcatore noctu ſagitta confixu fuit. Nam cùm in arborem conſcendiſſet, eminente & nudat planta, cui affixa vel inſerta erat gemma lucidiſſima, piſcato ſuſpicatus auem eſſe, emiſſo iaculo traiecit, vſus perlucidæ pe træ ſplendore tanquam ſcopo, in quem collimaret. Deinde com paruit, homini alteri ſimilis, Buthantar nomine, capite cineri bus aſperſo, vt Ioghui aſſolent nigris veſtitus; quo tempore fue runt quinque fratres, armorum & belli fama victoriæque glo ria celebres, qui cùm viderent tertium ſeculum finiri, & quar tum exurgere hominum nequiſſimorum, mori optarunt, qu in deſiderio apparuit illis Deus, relictiſque & ſpretis Regnis i altiſſimum montem ſe receperunt, vbi dicuntur hodie viuere. Bu thantar poſtea euanuit.

Quarta ætas durabit quatuor Laches, hoc eſt, quadraginta an norum millia, ex quibus fluxerunt quatuor millia ſexcenti nona ginta duo anni. Aiunt hac etiam ætate venturum Deum: Volun alii iam veniſſe, eumque eſſe Regem Acabar (quo nomine vocatu Rex Mogor hoc tempore regnans). Has decem figuras, Deiq; ap parentis formas, quas Comu Autar nominant, præcipui eorũ ſa pientes, vel, vt verius dicam, totius huius gentilitatis ignorantiſ ſimi, affirmant, ipſum Deum eſſe, rerum harum inferiorum for mis, veſtitum: Alii, quos tanti erroris pudet, dicunt, non Deum ſed res creatas fuiſſe, quæ authoritatem & potentiã à Deo acce perant. His fictionibus & chimeris mille fabulas addunt, quarum

par

ars maxima, Ethnicorum Salſetanorum delirationibus eſt perſi-
ilis. Facilè animaduertunt miſeri & infelices, quot ſe erroribus
: contradictionibus inuoluant, ſed ne fortunas aut temporaria
ona perdant, non poſſunt aut non volunt ſe extricare.

Lahori hoc anno 98, deſperata iam vita, morteque imminen-
:, neque enim, cùm gens ſit varia planè & inconſtans, aliter ad
aptiſmum accedunt, aliquot aquis piacularibus tincti ſunt. In-
rmi duo, qui de vita longiore deſpondebant, obnixè petierunt
oc ſacramentum ſibi conferri, placuitque Domino noſtro ablu-
s ſanitatem reſtituere. Mauri aliunde huc filios ſuos ſalutariter
ergendos apportarunt, qui recepto Sacramẽto, vita paulo pòſt
incti, in cœlum commigrarunt.

Chriſtianos odio habent & perſequuntur Mauri, quòd exiſti-
ẽt tres Deos colere; ſed ii quibus veritas & ſanctiſſimæ Triadis
yſteriũ explicatur, ſatisfactum ſibi credẽtes, cultũ probant. Pœ-
itentias, & quas à ſe Chriſtiani pœnas exigunt, laudant, & Con-
ſſionem ſacrã admirantur. Quædã ex iis perſona matura, & gra-
is; audiens huius Sacramẽti vi cõdonari peccata, ad pedes meos
abjecit, lachrymantibus oculis, vultu ad dolorẽ cõpoſito, adiu-
ıns me, vt confeſſionẽ exciperẽ, quòd cuperet à graui quodã cri-
ine, quod iuuenis admiſerat, & cuius conſcientia conſtricta te-
ebatur, abſolui. Cui reſpondi, huic malo baptiſmo occurri poſ-
:, quamobrem ablueretur, vt crimen ſimul elueret, ſed conſiliũ
eglexit. Reuerentur etiam & ſuſpiciunt Mauri Euangeliorũ
brum, quare ex primis quidam filium ægrum detulit, vt Euan-
elium legerem, quod Eccleſiæ inſtituto ſuper capita Chriſtiano-
ım infirmorum legi ſolet, & quemadmodum olim vrgente mor-
o acciderat, ſanitatem aſſequeretur, quod etiã, Domino propi-
io, factum eſt.

Finem epiſtolæ huic faciet narratio, gratiſsima illis, qui omni
udio & induſtria proximi ſalutẽ quærunt. Aperitur magna porta
d infinitas animas Deo acquirendas, in remotiſsima totius Oriẽ-
is parte, vaſtiſsimo videlicet & ampliſsimo Cataiæ Regno, quod
ſt in Tartaria. S. Antonius in hiſtoria ſua meminit quorundã re-
gioſorũ, quos Summus Pontifex Romanus, tanquã Oratores &
egatos, in id Regnum miſit; Theatrum etiam mundi eiuſdem
egni mentionem facit: ad cuius Regiam vrbem Lahor anno me-
io perueniri poteſt. Rex & ſubditi propè omnes ſunt Chriſtia-
i. Sunt & ibi Mauri, ac Iudæi illis immixti, ſed pauci. Aiũt plures
ſſe Ciuitates, in quib⁹ baptiſmi ritus celebrãtur: nec deeſſe cleri-
os, aut ſacerdotes, qui tamẽ pileis vtãtur paulo noſtris laxiorib⁹.

Salu-

Salutant ſe manibus in crucem actis, & vertici impoſitis. Haben
in ſuis templis, quæ in qualibet Ciuitate plura ſunt, & duodena
rium aut eo ampliùs numerum explent, Diuorum imagines. Ne
deſunt, qui Epiſcopi videntur, quos omnes Rex alit & ſuſtentat
Patres filios ſuos Sacerdotibus in diſciplinam tradunt. Viſuntu
ibi vtriuſque ſexus homines, qui caſtam vitam agunt, & ab alii
ſejuncti viuunt, qui poſtquam matrimonii ſtatum adlegerunt
cùm nuptiarum & matrimonii dies inſtat, in cœmiteriis & loci
ſepeliendis corporibus deſignatis, iuxta tumulos & ſepulchra ri
tus ac cerimonias celebrant, ſepulchrorum aditus & clauſtra re
ſerántes, vt mortis recordentùr, quæ nulli parcit, ne iis quidem
qui poſteris vitæ dant initia. Quę omnia Principi recenſuit Mau
rus aliquis, qui tredecim annis in ea habitauit ditione, & Mecha
reuertebatur: vbi falſi & impii Mahometæ monumento ducenta
millia rupias, hoc eſt centum aureorum millia, in donum & elee-
moſynam reliquerat. Scripſi ad ea loca Luſitanicè & Perſicè tri-
bus diuerſis viis, vt de veritate fiam certior, magnoque animo re-
ſponſionem exſpecto. Rogamus Dominum, vt in hanc ſuam vi-
neam multos & induſtrios laboratores mittere dignetur, ad lau-
dem & gloriam nominis ſui.

POst abitum P. Hieronymi Xauier, qui Regem Agram ver-
ſus eſt ſequutus, quæ ciuitas Lahoro trecentis milliaribus
abeſt, in hac Regia Vrbe, Dei gratia, fructum aliquem feci-
mus, baptizatis 38, ex quibus tres fuerunt incolæ huius ciuitatis,
profeſſione & ritu Ethnici, qui tametſi proximi & amici obſiſte-
rent, & ne Chriſtiani fierent, pugnarent, eamque ob cauſam fre-
quentiùs conſilia & clancularios conuentus cogerent, veriti ne
hæc profeſſio ſectæ detraheret, & magno eorum pudore contem-
ptum deſpicientiamque pareret: nihilominus conſtantes perſti-
terunt, reportata de eorum conatibus & dæmonis machinatio-
nibus victoria & triumpho. Itaque ipſo Pentecoſtes anni huius
97 cum pluribus aliis ſalutaribus vndis eos publicè ablui, ſolẽni
cerimonia & feſto, ſtrata & obtecta. qua huic ſacro agmini ince-
dendum erat, ramis, frondibus, & herbeſcente viriditate, via, plã-
tatis vtrimque arboribus, hac vt ratione viridicata, denſam opa-
camque ſyluam referret. Egreſſi ſunt ex domo noſtra compoſito
ordine, ſupplicantiumque in modum palmas manibus geſtan-
tes, Chriſtianis vtrimque latera claudentibus. Praibant varii ge-
neris muſica inſtrumenta, tympana, tubæ, buccinæ, tibiæ, factóq;
gyro quodam & ambitu per ſtratum, & floribus conſitum vicum

ad

templum progreſſi ſunt, quibus cùm occurriſſem injecto hu-
eris amictu & ſacro pallio, eos excepi. Ad hanc pompam appa-
tumq; ſolẽné huic Ciuitati nouũ & inſolitum tã magna Ethni-
rum multitudo occurrit, vt neſcirem, quam in partem me con-
rterem, tantúſque erat ſtrepitus, & murmurantis ac acclamã-
populi fremitus, vt ſacro officio perfungi non poſſem: Tãdem
æmiſſis ante valuas conſuetis cerimoniis in templum induxi, &
agna alacritate, ac candidati huius agminis conſolatione, ba-
iſmo ablui. Varia & obſeruanda in hac ſacratiori actione con-
gerunt, ſed ne longiùs abeam, adoleſcẽtulæ cuiuſdam decimum
tùm annum necdum ſupergreſſæ vnicum afferam exemplum.
æc igitur cum reliqua multitudine ad hos ſacros & ſolemnes
us aduolans, videnſq; aliorum capita aquis aſpergi, iis ſe inſe-
, publicè petiit eodem Sacramento expiari: ſed cùm de eorum
mero non eſſet, quos ego in ſacris fidei noſtræ myſteriis & do-
ina Chriſtiana inſtruxeram, judicaremque necdum ſatis inſti-
tam, reſpõdi, alio tempore vbi plus profeciſſet, &, quod inſtru-
oni deerat, obtinuiſſet, quod petebat, non difficulter, impetra-
ram. Ad hæc illa voluntate ardens: Et quid mihi deeſt? Catechiſ-
um audiui, & quæ ad fidẽ ſpectant ſum edocta, quare volo Chri-
nis adjungi, neq; ex hoc templo recedam, niſi baptiſmum im-
trem. Nec me fallebat, aut doctrinam mentiebatur: Cùm enim
teros Catechiſmo imbuerem explicata Chriſtiana diſciplina,
rat & ipſa non otioſa huic explicationi. Parui igitur conteſta-
ni, & precibus ac ſacra importunitate victus, data etiam; vt
teris, in manibus palma, baptizaui, Gratiæ nomine illi impoſi.
Verùm domum reuerſa, clamoribus, contumeliis, omníque in-
iarum genere, ob hoc factum, à ſuis excepta eſt: eóque furor &
ies parentum progreſſa eſt, vt domo ejicerent, neceſſario victu
arent, templi acceſſu interdicerent, pœnam ac pulſationem
uem comminarentur, ſi quid horum ad nos referret. Quibus
s Maurus quidam occaſioni ſubſeruiens, eam voluit in vxorem
ere, ſed Chriſtiana adoleſcẽtula ſacrilegis nuptiis obſtitit, di-
s ſe baptiſmo tinctam, & lege ſanctiori prohiberi. Cùm hæc ad
es meas perueniſſent, curaui illam ad me vocari, quę repugnã-
us etiam ſuis confeſtim accurrit, breuiter & libere profeſſa, ę-
nſi excunda eſſet vita, futuram ſe conſtantem, neque vnquam
le Catholica receſſuram. Certus itaque de eius conſtantia ad
s cuiuſdam Chriſtiani matrimonio juncti dimiſi. Interim
urus, qui nuptias ambibat, magnos clamores & turbas conci-
t, adjutus in ea parte parentum puellæ variis molitionibus,
eóque

eoque excreuit furentis audacia,vt qui Induſtanorum ingenia 8
naturā non cognouiſſet,non parum timore perculſus & afflictu
fuiſſet. Sed cùm animaduerterēt parum prodeſſe denunciatione
& minas, quas objecto Regis imperio & infamis Mahometi nu
mine ſpargebant,ad huius Vrbis Gubernatorem appellarunt,de
poſita apud eum plena ſtomachi & querelarum accuſatione. Mi
ſit ergo ad me qui de facto & veritate informaret,voluitque ad ſ
adoleſcentulam venire,prout caſus ferebat examinandam. Audi
ta Præſidis voluntate domum venit Maurus,multis ſtipatus,exi
ſtimans ſe iam manibus tenere, quam ambiuerat vxorem: Se
cautione quadam & prouiſione declinatis inſidiatoribus, fid
comitatu,alia via ad Gubernatorem amandaui;dolente & multi
contriſtato Mauro. Verū cū poſtmodum intelligerem varia eſſ
quæ obtenderent argumenta, Iudicum fidem obteſtantibus ad
uerſariis,quod factum Alcorano, Regiis legibus, contradiceret
adductis etiam in ſuam ſententiam variis rationibus,præciſa om
ni mora ad eos acceſsi;viſumque eſt Deo,vt tum appellerem,cùn
Gubernator multis quæſtionibus adoleſcentulam probaret. Cu
illa viriliter & pluſquam animo femineo:Chriſtiana ſum,nec hū
hominem pro marito agnoſco:apprehenſoq; meo pallio: iſtū,in
quit,pro patre meo habeo.Rogata,cur Mahometi legem abjeci
ſet;quòd falſam & plenam erroris,ait,intelligerē, ſolūmq; IESV
Chriſtum verum eſſe Deum ſcirem. Vidiſſes ad hæc reſponſa ſtu
pentes & attonitos cum Mauris Ethnicos,conſpecta adoleſcen
tula infirmæ adhuc ætatis tam conſtante,tam in fide Euangelic
firma,quaſi cum lacte religionem imbibiſſet:neque tamen plure
erant quàm quadraginta dies,cùm eam in diſciplinam meam ſu
cepiſſem. Itaq; eo die de impio Mahometo oppugnante & vinc
te ſceleratum impoſtorem tenerrima iuuencula,triūphauit Chri
ſtus,perturbatis & confuſis aduerſariis. Eam igitur ad templur
regreſſam cum viro Chriſtiano matrimonio junxi. Neque quid
quam ad has nuptias impediendas valuerunt lachrymę aut Mau
ri voces, quibus jactabat ſe priùs in mille partes diſcerpendum
quàm debitam ſibi vxorem dimitteret.

AMPLIS

# AMPLISSIMI POTENTISSIMIQVE SINARVM REGNI BREVIS ET LVCVLENTA DESCRIPTIO.

ILLV-

# ILLVSTRISSIMO ET CLARISSIMO DOMINO D. VINCENTIO DE SIVILLE, DOMINO DE BOVVILLE, REGIO IN SVPREMO SENATV NORmanniæ Conſiliario, libellorumq; ſupplicum primo Præſidi, &c.

QVOD ſcripſit Latinorũ eloquẽtiſſimus, eos, qui Oratores euadere nõ poſſũt, ad iuris ſtudiũ deuenire, patet (ſi nõ erro) latè & ad multos hoc noſtro calamitoſo ſeculo pertinet. Videmus nãq; paucos animũ ad grauiora ſtudia applicare, quãplurimos verò noctes dieſq; inſudare, vt quid in marmore olim fuerit ſcriptum eruant: quid in vetuſto codice puluere obſito negligẽs ſcripſerit librarius corrigant. Hæc qui dixerit ardua in rerũ difficilium tractatione ſe nunquam exercuit. Cæterũ ea eſt mortaliũ cæcitas, vt ſoli Critici (hi ſunt, qui de aliorum ſcriptis ſic judicant, vt multa deprauent, & pauciſſima corrigant) in viris doctis hodie numerentur. At quæ eſt hæc hominũ inſanitas, doctos appellare eos, qui rerũ etiã vulgariũ ſcientiã non ſunt aſſecuti? Multi ſunt, qui Cæſaris, Saluſtij, Suetonij, Titi Liuij, & aliorum id genus monumenta notis illuſtrarunt, interpunctiſq; interuallis diligenter notarũt, ac deniq; ſic emendarũt, vt quod vno die tanquã magni mẽdũ litura correxerãt, altero (nã poſteriores cogitatione

iones ſunt ſapientiores) tanquam germanum Au-
ctoris fœtum ſuum in locum repoſuerint. Hinc ſecun-
dæ, & tertiæ, immo interminatæ hominum curæ. Re-
ctiùs certè faciunt; qui cùm in adoleſcentia magna-
rum rerum doctrinam perceperunt, in Remp. vbi æ-
tas confirmata fuerit, omnes ſuas curas cogitationeſq;
conferunt: Quod te feciſſe, clariſsime Præſes, qui te
probè nouit, nemo eſt qui ignorat. In clariſsima ſiqui-
dem ſunt luce, quæ tu præclarè quotidie facis, & nulla
temporis tanta poterit eſſe longinquitas, quæ tua in
Foglianos, (qui D. Bernardi inſtitutum ad vnguem ſe-
quuntur) & alias piorum virorum familias, bene-
merita obſcurare poterit. De tua verò ſingulari erga
me humanitate, quia verba non ſuppetunt, quibus ſa-
tis dignè eam laudem, hoc tempore ſilendum iudica-
ui. Cæterùm vt intelligas me tui non eſſe immemorem,
mitto ad te deſcriptionem Sinenſis Regni, quæ hacte-
nus quod ſciam typis excuſa non fuit. Eius auctor pu-
tatur eſſe Alexander Valignanus, qui cùm in celebri
Italiæ vrbe magno ciuium applauſu ius diceret; in So-
ciorum numerum eſt Romæ cooptatus, & poſt cōfectū
Theologia ſtudiorum curſum, in Indias quæ ad oriē-
tem ſunt Solem miſſus, magna cum laude Sociis præ-
poſitus prouincialis præfuit, & tandem ad Taicoſamā
legatus Pro-Regis Indiæ & Sociorum Viſitator, multa
geſsit præclara, quorū aliqua in hoc libro Recentiorum
Epiſtolarū magna tua voluptate leges. Vale, Antuer-
piæ, vij. Id. Auguſti, An. CIↃ. IↃC. V.

Obſequentiſſimus in Chriſto ſeruus,

IOANNES HAYVS.

# LECTORI.

VNICVM reperi huius deſcriptioni exemplum, quod Criticus quidam e mendare tẽtauit, an verò ſit probè ſu munere functus; iudicium non inter pono meum. Cæterùm an Sinenſe, an verò Chine ſe, immo & Thinenſe Regnum appelletur, defini posteritas. Ego rem conſector, non verba, de qui bus infinitæ ſunt controuerſiæ, quas diſceptant ill qui antiquum loquendi morem in dies renouar & ad eruditorum hominum vſum accommodar non ceſſant. Vale.

ADM

# ADMIRANDA REGNI SINENSIS.

NIHIL Oriente toto, quòd cùm Sina conferri mereatur, ſiue diuitias incolarum, mores & ingenia, ſiue ſoli vbertatem ſpectes, inuenitur: in multis Europæ noſtræ par eſt, in pluribus ſuperior: homines Iaponibus ſimiles colore, vultu, & acumine ingeniorum: cætera differunt; ſoli conditio, hominum natura, mores inſtituta; ita vt hoc vnum enixè conatos appareat, nullo vt horum ſimiles, ſed potiùs contrarii eſſent in omnibus. Color iis candidus, ingenium excellens, vultus Europæis diſſimilis, oculorum orbes puſilli, nares craſſæ & raſimæ, vt ircula quaſi ſurrigatur: Regionis tẽperies, qualis Europæ noſtræ. Nam à 22 ad 27 vel 28 poli arctici gradum protenditur, quantũ quidem hactenus ex hiſtoriis & narrationibus incolarum ſcire licuit. Plurima ſunt illic admiratione digniſſima.

Multo ſe in primis latiùs Sinæ Regis imperium extendit, quàm illius nobis noti Monarchæ, vni regno imperantis. Tradunt corũ annales, & coniecturis id nititur, magnam veri ſpeciem præ ſe ferentibus, ab Auſtro ad Aquilonem 400 longitudine, ab ortu ad occaſum plus 300 leucarum ſpatium latitudine complecti. Ad Tartarorum fines pertingunt: cum quibus crudelia & aſſidua ferè bella gerunt. Rarò, nonnunquã tamen, induciis pactis mutua negociatione & mercatura vtuntur; quo tutiores ſint à ſubitis Tartarorum incurſionibus, integrum limitem altiſſimo denſiſſimoque muro, plus minus 300 leucarum ambitu, cinxerunt. Docent hoc annales & topographicæ illorum tabulæ. Regio tota in ; prouincias diuiditur, quarum ſingulæ, regna Europæa, & ſpatiorum latitudine, & oppidorum multitudine, & hominum frequentia ac diuitiis, adæquant. Harum præcipuæ, Panquinum & Nanquinum, quas regias vocant: id ea cauſſa, quoniam Panquini, quæ Tartaris finitima eſt, à multis iam annis Sinæ Imperator egere conſueuit. Nanquinum & ipſa metropolis; in continente rè media, niſi q́ mari paulo propior; olim Regum Sinenſiũ, nũc Proregũ ſedes: quibus duabus 7 aliæ ſingulis Prouinciæ ſubdũtur.

Altera laus eſt, incolarũ multitudo, qua omnes alias regiones longè videtur anteire, plurimæ in ſingulis Prouinciis vrbes, oppida, caſtella, mirum dictu quàm ampla & munita omnia;

pagi & vici innumeri, quorum multi pares magnis noſtratibus vrbibus: domus, fora, plateæ, viæ (quæ omnes & rectæ & latæ ſunt admodum) vix homines capiunt. Nec tellus modò; ſed & ipſi fluuij; quibus vaſtiſsimis & pulcherrimis tota regio; quaſi venis quibuſdam, ſpecioſè & fructuoſè interſecatur, habitatoribus referti. Nam nauigiis magna pars pro lare domeſtico vtuntur: ibi ætatem cum familia & vxoribus degunt; ibi liberos pariunt & educant. Ciuitatum diuerſæ ſunt formæ, diuerſæ leges; diuerſi magiſtratus; alii aliis ſuperiores. Earum, quæ muris cinguntur, quinque genera cõperio, primum vocant Fun; quo nomine cenſentur vrbes maximis Europæ vrbibus æquales: harum in ſingulis prouinciis 8, 10, vel 12 ferme numerantur; inter quas, licèt ſingulæ plures ſub ditione ſua minores vrbes contineant, vna tamẽ eſt quaſi metropolis prouinciæ, in qua Prorex habitat; (quem illi patria lingua Tutan appellant) & cum eo regium concilium: ita fit vt huiuſmodi maiores vrbes, Fun dictas; in monumentis illorum, plures 150 inueniam. Secundum genus vrbium paulo minorum, Cheu nuncupant; quarum idem ferme numerus, & ſingularum variæ præfecturæ ac iuriſdictiones. Tertio generi nomen Hieu indiderunt; quarum numerus pluſquam 1120, quas cum mediocribus Hiſpaniæ vrbibus compararim. Alia duo genera militaribus potiſſimùm copiis deſeruiunt. Vnum Huy nominant, vbi degunt præſidiarii milites, indigenæ omnes, (nam externo milite non indigent) cum liberis & contuberniis, & iis mercatoribus artificibuſque, qui ad vitæ commoditates neceſſarii ſunt. Magnæ etiam hæ vrbes & numero 500, ſi 7 detrahantur. Alterum minus paulo, quod in annalibus illorum 2593 numero cenſetur: Sed, quia milites in variis regni vrbibus præſidii cauſſa ſtationes habere ſoliti ſunt, non planè numerus albo militari reſpondet. Pagorum & municipiorum multitudo tanta, vt nequeat numerari: hi ſinguli, quibus vrbibus ſubſint, à quibus iura & leges ſibi petendæ, norunt. Luſtri condendi, ciuiumque cenſendorum non eadem, qua Hiſpani, ratione vtuntur. Nam præcipuos tantùm vniuſcuiuſque familiæ recenſent, non ſingulos; quin immo ſæpe, ex 10 ne tres quidem. Milites etiam præſidiarios, & tribunos, centurioneſque regios, quorum omnium ingens numerus eſt, prætereunt: his ergo non connumeratis, in monumentis eorum traditur, incolas excedere numerum ſeptuaginta milionum & ducentorum & quinquaginta milium.

Tantæ hominum multitudini larga ſoli bonitas vberrimè victum

ctum ſuppeditat, non ad neceſſitatem modò leuandam, ſed ad
explendam etiam voluptatem. Reliquus orbis huic tractui ferti-
litate cedit: nihil incolæ, licèt plus noſtris ventri dediti, deſide-
rant: nihil deſiderari videtur poſſe. Omnes plateæ & vici car-
nariis, cauponis, macellis referti ſunt: tanta vbique gallinarum
aliarumque auium & piſcium copia venalis; vt cùm aſpicias, exi-
ſtimes illam abſumi ab incolis non poſſe; Sin incolarum multitu-
dinem ſpectes, vix fieri poſſe putes, vt vlla annona cibariorumque
copia tot barathris & voraginibus eſcarum ſufficiat; abundãt tri-
tico, ordeo, oriza, milio, cicere, & aliis Europæis leguminibus; o-
leribus etiam, vt braſſicis, lactucis, raphanis, & ſimilibus; abundãt
melopeponibus, malis, piris, perſicis, nucibus, caſtaneis, pineis
nucleis, pomis aureis præſtantiſſimis, vuis etiã quibuſdam in locis
(e quibus tamen vinum non exprimunt) & aliis fructibus, partim
Europæis, partim Indicis, partim natiuis & propriis, guſtu admo-
dum ſuauibus. Animalium ibidem magna vis domeſticorum, vt
vaccarum boumque armenta, & porcorum greges; quibus Sinæ li-
bentiſſimè veſcuntur: ſilueſtrium quoque ferarum, aprorum, le-
porum, cuniculorum, & huiuſmodi aliarum. Equorum magna
copia; qui licèt marini ſint, robuſti tamen, & ad iter cõficiendum
aptiſſimi: maximè, qui in mediterraneis locis naſcuntur; vbi reli-
qua quoque, quàm quæ in littoralibus, meliora. Aues paſſim plu-
rimæ, feræ & cicures; gallinarum, anatum, & anſerum nutrien-
dorum maxima cura: quapropter tanti greges vbique, vt maxi-
mæ ſint admirationi; oua non ſubdunt matribus; ſed fimo indita
excludunt: nec vllæ glocientes gallinæ, nullæ incubantes vt pepe-
rere, porrò paſcuntur. Silueſtrium multæ noſtris auibus ſimiles,
multæ diſſimiles figuris, diuerſæ plumis, & colore variæ, natura ac
indole multiplici, pleræque menſis aptiſſimæ. Piſcium par prouẽ-
tus: marinos pleroſque agnoſcas, qui in Europa inueniuntur,
mugiles, aloſas, haleces, lingulacas, & id genus alios. Fluuii piſ-
culenti omnes, nec vlli piſces mortui, viui omnes, venduntur, eã
ad rem in aqua ludentes ad forum deuehuntur; quanta copia ci-
bariorum, tanta & vilitas, bis in die ad ſaturitatem, vel inopes, co-
medunt: nec tamen dimidii batzii impenſam faciunt; potus
his, non vini; ſed ditioribus, ex fructu quodam quem SE-
CHIAS (Sinenſium pomorum is ſapidiſsimus) dicunt; cæteris,
oriza.

Diuitiæ huius regni propè incredibiles, multis in locis auri, ar-
genti, cupri, ferri, plumbi, & aliorum foſsilium fodinæ inueniun-
tur. Merces hîc plurimæ & pretioſiſsimæ; ſerici, linei, & goſsipini

pāni, omnis generis; aluminis, hidrargyri, chryſocollæ, cynnabaris, minii, camphoræ, margaritarum, reubarbi, porcellaniorū vaſorum, & xilini, maxima copia; adeò vt à mercatoribus exteris, certa ad minimum duplicandi pretii ſpe, exportentur. maris acta onerariis, actuariis, & lintribus, & flumina referta ſunt phaſelis, lembis, cimbis, & aliis orariis vectoriiſq; nauigiis. Goſſipini panni tenuiſſimi vlnæ quindecim tribus Batziis, ſerici verò duobus aureis veneunt: neque cariores ſunt ceteræ merces. De vectigalibus regiis ſi quod res eſt dicam, rem fortè incredibilem pleriſque, ſed iſthic planè compertam referam: ſolum Sinarum Regem, omnibus ſimul Europæ & Africæ Regibus Principibuſque, multo eſſe ditiorem, hoc, cæteris omiſſis, ex duobus duntaxat vectigalibus licèt deprehendere: quorum prius conſiſtit in capitatione omnium ſubditorum, à quibus ei tres mazii (medio ducato noſtro æquale precium eſt) penduntur. Quare, cùm ea ſit incolarum multitudo, annuum hoc vectigal triginta miliones excedat neceſſe eſt. Poſterius colligitur tributi nomine, ex omnibus fere quæ vel tellus profert, vel Sinarum artificio ſunt elaborata; quod ipſum, iuſto calculo perlectis ſingularum ciuitatum rationibus ſeu canone tributorum, perſpexi, ad ſex & viginti miliones excreſcere: ita duo hæc vectigalia ampliùs quam quinquaginta ſex miliones conferunt. Iam verò quam ſummam accipiat ex mercibus, vltro citroque diuenditis aut permutatis, inire nequiui: eo quòd mercatorum nauiumque innumera ſit multitudo, ſingulæ quidem naues, pro appulſu & funis religatione, vnum coronatum pendunt. ſola Canthoris prouincia (in qua Luſitanis negotiari permittitur) in Regis fiſcum, eo nomine, quotannis infert tria picorum argenti, vel (vt alii) quatuor milia: tria verò picorum argēti milia, octo ferme noſtros miliones conficiunt. Vnde intelligas quid ex omnibus prouinciis emolumenti capiat; cui vna, non maxima, tantum auri ſuppeditet. In ſingularum Prouinciarum vrbe præcipua, regii fiſci domus vna eſt, in quibus magnæ diuitiæ ſunt: ſed nihil ad eos theſauros, quos in Panquini & Nanquini ærariis congeſtos ſeruant: in quibus tantum rudis & cuneati auri & reliquæ pecuniæ eſſe cōſtanter ab omnibus perhibetur, vt omnem id prorſus credulitatem ſuperet. Accedit ſoli & cæli tanta ſalubritas atque amænitas, quantam alibi non puto, terræ ſuperficies plana, quamuis (quod auget vehementer ſpectantium voluptatem) nonnullis in locis clementer in colles aſſurgat, & nemoribus veſtiatur, tota ſic quaſi manu parata, vt à duobus fluminibus, quaqua verſum Mandarinis (ſic magiſtratum vocant) viſum

fuerit,

ierit,hominum opera deductis,irrigari & inundari queat.Vnde
t vt feruor æſtatis minimè ſit moleſtus,& ſolum mirificè fœcun-
etur.Suſpicari queas,naturam ibi experiri voluiſſe, quantum in
egionis alicuius fertilitate & pulchritudine valeat efficere.picta,
on vera,ſpecies videtur. Equidem nunquam id mihi ipſi perſua-
ſſem,niſi maximo labore atque ſolicitudine ex illorum libris to-
ographiam quandam oppidorum,vrbium,ſiluarum,fluminum,
acuum, quibus ornatur, mihi confici curaſſem. certauit
um naturæ induſtria hominum ars. Nam multas immenſis
udoribus foſſas nauium capaces per totam regionem duxe-
unt; quibus ſibi mutuò merces oppida tranſmittunt: quæ
d vnum omnia muris è quadrato lapide cinguntur; muri
ltis turribus, minis, & portis egregio artificio extructis: pla-
eæ ad perpendiculum directæ admodum latæ ſunt, tam longæ
utem,vt plerunque ab vna vrbis parte ad alteram vſque proten-
antur:ſingulas plateas duæ vtrinque portæ inuicem oppoſitæ,&
mplis porticibus ornatæ,claudũt. Artifices ita diuiſi per vrbem,
: qui vnius artificii ſint, vna in regione ab aliis ſejuncti habitẽt:
adem & mercatorum metatio, pro mercium varietate. domus,
oſtris ædificiis, ſtructura & magnitudine cedũt,in vnicam enim
ontignationem aſſurgunt: quia tamen cæruleis omnes lamellis
onteguntur,propter viarum quoque amplitudinem,populi fre-
uentiam,annonæ & mercium paſſim proſtantium copiam, nec
ariſſimis Europæ ciuitatibus poſtponendas judico. pontes tã in
bibus quàm in agris plurimi,partim ſublicii,partim marmorei,
ntæ amplitudinis & magnificentiæ,vt à Romanis illis rerũ Do-
inis extructi videantur.Nec mirum;nã Sinæ induſtria mortales
nnes ſuperant,nec cæcis,nec claudis,nec aliorum vſu membro-
m deſtitutis, deeſt ſolertia;qua ſibi victum parent.rari mendici
rnuntur.ab ipſis ferè incunabilis pueri labori ſe dant; & omnes
ura opificia ediſcunt: vt, ſi quod minus vtile fiat, aliud ſuppedi-
t,quo ſe ſuaq; tueantur. videtur illis natura ſubtilitatem quan-
m admirabilem, & facilitatem promptè addiſcendi mechani-
s artes quaſuis inſeuiſſe.vix diſcere cœperunt, cùm ad artis cul-
en peruenêre;& quæ facere didicerũt, mira celeritate perficiũt.
inc fit,vt operoſiſsima quælibet vili precio coëmantur, par v-
uſq; ſexus in iis operibus dexteritas,par ſolicitudo, & domeſti-
rei augẽdæ ſtudiũ. nihil tã nulliꝰ precii vel terra vel mare ſug-
rat,ꝙ illis ſit inutile.quę reliquę nationes vt friuola futiliaque
jiciũt,à Sinis ſedulò colligũtur;animaliũ oſſa,piſciũ ſpinæ,fru-
ũ nuclei & putamina;ex quibus ſphærulas, annulos,icõtulas,

& alia ludicra affabre conficiunt. denique (quod caput eſt) nulla orbis portio tanta pace & tranquillitate fruitur, nec tam commodis legibus & inſtitutis adminiſtratur: quæ laus mirabilior eſt, in tanta cæcitate & veræ lucis ac fidei Chriſtianæ ignoratione; qua tamẽ ſola rectæ gubernationis via oſtenditur. Sed hac de re ſequenti capite commodiùs.

## DE REGE SINARVM, AFFINIBVS EIVS, MANDARINIS, ET CIVILI diſciplina.

MAgnificentia potentiaque Regis, & cognatorũ, & Mandarinorum poteſtas, politiæ modus, aptiſſimaq; rerum omnium coordinatio, eiuſmodi eſt, vt difficùlter iis, qui oculati teſtes non fuêre, queat perſuaderi. Multitudo & frequẽtia hominũ, & omniũ ad victum neceſſariorũ abundantia, & diuitiæ & induſtria, (de quibus diximus) & ſumma Mandarinorum prudentia & æquitas, & indigenarũ erga Mandarinos obſeruantia obedientiaq; ſunt in cauſa; cùr breuiſſimo ſpatio tẽporis ad exitũ ea perducant, in quibus parandis gẽtes aliæ multũ tẽporis & opere abſumunt. pauciſſimis Mandarini diebus exercitus vel duorũ milionũ conſcribunt; maximas etiã claſſes celerrimè inſtruũt. genus nauiũ, bancones & iũcos vocãt, noſtris corbitis nõ abſimiliũ; numerus, quadringentarũ vel quingentarũ. Rex ipſe cum aulicis Pãquini degit; cuius vrbis ea magnitudo eſt, vt eques expeditus illã 24 horis tranſmittere vix queat: trino muro ſaxeo cincta traditur: reliqua quæ de ornatu, ac magnificentia, & opibus vrbis Sinæ referunt, prætermitto; quòd ſciã illa fidem non habitura. hoc tantũ: cunctis totius noti orbis vrbibus, vel excellentiorẽ eſſe, vel æqualẽ. Regi vna vxor eſt; quam Reginæ loco habet; multæ pellices. intra ſepta palatii ſolæ feminæ degunt, & eunuchi, quorum magnus numerus, & opes maximæ; præter hos nulla Regi ſeruitia: ipſe maieſtatis tuendæ gratia, nunquã pedẽ effert è regia; quæ magnę alicuius vrbis ambitũ cõplectitur, & tota craſſo muro circũdatur. interiùs, ædititiſſimis turribus & cõcamerationibus, regifico planè apparatu & luxu ſplẽdet: quindecim in ea ſpatiis æqualibus diſſita palatia, quibus prouinciarũ Sinẽſiũ nomina ſunt impoſita: Singulis adiacent amœniſsimi horti, & nemora referta feris venaticis & auibus: Stagna etiam & fontes pellucidi, & fluuij perennes. quãtãlibet hæc piſcationẽ, venationẽ, & aucupiũ ſuppeditant. Ita Rex, intra regiã, ab vna Prouincia in aliã, minimo cũ labore,

abore cõmeat,& vitã Phæacũ planè,voluptatis pleniſsimã(vt rẽ-
ur miſeri) tranſigit. demortuo, maximus natu filius in regnum
ıccedit: alii regii liberi, cùm ad certam peruenerũt ætatẽ, regni
ɛgibus,adhuc penè pueri,ad varias prouinciarũ vrbes relegãtur,
bi ſingulis palatia Regis ſumptu exædificantur, Panquinenſi iſti
alatio ſimilia,ſed minus ſplendida,vt iiſdẽ cõmodis & amænita-
ıbus ſe recreẽt atq; oblectẽt. nihil illi ſibi imperii vindicant, ne-
uè adminiſtrationi bellicę vel ciuili ſeſe immiſcẽt: Prouincia, in
ua degunt,egredi nõ licet:in publicũ rarò procedũt: cũcti,vt re-
ios liberos,obſeruãt & honorant: certa illis & ampla vectigalia
e fiſco regio in ſingulos annos numerãtur: famulos & domeſti-
os Mandarinos Rex quos vult tribuit.ita põpa,ſumptus, & opes
lis dignæ regibus; certis tamen cõpedibus vincta potentia,ciui-
ũ bellorũ & ſeditionũ metu Regem liberat.his etiam vna cõiux
ıſta, multa cõcubinæ: & patri primogenitus in illo palatio ſuc-
edit;reliqui filii,vt priuati,diuites tamẽ viuũt,paterna cõtẽti hæ-
ɛditate:hoc etiã priuilegio gaudẽt, quòd à Mandarinis plecti nõ
oſsint,niſi regis iuſſu;qui commeritas pœnas quandoque exigit.
i regii liberi natu minores, eorũq; poſteri, primores ſut Sinarũ;
tſi(vt diximus)nulla poteſtate vel magiſtratu præditi. Singulis
rouincijs(quas 15 eſſe meminiſtis) vnus prorege præeſt, & in
rouincię metropoli habitãt:huic addita ſunt regia duo concilia;
acis & belli;item regii patrimonii quæſtor, multi præterea ma-
iſtratus, inferiores, & ſubpræfecti; qui per cæteras vrbes diſtri-
uuntur.omnes hi magiſtratus, Mandarini nominantur; quos ſi
xcipias, reliqua multitudo, etſi multi opibus excellant, plebei
enſentur, nec alia Sinarum nobilitas. duo ſunt Mandarinorum
rdines:vnus miltarium,qui bellis præpoſiti, exercituum, claſ-
ıım,& armorum curam gerant: Alter iuris peritorum; qui ſuum
ddũnt vnicuique, iuredicendo, fiſco adminiſtrando, & ciuili-
us negotiis præſunt. his priores illi ſubjiciuntur, & arma togæ
oncedunt.militares Mandarini perpetui ſunt, & in parentis lo-
ım ſemper primogeniti ſuccedunt,(minores natu plebi annu-
erantur)& alii aliis præpoſiti ſunt. ad dignitates enim non a-
s gladibus,quàm virtute & meritis conſcendunt. Togati Man-
arini non naſcuntur, vt bellici, nec perpetui ſunt; ſed vt plurimũ
rtio quoque anno à magiſtratu remouentur; nec vllum impe-
um habent, niſi quo tempore magiſtratu funguntur; eo amoti,
ritè adminiſtrarunt,valde ab omnibus,etiam priuati,coluntur,
multis præclaris priuilegiis fruuntur:Si minus rectè,domum ſe
cipiunt,& cõmuni cum vulgo iure vtũtur. Magiſtratus hic non
 generis,

generis,non gratiæ aut fauoris indiciū eſt, nec à mera regis volū-tate dependet;doctrinæ & meritis defertur:A concilio nāq; regio Candidati certis legibus examinantur;quorum placuit eruditio, iis magiſtratus defertur. ita ab vno dignitatis gradu,ad alios altiores aſcendunt, pro vt ſapientia & probitas merentur: quod Sinarū lege cauetur.& euenit plerūq;, vt ferè omnes Mandarini per ſingulos ſeriatim ordines euehantur. Habitus eorum minimum differt à Venetorū Patriciorum veſtitu;toga talaris,manicæ latæ, cingulum ſericū trium digitorum latitudine;pileus altus in ſemimitrā retro deſiuit, & magnis vtrinque auriculis inſignitur.peculiaris hęc & pręcipia Mandarinorū nota.Hos plebs diuinis ferme honoribus proſequitur; Deorum inſtar, reueretur ac timet: in auditorio illorum nemini licet eos alloqui. vbique tanta morum & vultus ſeueritas eſt, tanta grauitas, cernēti vt quaſi ſtuporē incutiant;promiſcua illis virgis cædendi poteſtas eſt.cædūt VPI, lictorū genus,faſcibus arūdinū quarundā inſpicatarum,ſeſqui vlnę lōgitudine,trium vel quatuor digitorum latitudine.quē cædi Mandarinus iuſſerit,pronū in terrā proſternunt, & ſublatis caligis,his ſemicannis ſummam ſurā & poplites tam crudeliter diuerberant: vt ſexto vel octauo(vix enim hunc excedunt numerū)ictu,vel ſubneruent,vel vitam ſępenumero tollant.clementer ſibi conſultum credit, quiſquis leui vulnere accepto claudicandi vitium effugit. frequentiſſimum & leuiſſimis de cauſis infligi ſolitum ſuppliciū. dies eſt nullus,quo non multi plectantur ; ſæpe etiam Mandarini inferiores,ſuperiorum mādato: ſed nefas magiſtratus inſignia indutos flagellare:ideo priùs pileus illis & cingulum adimuntur; tū diſcincti capite aperto vapulant.impunè ferunt,ſi quem virgis ita cædant,vt emoriatur,præcipuè ſummi Mādarini:aliàs nulli, prætérquam Regi,necandi reos poteſtas eſt. quæ flagrorum immanitas & licētia,dici nequit, quem omnium in animis timorē & obſequēdi prōptitudinē infixerit,nullus Europæ tyrannus eſt,quem ſic ſubditi metuant, vt Mandarinos Sinæ. omnes hi magiſtratus regio ſūptu alūtur.Prętoria pręcipuis in vrbibus habent,regni ſupellectile & ſeruitiis inſtructa : in his habitāt,nulla ſecū mācipia, nihil rerū adducunt, præter duos vel tres pediſſequos: hos,cū decedunt,ſecū reducūt, reliqua vt inuenere relinquunt: quibus ſucceſſor eadem lege vtatur. Si maior Mandarinus ea in vrbe non ſit, quando domo egrediuntur, geſtatoria ſella ſublimes humeris baiulorum deferuntur. præcedit anteambulonum turba,VPI,& cęteri miniſtri, bini ac bini, magno inter ſe, totius viæ occupandę gratià,interuallo relicto:pars ſceptra ferrea ſtānoillita, pars vexilla ge-

la geſtantes;quidam galeis ornati, alii virgas illas multifidas, nõnulli ferreas cathenas per ſolum magno cũ ſtrepitu trahunt,cetera reliqui magiſtratus inſignia, pro Mandarini, quẽ comitantur, dignitate.interea certis interſtitiis(Mandarinum adeſſe) horrẽda voce præcones proclamant:videlicet,vt omnes via decedãt.Sedet ille,in ſella, vultu cenſorio,nunquã nictat,nutat, vel oculos ſolo attollit,nunquam vtramuis in partem vllius rei vidẽdæ cauſa caput reflectit:ligneum dicas Hermetẽ.Subſequuntur,honoris cauſa, multi pedites equiteſq;.ſi quis ſit obuius, ſtatim via deflectens geniculatur: qui honos cuilibet magiſtratui exhibetur. Nã ſi celſioris dignitatis aliquis occurrat,fugiũt omnes, vt vacuæ ſint plateæ,ſeque domum recipiunt, & ianuas ac tabernas claudunt. mirum,eo tranſeunte,vel in pleno hominum foro, ſilentium, mira tranquillitas:nemo mutire auſit: certi omnes, parata verbera, ſi contrà faxint.A reliquis ergo Mãdarini veſtitu, miniſteriis,habitatione diſcrepant: Nauibus etiam,quas peculiares,pulcerrimas, ornatiſſimaſque reges illis attribuunt.Par nauiganti,qui geſtato, honor exhibetur. quæ cùm Rex cuncta ſuppeditet, apparet nimium, quanta ſit impenſarum & vectigalium regiorum magnitudo. Mandarini omnes ingenio & prudẽtia naturali excellunt, cũque ſtudium omne ſuum ponant in ciuili ſcientia excolẽda; haud mirum eſt,ſi eam adminiſtrandæ Reip. diſciplinam adinuenerint; qui equidem parem nullam credo ab aliis fuiſſe excogitatã. Hoc vt intelligatur,efficiam, ſi diligenter ea quæ mox ſubjiciam perpenderitis.cogitanti igitur,quæ ſint potiſſimæ tam commodè inſtitutæ iſtius Reip. cauſæ:illa primo loco occurrit: honores & emolumenta ſolis iis propoſita,qui eruditione excellunt: ita excitantur Sinarum animi ad ſtudia litterarum alacriter amplectẽda: vnde fit, vt diſciplinæ vſque adeò floreant,vt vix vlla ſit vrbs, cui coniuncta non ſit academia: quæ omnes & numero ſtudioſorum, & aſſiduitate laboris, ceteris vniuerſi orbis ſcholis ſunt præferẽdæ. nullus enim eſt,qui non omnem moueat lapidem,vt Mandaratu adepto, ad quem non alia via peruenitur, ambitioſi animi ſitim expleat.Sunt eorum tamen literæ,ſi noſtrorum hominũ ſapiẽtiæ conferuntur,admodũ imperfectæ; nec aliæ ferme, quàm veterum gentilium fuère, antequam ab Ariſtotele apta methodo comprehenderentur, & Chriſtiano lumine illuſtrarentur; aliqua illis phiſiologiæ,& medicinæ cognitio, ethices etiam, & Aſtrologiæ,aliarũq; mathematicarũ diſciplinarũ: maxima ex characterũ Mandarini ſermonis cognitione cõmẽdatio petitur;quod idioma vſum illis præbet, quẽ nobis latinus ſermo:multò in eo ſtudii ponen-

ponendum, multum tẽporis, magni labores exantlandi, vt aliqu...
ſaltem, in eius vſu & cognitione, progrediantur. Ciuilis tamẽ diſ-
ciplinæ, & legum Sinenſium perdiſcendarum, præcipua omnibu...
cura. Libris ampliùs quàm nos abundant prelo excuſis, maxima-
que paſſim & refertiſſimæ variis codicibus bibliothecæ occurrũt
quibus artes illæ omnes & innumera alia explicantur. Credibil...
hoc, cùm proceres quique & nobiliores alii ſtudiis litterarum ap...
primè dediti ſint, & libris conſcribendis; quibus eruditionis fam...
aucupentur: ita factum, vt de Sinenſibus rebus omnibus, merci-
bus, fodinis, animantibus, plantis, herbis, arboribus, & id genu...
minutiſſimis quibuſq; exactiſſimè & accuratiſſimè ſcriptitarint
Nõnullos huiuſmodi libros vidi; ex quibus opera fidorum inter-
pretum multa mihi decerpſi, cõmunicaturus illa vobiſcum, De...
dante, aliquando, quæ vobis & voluptati & admirationi futur...
confido. quare cùm à doctis hominibus tota imperandi norma
dependeat, neceſſarium eſt, valde rectam & ordinatam eſſe. Hui...
accedit incredibilis ſeries & connexio magiſtratuum & ſubdito-
rum. Videtur enim hæc Reſp. (niſi quòd multum ſeruili timori
innitatur, & magna ex parte tyrannidem ſapiat) religioſa aliqu...
familia bene inſtituta. Rex vnus vniuerſi regni & fundorum ſin-
gulorum Dominus, ita vt nec ſoli palmus ſit, qui ad Regem non
pertineat; omnes incolæ, ſiue vrbani ſiue ruſtici, pro ſolo, quo v...
tuntur, quemque colunt agro, certam regi pecuniam pendun...
quotannis. quare à ſubditis omnibus tanti fit, quanti fieri hom...
poteſt; timetur adeò, vt nequeat ampliùs. tam abſoluta tamen
poteſtas non omnia pro nutu gerit, certis imperandi legibus fræ-
natur; quas primi Reges tulerunt, & ſequentes deinceps ſemper
obſeruarunt. auſcultat Rex conſiliariis ſeu ſenatoribus, qui e...
legum Regni præſcripto omnia moderantur. Regi ſubſunt hi cõ-
ſiliarii, conſiliariis Proreges parent, Proregibus Mandarini infe-
riores obſequuntur, hi imperant plebi quam ergo poteſtatem in
plebem vrbis Mandarini, eandem in hos Proreges ſeu Prouincia-
rum Mandarini obtinent; eandem in iſtos regium conſilium, &
in iſtud Rex ipſe exercet: ita omnis poteſtas alteri ſubjicitur, &
quicquid à majore minor expaueſcit, majori hoc alius Dominu...
minatur; majoremque hoc ordine minor genu flexo alloquitur
Magnæ ſunt huius ordinatiſſimæ ſcalæ ciuilis cõmoditates. Nam
& fideliter, quæcunque toto regno geruntur, ad regias aures per-
feruntur; & Superiorum juſſiones vix vnquam irrita ſpe fruſtran-
tur; nec latêre poteſt culpæ vel erroris auctor, ſed illa mox claro
indicio ſuum prodit auctorẽ, & ſoli auctori eſt noxæ. nullus enim
venia

ẽtiæ, nullus gratiæ locus. Dignum duxerim, quod Superioribus
djiciatur: tantam in exequendis Superiorum mandatis diligen-
iam & ſolicitudinem præſtari, vt ipſa ferè juſſa opere præuenire
ideantur. Stant aure arrecta omnes ad magiſtratus imperium, &
erba ex ore loquentis haurientes, euolant confeſtim, quò juben-
ır: & ſine mora, ſine cauſſatione vlla, geruntur omnia. Sic celer-
mè ingentes exercitus conſcribuntur; maximæ claſſes inſtruun-
ır; ædificia & magnificæ moles eriguntur; aliáque, in quæ aliis
ı prouinciis & menſes & anni ſunt impendendi, conficiuntur.
on parum ad feſtinationem illis prodeſt, paratę ſemper pecunię,
nnonæ, inſtrumentorũ, materiæ, quanta diximus vis: ſed fabrorũ
operis præfectorum multitudo, & quam modò memoraui ſub-
rdinationis ſeries, potiſſimè ad id deſeruiunt. Quid dicam de ſo-
citudine & cautione maxima, qua periculis imminentibus oc-
ırrunt? de vigilantia, qua proſpiciunt, ne qua ex parte pax & otiũ
ublicum perturbetur? ſemper æquè anxii ſunt, æquè animum
ɔgitationemque in omnes euentus intendunt, ac ſi muros hoſtis
aberet: quare, non niſi maxima cum circumſpectione, commer-
a & negociationes peregrinorum admittunt; ipſi vix aliò profi-
ſcuntur. Mortis ſupplicium conſtitutum in exteros mediterra-
ea ingredientes: Certi portus mercatoribus aſſignantur, nego-
andi gratia; ad quos accedere tamen non poſſunt, donec pecu-
arem facultatem à loci magiſtratu obtineant, idque certis tem-
ɔribus; nec aliò migrare vel excurrere licet. tam religiosè id ſer-
atur; vt cùm Luſitani à triginta iam annis ibi mercaturam fa-
ant, & multi larem in quadam Sinarum inſula ſibi delegerint;
on tamen illis permittatur alibi verſari, vel quoquam, niſi Can-
onem, pergere; idque impetrata priùs venia magiſtratus, anni
mpore conſtituto, & numero dierum præfixo; ea quoque lege,
nec in oppido, nec in continente, ſed in nauibus ſomnum ca-
ant; interdiu etiam vetus oppidum, vbi magiſtratus habitant,
ınquam ingrediantur: &, vt breuiter dicam, vehementer ſibi ab
teris omnibus malum metuunt. omnia oppida perpetuo præſi-
o militum & vigiliarum excubiarumque conſuetis ſucceſſioni-
ıs non ſecus aſſeruantur, ac ſi validi cuiuſpiam hoſtis arcta obſi-
one premerentur. Vt adueſperaſcit, omnes portæ ac poſtica ci-
tatis clauduntur, & obſigillantur, claues ad Mandarinum defe-
ıntur, excubitores haud magnis interſtitiis diuiſi ſtant in mœ-
bus, & cymbalorum quorundam ſonitu ſibi inuicẽ reſpondent:
miles cuſtodiæ ſunt in Mandarini domo, in publicis carceribus
viis ciuitatis. Nam & hæ portas ſuas habent, nec ante lucem

portæ

portæ rurales vnquam, ſed ſimul cum vrbicis portis reſerãtur; Vigilibus mandatum, videant ne quid in ciuitate perperam vel præter ciuilem diſciplinam geratur. ita ſibi ab externis inſidiis cauẽt, turbas & ſeditiones inteſtinas parum metuunt, & verò nõ habẽt cur magnopere pertimeſcant. nã à proceribus regni (nẽpe liberi & minoribus regiis) nullum periculum eſt; quibus, vt largiter a voluptuariam & luxurioſam vitam, in illo ſuo religationis latibulo prouiſum eſt; ita poteſtas omnis & juriſdictio ſublata; ſolis e Mandarinis conceſſa; qui, vt nihil moliri neq; nouis rebus ſtuder queant, inde cõtingit: quòd, qui perpetui ſunt, & ſucceſsione hæreditaria eò perueniũt, Mãdarini militares, ſubditi ſunt, & à ciuilibus Mandarinis coërcentur. Ciuiles autem iſti ſingulis trienni magiſtratu defunguntur, & quia virtute ad illã dignitatẽ euehi ſolent; ſunt vt plurimum tenuioris fortunæ homines, nec affinitatibus aut cliẽtelis potẽtes. Præterea nunquã in patria officium gerũt; ſed in aliena prouincia; &, quãdo plures vna in prouincia imperant, omnes ex diuerſis prouinciis oriundi ſint, oportet. demur ad hunc modum diuiſi ſunt, vt qui bellicis rebus præeſt, ciuiliur curam non gerat; qui jus dicit, nihil ſe fiſci rationibus ingerat Præfecti verò ærarii Tamiacis, nec Tamiaci Fabricenſibus ſ immiſceant. Magiſtratus præterea, nõ quibus volunt, ſed accepti à Rege miniſtris & ſeruitiis vtuntur. hac ratione ſemina conſpirationum ſuſtulêre. Nulli denique cum telo ambulare licet: Statutis tantũ temporibus arma ferendi ius militibus quibuſdã conceditur: & graues legibus pœnæ propoſitæ ſunt illis, qui aliquem telo vulnerarint. Omnes ergo Sinarum pugnæ atque rixæ, pugnis, dentibus, calcibus depugnãtur, & capillorum euulſionibus qua in re illud ridiculum eſt, quòd vtroque vt plurimum virgis cæſo diſſidia ſopiuntur, ita pax ex vtriuſque partis animi ſententi initur, & pauciſſimæ exiſtunt ſimultates, aut odia, aut vulnera, au neces; quibus peſtibus cæteræ nationes affliguntur. Sinis alta pax ſi pax dicenda, quæ vera animorum quiete deſtituitur, quam ſol illis veræ fidei lux poteſt inferre.

## DE MORIBVS QVIBVSDAM INSTITVTIS ET RELIGIONE SINARVM.

HÆ & aliæ Sinarum laudes (quarum exiguam ſanè parter delibauimus) multis magniſque vitiis & quaſi fœdis ma culis quibuſdã pænè obſoleſcunt, multa nãq; & grauia i hanc præclarã Reip. formã inquinamenta irrepſerunt, quod ne-

ceſſariur

ceſſarium eſt illis accidere, qui veri Dei fide deſtituti, in denſiſſimis veritatis & veræ vitæ tenebris verſātur. præcipua paucis recēſebo. Primus itaque error ex nimia illa flagellandi licentia naſcitur. Cùm enim Mandarinis abſoluta huius pœnæ poteſtas competat, atroces videlicet ſubditis iniurias paſsim inferunt: ſæuiunt in poplites, fortunas omnium depopulātur: quicquid concupierint, vel ab inuitis extorquent. redimunt miſelli graues haſce vexationes donis luculentis; & ſecum bene agi credunt, ſi pecunias auferre contenti, flagris abſtineant. Solent quidem a Rege quotannis Syndici per prouincias mitti; qui inquiſitione exactiſsima ſcrutētur, num quid peculatus aut repetundarum judicio dignum magiſtratus patrarint: &, ſi quos occulti vel manifeſti criminis reos nanciſcantur, dignis illos ſuppliciis afficiunt: ſed ea Mandarinorum ſagacitas, ea doli mali ſubtilitas eſt, vt pleraque lateant, nec erui queant. ingentes ergo diuitias ſibi parant, eáſque potiſsimùm ex xeniorum incredibili multitudine, quæ etſi quidam; pauci illi & ex primi ordinis Mandarinis, repudient; ea tamen, quæ officii velamento exigere & corradere poſſunt, mirum eſt in quantam pecuniæ ſummam excreſcant. quare cùm præter has jacturas, etiam tributorum, penſitationumque variarum in Regis fiſcum inferendarum, grauiſsimo onere premantur, fit vt quamuis ampliſsimæ ſint prouinciæ opes, ruſticana tamen & infimæ ſortis plebs, maxima egeſtate affligatur. Alius, niſi fallor, grauior eſt & periculoſior, natus ex militiæ & armorum tractandorum ruditate, & ſeruili illo verberum metu, quo ſic animi dejiciuntur, vt non viriles, ſed muliebres gerant. Gens enim Sinarum totius Orientis maximè imbellis & effeminata eſt; nec animus illi nec manus ad pugnandum à natura conceſſæ videntur. vnus Iaponius nunc 50 nunc 100 Sinas audet prœlio laceſſere: Aquilonares excipio; qui, quòd Tartaris & aliis bellicoſis hoſtibus finitimi ſunt, artem militarem tenent, & equeſtri laude jaculandique peritia commendantur, nec animo nec viribus Tartaris cedunt, & ingentes illorum exercitus fortiter ſæpe repellunt. nec video cur hæc natio fortiſsimis gentibus non poſsit reſiſtere; ſi modò, metu illo poſito, bonos animos reſumeret, & ſe militiæ daret. ſunt enim nati in plaga frigida, vaſtis corporibus, colore albo, bene formatis vegetiſque membris, cibis bonis ac multis veſcuntur, ingenio valent, manuum dexteritate excellunt. docuit idipſum euentus. In littoralibus nāque Chinchei, quà Iapones præ-das agere ſoliti, 100 vel 200 in terram egreſsi, totā actā pro lubitu impu-

impunè deprædabantur; nunc,quando longè maiori numero id attentant,vt plurimum confligantur. tantum potuit aſſuetudo, & crebri cum Iaponiis conflictus.Præterea à Luſitanis vſum ſclopetorum acceperunt,& magna huiuſmodi ſulphureorum tormẽtorum vis in Sina reperitur: neque dubitandum, exercitatione peritiam iis vtendi adepturos:cùm videamus,Indis Auſtralibus illis fuſci coloris,qui nec ingenio,nec viribus,nec animo Sinis sũt cõferẽdi,crebris prẹliis cũ Luſitanorum claſſe hoc accidiſſe.Tertio loco poſuerim crudelitatẽ & inhoſpitalitatẽ;quæ huic gẽti licèt natiua videatur; tribuerim tamen nõ tãtùm maligno & perfido illorum ingenio;ſed etiam timori illi ſeruili,quo in officio cõtinẽtur;&,quòd cõmerciis aliarum gẽtium ferè careant. vt vt eſt, feri ſunt,nec miſericordia tanguntur, nec vllis mortalibus bene volunt.Magiſtratus omnem ſuam poteſtatem& juriſdictionem in eo poſitam credunt,vt ſubditos ergaſtulis & ſuppliciis crudeliſsimè diuexent.Populus nullam familiaritatem cum exteris cõtrahit. tot iam annos Canthoni verſantur Luſitani;nullus ſe tamen, in hanc vſq; diẽ,Sinarum cum illis eo amicitiæ,familiaritatis,aut humanitatis vinculo colligari eſt paſſus, quo cæteræ gẽtes cõſueuerunt.Prẹternauigẽt licèt piſcatorii mille lenunculi,vel alterius annonæ ſcaphæ ponè Luſitanorũ claſsẽ, humaniſsimè cibos coẽmẽdi gratia appellentur,pretiumquale piſcatores noluerint offeratur;etiãſi certò ſcirẽt claſsiarios fame emorituros,nunquam,vt illis vel ſardam vel apuam vnam vẽdant,acceſſerint. Planè vulgus mortaliũ deterrimũ videtur:pecuniẹ ſunt auidiſsimi; eius gratia, nihil tam nefarium,vel ſceleſtum,quod nõ aggrediantur: fallẽdi, furãdi, prodẽdi peritiſsimi:vẽditiones eorum,maximè ſi cum peregrinis cõtrahant,fraudationum plenæ:venalium gallinarũ ſtomachos arena implẽt;reliqua animalia,aqua & vẽto, põderis augẽdi cauſa,ſuffarcinant.Nam cuncta per æs & libram diuendunt. Lõgum foret,reliquas technas aſſcribere.ipſi Mandarini profitẽtur,tam improbos & nequã eſſe Sinas;vt,niſi crudeliſsimè cẹdantur,nihil ab illis ẹqui queat impetrari.pleriq; tales, nõ deſunt tamẽ mercatores aliqui,qui fidẽ colant,dolos &perfidiam auerſentur.Sanè ſpes me non exigua fouet; ſi lux illis verẹ fidei illuceſcat, ad honeſtatẽ & probitatẽ cæteros quoq; perduci poſſe:id me credere jubent,modicẹ illæ Chriſtianorum, quos hîc piaculari aqua abluimus,primitiæ:excellunt enim bonitate & deuotione.Quarta Reip. Sinenſis peſtis inde dimanat; quòd maxima ſit incolarũ multitudo, & pars eorum maior nõ modiocri paupertate premantur. Accedit peruerſa indoles; quam ſuppliciorum accerbitas ex-

aſpera

ſperat & accendit. Si quis enim graue aliquod flagitium cõmit-
it;& fuga lictorum manus euadat; mox in neruum cõſanguinei
ognatique proximi omnes abripiuntur:ibi tam diu carceris pæ-
ore & verberum cruciatu macerantur; donec fugitiuum iudici
hibeãt;multi itaque,tũ vt indoli ſuæ ad latrocinia procliui in-
ulgeant:tum etiã, vt nuniellas & virgindemias illas effugiant;
i cognatorum quiſpiam delictum aliquod perpetrauit,quod v-
um ſupereſt,latrocinia & pyraticã cogitant; talibus ſcatet pro-
ncia,potiſſimum quà mari alluitur,ſæpe illi inſulas & maritimà
ca inuadũt;rapinis,ſtupris,cędibus,incendiis complet omnia.
ontra quos claſſes à Mandarinis inſtruuntur: Sed ab his ipſis
aſſariis intolerabiles ſæpe clades Sinæ accipiunt; obuias enim
ercatorũ naues inuadunt,vectores,nautas, & epibatas occidũt;
ſorum capita Mandarinis adferunt;ita & prædam retinent, &
æmium inſuper accipiunt. Nam certa pecunia pro ſingulis la-
onum capitibus ex publico numerari ſolet. Hac præmiorũ dul-
dine illecti,noctu nõ rarò pagos remotiores petunt; omnia ex-
lant,quicquid prodere poſſet obtruncant:necatorum agricola-
m capita, latronum eſſe ementiuntur. Crudelia hæc; fœdiora
æ ſequuntur,quare leui calamo attingenda. Impura libidine,
am auerſatur natura, vel publicè infames: mira in hanc labem
openſione:auerſi,aduerſi æque impudici:nihil tam fædũ, ꝙ nõ
ant,ꝙ nõ patiantur. Ab eorum conſuetudine contagionem la-
nii traxerunt,nullus pudor,nulla erubeſcentia,gloriantur ipſa
rpitudine:auget malum,ſoli fertilitas & abundantia,tamq; co-
oſo cibo & potu luxuria accenditur;& cũ Cerere & Baccho Ve-
s efferueſcit. Eiuſmodi enormia & fœda peccata, ingeniorum
em planè obtundũt;& ſincero rationis lumini,ne rectũ queat
aſpicere,penitus obſtruunt;vt quantumuis prudentes, in ciui-
us domeſticiſque curis;adeò tamen hebetes & plumbei ſint in
quæ ad Dei cognitionẽ & animarum ſalutem, & eã quæ mor-
s manet remunerationem attinent;vt planè amentes & huma-
rationis prorſus expertes eſſe videãtur:nihil harum rerum, vel
ſe norunt,vel ab aliis cognoſcere volunt, aut audire : quic-
d illis dicitur,id ſurdis vel ſaccis potiùs canitur. Vnũ in tot ma-
audabile,& præter gentilium mores obtinent;quòd feminarũ
todiam,nõ ſegnem,gerant:domi illæ latent, nec vnquam ferè
s prodeunt,aut in publicum progrediuntur;clauſtris,monia-
n ritu, contineri dicas:præter eas, quæ publicè quæſtum cor-
e profitentur;aliarum,in tanta hominũ turba vix vllam in via
lica aſpicias. Si quas neceſſariæ cauſſæ domo euocent, geſta-

torio vndequaque tecto & munito, ne à quopiam conſpici valeat, humeris lecticariorum deferuntur. Vlterius etiam Sinarum diligentia progreſſa. nam, vt femineas diſcurſationes & deambulationes impediant, naſcentibus puellulis tenellos adhuc pedes manibus premunt & arctant, vt minimum quid augeantur; & adeo breues puſillique permaneant, vt vix plantis queant firmiter inſiſtere, factum paulatim conſuetudine, vt hanc pedum paruitatem pulcritudini & decori ducant. Viri corporis habitu ſimiles ſunt Europæis; humido ac calido temperamento; alacres, læti, iracundi, & qui motus animi nec vincere nec diſſimulare norunt: multum enim abſunt ab ea ſui victoria, & rationis in ſubitas affectiones animi imperio, quo Iaponii pollent: minimis de cauſſis litigant, & clamoribus cõuitiiſq; agunt, ab iis ad verbera deueniunt, capronarum euulſione, alapis, colaphiſq; decertant muliebriter, aliis armis abſtinent; laudantur, qui cæſariem prolixiorem alunt, pleriſq; ad imos vſq; talos immittitur, cæteris quàm noſtratibus mulieribus multo longior eſt. æquali tenuiorũ & ditiorũ ſtudio pectũt illam quotidie, cõmunt, diſcerniculo diſcriminant, & nihil non ad eius ornatum moliũtur: tandem comas in verticem capitis reuoluunt, & iis in altum aggeſtis, quoddam quaſi ſuggeſtum comæ extruunt; hoc tenui capillari, ex ſetis equinis contexto, inuoluunt; ita vt, rotundo ad capitis coronam foramine relicto, inde tutulus non inuenuſtus emineat. tunicis teguntur talaribus, & manicatis: manicæ ad humerum latiſſimæ paulatim per lacertum arctiores ad carpum aſtringuntur: femoralibus & tibialibus vtuntur laxis admodum, & turpiter follicantibus: calceis planè ruſticanis, vt mulleorum vel Hetruſcorum ſandaliorum (qualia Italis & Hiſpanis feminis ſunt in vſu) altitudinem æquent, in vniuerſum toto veſtitu barbari & inelegantes ſunt. Mandarini (vt diximus) aliter amiciuntur. In familiari colloquio & congreſſu ſat inter ſe ciuiles ſunt & humani, Mandarini præſertim: cum peregrinis hominibus, cuiuſlibet ordinis aut conditionis ſint, proteui admodum & agreſtes: plebei maximè, quibus honeſtatis ac ciuilitatis nec mica ineſt. menſæ altæ, contra totius Aſiæ morem, quibus in ſedilibus aſsidẽt: mantilia ante pectus, qualia Iaponii, ſed ſine delectu aut religione, ſine modeſtia aut modò illo Iaponiorum, omne eſcarum ciborumque genus indiſcriminatim helluantur. Quantum ad religionem & credulitatem, vaniſſima Sinis omnia; in plurimas namque ſectas diuiſi, earum omnium fundamenta ex xacæ ferè voluminibus acceperunt, vt & Iaponii, quę nouerunt à Sinis feruntur didiciſſe. Verùm cùm Mandarini omn

omnes ingenio & iudicio præſtent, & ſtudiis diſciplinisq́; ſe totos addixerint;naturali lumine & eruditione ſectas haſce omnes fabulis & mendaciis refertas eſſe, facilè perſpexerunt:idcirco cōtēnūt,& deſpiciunt,vel ſaltē negligūt omnia, quæ ad religionē ſpectant:&,cū ſuperſtitionis ſuæ ineptias cognoſcant, nec tamē flagitiis & ſuperbia excæcati aſſequantur intelligentia,vnū eſſeDeū, iudicem mortalium, & bene vel praue commiſſorum remuneratorem, penitùs in animum ſuum induxerunt credere, nullam præter hanc hominibus ſupereſſe vitam, ſed animam cum corporibus prorſus interire. propterea, quoad viuunt, hîc numinis inſtar coli & terreſtrium Deorum loco haberi volunt; & veterum quorundam philoſophorum politica præcepta ſuſpiciunt,diuina verò & religioſa penitùs aſpernantur. Bontios itaque (quorum multa iſtic quoque ſunt examina) nō eo quo Iapones loco habēt; ſed Mandarini eos flocci faciunt,&, vt prophanos, quotieſcunq; collibuit,flagris cædi iubent:pauci admodum Bontii ſunt, qui aliquo in honore habentur, eo quòd minùs malè viuant, quàm cæteri;qui Iaponicis multò etiam ſunt impuriores; ſed verberum metu à flagitiis nōnihil arcentur. Eſt & quoddā aliud in his locis pſeudanachoretarū genus;in eremis degunt,mira victus aſperitate & abſtinētia ſe affligētes:horū viuēdi inſtitutum admirātur, & colunt;Idola vt magiſtratus, ſic & priuati, licèt domi ſuæ multa ſinguli habeant,iiſq́; ſacrificent,planè nihili ducunt. nā ſi quādo minùs proſpera fortuna vtuntur,vel nō potiuntur optatis,primò illa cōuitiis & cōtumeliis onerant, mox virgis & verberibus cōciunt:ita cæſa,in ſacrariis vel ſuppedaneis ſuis reponunt,&ſumpto e acerra thymiamate,ſuccenſiſq́; odoribus, in gratiā cum ſimulachro redeunt,& iteratò preces fundunt, ſi ne tum quidē impetrant,iterū flagris ſæuiunt. profectò plus Mandarinos quā Deos ſuos verentur.meritò:cùm hos ex animi ſententia cædant,illis vel inuiti vapulent.Varia Sinarum ſunt Idiomata,tam diuerſa, vt inuicem,qui Prouinciarum diuerſarum ſunt,ſi alloquantur,non intelligant:ſecus tamē,ſi abſentes per epiſtolā agant. cuius rei hæc cauſſa eſt:ꝙ Sinarum characteres nō literarum, ſed rerum notæ ſunt;& eaſdem in omnibus locis figuras obtinent. quare licèt vocabula,quibus res exprimuntur, diſſideant; eædē nihilominus figuræ eaſdē vbique res ſignificant; eodē literarum beneficio cum Iaponiis agunt.Nam hos etiam characteres hi intelligunt:peculiaris tamē & alia Iaponiis ſcribēdi ratio eſt,quam Sinæ ignorant. Omnib⁹ Sinarū populis, vt nobis latinus,ita Mādarin⁹ ſermo cōmunis eſt, hoc in aula & iu diciis vtuntur, illum addiſcere omnes
 conantur,

conantur, vt cum Mandarinis queant agere, quamobrē ſi Diuinæ bonitati placeret, ſeminis Euangelici in his oris ſpargendi aditū aliquem patefacere, videmur nobis longè ex ſola Sina, quàm ex toto Oriente, maiorem meſſem collecturi: tum quia tanta eſt erga Regem obſeruantia & ſubmiſsio; vt ſi lex Chriſtiana Regi & cōſiliariis eius probaretur, ſine vlla dubitatione aut tergiuerſatione ad vnum omnes illam continuò amplecterentur: tum etiā, quòd natura facili & ingenio docili, nec à ſtudiis alieno ſint; altiſsimaque pace & tranquillitate fruantur. Sed Regem adire, deque fidei noſtræ rebus cum eo agere; id verò quantum humana prudentia aſſequi poſſumus, omnino peregrinis hominibus videtur impoſſibile. Sed cur deſperemus, cùm Deo cuncta ſint facilia? Itaq; duo Sacerdotes noſtræ Societatis illic degunt, & ab aliquot iam annis in Mandarinæ linguæ ſtudium incumbunt, nec pœnitendos progreſſus fecerunt. Equidem vnicum nunc nobis hoc iter videtur, ad Sinarum interiora penetrandi. Hæc vna illa cauſſa fuit, cur P. Franciſcus Xauierius tam ardenter hoc negotium (Deo auſpice) ſuſcipere, non ſine aperto vitæ periculo, deliberarit, nec animum deſponderit, poſſe (Deo bene iuuante) Sinas ad Catholicam fidem perduci: de quo, ad rerum ab eo geſtarum narrationem ex hoc diuerticulo, quaſi in viam, redeuntes, deinceps loquemur.

(∴)

QVÆ

# QVAE SEQVVNTVR EX SERMONE ITALO IN LATINVM GVILIELMVS HVYSMANNVS VERTIT.

## DE MISSIONE CHINENSI.

DVO Patres, qui ad Collegium ſuum Macao reuertebantur, China eiecti, & quibus diuina prouidentia & tuitione permiſſum fuit, vt Sciauchino Sciaucheum vrbé triginta aut quadraginta milliaribus intra hinam magis tranſirent, ſcribunt, quòd ibi bene ſe habant, & Chinenſibus ſint accepti, ſpe fructus maioris transferendis ad Chriſti cultum animis, eo, quæ in abus aliis vrbibus amplioribus, & negotiatione fre-étioribus, Cantone & Sciauchino, colligebatur. Tres i Patres, qui in vrbe Macao Chinenſem linguam adſcunt, magno cùm feruore & fructu huic exercitatio- dant ſeſe, vt cum Diuinæ bonitati placuerit, eandem ipſis miſsionis eiuſdem viam aperire, idonei ſint magis ad prædictos Patres adiuuandos.

(·:·)

# ANTONIVS DALMEIDA ODO-ARDO SANDA RECTORI XAVCHINI.

CVm illius amore Cinenſem iam tandem me factum videam, qui Deus cùm eſſet ſalutis noſtrę cauſa homo fieri voluit, optimo iure immortales illi gratiæ reddendæ mihi ſunt, quòd paucorum menſium interuallo concedere dignatus nobis fuerit, quæ multis iam annis plurimi fruſtra attentârunt, animi (dico) quietem tantam, vt in mortali hac & caduca vita præter meam & Cinenſium ad Deum conuerſionem deſiderem planè nihil, quæ vt etiam cum vitę huius iactura tandem nobis obtingat exopto. Fateor equidem lachrymas me continere non potuiſſe, dum ad ſcribendum calam exacuerem, & imaginatione quadam animo mecum perpenderem ad intimos iam penè Cinæ receſſus me penetraſſe, neque temere imaginatione quadam me adductum aſſero vt hoc mihi perſuadeam, nam in eo adhuc errore verſari mihi videor, vt ſomniū eſſe credam huc vſque me perueniſſe. Atque ea propter gratum mihi faceres, ſi illo me errore liberares, ac pro certo dubitanti mihi affirmares in vaſta illa prouincia (ne dicam mundo) verſari me, quam tā auidis votis P. Franciſ. Xauier felicis memoriæ illuſtrare geſtiebat, ac in qua pro animarū ſalute labores duriſſimos ego quoque perpeti etiā cū vitæ periculo efflagito, ꝙ vnicum eſſet feruentis deſiderii ſolatium. At quoniam cùm Xauchino diſcedere in mandatis dederas, vt ſuſcepti itineris ſucceſſum ſigillatim perſcriberē; ꝙ verbis tū promiſi, reipſa hiſce litteris nūc præſtare conabor.

Vndecimo Cal. Decemb. anno redemptionis humanæ 1 5 8 Cantone diſceſſimus, nauigio cuiuſdam, qui Ciquione oriundus & Xauchini Gubernatori ſanguine iunctus erat, vſi. Quem itineris ducem diuinitus oblatum certò nobis perſuaſimus, tum quod opera eius quamplurima pericula, quę in tam lōga ac difficili nauigatione immiuebant, euaſerimus; tum multo etiam magis quòd nullo noſtrûm poſtulante vltro ſe obtulerit. Magiſter Franciſcus Xauerius, mille aureis Cinenſi cuidam oblatis, fruſtra paulo antè tentauerat, vt in littus Cantonenſis ditionis exponeretur nobis verò vltro ſe obtulit, qui gratis nulloq; pretio dato ad Cinæ regni penetralia nos perducere paratus erat. Quod an ſignum ſit, & quidē euidentiſſimū, Deū miſericordiæ oculis gentem illam reſpicere, & ex infidelitatis caligine ad veræ fidei lumē perducere

vell

elle, R. tuæ iudicio relinquo. Cùm iam iter ingreſſi eſſemus, ego
uoque Cinenſem in actionibus meis exprimere cœpi, ſed tyrun-
ulum ac planè infantem, quòd neque Cinenſium lingua loqui,
eque habitu veſtiri, neque eorundem more accumbere probè
dhuc nouiſſem. Quanquam autem Patricius iſte Cinenſis libēs
dmodum nos itineris ſuſcepti comites aſſumpſerat, nō defuerūt
mē quietis humanæ inſidiatori diabolo, quæ nauigantibus ob-
ieeret impedimenta, nam tertio poſtquam ſoluiſſemus die, vt na-
uis incenderetur fortuito caſu accidit, non deficientibus qui in-
ortunii damnique accepti culpam in nos conjicerent. verùm di-
iini factum auxilio fuit, vt nullo grauiore accepto incommodo
ncendium extingueretur. Dum autem per Cantonenſis prouin-
iæ fines nauigio veheremur, ſub incolarum conſpectum vix vn-
quamprodiuimus, quin & noctu etiam nauigauimus, adeò qui-
ē vt donec ad vrbē Moylimpor acceſſeramus, nauim egreſſi fue-
imus nunquam. Quare quod de prouincia iſta referam cōpertū
xploratumque habeo nihil, præterquam quòd vrbes plurimæ ac
ppida frequentiſſima tum altiſſimi ac prærupti montes nauigā-
ium conſpectui offerrentur, inter quos copioſo dulcis aquæ flu-
u pulcherrimus ille ac nauigationibus mercimoniiſq; ad diuer-
os prouinciæ tractus tuta nauigatione diſtrahendis aptiſſimus
uuius labitur. Cōſpiciebamus paſſim ſumptuoſa ædificia dæmo-
um cultui dedicata, tum & nauium penè infinitam multitudi-
em, auiumque aquaticarum innumerabilem copiam, ac capra-
um per ſyluas paſcentium greges, idque ad 7 Idus Decembris, tū
nim ad vrbem Modin appulſi fuimus, circa quam huius eſt ori-
o fluuii, qui quòd rapido quibuſdam in locis defluxu ferebatur,
: aduerſo flumine nauigandum nobis erat, in cauſa fuit, vt lentè
dmodum nauis procederet, ſic vt & funibus protrahi & remis à
obis quoque deberet impelli. In vrbem Modin non citra diffi-
ultatem ac moleſtiam fuiſſemus admiſsi, ſi quidē in eam per pō-
em qui ferreis duabus catenis ſolius Prætoris iuſſu, ad quem hæc
ura ex officio ſpectat, attollebatur ac demittebatur, patebat in-
reſſus: verùm tamen quòd ductor noſter Lancitano (ſic vrbis Gu-
ernatorem vocari exiſtimo) arctioris neceſsitudinis nexu cōiun-
us eſſet; nulla quidem interpoſita mora, non tamen ſine diffi-
ultate aliqua propter nauium aliarum multitudinem Guberna-
oris mandatū iuxta pontē expectantiū, noſtra in vrbem recepta
it, noſq; ante ipſum penè hoſpitii limen quo excipiendi eramus
xpoſiti fuimus, & ductoris noſtri cauſa commodè ſatis lauteque
actati, vbi die quodam Dominico & Lunæ ſacrū celebrauimus,

ſequenti verò Martis die ad vrbem quandam octo miliaribus di-
ſtantem perreximus, alterius ibidem fluminis commoditatem
nacti. Iter autem illud omne lapidibus ſtratum erat, in quo pe
montem aliquem tranſcenditur, in cuius ſummitate arcū quen-
dam fornicato opere videre erat, cum inſcripta Epigraphe, quæ
nomen eius, cuius ſumptibus & induſtria iter illud aliàs quidem
difficillimum nunc autem facilè & expeditum effectum fuerat
continebat. Aura inſuauis erat tempeſtaſque pluuioſa & frigida,
ob id fortè quòd totus ferè iſte tractus ſit montoſus. Non memi-
ni vidiſſe me vſquam viam adeò frequentatam, ne tum quidem
quando ad publicas nundinas negotiatores proficiſcuntur. om-
nes ſiquidem merces Nanquino & aliis circumiacentibus locis
huc aduehuntur. Habent porrò mercatores, extremas dicti itine-
ris ciuitates inhabitantes, vtrobique merciū diſtrahēdarū ſocios,
commodè profectò; neque enim ductori noſtro aliud quidquam
incumbebat oneris, quàm vt centum & quinquaginta mercium
ſarcinas (tot enim aduexerat) vnà cum aliis nonnullis rebus qui-
bus in itinere opus erat hoſpiti traderet, ad vnam omnes in alte-
rius oppidi hoſpitio reperturus. Pertinet quoq; ad horū (quos di-
xi) ſociorū curam, ſeruis de equis, Dominis de ſedilibus geſtato-
riis proſpicere. Sunt autē ſedilia iſta leuia, quæ à baiulis duobus
greſſu ſatis concitato feruntur citrà pluuiæ imbriūmve periculū;
à quo vmbellis quas manu viatores geſtant defenduntur. Peracta
media itineris parte ſellas mutabamus, aliis quæ ad diuerſorium
vſque ab aliis geſtabantur aſſumptis, quibus prætergratuitùm a-
liquod denariolum debetur nihil, iuſtum enim precium hoſpiti
cùm merces ſibi commiſſas ſingulis tradiderit, perſoluitur. Eo-
demque pretio portatili hîc ſella gerimur, quo in patria noſtra e
quo vehimur, cum maxima hoſpitiorum commoditate & frequē-
tia. Sub veſperam ad oppidum Faquen acceſſimus, biduùm ibidē
commorati, quo tempore tantus erat ciuium nos viſentium con-
fluxus, vt multitudine penè obrueremur, cuius rei vitandæ cauſa
in nauem veneris die ſeceſſimus: Sabbatho deinde ſequenti ſecū-
do flumine nauigare cœpimus, quindecim dierū continuato cur-
ſu tribus vſi conductitiis nauigiis, quorum vno ſoli nos veheba-
mur. Ab vtraque fluminis ripa plurima eàdemque pulcherrima
oppida muris cincta nauigantium conſpectui offerebantur, quæ
cum Cantonenſi ciuitate magnitudine certare poſſe videbantur;
ex quò meditandi occaſio ſe nobis obtulit de facili ac expedita
ratione, qua per vaſtiſſimas iſtas prouincias vltro citroque com-
meare liceret diuini verbi Euangelicæque veritatis ſementem

facturis

facturis, eoque magis id animo mecum agitabam, quòd tanta & mentis & corporis tranquillitate totum hoc iter conficeremus, vt ſtudendi, orandi, cæteraque omnia agendi non minor in naui cõmoditas eſſet, quàm domi potuiſſet aliquis noſtrũ optare. Ad 16 Cal. Ianuarii ad frequentiſſimam quandã ciuitatẽ deuecti fuimus Cantonenſi multo maiorẽ. In qua iſtius prouinciæ, cui Cianſi nomen eſt, Tutanus (Proregem hac voce ſignificari exiſtimo) domicilium habebat. Eſt vrbs iſta diuiſa in partes tres, altiſſimiſque vndique muris circundata. Hanc amnis intermedius ſecat, cuius ripæ nauibus ſimul iunctis pontis vicẽ ſupplentibus quæ duas vrbis partes conſtituunt coniunguntur. In ponte hoc a nauigantibus vectigal exigitur, per quẽ nobis in vrbe ingreſſus illico patuit, ob id nimirum (vti ſuperiùs dixi) quòd dux noſter Gubernatoris (Lãcitanũ vulgus appellat) germanus frater eſſet. quam etiã ob cauſam neque in merces eius fuit inquiſitum. Et quanquam ad Conſulem nos eſſe vocandos verebamur, vt quinam eſſemus, quidque acturi veniſſemus, diligẽtiùs exquireret, nemo tamen nobis quicquam negotii faceſſit. nam extra Cantonis prouinciam in reliquo Cinę regno non tam ſolicitè in peregrinos inquiritur, imò honorificentiùs paſsim excipiuntur, quam R. T. Xauchini. Vix medio miliari ab iſto ponte alius fluuius cum priori coniungitur, qui ab altera parte vrbem alluit, circa quem alius vicus viſitur, quo tertia vrbis pars terminatur. Optabã hoc in loco Patribus noſtris Collegiũ, tum propter regionis fertilitatem, tum etiam propter aëris ſperiẽ. Comparatis hac in vrbe quæ ad reliquum iter conficiendum neceſſaria videbantur, nauim conſcendimus, & ſex aut ſeptẽ dierum ſpatio per amnem iſtum vecti ſyluas ab vtraque parte conſpeximus amœniſsimas, tum in ipſa ripa plurimas lignorũ ſtrues, frigidis regionibus cùm opportunas tum etiam neceſſarias; atque eo ferè curſu totum iter peregimus, vt ſeptem & eo ampliùs vrbes magnitudine & mercium frequentia celebres nauigando prætergrederemur: donec pridie ſolemnitatis natalitiæ ad vrbẽ Ciãſi totius prouincię ampliſsimam deueniſſemus; hîc enim ſubſitimus deuotiſſimam Dominicæ Natiuitatis noctẽ celebraturi. Verùm quia infantulus, quẽ ſacratiſſima iſta noctẽ ſalutifero partu beatiſsima virgo ac mater enixa fuit, laboribus gaudet; noſtrã quoque patiẽtiã exercere tum maximè voluit, rapidiſsimo vento Boreali mundi plaga immiſſo, quo fluminis aquę alioqui limpidiſsimæ adeò turbatæ fuerunt, vt ſacratiſsimo Chriſti natalis die purioris aquæ hauſtus nobis negaretur. cuius incõmodi hæc cauſa fuit, quòd Septẽtrionẽ verſus amnis labitur, atque ob id Borea

 perflan-

perflāte maximè ſēper cōmouetur. Poſtero die vrbē præternauigātes, quā Vlyſſippone maiorē eſſe ex aſpectu iudicauim⁹, vni⁹ diei peracto itinere, viā quæ Nanquinū ducit offendimus, vbi diuerſa flumina cōcurrētia crucis ſpeciē quādā exprimūt, idq; miro quodā naturę artificio, quę merciū per diuerſas vaſtiſſimi regni partes diſtrahēdarū cōmoditati cōſulere voluiſſe tāta itinerū opportunitate viſa eſt. Nā minori pretio quā pro equorū vectura Coïbia Vlyxbonā profecturi perſoluūt, nauim hîc quis cōduxerit contra vētorū imbriūq; iniurias opertā, qua nobiles viri duo cū ſeruis & impedimentis ad 20 aut 30 dies commodiſſimè vehantur. Cantone ſoluētes ad vrbē Moilin 15 dierum itinere pro nauis precio quę ducentis merciū diuerſarū faſcibus erat onuſta nouē Iaes (minutæ id nomen monetæ eſſe arbitror) perſoluimus. Pro trium verò aliarum nauiū naulo, quibus viginti dierū ſpatio vſi fuimus, ſeptē Iaes pēdimus. Progreſſi deinde à via, quæ ſecundo fluminis decurſu Nanquinum, ſiue dicere malis Lanquinum, tendit, (quod oppidum ad Septentrionem vergit) deflexim us, & ad Occidentem nō nihil declinauimus aduerſo quidem flumine, ſic tamen, vt vento ſecundo vſi, ſæpe quindecim interdum etiam 20 miliaria in dies ſingulos conficeremus; quo tempore per ampliſſimos quoſdam agros præteruecti ad vrbem quandam delati fuimus, in qua vaſa aretinis & pulchriora & pretioſiora finguntur, quæ per reliquam Indiam, addo etiam Europam, illinc diſtrahuntur. Tranſmiſimus etiam ſyluas plurimas & vrbes aliquot. Interea frigus adeò in dies inualeſcebat, vt omnia niue oppleta quodam die deprehenderemus. Amnis autem pedetētim decreſcebat, donec tertio nonas Ianuarii ductoris noſtri mercibus quæ multæ erant ac variæ in decem minores cimbas tranſlatis, biduo nauigantes, ad ampl vrbem, ad quam per pontem 50. nauibus depictis innixum ingreſſus nobis ilico patuit, appelleremur. Nonis deinde Ianuarii ad vrbem Gouli, quę fuit nauigationis noſtræ per amnem iſtum terminus, delati fuimus. Hîc rem diuinam celebrauimus tanto multitudinis concurſu, vt penè opprimeremur. Quin & ab Idolorum cultore quodam ac Sacerdote inuitati fuimus, qui domi ſuæ ſolemnia Diis ſacra erectis in illum finem altaribus ſacerdotibuſq; conuocatis ſacra carmina cæremoniaſque peragentibus inſtituebat: apud quem honorificè excepti vnà cum Sacerdotibus (Bonzos vulgus nominat) prandium ſumpſimus, qui & ipſi beneuolentiæ ſigna non obſcura nobis demonſtrabant. Ne verò aſymbol decederemus, hoſpiti noſtro munuſcula quædam librum ſcilice & preculas aliquot pias donauimus. Omnes autem illos erroris,

in qu

in quo verſabantur, conuincere facile erat. Licuit hoc etiam loco obſeruare humanę ſalutis hoſtem Diabolum ſacras catholicę Eccleſiæ cæremonias ementiri. Receſſimus porrò inde pedeſtri quidem ſed amœno ac iucundo itinere, ſellis portatilibus ad ſex aut ſeptem miliaria hîc iterum vſi. Atque tum tandem Deo propitio Ciquionis prouinciam intrauimus, quo die ſub occaſum Solis ciuitatem Cuixionem ingreſſi ad commodum hoſpitem diuertimus. Tertio deinde ab aduentu die, tanta videndi viſendique cauſa ad nos turba confluxit, vt quò nos verteremus planè neſciremus. Idibus Ianuariis nauem iterum ingreſſi per alium amnē qui in hac primùm vrbe nauigationi commodus eſſe incipit curſum direximus, lento flumine ob aquarum inopiam ad triduū tardiùs procedentes. Interea tamen octo circiter vrbes aſpectui ſe noſtro obtulerunt, circa quas immenſam deprehendimus malorum aureorum copiam, altiſsimos præterea montes, arboribus cæduiſque ſyluis contra frigoris aſperitatem abundantes: intra quos amœniſsimus iſte amnis grato murmure defluit, aquis vndique affluentibus iam tum adeò audauctus, vt cum eo qui Cantonē prouinciā interſecat magnitudine & latitudine certare poſsit. Quanquam autē Cinæ regnū fecunditatis nomine meritò commendatur, ſterilitatis tamen, quæ in quibuſdam Iaponici regni finibus eſt, hîc veſtigia quędam offendimus. Quinque enim dierū ſpatio, quo catharri defluentis moleſtias pertuli, aliud quo veſceremur erat nihil, quam raparū cum oriza coctarū fruſta quędam & ſaliti piſcis, crudi tamen acetoq; aſperſi, paululum quid. Vndecimo Calend. Februarii ampliſsimam vrbē præteriuimus Cantone duplo penè maiorem (vti regionis illius periti aſſerebāt): nos enim partim niuibus, partim nebula ſpiſsiori impediti, præter celſiſsimas quaſdam turres conſpiciebamus nihil. Occidente Sole ad oppidū quoddam acceſsimus, iuxta quod in alterius fluminis ripa, à priori iſto quē tunc egreſsi eramus, quantum arcu miſſum telum ſpatii conficere poſſet diſtante, nauem mutare coacti fuimus: cumq; per totam noctē ad ardentis lucernæ lumen fune ad malum alligato nauē ptotrahi curaſſemus; ſubſequentis diei diluculo ad vrbem Ciquionem, atque adeò ad hoſpitii quo nunc etiam excipimur limen, ſecunda nauigatione perlati fuimus. vbi itineris vndecimo Cal. Decembris ſuſcepti, & 10 Cal. Febr. peracti terminus ac finis fuit. At verò quoniam cùm Cantone diſcederemus metum nobis incolę non mediocrē incuſſerant, parati veneramus opprobria, verbera, carcerē pro Chriſti nomine æquo animo laturi. verū nō tāto miniſtros ſuos honore dignatus fuit mitiſsimus Iesvs,

vt pro

vt pro fidei ſuæ confeſſione pulſari nos duriuſque excipi à barbara gente paſſus fuerit, quæ res fiduciam in eum noſtram nō parum adauxit, vt quemadmodum felici faciliq́ue curſu ac grato vbique barbaricæ nationis applauſu ſub defenſionis ſuæ ſcuto nos huc vſque fuiſſet tutatus; ita in poſterum quoque ingruentibus tribulationum procellis, pronominis ſui fidei propagatione ſuſtinendis, ſolito nos fauore non deſtitueret. Hac in vrbe, quæ (vt P. Rogerius dicere aſſueuerat) Venetæ vrbis typus quidam eſt ac ſimulachrum, de domo commodo loco ſita nobis Deus proſpexit: quæ altera parte flumen altera vrbem ipſam reſpicit, conclauibus, culina, horto, cæteriſque commoditatibus egregiè inſtructa, loco etiam adjecto ſacrario exſtruendo peropportuno. Cingimur vtrinque Sacerdotum Idololatrarum ædibus, qui tamen nihil in nos durius ſtatuunt, quin humaniter potiùs excipiunt, & fidei noſtræ arcana audituri quotidie accedunt, nec illi tantū, ſed reliqua hominum multitudo turmatim nos viſura accurrit, vt ad hunc vſque diem, qui Februarii menſis octauus eſt, frequētem hominum concurſum ne ſi vellemus, vitare tamen præ nimio nos vidēdi audiendiq́ue ſtudio non poſſemus. Qui dignitate & authoritate cęteris anteibant, his altare noſtrum immortali Deo erectum oſtēdebamus, quod magna cum reuerentia intuebantur, Seruatoris noſtri imaginem præcipua deuotione venerantes. Inter nobiliores autem Magiſtratus, qui doctrina præcellebant, mirum dictū quantopere Chriſtianis cæremoniis afficiebantur, adeò quidem vt ſe nos non eſſe dimiſſuros conſtanter aſſererent. Ex his nōnulli P. Rogerium prandio exceperunt, qui heſterno quoque die cum quodam ex vrbis proceribus cœnauit, qui Conſulem duplici dignitatis gradu præibat, qui quòd vitæ munere functæ matri juſta perſolueret, ad funebrem pompam per Oeconomum ſuum nos inuitari juſſerat; cui hoc reſponſi dedimus, orationum noſtrarum obſequium niſi veris immortalis Dei cultoribus non prodeſſe. Vix credas quanta cum honoris prærogatiua Patrem exceperit, nam & honoratiorem in accubitu locum ei aſſignauit, & egredientem etiam ad vlteriorem palatii ſui portam eſt comitatus; quantum fidei noſtræ myſteriis delectaretur, non obſcuris indiciis declarās. Non leuem præterea ſpem nobis injecit, fore vt luctus funeriſq; anno tranſacto, ad Regiam aulam Paquinum profecturis prǽſentiam ſuam non denegaret, ſi id nobis gratū eſſe arbitraretur. Tres item alii Conſulem nobilitate honorumque titulis præcedentes ſalutandi cauſa ad nos fuerunt ingreſſi. Quin & alii quotidie tanta frequentia accedunt, vt aſſidua viſentium officia nobis interdum

lum ſint ſubmoleſta. Quid de nobis Idolorum ſacerdotes ſen-
iant,equidem ignoro:nemo tamen ex ipſis nos adhuc conuenit,
qui læto hilarique vultu nobiſcum non egerit. Addo non defuiſſe
quoſdam,qui luſtrali aqua aſpergi religiosè expeterent,quam ta-
men,donec quid tanta in re fieri expediat ſtudiosè excuſſerimus,
iegandam infidelibus eſſe duximus. Res eſt profectò matura de-
iberatione non indigna, an in vrbe tam ampla tamque celebri
præſertim cùm inuitemur vltro ] domicilium firmandum nobis
it,cum ſatis firma ſpe vt templum etiam ſumptibus ſuis ciues eri-
gendum nobis curent;an verò aliò iterum commigrandum,vnde
t reuertendi nobis occaſio præcludatur ſit metuendum. Verùm
amen quia conſilii huius euentus omnis non ab humana indu-
tria,ſed a diuina prorſus pendet prouidentia, feruentiſſimis pre-
ibus Deo commendandum cenſuimus, vt ipſe quod factu opti-
aum ſit Spiritu ſancto ſuggerente edoceat.R. P.Rogerius pleroſ-
que ex præcipuis vrbis proceribus heſterno die inuiſit, quo etiam
Gubernatoris ſeu Conſulis patre,qui in fidei noſtræ arcanis ſe-
ulò iam inſtituitur,ad cœnam fuimus vocati. Ædificia tum pu-
lica tùm priuata,plateæ quoque & vrbis vici,ſtructuræ artificio
ultis partibus ampliores ſunt & pulchriores,quam in vrbe Can-
one:ciues etiam & morũ grauitate,& vitæ inſtituto ac veſtitus ci-
ilioris genere, a Xauchini Cantoniſque incolis non parum
ifferũt.Quæ in vrbe hac ſingularia adhuc eſſe cognouero,fuſiùs
lias perſcribam: Hoc tantùm iam addam,non eſſe in vniuerſa
uſitania,ſi vnicam Vlyxbonam excipias,quę magnitudine & va-
itate cum hac aliqua ex parte ſit conferenda. Regni porrò huius
am ampli ad veri Dei cognitionem conuerſio tanti momenti res
mdum viſa eſt,vt vitã planè pro ea effundere exile mihi videa-
ur,mille effuſuro ſi mille Dei liberalitas vitas conceſsiſſet. Deus
ro infinita ſua bonitate miſericordiæ oculos ad cæcam hanc ve-
ęque miſeram gentilitatem conuertat. Ciquione in Regno Ci-
æ, 4. Id. Feb. 1586.

## PROVINCIALIS INDIÆ AD R. P. GENERALEM.

PATER Michaël Rogerius & Antonius Dalmeida, qui,vt
litteris anno ſuperiori miſsis docui,ad ducenta & ampliùs
miliaria vaſtiſsimos Cinæ fines penetrârãt,ad prouinciam
uandam non procul Nauchino diſtantem delati,etſi certis qui-
uſdam ac efficacibus cauſis impediti longiorem ibi moram non
traxe-

traxerunt, grata tamen vbique locorum & accepta eorum fu
præſenta. At verò Xauchinum reuerſi, vbi domum propriam &
templum habebāt, quadraginta nouis Chriſtianis Eccleſiā Chri
ſti in illis partibus auctam deprehenderunt, qui numerus in iſti
fidei propagādæ principiis in regno Cinæ amplo ac barbaro qua
draginta Chriſtianorum millibus in Iaponenſium prouinciis ad
æquari poteſt. Ex eorundem litteris aliam iterum legationē pro
ſpero (vti ſperabant) ſucceſſu ipſos tētaturos accepimus. Sed quā
quam nihil aliud hoc tempore quàm regionem explorarent, ſeq
habitantium animis paſſim inſinuarent, vt libere per ampliſſimo
regni ſinus ſe recipere, quando opus eſſet, poſſent: ad muneris ta
men ſuſcepti euentum tanti id intereſſe exiſtimo, vt verbis aſſe
qui nequeam. Manifeſtis namque indiciis apparet, Deum Op
Max. præcipuum quendam miſericordiæ ſuæ effectum Patrun
noſtrorum opera ac miniſterio regni illius habitatoribus velle o
ſtendere; cùm in tanta præſertim Magiſtratuum Cantonenſiun
ſeueritate ac ſuſpicione benignè vbique excipiantur. Quocirca i
nouis verbi diuini præconibus per loca ea ablegandis maxima o
pus eſt prudentia & cautela. Neque enim frequentior Patrun
numerus eò deſtinari poteſt, vti recenti Nudipedum Patrum ex
emplo fuimus edocti, qui cùm incautiùs idipſum tentaſſent, i
carcerem ad vnum omnes conjecti, & tandem Interprete eorun
crudeliſſimè coram ipſis cæſo regno pulſi fuere, omni reditus ſp
publico edicto penitus ſublata. Quorum expulſio Patrum noſtro
rum Luſitanorum in Cantonenſium prouincia commorantiun
exturbationis cauſa pænè fuit. Atque ob id in Machonenſi ciui
tate commorantes Luſitani litteras ad Proregem dedêre, de nou
crudelitatis exemplo grauiter conqueſti. Qui ægerrimè tuliſſ
fertur, quòd contra præſcriptum à ſe agendi modum, licèt bon
fidei amplianda zelo impulſi, tantarum turbarum optimi patre
occaſionem præbuiſſent. Goæ, 14 Kal. Ian. 1587.

A L E

# ALEXANDER VALIGNANVS, INDIÆ PROVINCIÆ PRO SOCIETATE IESV PRÆPOSITVS,

*R. P. Claudio Aquauiua, Præpoſito Generali Societatis IESV.*

EX regno Cinæ proximè elapſò Aprili fauſta multa ac auditu jucunda allata fuêre. Nā Patres Odoardus Sādc & Antonius Dalmeida (vti ſuperioribus litteris perſcripſimus) hinc eò hoc conſilio miſſi, vt aliis duobus Societatis noſtræ Patribus auxilio eſſent, qui in nouis Xauchini ſedibus iā antea fuerant recepti: in Magiſtratuum (Mādarinos incolæ patria voce appellant) gratiam ac fauorem ita ſe inſinuauerunt, vt non gratus antùm eorum fuerit aduētus, ſed etiam vt aliis ipſi adjūgerētur, acilè impetrauerint; Licèt tamē ab vrbis primoribus moniti anca fuiſſent, vt plures nō accerſerētur, præſertim cū duos ſufficere xiſtimarent. Atque ita diuina factum prouidentia eſt, vt quatuor am Societatis noſtrę ſacerdotes penè in meditullio Cinę habeanus. Qui maturo inter ſe captato cōſilio ex mandati à nobis accepti præſcripto diſcedere tandē ſtatuerunt, vt Cinēſium animos d Chriſti Euangelium ſuſcipiēdum explorarent, & nouā habitaionē in alia quadam vaſtiſſimi illius regni prouincia procurarent. Cui conſilio opportunam occaſionem quidam ex præcipuis Magiſtratibus dedit, cuius opera vt in Xauchino reciperētur, non arū aliàs adjuti fuerant; cui cū ad vlteriores quoſdam Xauchinę rouinciæ receſſus iter neceſſariū eſſet, authoritate ſua effecit, vt el ipſis quoq; prouincias illas luſtrare, vel ſaltē in Ciquione cōorari cōcederetur, quæ etſi non ita verſus ampliſſimi regni meitullium vergit vti Nauchinum, pluribus tamē miliaribus ab exemis regni finibus abeſt, quā Xauchinum. Adminiſtratur autem Prorege quodam, quem Tutanum ipſi vocāt. Atq; ita Patribus doardo Sāde & Matthęo Riccio in Xauchino relictis, Patres Miaël Rogerius & Antonius Dalmeida ad nouas indagādas ſedes

profecti

profecti ſunt. Totius porrò legationis caput P. Odoardus Sand
delectus fuit, qui ſicuti litteris cōmonefecit optima ſpe fulcitur
fore vt cum vberrimo fidei Catholicę fructu ibidē verſetur, quare
& patrium ſermonem P. Matthæi Riccii opera, qui multum in eo
promouit, diligenter addiſcit; & iam nunc per totū Xauchinum
optimè audire & Chriſtianæ fidei hortū plātis nouellis conſere-
re incipit. Nam viginti Cinēſes ſalutari regenerationis vnda iam
tum fuerant abluti, & alii nonnulli Catechumeni in fidei Catho-
licæ arcanis ſedulò inſtituebātur, adeò quidem vt in regno Cinę,
diuinæ gratiæ munere, fidelium aliqua congregatio felici ſucceſ-
ſu haberi incipiat, idque ſine Magiſtratuum grauiori aliqua of-
fenſa, qui etſi initio difficiliores ſe præbere in Patrum priorū re-
ceptione videbantur, atq; ob id fortè poteſtatem illic cōmorandi
ſcripto necdum confirmauerant: pios tamen ipſorum conatus,
quantum percipere adhuc potuimus, non ſunt turbaturi, ſed qua-
ſi Cinæ incolas inter cæteros ipſos agere ſunt permiſſuri. Quin e-
tiam non mediocris ſpes affulget, Deum Opt. Max. qui præter
omnium ferè expectationē ingreſſum adeò anguſtū & difficilem
diuina ſtimulante miſericordia patefacere incepit, magis ac ma-
gis aperturum: Eſt tamē in re tam ardua, ad pios conatus promo-
uendos, maxima opus tum prudentia tum ſagacitate, ob id potiſ-
ſimum, quòd prouinciæ vrbiumq; primores vafri admodum ſint
ac ſolertes, quique noua omnia maximè habeant ſuſpecta, vſque
adeò vt ſi ſumma prudentia res non geratur; dubio procul lega-
tionē iſtam faciēt vanam ac irritā: Quæ cauſa fuit, quod proximè
præterito Aprili alios eò Patres nō ablegauerimus, priuſquam de
anni huius ſucceſſu certiores facti eſſemus; quātūq; PP. Michaël
Rogerius & Antonius Dalmeida profeciſſent, ex ipſorum litteris
accepiſſemus. Et quoniam propter ampliſſimi regni famam, non
pauci tam ex iis qui in Amacao commorantur, quàm qui in Luz-
zonenſi territorio agunt, propagandæ religionis zelo excitati in
vindemia iſta laborare anhelātibus votis deſiderant: metu nō me-
diocri percellimur, ne nimio deuotionis ardore quorundā, qui tāti
regni genium ac naturam probè exploratam non habent, male
nobis cedat inſtituta legatio: néve Magiſtratus, Religioſorum ho-
minum frequentiore numero ex diuerſis regionibus & Philippi-
cis potiſſimùm eò confluentium offenſi, ſiniſtra ſuſpicione labo-
rare incipiant, & vno veluti impetu, quotquot ibi Chriſtianos de-
prehendant, regno pellant. Quocirca quæ anno hoc renunciabū-
tur expectare ſtatuimus, facturi prout tum expedire judicabimus.
Coccini, 19 Kal. Febr. 1588.

EXEM

# EXEMPLVM EPISTOLAE A P. NICOLAO LONGOBARDO ANNO 1598 AB SINIS SCRIPTÆ AD REVERENDVM PATREM CLAVDIVM AQVAVIVA SOCIETATIS IESV Præpoſitum Generalem,

*Ex ſermone Italo in Latinum à P. Ioanne Orano verſæ.*

Admodum Reuerende in Chriſto Pater.

ELAPSO Octobri Macao ad T.P. literas dedi, quibus breui totius nauigationis noſtræ ſucceſſu explicato, ſignificabam, poſt felicem in hunc portum & Vrbem appulſum, à Superioribus meis Sinenſi miſſioni (in qua iam verſor) me deſtinatum. His complectar quæ ſcribenda occurrunt, actis primùm diuinæ maieſtati, & ſecundùm eam T. P. toto ectore gratiis infinitis, ob ſingulare beneficium, quod præter eritum hac in miſſione ſum conſequutus, cùm iure conferri & omparari poſſit illuſtrioribus, quæ hanc in horam ad has Indiæ artes factæ ſunt: ob multas & raras virtutes, quibus hæc Gens eteris Ethnicorum nationibus præcellit. Diuina bonitas ſic me atiis & donis ſanctiſſimis exornet, vt debito & obligationi reondeam, qua teneor eius agnitionem & gloriam in me & proimis meis procurare.

Sumus in hoc vaſtiſſimo Sinarum Regno de Societate ſeem, in duas ſedes (Reſidentias vocant) & miſſionem vnam diibuti: Nanciani (quæ ciuitas eſt Prouinciæ Chianſeæ) agunt ter Ioannes Soërius & Ioannes à Roccia, Luſitanus vterque: iancei, Ciuitate Prouinciæ Cantonis, mecum verſatur Franſcus Martinez frater noſter, Sinenſis natione, Pater Matthæus

Ricci, cum Patre Lazaro Cataneo, & Sebaſtiano Fernandez Sinenſi, Pachinum progreſſi ſunt, tentaturi num ecquæ ſit, inſinuandæ Catholicæ veritatis via, quemadmodum ad finem dicturi ſumus. Omnes, Dei gratia, hoc anno, fuimus ſani. De me poſſum affirmare cœlum hoc, exercitationes, Gentis mores, & cætera, ita commoda, & ad meam conſuetudinem apta, vt in media Italia verſari videar.

Quæ Chriſtianam Religionem concernunt, ad tria capita videntur mihi reduci poſſe: Opinionem, quam de nobis Sinenſes conceperunt: Gentis huius in Chriſtianas leges, & inſtituta, inclinationem: & modos ac inſtrumenta, quæ huiuſmodi auſus & conatus requirunt.

Et, vt à primo ordiar: Opinio, quam optimam hæc genus de nobis ſtudiiſque noſtris habet, ea eſt, Deo adiuuante, vt neſciam, an in prætenſum & decretum nobis finem maior eſſe poſsit: Ac quamuis apud Sinas habiti ſemper ſumus raræ & ſingularis virtutis, & in omnibus ſcientiis verſatiſſimi, nihilominus creuit bona hæc exiſtimatio cum nouo habitu & titulo, quem ante tres annos aſſumpſimus, veſtitu & ornatu, Sinenſium Literatorum accepto, cùm antè Bonziorum veſtitu & nomine obſoletiore vteremur. Cuius mutationis hæc fuit ratio, quòd Bonzii apud Sinas, contra reliquarum gentium conſuetudinem, contemptui ſint, & de fæce plebis habeantur, teneanturq; Mandarinis ſeu Præfectis ſeruire, cum quibus etiam non niſi genibus nixi agant, & magni fauoris loco ſit, ſi in pedes erecti cum illis loquantur. A reliquo etiam populo parui æſtimātur, quòd eos parum honeſtos, libidinoſos, & ignorantes, ſine vlla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis credāt: quodque hoc genus vitæ eligant, vt ſine cura & labore, pecorum inſtar, ventrem farciant, certo annuo fructu à Rege illis aſſignato: Maximè verò, quòd Sinenſes propè omnes, athei cùm ſint, Bonziorum aras, ac delubra, ac inanium ſimulachrorum miniſtros contemnant. Cùm igitur Societas noſtra quindecim & plurium annorum experientia didiciſſet, Bonziorum habitum & cultum exteriorem impedire, quem ab hac gente ſperabant animarum cultum, poſt multas preces, ſacrificia, & vota, deliberauit literatorum nomen & veſtitum, tanquam fini intento congruum, aſſumere, quod approbante & confirmante P. Viſitatore, cæteriſque Patribus, qui Macai agunt, fecit; cui etiam conſultationi Reuerend. D. Ludouicus Cercheira, Iaponum Epiſcopus, interfuit.

Hoſ

Hoc literatorum Sinenſium veſtimentum honeſtum eſt & graue, & cuilibet Europæorum Religioſorum veſtitui conueniẽs. Procuramus verò ſit vt communis & ſimplex, ſeu materiam ſeu colorem ſpectes, accommodando nos ſemper, quoad fieri poteſt, vitæ & inſtituto noſtro. Et ſanè hanc habitus mutationem ſequuta eſt ſumma apud Sinenſes auctoritas, & auctoritati adiunctus ſingularis affectus & amor: tum ob ſimilitudinem eiuſdem profeſſionis & habitus, tum quòd hoc cultu externo familiaribus ſermonibus locus daretur, cum vtriuſque partis honeſtate & decoro; amica & frequenti viſitatione, ſeſſione, aut conſeſſu æquali, diſputatione liberiori & voluntaria magis; quòd abeſſet timor, quem primò cõceperant, eleuandæ auctoritatis ſuæ, approbata doctrina Bonziorum externorum, quo nomine primùm noſtri vocabantur. Non hîc minutatim proſequar honores & fauores, quibus Sinenſes, noſtros proſequuti ſunt, poſt hunc cultum & vitæ rationem: Id ſatis erit, vbique noſtros Patres pro literatis honorari, ſeu nomen, veſtem, viſitationes, dona, cæteroſque titulos, & ciuilis ac politici ritus rationes, quibus Literati Sinenſes vtuntur, ſpectes. Atque hanc auctoritatem & exiſtimationem iam obtinet Societas noſtra, non apud Literatos modò, ſed & Mandarinos maioris & minoris poteſtatis: adeoque Regiæ Aulæ aſſeclas, qui Nanciani, vbi eſt noſtra alia ſtatio, commorantur. Non defuit tamen, qui ſecretè & dolosè (vt fieri, præſertim inter Ethnicos, aſſolet) exploraret, & ingeniosè obſeruaret, res noſtras, quî viuamus: cui rei ſtudeamus; num domi vel foris mulierculas alamus, eiuſdemque generis alia. Sed placuit Domino, Societatem noſtram illæſam & ab omni ſorde liberam conſeruare, & velut roſam quandam, in hac Regione ab omnipotente ſua manu plantatam; quæ quo plus manibus tractatur, & intuentium oculis exploratur, eo plus afflatu ſuo ſuauiſſimi odoris, nares perfundit, hominemque recreat. Quamobrem illi ipſi, qui faciliùs admittuntur, & cum noſtris agunt familiariùs, optimè ſemper de nobis ſenſerũt, ſparſa fama vitæ ſanctioris & doctrinæ abſolutæ.

Ex his a Deo electis inſtrumentis, & Societatis præconibus, præcipuus eſt vir literatus, nomine Thaiſo, cuius pater Mandarinus fuit, ſummæ poteſtatis, & in vniuerſa Sina notiſſimus; vel, ob grauia Regni onera feliciter adminiſtrata: vel ob libros, quos, à ſe doctiſſimè conſcriptos, poſteritati reliquit. Hic Thaiſus multo tempore cum Patre Matthæo Ricci noſtra in domo diuerſatus eſt, Mathematicas quaſdam demonſtra-

tiones & tractatus audiens, atque ex hac conſuetudine & vſu familiari ita noſtris addictus affectuſque fuit, vt velut tuba & præco virorum eiuſmodi, maximè verò Patris Matthæi Ricci, extiterit; cumque nobiliſſimus ſit, & inter grauiſſimos Literatos, filiuſque prædicti Mandarini, familiariſſimè & amiciſsimè cum Tutanis, hoc eſt, Prouinciarum procuratoribus, & Viceregibus, & aliis Proceribus conuerſatur: vbique & apud cuiuſque generis homines tam bene & honorificè de noſtris loquens, vt omnes eos cognoſcere & in amicitiam ſe inſinuare peroptent, clariſsimè fatẽtes, quòd apud Sinas nec auditum, nec doctum, eiuſmodi doctrinæ genus, quod literati Europæi profitentur, vnquam fuerit. Et certè eorum eruditio, & doctrina, Romanorum, quæ tempore Ciceronis fuit, ſcientiam non excedit: ſunt tamen exercitatiſsimi in certo ſcribendi & dicendi genere, quod Chriæ noſtræ & per breues acutaſque ſententias locutioni reſpondet, aut alteri alicui in humanitatis ſtudiis exercitationi. Eorum libri res morales & politicas optimè explicant; verùm quando aliquid ex naturali Philoſophia attingunt, de iis poteſt dici, quod olim de Meliſſe Ariſtoteles: *Peccant in materia forma*. Diebus retrolapſis, cũ mihi ſermo eſſet cum quodam ex Literatis, amico noſtro, mihi congratulatus eſt, quòd duos libros legendo abſoluiſſem, quorũ alter, *De Adultorum diſciplina*, alter, *De Medio Sempiterno*, inſcribebatur, quos metaphyſicæ aut primæ ſuæ philoſophiæ loco habent, dicuntque neminem foris extra Sinas intelligere eos poſſe. Sed, vt verum fatear, non plus inueni difficultatis, quàm in percurrendo Cicerone, aut Tito Liuio. Quare non abſque ratione ſolet huic eorum cogitationi & commẽto reſpondere Pater Matthæus Ricci, contrarium eos debere credere, neminem videlicet meliùs Europæis eorũ libros & intelligere & aſſequi. Vnde colligi poteſt, quantum admirentur & obſtupeſcant Sinenſes, cùm audiunt noſtros tanta promptitudine & rerum omnium copia diſputantes. Sed, vt meliùs intelligatur, quàm bonum officium præſtet Taiſo, diuulgando noſtrorum ſtudia, iiſque nomen & authoritatem per Sinas comparando, mihi ad rem facere videtur, ſi vnam ex pluribus epiſtolis, quas ad Patrẽ Ricci ſcribere ſolet, in medium proferam, quæ ſic ſe habet.

THAISO

# THAISO[a] FRATER MINOR, QVI LATERI ADSTO[b] AD DISCENDVM, CAPVT IN TERRAM DEMITTO, ET HONOREM REVERENTIAMque exhibeo Fratri maiori, Dño & P. Matthæo Ricci, Baroni Illuſtri, & Magiſtro lectiſſimi Floris, Legis magnæ, & me ad pedes cathedræ ac ſubſellii eius abjicio.

POST digreſſum noſtrum (à quo ſine cõſpectu mutuo lapſi ſunt anni quatuor) non fuit dies, quo ante oculos non ſtatuerim eximiam R.V. virtutem. Iam verò duo ſunt anni, quòd in has partes meridianas venerit mercator quidam popularis meus, illi Scianchino nomen, per eum ad R.V. literas dedi, quibus intelligerem vbinam & quidnam ageret. Neſcio an id aſſecutæ ſint, vt ad magnificas veſtras manus peruenirent. Anno ſuperiore veris initio reuerſo eodem Scianchino, intellexi habuiſſe illum vnas V.R. ad me, ſed cùm tunc temporis in alia Regione agerem, non potui præſens eas recipere, & mercator Cantonem abiit. Quamobrem hanc in horam animo fui dubio & ſuſpenſo. Nuper verò admodum, cùm verſus Ciuitatem Hohi iter facerem, vidi Sichianum[c] qui in Pecciami ædibus exceptus fuerat, ex quo didici V.R. Nancianum tranſiſſe, vt in vico, cui Chiente Cuon nomen, commoraretur. Quod vbi accepi, contentus fui quàm maximè, & præ gaudio corde mihi exultante, volui confeſtim mittere, qui ſalutaret, & felicem hanc in vrbem V.R. aduentum precaretur, præſertim cùm, ne id ipſe facerem ea hora, literæ, quas à [d]Pimpu Nãchinenſi, quibus euocabar, acceperam, & me proficiſci oportebat, prohiberent. Intra autumnum & hyemem neceſſum eſt omnino vt excurram, & ſciam, qui habeat V.R.



a Pronominis, EGO, loco ponitur, & hac ſcribendi ratione vtuntur cum ſuperioribus & æqualibus.

b Ad latus ſtare apud Sinas eſt, filii cũ patre, diſcipuli cum magiſtro, quem ritũ in ſedendo obſeruant, non vt apud nos pariter in linea recta, ſed, dextra vnius, alterius ſiniſtræ appoſita, ita vt angulum rectum faciant.

c Mandarinus hic eſt ciuitatis Nãcianæ, qui paucos ante dies ibidẽ cum P. Ricci ſermonẽ habuerat.

d Præſes eſt, qui cõſilii bellici, & totius militiæ Sinenſis curam gerit.

& perfectiſſimam eius doctrinam audiam. Cùm à V. R. recederem, dixi tranſeundum illi eſſe in has Aquilonares & Septentrionis partes, ſi ſplendorem & magnificentiam Regni huius contemplari vellet, quodque *e* patria mea nihil haberet ſingulare, & Nanchinenſis Aula turbulenta eſſet, & plurimum miſta. *f* Solam proinde Chianſeam Prouinciam habitationi percōmodā, quòd in ea Literati eſſent, excellenti animo & virtute, ac vero & ſolido ad legē capeſſendam ſpiritu. Me latet, an in hoc ſuo loci delectu V. R. conformia omnia meæ olim narrationi inuenerit. Id ſolū reſcire non potui, cùm hæc mutatio accidit, quem habuerit viæ comitem, quemq; iam habeat Patronum, & vitæ actionumque ſuarum, libertatiſq;, in hoc tractu, defenſorem ac vindicē. Credo iſthic meliùs quàm Sciancei habitaturum. Intellexi etiam adeſſe illi quendam aliùm ex Dominis altæ & præcellentis ſuæ patriæ, fieri poteſt ille ſit, quem anno lapſo Cantone vidi. Spero etiam FF. Sebaſtianum Fernandez & Franciſcū Martinez valere. Quot de nouo Dominos & Diſcipulos habet? Quis Sciancei domus cuſtos remāſit? Septem anni ſunt cùm Nanciano iter faciens, & cum omnibus eius loci Dominis agens, ſermones miſcui de raris V. R. virtutibus, nec fuit quiſquam, qui attonito ſimilis non remanſerit. Eo ipſo tempore ex ſociis meis aliquis, Helo nomine, exercitationem (examen vocant) *g* Quingini deſerere voluit, & me ſequi, vt V. R. perquireret, eique deſeruiret: Sed cùm deprehēdiſſem illi matrem vetulam eſſe, hortatus ſum, vt examen proſequeretur, ita vt eodem anno gradum conſequutus, factus ſit Gubernator quartus Cauceæ Ciuitatis Prouinciæ Cantonis. Forè iſthac tranſiens V. R. viderit? Iapones hoc tempore in Coraitanum Regnum excurrerunt, quare monitæ ſunt maritimæ Vrbes, vt, ne quid mali patiantur, aduigilent: Atque ego deliberaui penitus Regnum ingredi, & V. R. me adiungere, vt in Philoſophicis doctrinis inſtruar, & legis veſtræ vim doceat. Nō ſatis ſcio, an hoc meum propoſitum aſſequar. Filiolus meus ſex eſt annorum, habetq; Magiſtrum, qui illum inſtruat. Hac in Nanciana Vrbe ſocerum habeo Regi propinquum, & Theci nominatur, cuius filius mihi gener eſt, annorum tredecim. Viditne eum V. R.? Anno decurſo occurrit mihi

*e* Vocatur Suceo, & Nāchinēſi Aulæ ſubiecta eſt.

*f* Ob multitudinē & varietatem incolarum, qui ex omnibus Prouinciis coeūt, diuerſæ conditionis, gradus, &c.

*g* Gradus eſt huius nominis, qui literatis apud Sinas datur.

mihi Mandarinus Hanlinus, *h* qui propoſitæ de pũcto, linea, extremitate, craſſitudine, quæſtionis explicationem a V.R. audiuit. Is magnitudinem *i* cognitionis atque artis ſtupeſcit & admiratur, eámque approbat, aſſerens in hanc horam nihil ſimile auditum. Pimpu in dies magis V.R. honorat & ſuſpicit, ac præterito anno vrſit inſtititque vehementer, vt V.R. mecum aſſumerẽ, & ad Aulam vſque Pancinum comitarer, ſed eo tempore mihi non erat integrum, in has partes meridianas reuerti. Quamobrem optata res ſuo caruit effectu. Quis cogitaſſet, quis ſuſpicatus fuiſſet, V. R. Nancianum attigiſſe, & tam vicinam nobis factam? *k* Alii *l* Domini multa eruditione & illi ſimiles, audita eruditione & nominis fama, ad ſe euocare & inuitare cupiũt. Vix ſcio an ipſius altiſſimæ cogitationes permittent, hæc vt in loca excurrat. Obnixè & humiliter precor, me vt faciat certiorẽ Hoc anno non habui, quo in ſtudio me occuparem, quamobrẽ collectis & in ordinẽ redactis iis, quę V.R. me docuit, libellum confeci, euulgatũq; Collegio Literatorum exhibui, quorum nemo fuit, qui non admiraretur, illiq; ſubſcriberet, dicendo V.R. eſſe *m* Scinginum, hoc eſt, ſanctum horum temporum. Quæ ego adjunxi erunt fortè erroribus aſperſa, quare vereor nè cõtradicant ſaniori & altiori ſuę doctrinę, eãq; ob cauſam vnũ ex ſeruis mitto, qui deferat, vt V. R. legat, quã demiſsè rogo, vt minutatim percurrat & caſtiget: quod veritatem ſapit, ſeponat, & approbet: quod rationi aduerſatur, litura obducat: Ei, ꝙ obſcuriùs dictũ eſt, majorem lucem addat, & perficiat, redactis, & in alio codicę deſcriptis, ſingulis; & ſummiſsè ſupplico, vt, infra paucos dies, cum hoc ipſo ſeruo remittat, quia continuò prælo ſubmittam, vt in lucẽ exeat, & manibus teratur, faciatq; vt V.R. doctrina diuulgetur, & per omnes orbis partes peruagetur. Atque ita non fuerit vana & inutilis hæc inter nos amicitia. His in locis max. fiunt libri Hothu, Coſcui, Pequa, Queuſcieu, Thaiquitu, & alii perſimiles, qui de puncto, linea, extremitate, & craſſitudine diſputant. Omnes hi literati ex linea circulum faciunt, ſed doctrinæ V. R. conuenienter, ex linea fit circuli terminatio, & circulus in ipſa cõſiſtit. Quibus ex prin-

h Eſt è collegio literatorũ, & Pachini conſilii Regii.

i Fuit hæc diſputatio cũ P. Lazaro Cataneo habita, qui Scianceı remã ſerat, cùm P. Ricci Nancianũ tranſiſſet.

k Nãciano Suceũ quę patria eſt Thaiſo, iter eſt decẽ dierũ; & Scianceo, triginta circiter.

l Hi etiam sũt ex Regio Fachinæ aulæ conſilio.

m Maximus eſt, qui apud Sinenſes homini poteſt dari, titulus, ſignificatque cũ qui ſanctè natus, & ſũmè eruditus, omniũq; Magiſter eſſe poſſit, vt fuit eorũ Confuſius. Putant ſingulis 500. annis naſci aliquẽ m Scinginum, quem titulum iam dant P. Ricci.

principiis ductæ de Thaiquu, hoc eſt, de Deo ratiocinationes excedunt, & longè ſuperant omnium noſtrorum literatorum commentationes. Et verò ſatis ſunt ad illuſtrandas mille antiquitatis tenebras, quę hanc in horam detectæ & penetratę non ſunt: Id vnum me contriſtat & affligit, quòd ſcriptio mea & ſtylus humilis ſit & abjectus, & ad illuſtrãda augẽdaq; excellentiſſima ſuę mẽtis ſenſa ineptiſſimus. Humiliter precor, vt membratim & particulatim annotet, quod bene, quod malè dictum, vt confeſtim immutare poſſim, ac detractis erroribus reſtituere veritati. Interim magno ſum deſiderio, & veluti pedum digitis innixus circumſpecto vndique, ſi fortè V. R. vultum deprehendam. Suceo, 22 quartæ Lunæ, & Regni Vanliæ [n] anno 24.

[n] Nomen eſt moderni Regis, qui anno 16 ætatis ſuę regnare cœpit, & 25 annis continuauit.

## FRATER MINOR THAISO, ITERVM CAPVT IN TERRAM INCLINAT, &c.

EX hac Thaiſi epiſtola facilè apparet, qua conditione ſint Sinenſes, & quàm affecti, & de ſe benemeritis, grati. Tranſeo igitur ad ſecundum caput, quantum hæc gens prompta ſit, & in admittendo ſancto Euangelio compoſita: quod breuiter expediam, tactis ad innouandam memoriam præcipuis quibuſdam, ex his quæ ſuperioribus annis perſcripſimus.

Primum igitur, cõſentiẽs & cõcors eſt maximè Regni huius ſtatus, cùm in varios Dominatus aut Principatus nõ ſit diuiſus, ſed vnum Principem agnoſcat, & tam magni quã parui æqualiter vni Regi & Monarchæ ſubditi ſint, qui Pachini cõtinẽter reſidẽs, ſummo cum Imperio totũ Regnũ adminiſtrat, tanta cõmunicatione, & negotiorum ſingularium cuiuſq; Ciuitatis Prouinciæq; cura & prouidentia, ac ſi familia vna eſſet, vel exigua quædam ciuitas. Certum tamẽ illud Sineum regnum in tredecim diuiſum prouincias & Aulas duas, Nanchinum & Pachinum, & ſic extẽſum, vt à decimo-nono gradu æquinoctialis lineæ incipiẽs, vſq; ad quĩquageſimũ Septẽtrionem verſus protẽdatur: Hac vt parte, diametro, ſeu media linea, quingẽta 50 Europęa miliaria cõplectatur, & propè tantundẽ ſpatii ab Oriente in Occidentem occupet: cùm totũ Regnum ambitu ſuo ſphæram orbemque

que quodammodo referat. Magnitudini, & ſitus amplitudini, multitudo, & frequentia, habitatores, & incolæ reſpondent. Hæc ſingularis concordia, & Sinêſium cum Rege ſuo Communicatio, magnum momentum afferret, ad eos ab errore ad veritatem conuertendos. Regis enim voluntate in fidem Chriſti inducta, facilè in eãdem Regnum vniuerſum, adeò illi ſubiectum & animorum conſenſione parens, traduceretur.

Ex hac etiam voluntatum & ſtudiorum conſpiratione fit, vna ut vt lingua communis Regno, quam Mandarinorum nominant. Hæc ab omnibus intelligitur, tametſi non omnes eam loquantur, perſimilis Italico ſermoni, quem Curialium vocant, quem quauis Italię parte quilibet aſſequitur, etiamſi propria & peculiari differant dialecto. Quod faciliorem reddet Euangelii diuulgationem, cùm cognita lingua vna, tot & tam vaſtis prouinciis ad veritatem adducendis, poſſit aliquis ſeſe impendere.

Huc accedit, Sinarum Regnum fertile eſſe, & vbertate agrorum, varietate fructuum, aliarũque rerum multitudine abũdans, neque Europæ abſimile. Incolas induſtrios, ac proinde opulentos: commeatum, & quæ ad vitam tuendam ſuſtentandamque ſint neceſſaria, prætii vilis. Quare accepta fide Chriſtiana ali poſſent plurimi operarii, & fidei adminiſtri, nullo aliarum gentiũ onere aut offenſione: ſecus atque in Iaponia, vbi tanta eſt inopia & egeſtas, vt Euangelii præcones, ob paupertatem & domeſticas difficultates, foris ſibi eleemoſynas & vitæ adiumenta procurare cogantur. Sunt iam apud Sinas infinita propè Bonziorum domicilia, quæ omnia Regiis ſumptibus & fructibus annuis aluntur. Quibus accedunt dona plurima, quæ à variis perſonis liberaliter conferuntur, etiamſi Sinæ in delubris & ſimulachris eorum nullam ſpem reponant. Quid ergo facturi eſſent, cùm intelligerent quòd pro vno centuplum acciperent, & vitã æternam poſſiderẽt?

Præterea Sinæ figura corporis ſunt habili, & forma naturæ accommoda, moribus verò aptioribus, & ad virtutem cõpoſitis; natura faciles & manſueti: In inceſſu, officiis, vſu, conſuetudine, decori obſeruantiſſimi: Nullum armorum genus, ne quidem cultrũ, portant, niſi ſint milites, & hi quidę, cùm in præſidiis collocantur: nam vel domi vel in itinere armis non vtuntur. Veſtitus virorum pariter & mulierum laxus eſt, oblongus, & ad talos vſque dependens, ſed ſimplex & eiuſdem propè formæ, quem à multis ſeculis retinuerunt. Incedunt ferè ſemper tectis manibus, quas togæ manicis obuoluunt, niſi quando flabello, quod ferè omnes, etiam plebei, artifices, ruſtici, ad aërem ventilandum, circumgeſtant,

geſtant, occupentur. Mirum illud, quod cũ ex plebe quiſpiã con tendit, aut clamoribus & iurgiis diſceptat, totam altercationem quatuor pugnis vel aſperioribus verbis abſolui. Certè, vt verbo omnia complectar, decoro, honeſtate, &, vt ita dicam, decentia non patiuntur ſe ab Europæis, & etiam quibuſdam in rebus ab ipſis Religioſis, ſuperari.

Ad hæc non exiſtimo vlla in hiſtoria contineri gentem adeò ſtudioſam, & literarum amantem; cuius hęc præcipua ratio, quòd Rex (à quo, vt membra à capite, dependent omnes) officia & pu blica munera Prouinciarum, iuxta cuiuſque eruditionem, & qu in literis aſſequutus eſt gradum, diſtribuit. Quare omnes, nullo diſcrimine vel delectu, ſtudium in literis ponunt, vt dignitate & honoris gradus, ab vitioſa hac & deprauata natura adeò expe titos, conſequantur.

Vnum dicam, quibuſdam fortè incredibile, quod tamen hiſce oculis vidi, hoc in Regno tot Athenas inueniri, quot ſunt Sinæ to tius Ciuitates & Caſtella, cùm in horum vnoquoq; Generale ſtu dium (Vniuerſitatem vocamus) habeatur, in quo docentur & exa minantur territorii eius incolæ, nulla ſcholarũ aut iuuentutis huius aut il lius Vrbis, permiſtione, quod fit tam incorrupto iudi cio, ac Præſidũ Gymnaſiorũ & Examinatorũ integritate: vt pri mũ de ſcriptione iudiciũ fiat, & præmia ac gradus pro merito cõ ferãtur: pòſt Scriptoris & Authoris nomen, ſigillo auulſo, reſe ratur: tã paruis impendiis & ſtudẽtiũ ſuptibus, vt loco pecuniaria cõtributionis Gymnaſio faciẽdæ, Regiis impenſis, pro merito ſtu dentiũ & gradu, pręmia deferãtur. In cũq; ordinẽ res omnes reda ctæ & conſtitutæ ſunt, toto vt ſtudiorũ tẽpore, quo quis gradu omnes diſciplinæ decurrit, & doctoribus accelerateur, vnũ aut duo aureos in libris abſumat. Quę cauſa, cur nemo ſtudia refugiat, ne in pretio ſit aut alicuius æſtimetur illa familia aut domus, quæ bibliothecã librorũ multitudine inſtructã nõ habeat, quã pleriq omnes in villis erigunt, in quas ſe maioris quietis & ſtudii gratia recipiunt. Hinc etiã fit, vt apud Sinas literati ſine numero repe riantur: diciq; verè poteſt Sinẽſes omnes literatos eſſe, paucis tãti mercatoribus, artificibus, ſeruis, agrorũ cultoribus, exceptis; qui tamẽ omnes ad viliſſimũ vſq; legere & ſcribere diſcũt. Quæ om nia permagni ſunt põderis; vt cæleſti ſpiritũ augeãtur; & Euãgelii prędicatio magna facilitate, fructu verò maiori, creſcat, cũ animi ſint, ad fidei noſtræ myſteria accuratè intelligenda, exercitatiſſi mis, cũq; omnes legere & ſcribere ſciãt, nullo adiutore, Chriſtia nam doctrinã memoriæ mandare, & vbicumq; tandem agamus libros

libros ſacros, Prædicatorum & Doctorum vice, habere poſſint.
Inſuper, vt literati ſunt, & ſtudiis doctriniſq; dediti, multas etiã habent leges, & iuris æquique regulas, bonas, & politicę ciuilique miniſtrationi accõmodas: & quod amplius eſt, floret adeò earum obſeruantia, vt etiãſi ab inferis Plato reſurgat, libere dicturus ſit, Reipub. à ſe deſcriptæ leges & inſtituta apud Sinas obſeruari.
Ex modis Remp. optimè adminiſtrãdi pręcipuus eſt & proprius, dubia quæ incidunt, & deliberatione indigent, cum grauiſſimis & doctiſſimis Regni conferre, quod ita fit: Pachini prælo ſubmittũtur quæſita & diſputãda, inde ad ſingulas Prouincias tranſmittuntur; quo facto cuiuſq; Prouincię Pręſes quaſcũq; ciuitates mouet: Illæ omnes Literatos, Doctoris gradu honoratos, in vnũ cogunt, ex quibus florẽ, doctos ſcilicet, & imprimis eruditos, ſeligũt, & ad ſuã metropolim ablegãt, quò electi à Ciuitatibus totius tractus doctiſſimi cõueniunt: Ingreſſi igitur Vniuerſitatẽ maiorẽ, eodẽ tẽpore ſinguli quid de propoſitis quæſtionibus ſentiãt, ſcripto cõmittũt; quò finito, Præſes Prouinciæ, cũ Aſſeſſoribus, vniuſcuiuſq; ſententias & iudicia percurrũt, & meliora ſeparant, atq; impreſſa, & in codicẽ, adiectaProuincię inſcriptione, relata, Pachinũ ad Aulã deſtinãt, vbi ſingularũ Prouinciarũ libri, à Collegio Literatorũ & Cõſilio Regio rurſus examinãtur; tãdẽ corã Rege legũtur, deliberatione habita, quid fieri oporteat. Vnde accidit, vt quicquid Pachin idefinitur, clauſis oculis, tãquã ex cęlo lapſum, à toto Regno acceptetur. Quod ſi verũ eſt, vt eſt veriſſimũ, *Ibi laus, ibi cõſilia multa*, facilè quilibet dijudicare poteſt, quã in reb⁹ politicis Sinæ ſua certa & ſalua reddãt, cũ eorũ Cõſiliarii ingenio ſint excellẽti, numero ferè infinito, quẽadmodũ ex catalogis & indicibus impreſsis videri poteſt. Atq; vt huius ſignũ dem quoddã, agam ſolùm de hac Cantonis, in qua iã verſor, Prouincia. Hîc igitur cũ Prouincialis Conſultatio indicitur, in metropolim conueniunt tria Literatorũ millia, qui tanquã flores ex omnibus Ciuitatibus & Caſtellis huius tractus delecti ſunt, æqua hac proportione, vt ex mille nunc triginta, nũc quadraginta, ſummũ quinquaginta eligãt: Accepto igitur numero maiori, cũ ad deliberãdũ tria millia ſeligãtur. ſequitur neceſſariò omnes Literatos, ſeu Doctores huius Prouinciæ, ſexaginta milliũ numerũ explere. Quòd ſi in vna ſola Prouincia 60 Doctorũ millia inueniantur, quis erit eorũ Literatorũ numerus, qui necdũ gradũ aliquẽ ſciẽtię adepti ſunt? Et ſi hęc in Prouincia vna, q̃ exurget multitudo, ſi Doctorib⁹ & duab⁹ aulis 13 Prouinciarũ ſtudioſi adiũgãtur? Nouę prorſ⁹ & mirãdę huic rei alia adiũgitur, nõ minoris admirationis, tot Doctores & Literatos
inter

inter ſe maximè cõcordes eſſe, quòd omnes vnius Magiſtri, quem Confuſium nominant, doctrinam ſequantur. Ex quo perſpicitur quantũ Sinæ voluntate & iudicio cõſentirẽt, ſi *Fidem vnã, vnũ Baptiſma, vnum Deum agnoſcerent.* Cumque otium fons ſit & origo omnis mali, hocque vnũ ſatis ſit ad euertendam funditus quamcũq; Rẽp. vt, ſcriptura teſte, exciderũt, veſtigio nullo relicto, quatuor illæ Vrbes vitiis infames; quoad fieri poteſt operam dant Sinæ, vt hæc peſtis Regno exulet, ſic omnibus occupatis, vt verè neſciam, maior ne ſit artificum, aut quorumcumq; opificum, an Literatorum labor. Nam tertium hominum genus, eorum ſcilicet qui vagantur & errant, apud Sinas non inuenitur. Opera & occupationes, quibus artifices in Rep. diſtinentur, non eſt quòd explicem, ſat fuerit, ſi oſtendam, quo ſtimulo literati incitentur, vt in perpetuo literarum exercitio perſiſtant. Hîc verò eſt quòd non ſolùm ſeueriſſimè & frequẽtiùs examinentur, periculo de eorum eruditione facto, qui diſciplinas ſcientiaſq; perdiſcunt, priuſquã gradum conſequantur; ſed etiam poſt adeptum, omni anno, idem examen ſubeant: quòd ſi deprehendatur doctrinæ aliquid acceſſiſſe, in gradum ſuperiorem aſſumuntur; ſin eruditioni quicquam deceſſerit, graues imponuntur pœnæ, & ſubinde ipſo gradu priuantur. Hac ratione fit, omnes, vel gradum aſſequantur, vel cõſequutum retineant, vel ad maiorem extollantur, continuò vt ſtudeant tam pertinaciter, tantaque contentione & æmulatione, vt aliqui hectica febri conficiantur, quidam diſrupta pectoris vena extremum vitæ periculum adeant, accidit etiam quibuſdam, vt in ipſo examinis loco repentina morte corruant. Et certè, non parùm me ad commiſerationem mouet quidam ſenex amicus noſter, qui cùm iam à 40 annis in gradum aſſumptus ſit, perpetuò tamen ſe affligit & vexat, ſcriptione ſtylum exercens, facultatis ſuæ libros memoriæ mandans, ea prorſus ratione, qua pueri, qui apud nos Grammaticæ ſtudent. Præterea hæc gens ab omnibus nouitatibus abhorret, quamobrem, vt Regi ſunt fidi & ſubiecti, ita etiam tenaces conſuetudinum ſuarum, & inſtitutorum antiquiſsimorũ, maximè verò in ſeruanda doctrina incorrupta & integra Magiſtri ſui Confuſij. Ac interpretes ſententias huius auctoris producunt, diuerſaſque lectiones, & ſenſus, etiam verba numerantes tam exactè & cautè, vt admirationem excitent. Quæ agendi ratio quantum poſsit, ne facilè in Chriſtianam Religionem hereſes & ſciſmata inducantur, quilibet intelligit.

His adde, Sinas non ſolùm res exteriores curare, & vt Remp. pacatam conſeruent, ſed & interiora, & quæ animæ ſunt propria, magni

nagni facere, eam moralibus virtutibus exornando. Quare mul-
a pietatis & Religionis operá faciunt, diſtributis in pauperes e-
eemoſynis, alendis ſuſtẽdandiſque noſocomiis, & generis eiuſ-
lem commiſerationibus. Rem ſanctam putant, voluntaria caſti-
gatione corpus ſubigere, atque hac via, animi affectus cohibere &
rangere. Hinc illis ieiunia, ſed à noſtris plurimum diuerſa: nam-
que carne quidem, ouis, lacte, & piſcibus abſtinent, ſed cætera quę
placent, cùm volunt, & quantum volunt, in obſonium adhibent.
Quamobrem nobis hac in parte nulla difficultas: nam ſi ad
pulas conuiuæ inuitamur, ſat fuerit ſi dicamus eo die nos
bſtinere, vt apud Chriſtianos faceremus. Idem de ſacrificiis, offi-
iis, precationibus, aliiſque exercitationibus noſtris dici poteſt,
quæ omnes approbant. Matrimonium laudant, in quo vir legiti-
nè vnā ſibi vxorem iungit, & in honore eam habent, quæ vidui-
atem colens maritum ſecundū non ducit, eique Mandarini præ-
nia largiuntur, & multas libertates ac priuilegia concedunt, vt
olim Veſtalibus Virginibus Romani. In eorum libris commenda-
ur plurimum ſuiipſius & actionum ſuarum exploratio & examen
quoddam, eorum maximè quæ ſub ſenſus non cadunt, neque ab
liis videri poſſunt: quòd in his, ob cenſoris & iudicis morum de-
ectum, neglectamque animaduerſionē, ſocordes ſimus & remiſſi.
Hanc ob rem multum probant ſolitarios homines, atq; in agro
ut villa vitam agentes; vt hoc receſſu & honeſto otio, remoti ab
oculis populi, contemplationi earum rerum vacent, quas natu-
ali lumine aſſequi poſſunt, & ſeipſos ſibi reſtituant, ac in anti-
quum ſtatum, in quo (vt dicunt) à cælo creati fuerunt, reuocent.
Eandē etiam ob cauſam floret, & in pretio eſt variis in locis, Con-
gregatio hominum literatorum, qui Aulæ turbas, & diſtractio-
nes, adminiſtrationumque onera fugientes, in villis ſuis quietè
contemplationi naturæ vacant, & ſubinde coëuntes, inter ſe con-
ferunt, & ratiocinantur, eo modo, quo olim antiqui Patres reli-
tis vrbibus in ſilueſtria & mōtuoſa loca ſe recipientes conuenie-
bant. Quo in genere exercitationis nō patiūtur mulieres ſe à viris
ſuperari: nā multæ, more gentis, monialiū vitam profitentur, & in
monaſteriis ſimul viuunt, & à Præſide vel Abbatiſſa gubernātur.

Taceo Sinę mulieres vniuerſas retruſas, & in propriis domibus
bditas, tanta honeſtate viuere, quaſi clauſtris quibuſdam coër-
cerentur. Magna cura honorant & iuuare conantur mortuos, ta-
metſi in vanum & abſque fructu vllo. Inter omnes virtutes mora-
les, quibus ſtudent, & à quibus commendatis volunt Sinenſes, lo-
cum primū obtinet, obedientia Patri & Matri debita; affirmātq;
in hac

in hac abſolutionem perfectionemque hominis conſiſtere.

Quare hanc in rem extrema quæque moliuntur, maximè quã do moriuntur, tribus annis continuis in luctu ſunt; veſteſque lu gubres deferunt, ac toto eo tempore Matrimonia, ſaltem ſolem nia, non ineunt, gradus non accipiunt, munia & onera non ad mittunt, imò ſi quo ſint in officio, vbicumque fuerint, deſerunt & in domos ſuas ſe recipiunt, vt exequias funeris proſequantur Demum vt nemo neſciat, quid ſibi agendum relinquatur, in ha ſui innouatione, quodque aliqui, tametſi rariſſimi, legere neſciũt & vt infantes cõ lacte regulas & præcepta bene viuendi imbibãt ſumma quædã præceptorum, quæ omnes obſeruare tenentur, cõ flata eſt, vt ea vulgentur, & viua voce publicari poſſint, quã in rem in ſingulis Ciuitatis vicis ſumptu publico hominẽ deſignant, qu decimo quinto quoq; die, hoc eſt Lunæ acceſſu & receſſu, ea pu blicet: ita vt eodem tempore, eadem die, imò & hora eadem, pau lo ante Solis ortum, vaſtiſsimo vt eſt in Regno, in omnibus Ciui tatibus & per omnes vicos eadem doctrina præceptorum ſex qu ſubjiciam palam recitentur, quorum Primum eſt: Patri & Matr obediunto. Alterum: Maiores & Superiores reuerentor. Ter tium: Inter propinquos pacem concilianto. Quartum: Filios & Nepotes docento. Quintum: Vnuſquiſque officium ſuum ben adminiſtranto. Vltimum: Nullum peccatum aut crimen admit tunto, hoc eſt, non occidas, non forniceris, non fureris: eiuſdem que generis, in quibus ferè præcepta noſtra omnia ſecundæ tabu læ comprehenduntur; nam octauum, nonum, & decimum, facil in eorum libris inueniuntur. Quod verò ad Religionem ſpectat honorem cœleſtibus debitum, & primæ tabulæ pręcepta, in gene re loquendo, Sinę Athei ſunt, maximè verò literati, quare parum aut nihil curant, vtrùmne ſimulachris Diuinus cultus exhibeatur etſi plerique eorum domi parua idola habeant, & toto in Regno delubra ſint, & templa Diis dedicata, quibus pręſunt Bonzii. At que vt Athei ſunt, & omnia mortali hac vita definiũt, ſic nulla de futura illis cogitatio; nec de animę immortalitate, iuſtorum pr̨ę miis, aut damnatorũ poſt hanc vitam pœnis pro merito quorũcũ que, diſputant. Quod non paruam admirationem mouet, homi nes ſcilicet tanto iudicio, in litteris exercitatiſsimos, honeſti a mantiſsimos, adeò cęcos eſſe in rebus tam claris, tãti ponderis & momenti, vt ſunt Deum vnum eſſe, Creatorem & Gubernatorem vniuerſi: Animam rationalem immortalem eſſe, & iuxta admiſſa pręmiis aut pœnis afficiendam, eiuſdemque generis alia: pręſer tim cùm hęc facilè ex eorum libris, antiquorum placitis, picturi

qu

uæ in multis locis Sancti Pao (qui eorum eſt Deus) de inferorum ruciatu & pœnis viſuntur, colligi poſſint.

Has decem conditiones attigi, vt quilibet intelligat, quantum inæ ad lumen rationis accedant, quamque parati ſint & compoſiti, vt ſuper hęc fundaměta ſubitò erigi poſſit pręceptionum & cōſiliorum Euangelicorum fabrica. Et ſanè magnæ nobis eſt cōſolationi videre quam facilè veritati conſentiant, dicique ſine vla exaggeratione poteſt: Sinas omnes non modò non repugnare, cùm illis denunciantur ſanctæ noſtræ fidei myſteria, ſed approbae maximè, &, quod maioris facias, cupere ac vehementer deſideare, vt inſtruantur. Haberem multa, quæ hoc in genere dici poſent, ſed breuitatis gratia pertranſibo paucis exemplis contentus, uibus intelligatur, quantum noſtra Sinæ guſtent, quidque de iis entiant.

Viſit quidam die hanc domum noſtram Tāli, (qui duarum Ciitatum eſt Præſes, huius videlicet & Narohumi) conſpectaque uta quadam imagine Seruatoris noſtri, petiit cuiuſnam eſſet ſiilitudo, cumque reſponſum fuiſſet Scianti, (ſic enim Deum ngua Sinarum vocant, quaſi dicas Regem ſupremum, quem omes homines agnoſcere & reuereri debeant, & quod cùm non aciunt, grauiſſimum peccatum admittunt) intulit vbinam hæc ocerentur, ſe enim nec legiſſe nec vnquam audiuiſſe. Ad quod x noſtris quidam: In lege Chriſtiana; petiit eam ſibi exhiberi, inelligenſque necdum in Sinarum linguam verſam, oſtendit, collis inter ſe manibus, id ſibi valde diſplicere, hortans, vt primo quoue tempore verteretur, venturum ſe vt exēplar vnum acciperet.

Quo tempore P. Lazarus Cataneus hîc agebat, Mandarinus lterius cuiuſdam Ciuitatis, audita noſtrorum fama, propinuis comitantibus huc excurrit, vt audiret quam noſtri profiebantur doctrinam, & quia tardior erat hora, quando hic ppulerat, non potuit illi plenè perfecteque ſatisfieri: reiit itaque die ſequenti tempeſtiuiùs, vt arcana quæque & ætera omnia legis noſtræ (quemadmodum ſibi perſuadeat) intelligere poſſet, & cùm certa quædam Pater explicaſt, petiit ſibi pennam & chartam, ad notandum, dari; verùm uoniam commodè id facere non poterat, Sinarum lingua riptum Patris nomen & cognomen poſtulauit, vt memoam eius retineret, ſe enim ea eſſe voluntate, vt cùm melior ſet commoditas, ad eum reuerteretur. Agens igitur Pater Ricci um antè nominato Thaiſo, exempla quædam Sanctorū noſtroum, qui parentes, amicos, facultates, & regna, vt liberiùs Chriſto

Domino

Domino ſeruirent, reliquerant, narrauit: ad quem Thaiſo; Non eſt hoc graue vel difficile, illi maximè; qui in futura vita eam beatitudinem ſperat, quam lex veſtra promittit. Nos hactenus in ſimilibus rebus non exercuimus, quod nulla hanc in horam nobis ſit lex, quæ præmium aliquot polliceatur.

In Nanciana Ciuitate agit Literatus quidam vir grauiſſimus, qui Præfectus eſt, & Magiſter cuiuſdam congregationis eorum, qui reformandis inſtituēdiſque actionibus ſuis ſibique ipſis ſtudent, & plures trecentis diſcipulos habet.

Hic, P. Ricci cùm principia daret huic ſtationi & reſidentiæ, familiariter colloquentem, & difficultates, quæ hoc in negotio occurrebant, propontem his verbis animauit atque conſolatus eſt: Oportet te, Domine, magno & forti animo eſſe, multa enim tibi perferenda ſunt. Nomen veſtrum toto Regno celeberrimum eſt, & cùm in finem tam nobilem, diſſeminandæ videlicet legis veſtræ, hęc in loca veneritis, neceſſe eſt, multæ occurrant difficultates, & varia contradicentium ſtudia. Scias hoc omnibus ſectis accidiſſe, priuſquam apud Sinas admitterentur, ſed cum tēpore & patientia, rebus facilioribus explicatis, deuicta & ſubacta omnia. Hoc fuit conſilium optimi illius viri, quo non obſcurè oſtendit, quàm magnificè de noſtra lege ſentiret, quam etiam tam ſanctam rationique conſonam iudicaret, vt tandem aliquando à Sinenſibus approbatam cenſeret.

Alius quidam Mandarinus vir prudens & grauis cū ſummam quandā Chriſtianæ doctrinæ audiuiſſet, libere profeſſus eſt Confuſium (ſi viueret) eam vltro complexum fuiſſe. Quod ex maximis præconiis & laudationibus eſt, quas Euangelio Sinæ tribuere poſſunt, cùm apud illos eo in pretio & honore ſit Confuſius, quo apud nos ſanctus Ioannes Baptiſta. Hi & eiuſmodi alii apud Sinas de Euangelio ſunt ſermones & ſenſus, non in vno aut duobus angulis, ſed in pleriſque huius Regni locis. Numero inito ſubduximus pluſquam in decē Prouinciis inueniri Mandarinos, qui cognoſcunt, amant, & bene de Patribus loquuntur. In reliquis quinque Prouinciis neminem ex Mandarinis nouimus, cui nota ſit noſtra Societas: probabile tamen eſt, in iiſdem nomen & ſtudia noſtra non eſſe incognita, quòd Mandarini rotę aut circuli in modum per Regnū oberrent, nunc hanc nunc illam Prouinciam adminiſtrando. Et ne cui videatur hanc familiarem conſuetudinem, & affectum, verborum tantùm, & externæ cuiuſdam ſimulationis eſſe: multi ex Mandarinis noſtros ad ſuas terras inuitant, ſic vt hoc ipſo tempore plures in variis Prouinciis reſidentiæ fieri poſſent.

poſſent. Scribenti hæc cogitatio incidit ; fieri poſſe quidam exiſtiment , me per hyperbolen aut ſuperlationem quandam loqui , & de Sina affirmare non ea quæ ſunt , ſed quæ eſſe vellem ; obiectis etiam iis afflictationibus, quibus lapſis annis noſtros exercuerunt. Quibus reſpondeo, vera fuiſſe quæ olim de calamitate noſtrorum perſcripta fuerunt , imò maiores fuiſſe tempeſtates, quàm litteris explicari potuerint, ſed qui meliores & optatiores nuncij afferri poſſunt Chriſti crucifixi Prædicatoribus, quam paratas eſſe cruces ? Verùm ne nota Genti inuſta perſeueret, nulla opinione emendationis factæ; dico, hæc nobis eueniſſe, cùm Bonziorum habitu & ritu noſtri incederent : vbi verò Literatorum veſtitum acceperunt, mutati ſunt Sinarũ animi, &, Deo laus, alius eſt quemadmodum ſcribimus rerum ſucceſſus. Conſiderandus etiam locus , in quo noſtrorum ſtudiis aduerſantes experti ſumus. Accidit enim id primùm Scianchini, deinde Sciancei Ciuitatibus Prouinciæ Cantonis, quæ comparatione aliarũ Prouinciarum, quæ ſunt in intimis Regni, ruſtica admodum eſt & agreſtis. Quare Mandarini, qui hac iter facientes inuitabant nos ad ſuas Prouincias, hanc inter alias rationem afferebant , ferre ſe diutius non poſſe, vt inter Manginos, hoc eſt, ſylueſtres & barbaros homines, hæreremus; quòd ſi politiam, ciuilitatem, & ſplendorem Sinarum cuperemus videre, relinquendum corticem, & vſque ad medullam Regnique viſcera nobis penetrandum. Quod idem conſulebat Thaiſò, vt ex literis paulo antè recitatis, & ad P. Ricci datis videri poteſt. Quòd ſi quis dicat me nimis credulum exterioribus, ac ad fucum cõpoſitis Sinarum ſignis , decipi, præſertim cùm apud Sinas paruo tẽpore egerim: reſpondeo , me non intendere neq; conari Sinas Chriſtianos facere, priuſquã Deũ vnũ eſſe agnoſcant, ſed id ſolum oſtendere velle, quàm cõpoſiti ſint, & cõparati ad Euãgelium amplectendum. Et licèt noſtra laudarẽt, addicti ciuili quadã ratione morum qua ſunt facilitate, curioſitate, aut certè lucri alicuius cauſa, nihil noui accideret , cùm adhuc ſimulachrorum inanium erroribus teneantur: nobiſque, his præſertim initiis, ſufficere debet, ſi quæ illis prædicantur probent. Et quid dico approbent? ſi tantùm aures aperiant, neque cõtradicãt, ut certè ſermonibus noſtris, alicubi in Sina abditi, nõ ſe ſubſtrahant; ſperandum ſit verbo Dei audito tritici granum ſemper aliquod in bonam terram caſurũ. Atq; vt prædictæ obiectioni occurratur, melius eſt dicamus eo res quo ſcribuntur modo ſe habere, neque verbis fraudem ſubeſſe. Quòd ſi hic eſt rerũ & Regni ſtatus, num Sinæ (humanitus loquẽdo) præparati ſint Euangelio

acceptando, iudicet, cui ſanũ adhuc & integrum eſt iudicium, di-
catque mihi de quanam gente aut audierit aut legerit, cui par ſi
conditio, & ad iugum Chriſti admittendum facilitas.

Cõſtat igitur ex dictis, quã Sinæ in fidẽ propendeãt: Sed vbi ſun
operarii, quos tã ampla & abũdans meſſis requirit? Annis retro
lapſis nõ plures tribus è noſtris his in locis egerũt, atq; illi quidẽ,
poſtquã linguã ſibi feciſſent familiarẽ, variis artibus & viis ſubla-
ti fuerũt. Na P. Frãciſ. Paſius & P. Eduardus de Sãde imperio Tu-
tani iuſſi ſunt Sinis excedere, P. Antonius Dalmeida cũ P. Franciſ.
Petro, vt ſibi mutuò in prædicando ita & in morte ſucceſſerũt, in
meliorẽ vitã trãſlati. Solus P. Riccius remãſit, & tãquã firmiſsima
huius miſſionis colũna manet, tametſi non abſq; maximis labo-
ribus: atq, ex cauſis, quæ Patrẽ vehemẽter afflixerũt, vna hæc fuit,
ꝙ tot annis nunquã ſe totũ impẽdere potuit in traducenda ad fi-
dem Chriſti hac gente, impeditus ſemper in formandis & lingua
inſtruẽdis ſociis adiutoribus, ſic vt hanc in horam aliud nihil ef-
ficere potuit, quã fouere & retinere hoc in Regno Societatẽ no-
ſtrã. Iã, quæ Dei eſt bonitas, ſeptẽ ſumus de Societate, ea, qua ſcri-
pſimus, apud Sinas opinione & exiſtimatione. Sed quid poteſt hic
numerus in tam vaſto & incolarũ multitudine pleniſſimo Regno?
Quòd ſi à Iaponia (vbi ex noſtris cẽtũ, & ꝙ excedit, agunt, præter
adoleſcẽtes plurimos, qui in ſeminariis docti, inſtructiſsimi ſunt
ad nationẽ eam à falſitate deducẽdam & cõuertendam) noui ad-
iutores & operarij quærũtur: quid de nobis dicemus in Sinæ Re-
gno, ꝙ quantũ Iaponiam excedat, Europæos nõ latet? Facilè ergo
videt T. P. cui adeò cordi sũt hæ noſtræ molitiones & conatꝰ, quæ
noſtræ ſint neceſsitates, & quo remedio illis occurri poſsit, ſub-
mittẽdis ab Europa auxiliaribus ſociis, qui decurſis & abſolutis
ſtudiis, viribus ſint firmis & integris, ꝙ qui in India formantur,
vix illi iuuandæ, & nouis, ad quæ quotidie aggredimur, incœptis
& conatibus ſufficiant. Oportet etiã ſtudia abſoluerint, quia ne-
ceſſe eſt libros ſcribãt, aut ſaltẽ in Sinarũ linguã vertãt, ꝙ verus
hic modus eſt hãc gẽtẽ oppugnãdi, & victam ſubmittẽdi veritati.
Expedit præterea, vt validi ſint & fortes, quia propemodũ ętas &
hominis ſæculũ requiritur, vt huic genti operarius idoneus red-
datur, neq; enim ſatis eſt linguã nationi cõmunẽ didiciſſe, quod
apud alios ſuperſtitione Ethnicos ſufficit, ſed opus eſt eorũ libri,
artes, & doctrinæ percurrãtur, quã in rẽ requirũtur vires ac facul-
tates validæ, ſummaq; animi applicatio, quòd lingua Sinarum e
difficillimis, quas hactenus cognouimus, ſit, ob tres, quas habet
cõditiones: quarũ prima eſt: verba omnia monoſyllaba, quod no-

bis offēſionē & faſtidium parit,quòd genus orationis minutū ſit, anguſtū,fractū, atq; interruptū:Altera, quòd homonyma ſit,|&, vt ſic dicā,pluriuoca,ita vt vnū verbū plures & quidē multū differētes res ſignificet,quæ accētibus aut veriùs ſonis muſicis diſtinguuntur, quòd nōn obtuſas & hebetes, ſed acres & teretes aures requirit;pronūciationē verò diſtinctā & claram, alioqui facetiis, cauillationi,& dicacitati frequēter locus datur: quēadmodū vni ex noſtris accidit,qui cū Sinis probare vellet in Europa naues eſſe tam altas & capaces,vt etiā turres adæquēt,verbo quod nauim ſignificabat,vocē ſine accētum dedit,quo lateres denotātur, ꝙ cū iuſta cū ratione Sinę credere nō poſſent,cœperūt inter ſe ratiocinari,quā immēſam oportuerit eſſe fornacē,quę tam vaſtū & prodigio ſimilē laterē coxerit,& quos in vſus hæc moles ſeruiret.Hęc nominum ſimilitudo,ſonorum tantùm differētia diſtincta, ipſos etiā Sinas torquet, grauis illis & moleſta,ita vt mutuò ſe vix intelligāt & aſſequātur:quare,vt omnē remoueāt dubitationē,ſynonyma & eiuſdē ſenſus nomina congerunt,nōnunquam etiam ſe per antitheta,cōtraria cōtrariis opponētes,explicant:frequētiſſimè verò ſentētiam aliquam integrā citant,in qua ſit vox,quę dubia eſt & perplexa.Tertia difficultatis ratio eſt: quòd alphabeto litterarūq; indice & numero careāt: quælibet enim res ſuā habet notā & characterē,& vt meliùs dicam, figurā & Hieroglyphicam litterā,ſic vt toto vitæ decurſu neceſſum ſit nouū alphabetū & literarium indicē addiſcere.Linguæ difficultati accedit labor ſtudēdi in eorū facultatib⁹ & diſciplinis,qui à noſtris nec debet nec poteſt proprio marte ſuperari, ꝙ literati inter ſeipſos artis vocibus & verborū cōjūctionibus,(terminos &phraſes cōmuniter vocamus) a lingua vulgari & cōmuni differētibus,perſæpe vtantur, ita vt Sinæ idiotę & illiterati nullo modo eos aſſequantur vel intelligant:cumque literati cæteris præſint, vt capita & eorum duces, opus eſt, vt noſtri ſeruata linguæ proprietate cum iis agant. Præterea Sinæ neque eligunt neque aſſumunt ſibi magiſtros niſi eos,quibus tota vita cum honore poſſunt ſe ſubmittere,nec ſciētes aut doctos exiſtimant,niſi eorum facultates &doctrinam profiteantur : vnde neceſſe eſt noſtri eas vt addiſcant. Tandem hæc in voluendis eorum libris exercitatio & ſtudendi labor aſſumi debet,vt cū propoſito deſeruiet,propriis eorum armis errores patrii cōfutētur:deinde vt ſtylus ad conficiendos vel ſaltē vertēdos lingua Sinarum libros formetur:Nō eſt tamē propterea cur quiſquam animo cōcidat,exiſtimetq; fieri non poſſe, vt linguæ proprietatem aſſequatur; nam Pater miſericordiæ, & Deus totius

conſolationis, quemadmodum animos permouet, vt huic genti ſubueniant; ſic confirmat & conſolatur eos, qui in tam ſalutari opere illi deſeruiunt; & aduerſantia omnia leuiora & faciliora facit, hoc maximè tempore, quando non deſunt nobis fratrum noſtrorũ Sinenſiũ auxilia, & verſũm habeamus Suſciu, præcipuũ ac principẽ Sinenſiũ librũ, quẽ in latinum tranſtulit P. Ricci, cum bona parte Calepini Europæi Sinici, ita vt ſanitati adiuncto diligenti ſtudio, quatuor annis finem his artibus imponere poſſint, & expeditè de rebus omnibus diſputare, ꝙ propria & meiphus experientia cõfirmo, cùm decem menſibus, quibus hîc verſor, diuina gratia adiuuante, neceſſitate vrgente, abſque vllo interprete, confeſſiones excipere valeam.

Præter bonos & multos laborum noſtrorum adiutores, opus etiam eſt librorum copia, cùm enim nobis cum Literatis & eruditis hominibus ſit agendum, doctrinamque & ſcientias profiteamur, facilè eorum apparet neceſſitas, hoc maximè tempore, cùm Sinæ nos in maximo pretio habent, & Tanquini; hoc eſt, Prædicatoris legis & reſtauratoris ſpiritus, nomen affingant. Quos verò qualéſve libros mittere conueniat, T.P. facilè intelligit: qui ſcilicet vtiles ſint, & ad noſtrorum conſolationem, & ad cõmonſtrandum Sinis, quod genus librorum & ſcientiarum in Europa floreat, & quàm fixa ac præclarè fundata ſit fidei & religionis noſtræ veritas: Quam in rẽ, vt pro parte loquar, facerent Biblia Regia variarum linguarum diligenter & curioſiùs cõpacta, quod Ethnici exteriori ornatu res earumque valorem dijudicent. His addi poſſet Ius Canonicum, Patres, præſertim decem Doctores Eccleſiæ: Obſtupeſcunt enim Sinæ, quando audiunt tot & tantos eſſe in Europa Doctores, cùm illis vnicus ſit, cui Confuſio nomẽ. Idem dictum volo de Auctoribus, qui Scripturam ſacram vel apertè vel per quæſtiones explicant, quos Poſitiuos & Scholaſticos interpretes nominant, & Philoſophos, qui res naturales ſpeculantur, vel morales pertractant. Sed facilè aduerto, quòd paucis verbis multa poſtulem, verùm parte vna cogit neceſſitas, eorumque librorum defectus: altera, pietas, & Europæorum Dominorum, eorum maximè qui Romæ agunt, liberalitas, qui ſpem faciunt ſe non defuturos in rebus tanti ponderis, ad gloriam Dei Domini noſtri, & ſui ſancti nominis in hoc nobiliſſimo Regno prædicationem.

Opus etiam eſt nobis imaginibus, & Diuorum picturis, vt adiuuemus & conſolemur his rationibus nouos Chriſtianos, quare confiſus in pietate & ſancta æmulatione dictorum Dominorum, ſupplex

ſupplex rogo, vt labores noſtros adiuuent, & animarum harum conuerſioni cooperentur, miſsis aliquot imaginibus pictis, & in charta impreſsis. Ex quibus, his primis principiis, ad excitandam religionem plurimum valerent Saluatoris & Dei Matris pictæ effigies, quas Sinæ, quantumuis Ethnici, valde ſuſpiciunt, & capite in terram demiſſo reuerentur ac colunt, B. Virginem *Scin, mu, nian, nian,* hoc eſt S. Matrem & Reginam Reginarum, vocantes. Præter hæc, reficerent & recrearent eos plurimum duo ex libris, quos P. Hieronymus Natalis piiſsimis imaginibus ornatos in lucem emiſit, vt quando ad nos allecti Europæorum fama Mandarini ventitant, illis exhibere poſsimus, quæ occaſionem præbeant diuulgandi & diſſeminandi ea, quorum gratia hæc miſsio ſuſcepta eſt: Ad rudes etiam ac indoctos formandos inſtruendoſq; nō parum conducerent libelli aliquot communes, imaginibus aſperſi, quarum ſimilitudines & figuræ fidei myſteria, Præcepta decē, ſeptem Capitalia peccata, eiuſdemque numeri ſanctiſsima Sacramenta repræſentarent, cuiuſmodi his in locis ſubtiles & artificioſæ habentur, quòd vmbram habeant admixtam, qua Sinarum picturæ carent. Qua ex cauſa cùm nuper ex Gubernatoribus aliquis hanc in domum veniſſet, vidiſſetque libellum cum myſteriis vitæ Saluatoris noſtri, obſtupefactus petiit ſibi donari, ſed cùm iudicarem non expedire, vt eiuſmodi figuræ Ethnici manibus tererentur, excuſaui dicens librum eſſe noſtri Tau, id eſt legis Chriſtianæ, quare eo meipſum non poſſe me priuare, cumque intuliſſet iuſtam eſſe negandi cauſſam, petiit ſibi alium aliquem dari qui vſque adeò neceſſarius non eſſet. Obtuli itaque illi Æſopi fabulas ſimulachris & figuris reſperſas, quas vtraque manu accepit, actis gratiis, quaſi opus aliquod ex optimis Flandriæ accepiſſet.

Hæc ergo tria mihi occurrebant T. R. proponenda, tanquam maximè neceſſaria ad fidem promulgandam, iuuandoſque Chriſti ſectatores, videlicet Operarum ſubſidia, libri, imagines. Faxit Deus vt viam & modos P. T. ſuggerat, quibus in his bono ſuo deſiderio ſatisfaciat, & neceſsitati noſtræ ſuccurrat. Interim laborabimus in fabricandis huius linguæ armis, & curabimus, vt in lucē exeāt prima Religionis noſtræ præcepta, in Catechiſmi formā redacta, quā cōpoſuit P. Ricci, recognouit verò & perfecit P. Viſitator, cū quibuſdā aliis in Macao portu, in ſpēq; erigimur, Diuinā clemētiā huic gēti tantū luminis cœleſtis daturā, vt clarè cognoſcat, quā māca ſit & imperfecta eorū doctrina, ſi cū noſtra cōferatur.

Qui hactenus facti ſunt Chriſtiani, præſagitionem nobis injiciunt apud Sinas illuſtrandū Chriſti nomen, & ad fidem acceſſu-

ram multitudinē, tum cū cœleſti fauore per vicos & cōpita prędicando publicè noſtri diſcurrent, quod hanc in horā necdū factum eſt, nā cū noſtri ſuperata iam & imbibita gentis lingua id poſſent, eiecti ſunt, vt antè cōmemorauimus: qui verò hîc verſamur, præter P. Ricci & duos Sinas, rudes adhuc ſumus, nō multo antè Regnum ingreſſi. Deinde iudicatū eſt melius a Rege ducere initium, cuius authoritate & facultate id fieri poſſet, quēadmodum Beatæ memoriæ P. Franciſcus Xauier deſignauerat; quæ ſi non impetraretur, viſum eſt expedire, vt nec libera nec publica hæc eſſet prædicatio, ne Mandarini ſuſpicarentur turbas aliquas aut ſeditiones excitari, & diſſoluta in fumum abiret hæc miſſio. Et verò, vt iam experimur, & quodammodo manibus tangimus, decepti non ſunt noſtri patiētia hac & longinquitate, tempus exſpectantes conuerſioni huius nationis in diuino Conſilio deſignatum, quando cum hac cunctatione & mora ſenſum innotuerint, & creſcente nominis fama in eum quem diximus ſtatū peruenerint: ac tandem cùm minimè cogitaretur, opera magni cuiuſdam & grauis Mandarini, tamdiu deſiderata, aperta ſit nobis via Pachinium ad Aulā, vt cum Rege de his, quæ molimur, & quorum gratia huc venimus, agamus; quo Iulio menſe P. Ricci cùm P. Catanæo & Fratre noſtro Sebaſtiano Fernandez profecti ſunt, de quibus hæc accepimus: ad Nanchini Aulam perueniſſe, vnde Pachinum cogitabant. Quid factum ſit, & quis fuerit huius profectionis euentus, necdum cognouimus; de qua prolixè P. Ricci ad Rectorē Macao ſcribit, qui proculdubio T. P. plenè cumulateque informabit. Quare finē facio, humillimè implorans patrocinium & aduocationem totius Curiæ cœleſtis, ſpeciatim verò Beatiſſimæ virginis Dei Matris, ſanctiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Angelorum cuſtodum & conſeruatorum huius Regni, vt à Sanctiſſima Trinitate bonum principium, meliorē progreſſum, finemque tandem optimum huius noſtræ molitionis tāti ponderis & momenti impetrent, vt, poſt felices, & ad gloriam Diuini nominis, & Sanctę Eccleſię Catholicę propagationē (quēadmodum de Dei miſericordia ſperamus) exitus, *Omnis creatura dicat ſedenti in throno & Agno benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſeculorum Amen.* Sanctis ſacrificiis & orationibus T. P. plurimum me commendo. Scianceo, 18. Octobris, 1598.

R.P.T. *Seruus & Filius in Domino.*

Nic. Longobardus.

DE

# DE MISSIONE PERVANA.

PERVANA Prouincia in ſex Collegia Societatis,
Reſidentias tres, Miſſiones quatuor, partita eſt: a-
guntque in ea ex noſtris 187 vtiliter, quæ Dei eſt
gratia, & cum fructu, quemadmodum ex annuis,
quæ pro more recepto hoc anno mittuntur, col-
ligere eſt. Limæ, tempore quo hæc vrbs fame
lominante ſic premebatur, vt ex primariis ciuibus quidam ne pa-
nem quidem haberent ad veſcendum, acciditque aliquando vt a-
iqui vrgente inedia canum inſtar diſcurrerent, & abiecta oſſa ar-
oderent, diebus ſingulis viſitati ſunt carceres, diſtributo, in vin-
ctos non ſolùm ſpirituali pane, Confeſſionum, Exhortationum,
Concionum beneficio, verùm etiam à ſcholarum noſtrarum
uditoribus comportato, & in plures triginta diſtributo cor-
orali cibo, eorum etiam menſæ miniſtrando; quo in charita-
is opere Domino adiuuante perſeueratur. In eodem carcere ba-
tiſmo luſtratus fuit Æthiops quidam, extremo ſupplicio adiu-
icatus. Alius etiam cùm ad furcam duceretur, & obſtinatiſsimus
nfinita blaſphemiæ verba eructaret, in ipſis tandem ſcalis tactus
Spiritu ſancto opera cuiuſdam Patris noſtri, qui eius ad ſanio-
em mentem reductioni ſtudebat, rara peccatorum pœnitentia
onfeſſus eſt. Nec minor fructus ex Catechiſmo & doctrina Chri-
iana, qua pueri Æthiopes & aliæ perſonæ Dominicis diebus in-
ormantur, collectus eſt: ea namque inſtitutione multa impediũ-
ur peccata, quæ in Deum D. N. admitterentur. Vadunt ex no-
ris quidam ad certa loca, in quæ multus populus ad choreas, fe-
a, ac inde ad epulas conuenit, ibique exhortantur, & doctri-
am Chriſtianam docent, fitque magna cum multorum appro-
atione, vt qui ad ſaltationes & ludos venerãt, ſubmiſsis genibus
oronam ſeu orbiculos ſacros percurrãt, & pro affectu doctrinam
hriſtianam recitent.

Ex Collegio Sancti Martini omni die feſto ad portum itur, &
oncionibus iuuantur, qui in eo inuenti fuerint, nec omittitur
ruorum & remigum viſitatio: ſumma cum eorum conſolatione
fructu miſſus erat ex Patribus aliquis in terras & loca vicina,

Qua in miſſione incidit in Indianam anum centenaria maiorem, quæ confeſſione expiata inſequenti die ad meliorem vitam tranſiit. Adiuta & illa ſenior, quæ præterea ſurda erat & muta; quæ ſignis & notis exterioribus culpas faſſa, vitam cum confeſſione finiit.

Indi quidam Ethnici Eunuchi dicti ex ſuis decem miſerunt ad Vrbem Curco, quæ triginta miliaribus diſtat, vt aliquos ex noſtris euocarent; vt Catechiſatos fideque inſtructos ſalutari aqua abluerent; cumque hæc agerentur, ex iis qui venerant vnus in ægritudinem incidit, ac poſtquã Chriſtianis inſtitutis eruditus ablutuſq; eſſet die inſequenti, ſi nihil culpæ à baptiſmo admiſit, in cœlum tranſiit. Ex hoc Curcenſi Collegio miſſio facta eſt in Prouinciam Aimares, quæ ſummè fuit neceſſaria; & fuit in ea diuini obſequii cùm plurimum. Neceſſitatis porrò cauſa hæc erat: Immiſerat Dominus noſter anno ſuperiori peſtẽ, vt hac animaduerſione & caſtigatione miſeram gentem à ſomno peccati, quo premebatur, excitaret: Verùm quod remedium afferre debuit, in damnum & ruinam animarum vertit. Nam cùm viderent Hiſpanos, qui inter eos ſparſi viuebant, nihil ab eadem lue accipere detrimenti, plurimoſque ex ſuis debilibus adhuc & in fide infirmis Dæmon perſuaſit, Deum Hiſpanorum non eſſe eorum Deum, quando illi nihil à contagione læderentur, neque aliam in rem hanc natam calamitatem, quàm vt errorem ſuum recognoſcerent, quo acti ab proprio & patrio Deo defeciſſent, in quod crimen cùm non incurriſſent Hiſpani, adorato ſemper Deo vno, nec eo vnquam eiurato, ſani ac læti viuerent: quo ex principio inferebat Dæmon redeundum eſſe ad antiquam ſuperſtitionem, placandumque muneribus & aliarum rerum oblatione patrium Deum; quam perſuaſionem promouerunt plurimum excitati Magi, qui diuerſis fraudibus & mendaciis deceptam gentem ad Idolorum cultum retrahere conabantur, & è manibus aurum argentumque extorquere. Quare in vulgus ex eis iactabant nonnulli, ſibi peſtem apparuiſſe indignabundam & ardentem, comminitantemque victurum prorſus neminem, niſi aurũ, argentum, eiuſdemque generis munera ſibi debita offerrentur. Alii ſpargebant Ingam, Peru olim Regem, iratum plurimum affirmaſſe, hanc calamitatem voluntate & imperio ſuo immiſſam. Alii alia perinde vana comminiſcebantur: quibus artibus impellebantur miſeri Indi, non modò ad ea Idolis offerenda quæ Magi poſtulabant, ſed etiam perſuadebantur, ne quidquam in domibus ſuis obſeruarent, quod Hiſpanis vſitatum eſſet ac familiare,

Miſſam

Miſſam fictè & ex mera tantùm conſuetudine audirent; Cùm Sacerdos ſacram hoſtiam adorandam eleuaret, manu ſiniſtra pectus pulſarent, Crucem non venerarentur. Perſuaſi igitur in his ſalutem ſuam conſiſtere, ædibus eiecerunt Imagines, Cruces, cereos ſacros, Roſaria, ſeu precationis globulos, cæteraque omnia, quin & galeros, & calceos, & veſtes quibus Hiſpanis ſimiles videbantur. Adeoque incrementa ſumpſit hæc mentis obnubilatio & cæcitas, vt pagus integer foras in montem egrederetur, vt ſolenne animalium ſacrificium offerret: quod cùm fieret, ad montem acceſſit Chriſtiana vetula, cui negotiorum quorundam cauſa illac iter; quam à loco ſacrificii non procul diſſitam cùm Sacrificulus vidiſſet, exclamauit, in cæptis ſacris pergi non poſſe niſi interficeretur, vnde miſera anicula momento ab inſana & furente turba lapidibus oppreſſa eſt, quæ poſt ſex aut ſeptem dies in pagum deportata fuit, affirmaruntque Hiſpani ita recentia fuiſſe vulnera, ac ſi eadem hora occubuiſſet, nullumque tetrũ odorem afflauiſſe. Fuerunt & plura alia ſacrificia, quibus eo tempore deluſi turpiter diis ſuis litabant, tantumque profecerat deluſio & error, vt nouem continuis menſibus integros dies ponerent Patres noſtri in expiandis generali confeſsione animis, die quolibet concionarentur, roſaria diſtribuerent, Icones & orbiculos ſacros largirentur: Reducti tandem magno cum doloris de admiſſis criminibus ſenſu, voluntariè ſe caſtigarunt: & qui fuerant priùs defectionis authores & capita, agnitum publice errorẽ eiurarunt.

In Tuccamana Miſſione diuerſis vicibus baptiſmo eluti ſunt plures centum quinquaginta, quos inter erant octogenarii, qui abſq; baptiſmo hac ex vita deceſsiſſent, niſi hæc Miſsio obſtitiſſet. Innumeri penè ſunt alii, qui idem appetunt.

In Miſsione S. Crucis de Monte baptizati ſunt præter puerulos 970, & pluſquam quatuordecim pagana caſtella idem poſtulant. Auditæ totius vitæ confeſsiones plurimæ, in quibus hoc difficultatis, quòd penè omnes harum partium nationes vſque ad quinque numerare tantùm ſciant: ſi crimina quintum numerum exceſſerint, nil norunt proferre aliud, etiamſi quingenties illa cõmiſerint, quàm ſæpius ſe commiſiſſe.

In Miſsione Cianes abluti ſunt vario tẽpore 2832 adulti omnes, pueri & infantes 130, Matrimonio iuncti 14 3, erectæ cruces plurimæ, ædificatæ Eccleſiæ, innumeræ factæ animorum expiationes. Alia in miſsione ad eandem nationem Sacramentum fidei ſuſceperunt 708 iam adulti; Nuptiarum fœdere copu-

lati 261. ex quibus qui poſt ſuſceptum Baptiſmum mortui ſunt, magno cum diuinarum rerum guſtu ad aliam vitam tranſierunt. Quos inter adoleſcentula fuit annorum 16, quæ cùm morti proxima eſſet, videretque pulcherrimam quandam Dominam cum comite eximiæ Maieſtatis euocantem hoc ſermone: Eamus filiola, reſpondit nolle ſe ex hac vita decedere, niſi primùm cognoſceret, qua via aditus eſſet in cælum, quòd frequentiùs ex Patribus audiſſet, arctam planè & peranguſtam viam, quæ in cælum duceret. Accerſita igitur hera Patrem aliquem vocari oportuit, qui de eo quod acciderat inſtructus conſolatus eſt adoleſcentulam, quæ hilari animo ad meliorem vitam abiit. Magna eſt & penè incredibilis cæcitas mentis, qua obruuntur Cianenſiũ loca quædam; Nam certis quibuſdam ſtellis ſacrificant, iis verò maximè, quæ colligendæ meſſis tempore dominantur: Superſtitioſi ſunt admodum, buboniſque vocem valde pertimeſcunt, qui vbi in vicum aliquem aduolarit, & ſolitum dederit ſonum, continuò ſeniores armati domo egrediuntur, inclamantque auem, vt auolet, ne moriantur: Iuniores eo tempore ædibus ſe continent, idem faciunt feminæ, aiunt enim bubonem alioquin prænunciaturum mortem. Quando pluuia indigent, Magus quiſpiam magna vocis contentione & acceleratione clamat, vt omnes ad montem concedant, quò poſtquam peruenerunt, vt quilibet conſueto more à cibis abſtineat. Eſt autem eorum hoc ieiunium vt à ſale, pipere, cibis coctis contineant; quod vbi factum eſt, voce intenſa & clamore ſummo ſtellas inuocant, aquamque precantur, & ad terram caſtellumque paganum ſeſe vertunt, potionem quandam manibus tenent, quam vbi nobilis alicuius adoleſcentulæ manu porrectam ebiberint, ita à ſenſibus abducuntur, mentiſque impotes fiunt, vt mortui videantur: ſed vbi in ſe redierint, mel aqua & maizo miſcent, quibus permixtis nubes aſpergunt. Die inſequenti nobilem aliquem aut conſpicuum & venerandum quempiam ſenem in lectum deponunt, ſubiecto lento igne, atque vbi ſudare cœperit, ſudorem vaſe excipit Magus, anſerino ſanguini admiſcet, atque ex radice expreſſæ aquæ rurſum in aëra iactat nubes vt tingat, rogans per ſudorem ſanguinem & aquam, vt deſideratam pluuiam largiantur. Quod ſi caſu eo die, quo ſunt ſuperſtitioſi, pluat, gratias agunt ſtellis, Magumque multis muneribus ornatum efferunt. Celebrant & feſtum aliud ſuperiore non minus ſuperſtitioſum, Puerum decora facie, & qui toto caſtello formoſiſſimus habetur, cubiculo includunt, eique tamdiu ieiunium imperant, dum ex-

creſcant

creſcant capilli, tum magi præſtigiatores cum ſenioribus edu-ctum, veluti ſupplicatione quadam, in ædes amici alicuius arctiſ-ſimè illi iuncti deducunt, ibi vetulæ puerum querula voce lamen-tantur, & plebs, quæ interea cogitur & conuenit, paulatim pueri capillos pręſcindit, oblato in ſingula capita anſere vno cocto. Al-tera die Magus iuniores ad venandas feras mittit, alios, vt locum feſto oportunum apparent, ablegat, puellis, vt bonum vinum ex-coquant, imperat, Senioribus muſica vt inſtrumenta cōponant, & ex ea hora eadem pulſare incipiunt, atque ab eo tempore, qui eas in res à Mago emiſſi ſunt, libere furari poſſunt, quidquid ex-tra cuiuſuis domum reperint. Inuitant populos vicinos, vt variis armis inſtructi ad feſtum conueniant. Puer feſti tempore coro-natus, altera manu telo inſtructa, altera vipera viua dependen-tè, poſitam in loco quodam ornatiſſimo ſedem occupat, vnde fa-cilè colligitur dæmonis eſſe artes, cùm à vipera non mordeatur. Corpori etiam pueri plures aliæ viperæ mortuæ alligatę ſunt. Quæ venatione apprehendit Iuuentus cum coctis & aſſis anſeri-bus repoſita ſunt ad vnum pueri latus. Alterum claudit bona vi-ni quantitas. Poſteaquam milites ad feſtum vocati militari quo-dam ordine & delectu ingreſsi ſunt, & viperam adorarunt, ad pue-rum accedunt, vinum illi proximum ebibunt, & pręparatas pue-roque adhęrentes epulas ſumunt, tum ad adorandam rurſus viperam regrediuntur, eundemque cibum & potum repetunt, to-toſque tres dies hac ratione abſumunt, quibus euolutis viperam ſecant: Exin feminę (quę toto feſti tempore clauſę domi hęre-bant) egrediuntur, clamantes, Victoria, Victoria. In celebritate eiuſmodi frequenter apparet & videndum ſe prębet Dęmon ad combibendum, commeſſandum, feſtoſque dies lętè hilariter-que agendos exhortans. Eſt & tertium feſti aut potiùs lamenta-tionis genus, quod defunctis exhibent: ad hoc nocte conueniunt maleſici & pręſtigiatores cum ſenibus, multo vino arcubus & te-lis inſtructi, poſtquam mortuorum ſepulchra purgata, in fletum & lachrymas reſoluuntur omnes, non multo poſt pręſtigiatores in partem aliquam ſecedunt, & egregiè compotant, quod vbi fecerunt, ad lachrymas & ciulatus reuertuntur, Dęmonem in-uocantes, Dęmonem montibus, lacunis, & ſimilibus impre-cantes demum proprio nomine mortuos vocant, & ad combi-bendum inuitant, ac vbi ſeſe nihil mouere vident, mœſti & tri-ſtes domum reuertuntur. Ea eſt cęcitas quarundam partium gē-tis Cianis.

Itatini, cui miſsioni pręeſt P. Iacobus Saminiego antiquus & laborio-

laborioſus operarius fidei, ſacramento abluti ſunt 429, quos inter mulier fuit, quæ cantiunculam, quam canebat, ab quodam ſe accepiſſe fatebatur, qui ab Itatin veteri (hæc eſt ab altera fluminis Paraguai parte) venerat. Is audiebatur in aëre loquens, ſed non videbatur, multaque dabat præcepta, quorum hoc erat vnum, vt certas cantiunculas canerēt, ex quibus ea fuit, quam perſonabat mulier; cuius hic ſenſus: Pater filium ſuum Chriſtum in mundum miſit, præcepitque hominibus illi vt obedirent, eumque adorarent. Miſit etiam ſanctam Mariam, vt ex ea naſceretur Chriſtus: Finis porrò erat, hæc dicit Spiritus ſanctus. Exiſtimo hunc dęmonem fuiſſe, quia veritati multa admiſcebat mala & falſa, quale hoc fuit prę̨ceptum, vt legitimas abjicerent vxores, & alias ſuperinducerent, ac perſimilia multa. Accidit in illa miſſione eidem P. Iacobo Saminiego res admirabilis & conſideratione digna, cuiq; eo in genere vix contigit ſimilis, quę etiam eiuſdem vrbis incolis, in qua euenit, ita innotuit, totque teſtimoniis cōfirmatur, vt nullus dubitandi locus relinquatur; quæ ab iis perſonis accepta eſt, qui oculis & auribus hauſerunt: qui caſus euentu infelix ideo permiſſus eſt, (quemadmodum etiam de ſimilibus, quę in cōfeſſione contigerunt, credi poteſt) vt hic nouus populus diſcat qua fide & integritate vti debeat Pœnitentiæ Sacramento, in quo non paruam ſentit difficultatem. Quare etiam Inda, quę in omnium oculis legem integræ confeſſionis violabat, videntibus eiſdem punita eſt & caſtigata, vt vnius animæ ruina multarum ſalus procuraretur. Res igitur quæ accidit eſt eiuſmodi: Agebat in domo præcipuæ cuiuſdam Dominæ huius loci adoleſcentula decem & ſex circiter annorum, quæ bello capta ac baptiſmo tincta Catharina vocabatur. In ea cum ætate creſcebat libertas & mores diſſoluti, etiamſi non rarò ab hera reprehenſa caſtigaretur; quæ eo peruenit malitiæ, vt cum perditis quibuſdam clam conſueſceret, neque tamen propterea à confeſſione abſtineret, ſed hoc peccatum labris premeret, ne meretricula aut perditis moribus haberetur. Hæc igitur Calend. Aug. 1590 morbo depreſſa Sacerdotem euocauit, cui animi noxas aperiret, ſed id fecit nō integre, vt & in eadem ęgritudine nouem aliis vicibus; recedente Sacerdote pręſentibus aliis famulis contemptim ridebat, hac ferè oratione, Aliud mihi quod agerem non erat, quàm vt peccata faterer, adjectis etiam turpibus & inhoneſtis verbis, quibus offenſæ cæteræ ſingula ad heram referebant, quæ meritò Catharinam increpans, tandem vultu & voce mutatis amicè rogauit, quænam illa eſſent, quæ Patri aperire non vellet, narrauit illa non difficulter, adjunxitque

quoties

quoties Patrem in morbo vocaſſet, vt ſe cõfeſſione purgaret, ſteiſſe ad læuam quendam Æthiopi ſimilem, qui moneret ne fateretur, quòd ea peccata læuiſſima eſſent, & nullius momenti, & ex illorùm confeſſione a Patre diſſolutior haberi poſſet: à dextra verò manu apparuiſſe S. Mariam Magdalenam exhortantẽ, vt quicquid eſſet libere euomeret. Accerſitum igitur rurſum Patrem Domina de omni eo quod acciderat inſtruxit, qui modis omnibus tentauit, vt ad integram animæ expiationem induceret, ſed fruſtra; quo enim exhortabatur magis, eo reddebatur obſtinatior, ita vt nec nomen IESV enunciare vellet. Alio etiam tempore, cùm illi ſacram crucifixi imaginem, vt in eum intueretur & animo reuolueret Chriſtum pro nobis cruci affixum & in cruce mortuum, ſumma cum indignatione & animi commotione reſpondit: Iam ſcio, ſed quid vultis faciam? Ad quam Hera, vt ad Chriſtum te conuertas, qui admiſſa crimina remittat, ſi fatendo recognoſcas. Cui Catharina: Obſecro, vt mihi deſinatis eſſe moleſti; cùmque hera abceſsiſſet, cœpit amores ſuos & turpitudinem decantare, durauitque ad dies plures hæc agendi & dicendi ratio, donec quadam nocte, accerſita cum ancillis hera, hæc in verba prorupit: Torqueor & animo angor plurimum ob violatam confeſsionem; & ab ea hora vſque ad mediam noctem toto corpore obriguit, vt crederetur mortua, ac de humatione & ſepultura eſſet cogitatio; ſed ad ſe reuerſa, accitóque Sacerdote, nihil de antiqua fatendi conſuetudine remiſit. Tres poſt horas, paulo antequam expiraret, exhortata à ſeruis, vt apprehenſa manu cruce & cereo ſacro nomen IESV inuocaret, reſpondit: Quis eſt ille IESVS? eum non noui, ac in partem vltimam lecti reflexa ſedénſque audiebatur cum alio quodam, qui tamen oculos fugiebat, colloqui. Ac alia ſerua, quæ eodem in loco ægra decumbebat, vehementer dominam rogauit, vt in diſtinctum cubiculum transferretur, quòd, vt aiebat, laruas quaſdam atras videret, quibus admodum terreretur. Nocte ea, qua Catharina extincta eſt, domus tota tam fœtido & putri odore perfuſa eſt, neceſſarium vt fuerit, cadauer loco patente & aperto exponere. Dominæ etiam frater è cubili brachio extractus eſt. Ancilla quædam in humeris veluti calce percuſſa eſt, pertulitque aliquot dies huius læſionis ſigna. Equus manſuetiſſimus alioquin actis in murum calcibus huc & illuc diſcurrens tota nocte inſaniit. Idem fecerunt & canes multa diſcurſione & latratu. Humato iam corpore, cùm ex ancillis quædam locum intraſſet, in quo Catharina decubuerat, nemine conſpecto, ſenſit

ſenſit in ſe vas quoddam, quod tabulatis impoſitũ erat, jaci. Major præterea pars huius vrbis vidit multo crepitu & ſonitu huc & illuc plurimos lateres & tegulas, etiam ad 2 millia paſſuum projici, non quòd in palatio vllus ſit later vel tegula cùm vt pleraque omnia huius vrbis ædificia, palma tegatur. Ancilla alia ſpectantibus multis pede longiſſimè protracta fuit, etiamſi quæ traheret, non videretur. Septimo Octob. cùm quædam ſerua veſtiarium eſſet ingreſſa, vt inde veſtem ſibi aliquam ſumeret, vidit Catharinam erigentem ſeſe in pedes, vt vas quoddam arriperet, fugiente illa tanto impetu vas in murum impulit, vt in mille partes frangeretur. Die inſequenti, veſtiario annexa fuit crucis imago chartacea, quæ vno impetu à muro auulſa, in conſpectu omnium, tres in partes diſtracta eſt. Eodem die cùm in horto Domina cœnaret; medius later lanci injectus totam cœnam euertit, cuius filius annorum quatuor eo ipſo tempore exclamare cœpit; Matercula, Matercula, Catharina me præfocat, appenſiſque ad collum ſanctorum exuuiis ab ea pœna liberatus fuit. Hæc Dominam coëgerunt, vt ædes mutaret, & in conſobrinæ domum ſe reciperet, relictis ancillis quibuſdam ædium cuſtodibus. Decimo dicti menſis, cùm ex ancillis aliqua in officinam diſpenſatoris iuiſſet, ſenſit ſe ter à Catharina vocari, quam timore nimio dilapſam exhortatæ ſunt cæteræ, vt inuocato Domini noſtri auxilio cereoque ſacro accenſo regrederetur, aſſumptis duabus quæ cæteris animoſiores videbantur, ſecurè rediit; quam defuncta monuit, vt dimiſſis aliis cereo abjecto, quod pœnam inferret, ſola perſiſteret. Emittebat Catharina ex omnibus corporis juncturis flammas incredibili cum fœtore. Caput cum pedibus ardebant, cuncta erant veluti ignita faſcia, octo aut decem digitos lata, quæ in terram vſque protendebatur, videbaturque libidinis & admiſſæ turpitudinis pœna & caſtigatio quædam. Viſo hoc ſpectro tremere & exalbeſcere cępit ſerua, ad quã infelix defuncta: Accede huc, Quoties ego te euocaui.

Reſpondit ſerua penè exanimis: Bone IESV. Quis non horreat te viſa? Quæ cùm diceret, in eundem locum deſcendit formoſiſſimus puer albis veſtibus, qui ſeruam hortatus eſt, vt poſito timore forti eſſet animo, notaretque diligenter, quæ à Catharina acciperet, vt in alios euulgaret, ac ſimulatque ab hoc loco abceſſiſſet, confeſsione maculas omnes expiaret. Tum hæc in verba Catharina Scias inferno me mancipatam, & grauiſſimis ſubjectam pęnis, quòd cùm ſacerdoti aduoluerer, vt peccata faterer, leuiſsima tantùm referrem, cuiuſmodi ſunt, quòd garrul

garrula eſſem & loquax, in iram procliuis, & id genus alia: ſilētio verò inuoluerem libidines & conſuetos cum adoleſcentibus congreſſus. Tu igitur diſce bene confiteri, & nullum crimen tacere: Horumque vos commoneo, quòd mihi ita imperatum ſit, cogarque aliorum in exemplum hæc vobis aperire: Iam pulſus ad ſalutandam Deiparam virginem audiebatur, defuncta mox in angulum quendam ſecedit & euaneſcit: Angelus verò (Angelum enim fuiſſe, quem viderat puerum, credebat famula) abire ad ſuos famulam jubet, quod & fecit. Hæc pars eſt vna eorum, quæ Diuina bonitas in Prouincia Peruana per Societatem operari anno 90 dignata eſt. Aliud ſupereſt nihil, quàm vt V. P. orationibus ad Deum & ſanctiſſimis Sacrificiis, atque nouorum operariorum miſſione, neceſſitatum grauiſſimarum huius miſeræ gentis meminiſſe velit, ad laudem & gloriam IESV CHRISTI Domini noſtri.

(∵)

EX-

# EXCERPTA EX QVIBVSDAM LITTERIS P. MARTINI PEREZ SOCIETATIS IESV,

*Noua ex miſsione Prouinciæ Zinaloa ad Patres Mexicanos, datis menſe Decembri 1591.*

POST vltimas apud Tautecas 6 Iulii datas, quo die in hanc Zinaloa Prouinciam ingreſſi ſumus, ab Præfecto Roderico del Rio directi diſcurrimus, vagatique ſumus per varia caſtella, vicos ruſticos, metalli fodinas, paſtorum caſas, Hiſpanorum villas & dominia quædam, iuuando proximum ſolitis officiis noſtris, nobis vt nunquam deeſſet quo occuparemur. Tranſcendimus diebus octo aſperum ac difficilem operoſumque Tepeſuani montem, nullo conſpecto animali, auibus quibuſdam exceptis, cuius ratio eſt vis earum muſcarum, quæ equos infeſtant, quarum toto monte copia eſt maxima, quæ equis noſtris fuerunt moleſtiſsimæ. Occurrerunt nobis Cuimechi quidam, qui ſunt Indi militares, qui ex eo quod habebant liberaliter obtulerunt, nullo incommodo illato. Ex his propè infiniti inueniuntur, qui huc & illuc diſperſi vagantur, in nullo alio occupati, quam vt victui opportuna venentur & quærant. Relatumque nobis eſt, in montis parte ad tria millia conueniſſe, qui Præfectum obſecrabant, vt quæ fidei ſunt Chriſtianæ, eos doceri inſtruique faceret. Eorum miniſter, qui vnicus eſt, nos inuiſit. Obuius factus eſt Hiſpanus quidam ordinum ductor, cui ſex Caſtella pagana ſeu vici ruſtici quadam montis parte parêt. qui ſatis inſtructus, quidnam in eiuſmodi miſsionibus Societas prætenderet, ad P. Viſitatorem literas dedit, quibus vnum ex Patribus ſibi concedi poſtulabat, cuius opera ad viginti animarum milia in diſciplinam Patris tradenda inſtituerentur.

Hos & alios vicos non abſque dolore præteriuimus, quia iam apud nos conſtitutum fuerat, nullo vt in alio loco præterquam in pro-

in prouincia hac ſubſiſteremus. Paucis ante aduentum noſtrum diebus ſcripſeramus ſex aut ſeptem Hiſpanis,qui ibidem morantur abſque vllo ſacerdote,& ſemel tantùm in anno Miſſam audiebant, quando videlicet ſacerdos quiſpiam triginta aut quadraginta miliaribus diſiunctus ad eos veniebat, vt confeſſione pœnitentes purgaret. Illi cum præcipuis quibuſque Indis nobis, qui pluſquam viginti miliaribus ab eorum domiciliis diſſiti eramus, hilares & recreati plurimum occurrunt, & vſque ad ſequẽs flumẽ Prouinciȩ huius,vbi eſt ſanctorũ Philippi & Iacobi vicus,comitati ſunt. Abeſt hæc Prouincia Mexico pluſquã trecẽtis miliaribus, & Septemtrionem verſus protenditur. Ad dextram montes habet Tepeſuanos,ad Læuam mediterraneum Mare:parte altera ad Zibolam & Californiam vſque excurrit, quæ ſunt Prouinciæ Occidentem verſus magnæ & frequentes plus ſatis. Ad latus vnũ, quo Septemtrionem reſpicit,duorum tantùm dierum ab vltimo huius Prouinciæ flumine itinere, (quemadmodum ab Præfecto accepimus) conſpiciendum ſe præbet nouum Mexicum adeò celebre & nominatum , ac gentilis ſuperſtitionis abundans, de quo ſcriptum eſt frequenter.

Zinaloæ prouinciam metiuntur & ſecant octo fluuiis maioribus, qui in ea decurrunt. Partitionis verò ea ratio eſt,quòd Caſtella & vici pagani omnes ripis & fluminum labris adiacent,quę piſculenta ſunt, & quæ non longo tractu in mare mediterraneũ influunt.Solum ſationi aptum eſt & ferax,& quæ ſeueris, reddit. Cælum purgatum & ſalubre. Ruſtici & agrorum cultores bis in anno metunt,ac inter reliqua fabarum copiam,cucurbitas, maizon,eiuſdemquegeneris legumina colligunt,ex quibus ipſi & nos veſcimur tam abundè , vt de aucto rerum pretio aut fame ſermo nullus; quinimo perit frequenter bona pars meſſis collectæ,& maizon vetus abjiciunt, vt ſit locus nouo . Abundant goſſipino lino,ex quo telas optimas texunt,quibus veſtiuntur. Veſtes eorũ ſunt panni pars,humeris illigata,qua veluti pallio Mexicanorum more totum corpus tegunt.Id verùm,quòd cùm omnes ſint opifices,maxima anni parte non tegantur,ſed nudi incedant.Cuncti tamen cingulo quodam largiori ex eodem goſſipino panno variè & multipliciter elaborato , adiectis etiam figuris coloris diuerſi, quas cochlearum & concharum teſtæ & domus artificiosè oſſibus admixtȩ faciũt.Auribus præterea fila multa inſerunt,ex quibus inaures dependeant, quem in finem natis infantibus multis in locis aures perforant,& annulos, grana ſeu globulos , corallũ inſerunt,ita vt auris quælibet quinquaginta huius generis orna-

mentis facilè grauetur, quare non in latus obuoluti ſed ſupini
ſemper dormiunt. Feminæ à coxis decenter deorſum veſtitæ, reli-
quo nudæ. Viri perinde vt feminæ prominentes capillos geſtant,
hæ in humeros, ſparſos, illi frequenter collectos & variis modis
aſtrictos, iniecta coralla variis plumis & cochlearum teſtis exor-
nata, quæ etiam neſcio quam pulchritudinem & ornatum capiti
afferant. Onerant collum orbiculis coloris varii. Statura corporis
ſunt magna, & qua Hiſpanos palmo ſuperent, ita vt equis inſidẽ-
tes nos nec quidquam inclinatos, nihil erectis talis, facilè com-
plecterentur. Valẽtes & robuſti, quòd bella, quæ illis cum Hiſpa-
nis fuerunt, facilè indicant, in quibus tametſi damna non parua
acceperint, non inulti tamen nec abſque aduerſariorum ſangui-
ne. Cùm de ſumma rerum acriùs decertare vellent, denunciabãt
& indicebant diem. Eorum arma arcus ſunt, & veneno infectę ſa-
gittæ, ac clauarum genus durioris ligni, quarum ictus repetere
non oportet; vt alicui caput cerebrumque comminuas. V-
tuntur etiam haſtis breuioribus ex ligno rubeo confectis, tam ſo-
lidis & acuminatis, vt præpilatis noſtrorum non cedant. Atque
quàm inimicis ſunt terribiles & formidandi, tam inter ſuos & vi-
cinos quieti & pacis amantes, raruſque inuenitur prouocator aut
contentioſus. Hiſpani poſt aliquot congreſſus militares dextras
tandem eis dederunt relictis auitis ſedibus. At octo illi quorum
ſuperiùs memini pacifici inter eos viuunt, & quamuis Domini vo-
citentur, iis tamen contenti ſunt, quæ Indi offerunt, nulla vi aut
moleſtia cuiquam illata.

Cùm has in oras veniſſemus, fama nouorum hominum excit.
Indi confertim in noſtras ædes concurrerunt, & ſumma beneuo-
lentiæ ſignificatione ſalutatione & verbis, quæ tamen non capie-
bamus, amorem teſtabantur, tamdiu nobiſcum commorati, dum
amicè domum remitterentur. Neque oblatam primo quoque tẽ-
pore opportunitatem neglexerunt, declarantes quanto animo in
Chriſtianam religionem ferrentur. Nam cùm primos huius pro-
uinciæ vicos eſſemus ingreſſi, vulgato etiam in vicinis locis aduẽ-
tu noſtro, die inſequenti conuenit in Eccleſiam tam adultorum
quàm puerorum magnus numerus, vt baptiſmo tingerentur,
quod ſummæ nobis fuit conſolationi. Abluimus puellos & puel-
las facilè octoginta, cæteros animo ereximus ſpe non inani futu-
rum, vt ſimulatque inſtituti eſſent neceſſaria doctrina, eiuſdem
ſacramenti eſſent participes. Inuenimus ad quadringentos Chri-
ſtianos, qui ab Patribus Franciſcanis qui in hæc loca venerant
ante annos duodecim baptiſmo initiati, interfectis tandem illi

ab ipſis incolis, caruerant doctore. Neque fieri poterit omnes vt à nobis erudiantur, niſi adiutores ſubmittantur. Nam prӕterquam quòd populus ſit multus, ſermone & linguis etiam differunt, tametſi duӕ ſint prӕcipuӕ & generales maximè.

Duas linguas veluti ſubito opere diſcimus, quӕ tametſi non ſint maximè vulgatę & generales, neceſſarię ſunt magis, & tribus menſibus tantum profecimus, facilè vt loquentes Indos aſſequeremur. Quare cępimus Catechiſmo erudire gentem, & piis exhortari ſermonibus ad eos in officio continendos, & omni timore liberandos. Cùm vident precationes & Devm orandi formulas non extraneo ſed familiari idiomate ſe à nobis accipere, quas vt & Catechiſmum magna cura & temporis breuitate addiſcunt, iamque tam adulti quàm pueri plures mille ſexcentis abluti ſunt; pręter quadringentos qui in infantili penè ętate a Patribus nominatis tincti, & duodecim totos annos neglecti vix ſignum habebant Chriſtiani inſtituti, ſed cum Ethnicis patrio more matrimonio erant coniuncti. Multis concubinas detraximus, cùm huius gentis ea ſit conſuetudo, tot vt ſuperinducant, quot alendis ſunt ſatis. Matrimonii Sacramento iunximus non paucos.

Sunt & plures alii qui baptiſmum appetant, ſed cùm ingens ſit populus, operarii verò duo tantùm, fieri non poteſt vt labori pares ſimus. Vltimo Nouembris viſitaui huius tractus ſeu fluminis gentem, & duodecim aut tredecim miliaribus quatuor milia vt minimum numerantur Indi, qui arcu & ſagitta vtuntur, exceptis mulieribus & paruulis. His admixti ſunt quidam non boni nominis & famę, quibus cum dęmone familiaritas & conſuetudo, cum quo abominanda & horrenda prorſus peccata committunt.

Plurimi in montes profugerunt, ne eorum paruuli abluerentur, quoniam dęmon in vulgus ſparſerat morituros omnes, qui baptiſmo tingerentur, nihilominus tamen ſeptem aut octo diebus 240 infantes Sacramenti aqua aſperſi: coëgit me neceſſitas, his relictis, vt aliò concederem vicinos adiuturus, teneor tamen magno reuertēdi deſiderio, permotus commiſeratione quadam, ꝙ videā gentem verè fidei ignaram tā arctè à dęmone poſſideri.

Sunt iam in tribus his fluminibus tredecim Eccleſię, iis exceptis, quӕ paulatim eriguntur, nec in earum vſum plures ſunt nobis veſtes ſacrę, quàm eę quas circumferimus, & alio quodam altaris apparatu qui Hiſpanorum eſt. Nulla eſt in Eccleſiis campana. Altare cruce vna & aliquot Chartaceis imaginibus, quę Culuacono huc delatę ſunt, inſtruximus, quia nobis alius deeſt

 ornatus,

ornatus, quem à R.V. expectamus, & perutilis futurus, gente hac tam ſtudioſa cultus exterioris.

Die Conceptionis Deiparæ Virg. ſacro dedicationem templi Petatlam celebrauimus. In eo repoſui paruam quandam B. Virginis Conceptioni ſacratam. Inſtituimus ſupplicationem, in qua pueri Te Deum laudamus lingua vulgari decantabant, ſubiunxi orationem, ac tandem Miſſam legi, quòd cantores ignari adhuc ſint cantus, & aliud perſonare neſciant, quàm rudi quadam & diſſona voce Amen. Interfuerunt ex Ethnicis plurimi, qui aliunde ad diem feſtum inuitati fuerant, & propè attoniti erant viſis his primis initiis, optantes, vt in eorum vicis ſimilis haberetur celebritas. Quantum hucuſque colligere licuit, horum & vicinorũ Caſtellorum Paganorum, vbi maior frequentia, & linguarum diuerſitas minor, Indi Incolę alacres ſunt & excitati, tractabiles, facilioris conuerſionis quam quos vidi aut noui hactenus. Optarem aliquando velut receſſione quadam mecum habitare, ſed tantus conuenientium concurſus, hanc vt quietem mihi non relinquãt, & licèt taceam, nihilominus varios miſcent ſermones de noſtris interrogantes & recenſentes ſua, noctéque ad nos veniunt precationum & orationis cauſſa. Ingenioſi ſunt & dociles, etiamſi nullum habuerint doctorem, cuius inſtitutione hæc vis naturæ exerceretur. Agunt in Caſtellis aut vicis ruſticanis cõtiguis & ex creta & lignis erectis domibus, quas ſtoreis tegetibuſque arundineis ornant. In coniugiis, quæ ineunt, quando multas ſibi iungunt vxores, minùs inconueniens indecenſque videtur, ſi ſororem, matrem, vel etiam filiam accipiant, quòd hoc ad domeſticam pacem tuendam facere plurimum arbitrentur, viteturque eo modo æmulatio omnis. Ac licèt affinitatem nullo loco ponant, conſanguinitatis tamen rationem habent maximam. Liberos amant tenerrimè ad certum vſque tempus, nec eos alia docent quàm quæ ipſi ſciunt, neque vllam ob cauſam plectunt vel caſtigant, atque ita pecorum more viuunt. Matrimonio coniungunt ſuo tempore. Coniugii autem hæc eſt forma: Conueniunt vtrorumque inter ſe parentes, & poſt vtrimque habitos ſermones, pro gentis more choreas agunt & ſaltationes, datiſque dextris ad ſuos reuertuntur: quòd ſi ſponſus vel ſponſa minoris ſint, quàm nuptiæ requirant, ætatis, menſes & etiam annum exſpectãt, nec in mutuos veniunt aſpectus: tempore deinde ſuo ſponſæ Pater filiæ & genero domum cum adiuncta ſupellectili relinquit. Creant etiam ſponſum equitem, ſi familiæ ſit illuſtrioris, vario ritu, cuius hæ præcipuæ ſunt ceremoniæ: Arcum tradunt, & qua ratione nouis armis

vtendum

vtendum ſit inſtruunt;vtque induſtriæ & habilitatis dent ſignum quoddam,in leunculum aut feram immittitur,quam vbi interfecerit,ſponſus honore & dignitate, qua cæteris qui equites non ſunt,antecellit,inſignitur. Inter politica quæ ſeruant hoc eſt vnũ, quòd aliorum filios in ſuos adoptant,ſed hic in alterius familiam tranſitus ſeueriores & periculoſiores ritus habet. Immittitur enim in os ad gulam vſque palus,quo ferè præfocantur, ſi res ſucceſſerit, quicquid ciborum aſſumpſerunt euomunt,atque ita in ius alienum tranſeunt. Quicquid ab opere &labore ſupereſt temporis ludo abſumunt,qui aleas refert,ſed variis cõſtat ſignis. Hoc in genere exercitatiſſimi ſumma animi moderatione & patientia ludunt,nec iuramentum auditur vllum,nec cõtentioſum aut pugnax verbum, etiamſi veſtes & cætera omnia abſumant, & nudi quod accidit aliquando reuertantur. Cùm infirmantur,ſi grauis & periculoſa fuerit ægritudo,ſepulturæ locum effodiunt;manetque aliquando totos quinque aut ſex dies apertus, quæ agendi ratio profuit plurimum cuidam feminæ, cùm enim vicum quendam ingreſſus eſſem,& humum altè effoſſam viderem, non ignarus cauſſæ accesſi iacentem & morbidam, eamq; ex Catechiſmo, quem lingua ſcripſeram vulgari Chriſtianè inſtitutam ablui, ſed ex morbo conualuit: Ideo verò ſepulturæ loca aperiunt,vt extincti cadauer vel cineres (nam adurunt aliquando corpora cum domo tota & ſupellectili) confeſtim humo obruant: ſepulchrum certo quodam puluere iniecto aſpergũt, ex quo potionem conficiunt,deferuntque ſecum cibos,& poſt lachrymis rigatam ſepulturam ſeſe inebriant,parentibus defuncti conuiuium parantibus, is qui adſtant. Atque hæ ſunt eorum exſequiæ.

Vicarius Eccleſiæ Culiacan,quæ Zinaloa vbi ſupradicti Patres agunt quinquaginta milliaribus abeſt, datis ad quendam amicum litteris in hanc ſententiam ſcripſit: Zinaloæ, Patres officioſè laborant in Domino in conuertendis ad fidem Indis adeò fructuoſè & feliciter, vt miraculo omnes adſcribamus : Neque credi poteſt,qua celeritate & didicerint & eius Prouinciæ lingua loquantur, quaque facilitate & ſatisfactione ad baptiſmum Incolæ accedant,& in rebus fidei inſtitui poſtulent. Dei certè eſt opus,quamobrem ei diuina Maieſtas fauet & dat incrementa.

# LITERÆ ANNVÆ INSVLARVM PHILIPPINARVM,

*A P. Franciſco Vaez X: Iunij, Anni M. DC. I. ad R. P. Claudium Aquauiuam Generalem Societatis IESV data.*

INTER calamitates & ærumnas varias, quibus Domino noſtro placuit exercere has inſulas, princeps vna fuit fluctibus hauſtarum nauium jactura, cùm aliarum, tum Capitaneæ, & quæ erat Præfecti maris, & anno ſuperiori 1600 à littore in nouam Hiſpaniam ſoluerant ingentibus opibus mercibuſque onuſtæ. per quas & huius viceprouinciȩ annales & epiſtolæ Iaponicæ ad P. V. mittebantur. Cæterùm cùm menſes totos octo, naues dictæ, vehementi vento eoque contrario impulſæ, vela feciſſent, magno vectorum numero, fame, peſte, ac vndarum furore, quo ex ipſis nauibus præcipites agebantur in mare extinctis, cœperunt retro ſublapſæ referri, illiſæque in ſcopulos demerſæ ſunt, pauculis è præſenti periculo ereptis, qui inſtar ſeruorum Iob nuncii cladis eſſent, quæ aliis deinceps atque aliis ſuperuenientibus belli caſibus & ruinis aucta majorem in modum nos afflixit. In harum nauium vna, S. Hieronymi nomine appellata, vehebatur P. Petrus Lopez de Parra Societatis noſtræ Profeſſus, qui poſt hanc longam nauigationem, vel potiùs poſt aliam longiorem 37 annorum in religione, applicuit, vt confidimus, ad vitæ æternæ portum, multo bonorum operum theſauro onuſtus. Profeſſus fuerat in noua Hiſpania Philoſophiã & Theologiam, vnus è primis Societatis hominibus quondam eò deſtinatus. Exercuit miniſtros noſtro. cum fructu. Quamuis autem nihil nobis de morte eius ſpeciatim conſtet, tamen cùm vehementer affectus fuerit ad audiendarum confeſſionum juuandarumque animarum munus, veriſimile eſt eum magna charitate omnibus in extremo illo diſcrimine ſuam operam accommodaſſe.

In alia quadam calamitate jacturam fecimus alterius cuiuſdã ſacerdotis & fratris, ſi modò jactura vocari poteſt mors eorum, qui ad lucrifaciendas animas & juuandos fratres in bello juſto aduerſus pyratas hæreticos occubuerunt. Erant illi Hollandi & Zelandi, qui anno 1600 ad Philippinas appulſi fuerant, & ad prædas agendas in mari, cui nomen Norte, aduenerant, ſicut iam ſpoliarant vnam nauem Luſitanam, & in Oceano auſtrali, dicto Sur, ſuperatis anguſtiis Magellanici freti, lembum vnum ex Peru. Nam cùm eorum primariæ naues, Capitanea & Admirantis, ſtationem delegiſſent ſex leucis à Manila, vbi neceſſariò merces exponere debebant Hiſpanæ, Chinenſes, & Iaponicæ naues, quoque curſum tenere debebant omnes ſcaphæ reliquaq; minora nauigia, quæ ex vrbe ſoluebant, è Manila binæ naues 300 militibus harum inſularum præſtantiſſimis armatæ cum multis bombardis cęteroque apparatu bellico in aduerſariorum naues ſunt directæ. In primaria erat P. Iacobus de Santiago & frater Bartholomęus Caluus ad petitionem Generalis Antonii de Merga Regii Senatus auditoris, aliorumque belli Ducum, qui dicto Patri confiteri ſolebant.

Cùm ergo Pater primùm militum confeſſionibus excipiendis operam nauaſſet, & ad fortiter dimicandum ad 14 Decembris animaſſet, in conſpectum hoſtis ventum eſt, explicatiſque velis capitanea in capitaneam tam propè incurrit, vt ex altera in alteram procliuis eſſet digreſſus. quo in concurſu dum noſtri hoſti vexilla ſubripiunt, & in ſuam nauem transferunt, feſtiſque vocibus victoriam inclamant, ecce nauis noſtra inopinatò, hauſta alicunde magna vi aquarum, permittente Deo, fluctibus abſorbetur cum omnibus vectoribus, exceptis paucis, qui ſcaphæ Hollandis ereptæ beneficio vel natatu in continentem euaſerunt; vt Generalis, qui cum duobus hoſtilibus vexillis ſe in mare præcipitarat.

Admirantis deinde nauis noſtra, cum hoſtili item Admirantis congreſſa, eam cœpit, & in Manilam abduxit, vbi ſupplicium ſumptum de omnibus eius vectoribus. Inter noſtros autem, qui vel ſubmerſi ſunt, vel ab inimicis interempti, numero quinquaginta nouem ſupra centum, ſubmerſus eſt quoque P. Iacobus, qui audita quaſi omnium exomologeſi, videns nauem deprimi, dum laborat ſe in mare præcipitem dare, Capitanei voce ad confeſſionem aſpirantis reuocatus eſt, & inter audiendum confeſſionem vnà cum fratre & aliis ſubmergitur. Vigeſimũ

nonum ætatis annum pater ille agebat. In Societate autem vixerat annis quindecim. Eadem ætate erat frater eius comes, qui ſeptem annis in Societate vixerat, & in his partibus eam ingreſſus fuerat, vir cùm omni virtute tum verò obedientia ſingulari, cui ſemper valde fuerat addictus, præſtans. Obiit quoque è fratribus Martinus Sancez ex his Philippinis oriundus, poſtquam decennium in Societate præclaro in vita & morte relicto exemplo poſuiſſet. Reſtant in hac viceprouincia Sacerdotes triginta, fratres viginti nouem, è quibus duo ſunt ſcholaſtici, quatuor nouitii, annumeratis nouem illis, quos cum P. Gregorio Lopez P. V. huc miſit, quibus huic viceprouinciæ magnum certè præſidium acceſſit, quæ vt tempore poſterior eſt, & ab operariis ſterilior, longiuſq; Roma abeſt, ita etiam pauperior, & velut filia minor P.V. debet eſſe carior & commendatior.

## COLLEGIVM MANILANVM.

DEgunt in hoc Collegio (quod primarium eſt in hac viceprouincia) ſedecim è noſtris, nempe ſeni ſacerdotes & deni fratres. Omnes, diuino fauente numine, ſuo exemplo & labore fructum vberrimum ex huius ciuitatis ſpiritali cultura retulere. Quem adauxit occaſio belli & terræmotus, jacturaq; nauium, atque aliæ calamitates; experientiaque didicimus, pietatem citiùs inter aduerſos quàm proſperos ſucceſſus efflorescere. Quo minùs in ſtructura Collegii perficienda progredi audeamus, fecit terræmotus. cogimur enim iam collapſa vel in ruinam procliuia priùs reparare. Superiore anno ſcripſimus, ad vigeſimum primum Iunii diem corruiſſe præcipuam partem nauis templi, hoc verò anno 1601, ad decimum-ſextum diem Ianuarii alio terræmotu diſturbata eſt altera pars ei reſpondens, cæteræque ita conquaſſatæ ſunt, vt neceſſe fuerit omnia ſolo æquare. Magni beneficii loco duximus, ruinas has nullo cuiuſquam damno contigiſſe, cùm tamen alter terræmotus inciderit, cùm populus in templo ſacro Miſſæ intereſſet, alter verò, quando minimè expectabatur. Commonefacti ergo Manilani à noſtris de periculo quotidiano vitæ in terra, mentem erigere cœperunt in cœlum, indeque patrocinium & tutelam poſtulare, feliciique ſorte eis obtigit patronus & aduocatus S. Polycarpus Epiſcopus & Martyr, S. Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus. In cuius honorem feſtum cum ſolenni proceſſione, quotannis repetenda, celebrare cœperunt.

Initium

Initium quoque hoc anno factum eſt alterius cuiuſdam pii & religioſi operis cum inſigni fructu, vt quod non ſolùm per Quadrageſimam tribus diebus, (id enim perpetuò fuit vſitatum) verùm etiam ſingulis diebus Veneris toto anno in Eccleſia noſtra diuerberationes corporum vſurpentur. Maximus id temporis hominum eſt concurſus ad audiendum Pſalmum quinquageſimum Miſerere, cuius lugubri concentu plurimum ad deuotionem & pœnitentiam agendam permouentur. Nec rarò interfuere auditores regii, ac gubernator ipſe cum aliis viris primariis.

Incarcerati quoque exhortationibus piis & confeſſionum ſacramentalium exceptione adiuti ſunt, & quod populum non parum ædificauit, commeatus neceſſarius per aliquot dies etiam noſtris humeris vſque ad carceres deportatus eſt. Pueris item doctrinæ Chriſtianæ pabulum Dominicis diebus ſubtractum non eſt. cum quibus tempore Quadrageſimæ proceſſionis forma diſpoſitis ad excubias prodimus militares, ſermonibuſque ad eas factis fructum colligimus minimè pœnitendum.

Congregatio Scholaſticorum hoc anno inchoata progreſſus habet optimos. Quoque menſe, conuenienter regulis, omnes exomologeſin peccatorum Sacerdoti faciunt, & diuinæ mensæ accumbunt. Feſtis diebus pomeridianum tempus audienda lectione ſpirituali & commemorandis exemplis Sanctorum impendunt. Beatiſſimæ Virginis ſolennes ferias maxima religione & lætitia peragunt. In quadam abiectis palliis, cum pollubro & gutturnio argenteo in manibus deportarunt cibum ad carceres, ordine & ritu pulcherrimo, magnaque promptitudine & ſubmiſſione animi miſeris hominibus inſeruierunt. Modum procedendi in omnibus putantur ſumpſiſſe ex congregatione Romana. Priuilegia autem Sodalitatis tam multos ſeculares homines allexerunt, vt neceſſe fuerit eam in duos ordines diuidere.

Pro viris itaque adultis & ciuibus, qui Dominicos Feſtoſque dies optarunt in ſodalitate fructuoſè expendere, principium fecit P. Viſitator, habitis ad eos familiaribus exhortationibus & narrationibus piorum exemplorum è vita Sanctorum depromptis, planeque ſperamus rem ad maiorem gloriam Dei cum eximio ciuitatis fructu proceſſuram. Nec iam deſunt, qui vna alterave exhortatione audita, ſanctiores ſalubrioreſque, quàm antè constituerant, viuendi rationes inierint.

Initium quoque hoc anno factum eſt ſorte deligendi nomen alicuius Sancti, vti nonnullæ ciuitates in morem induxerunt, & ingens extitit populi concurſus. Quidam in mare cum multis aliis, dum pugna cum Hollandis ſuprà nominatis committeretur, dilapſus erat: ſed quia nomen S. Nicanoris patroni, qui menſe illo ſortitione obtigerat, inuocauit, ſummo illo diſcrimine, quo ceteri abſorpti fuêre, ereptus eſt, & ad leucæ integræ ſpatium natando cum ſumma ſua admiratione tandem ad littus delatus.

Confitentium communicantiumque numerus hoc anno ſuperiores omnes ſuperauit. deuotioni enim veteri nouæ per calamitates faces ſubiectæ ſunt, liteſque multorum inter ſe conciliatæ. In quadrageſima autẽ maximè pietatis omnis ſtudia exarſere in patefaciendis creberrimè noxis, iiſdemque per verbera quotidiana aliaque deuotionis exercitia expiandis.

A ſceleratis pudicitia cuiuſdam feminæ nunc precibus nunc donorum largitione appetita fuerat, ſed cõfeſſionis communioniſque crebrioris armis communita omnem vim hoſtilem depulit. Sed non hic acquieuit hoſtis. Quodam die poſt ſacram Synaxim, in Eccleſia noſtra religioſè ſumptam, eandem in loco ſolitario aggreditur, & pugione in pectus eius defixo, necem comminatus eſt, niſi in ſcelus conſentiret. at illa conſtanter reſpondit, ſe malle morte occumbere, quàm Deum offendere. Denique cõtumeliis pugniſque malè excepta ſua caſtitate beluinum aduerſarii affectum expugnauit.

Alius, cogitatione omni de Deo ſaluteque ſua excluſa, multos annos in grauibus ſceleribus exegerat, ſpeciatim verò in infami quadam cupiditate ita cordis viſceribus infixa & firmata, vt Patrem noſtrum eum abducere à tam fœda conſuetudine conantem tantum non pro fatuo habuerit. ſic enim erat ſordibus perturbationum illarum animi inuolutus, vt inſtar ſuis volutabro immerſæ, nulla alia in re voluptatem quęrere videretur. Et tamen tandem homo obſtinatus rationibus & argumentis ceſſit, nec ſolùm à viſendo ſcorto ſe abſtinuit, verùm etiam omnem libidinem ita radicitus ex animo euulſit, ac ſi nullam vnquam eius notitiam habuiſſet. Confeſſione enim generali de anteactæ vitæ lapſibus facta, ſic mores correxit ſuos, vt omnes, qui eum antè cognorant, de ſubita illa vitæ mutatione non parũ obſtupeſcerent.

Cùm pyratæ Hollandici, de quibus ſuprá, in vrbe Manilana iudicum ſententia morti addicti eſſent, viſum eſt gubernatori eos

eos variis religioſis commendare, ſi fortè eiuratis erroribus Eccleſiæ ſanctæ reſtitui poſſent. Et placuit diuinæ bonitati, omnes, qui erant numero tredecim, reſtituere, vnum excipio Præfectum Admirantem, qui, vti pertinax hæreticus, ſtrangulatus eſt & in mare præcipitatus. Cæteri cum tanto criminum dolore S. Eccleſiæ Romanæ obedientiæ ſe ſubjecerunt, vt Patribus religioſis viſum ſit, eis porrigendam quoque ſacram Euchariſtiam. De quinque noſtræ Societati commendatis affirmare poſſum, eos magnæ ædificationi omnibus extitiſſe: nam & confeſſionem de totius vitæ peccatis & ſacram Synaxim cum multis lacrymis obierunt, atque ante illam publicè fidei Catholicæ Romanæ profeſſionem eiuratis hæreſibus ediderunt, parati in dicta fide viuere & mori. Poſt biduum denique roſariis ad collũ appenſis magna animi lætitia, quod morte ſua poſſent expiare delicta, ad ſupplicii locum proceſſerunt.

Non minor eſt occupatio noſtrorum his in locis cum Indis, atque cum aliis, tum quia eorum maior ad hanc Manilanam vrbem, quàm alibi, concurſus eſt, tum quia ardentiore affectu Societatis homines complectuntur. Nunquam ex iis deſiderantur qui operam dare confeſſioni velint, ſeniſque Sacerdotibus, ſi tot idiomatis gnari forent, ad omnes audiendos per totum annum opus foret. Sacram communionem magnopere affectant, & ſingularem ex ea fructum reportant. Omni hebdomade feria ſexta plurimi aduolant, vt cum reliquis diſciplinam faciant, pluresque venirent, ſi portæ ciuitatis quæ Indos dirimunt ab Hiſpanis ſub noctis crepuſculum non occluderentur. Certè quamplurimi non verentur etiam per anguſtum portarum foramen irrepere, ne ſalutarem illam pœnitentiam negligant. Sabbatho quoque accurrunt ad audiendum ſacrum Miſſę de beata Virgine, & Quadrageſimæ diebus ad audiendum concionem, idque tanto numero, vt Eccleſiam noſtram cæteroquin ſatis capacem totam compleant. Quando autem terræ motu ſubuerſa eſt, magno ſtudio vſque ad puerulos ipſos conuolarunt, vt operam ſuam exportandis lapidibus conferre poſſent. Iucundum erat ſpectaculum contueri illos formicarum inſtar inter rudera & parietem oberrantes, calceque & puluere feminas æque ac viros, iuuenes & ſenes reſperſos, dum ſportis in humeros ſublatis ruinas certatim ad expurgandam planitiem efferrent.

Sodalitas Parthenia, recens inducta inter indigenas, omnes alias mirificè accendit. Aliquoties epulum præbuêre pauperibus

tanta

tanta liberalitate, vt multa ſuperfuerint pro incarceratis & aliis egentibus. Poſt prandium peractum pauperum manibus aquæ laticem affundebant, eaſque exoſculabantur, ac denique pauperes ipſi nixi genibus Deum pro ſuis benefactoribus precabãtur. Aliàs iidem Indi Sodales ſe contulerunt ad Xenodochium Indorum, ibique ægris operam ſuam, componendis lectis & ſolo euerrendo, contulerunt; quod admiratione dignum eſt in hac gente, quæ abhorret à viſitatione Noſodochiorum. Sodales, quantumuis pauperes, tamen ordinarias eleemoſynas Eccleſiæ præſtant & egenis. Addicti ſunt orationi & ieiuniis, totas hebdomadas ſolo pane & aqua contenti. Recipiunt ſe libenter in ædes noſtras faciendæ cõfeſſionis vel commentationis ſpiritualis inſtituendæ cauſa, cum magno ipſorum fructu & ædificatione ſpirituali.

Chriſtiana quædam femina in ſeruitutem infidelium iamdudũ redacta in Inſulis Mindanao & Burnei, Mahumetanæ ſectæ deditis, nunquam à fide vera diuelli potuit, vel ad cultum idolorum induci, licèt multa eorum loca peragrarit.

Indus quidam, cum aliis nonnullis, de peccatis confeſſus, vt ſacram communionem percipere poſſet, affirmat ſe, quòd peccatorum quorundam circumſtantias reticuiſſet, per viſum conſpexiſſe eleganti ſpecie puerulum, ſibi quidem porrigentem ſacram Euchariſtiam; ſed cùm ipſe reſponderet, ſe eſſe magnum peccatorem, puerulum ſubjunxiſſe, verum eſt te communione dignum non eſſe, quia in confeſſione tua talem & talem circunſtantiam cælaſti. Quare euigilans ad ædes noſtras conceſſit, vniq; Patrum viſum patefecit, ac iterare confeſſionem poſtulauit.

Alius ſic aſſuefactus erat corporis diuerberationi, vt cùm die quodam iter faciendum eſſet cum certo agmine militum, nocturnis horis ab eo ſe abſtraxerit, ne ſanctum hoc exercitium prætermitteret. Id cùm peditum dux nocte obiens vigilias clàm animaduertiſſet, arbitratus eum mali aliquid meditari, ſilentio inſecutus eſt, ac tandem vidit eum ſubire cuiuſdam Eccleſiæ cæmiterium, fuſiſq; ad Deum flexo vtroque poplite orationibus in ſuum tergum acriter deſæuire. Finita diuerberatione propiùs acceſſit, & cernens eſſe Indum, multo ampliùs ædificatus eſt. Cumque ab eo percontaretur, vnde oriundus eſſet, reſpondit ex vico Manilano, ſeque ſolitum confiteri noſtris. Miratus Capitaneus tyronem in Chriſtiana religione tantam ſuæ ſalutis gerere curam, pecunia donatum ad ſuos redire juſſit, ne conſuetudine militum peruerteretur.

Sacerdos quidam fratre comite quaſi in miſſionem ad villas
quaſdam

quaſdam Seilanas amandatus eſt, quæ parochis deſtitutæ inſtitutione indigebant. Cumque eò conceſſiſſent graſſante peſte, illos non ſolùm Sacramentorum confeſſionis, & ſacræ Synaxeos, ſed etiam victus, qui in ædibus noſtris parabatur, adminiſtratione liberaliter juuerunt.

In alia miſſione, à Collegii Rectore alteroque Sacerdote inſtituta, ingens conſtitit laboris fructus in confeſsionibus audiendis, in ſopiendis diſſidentium controuerſiis, in reuocandis ad meliorem vitam peruerſis. Baptiſmi ſacramēto initiati vigintiquinque adulti, à cœco quodam doctrina Chriſtiana imbuti. Is licèt oculorum vſu deſtitutus, tantam tamen gerit Catechumenorum curam, vt ſi vel vnus è numero quantumuis magno deſit, certiorem reddat continuò Patrem. Quod hoc pluris facimus, quo is, qui quondam numeratus eſt inter Catalonos, hoc eſt, idolorum ſacrificulos, nunc poſt conuerſionem factus ſit Chriſtianæ diſciplinæ inſtitutor.

## RESIDENTIA ANTIPOLANA.

IN hac ordinariè verſati ſunt terni ſacerdotes, in meſſe trium millium Chriſtianorum. Baptizarunt hoc anno pluſquā quingentos. Experti ſumus in hac gente religionem magnam & rarum pietatis ſenſum in frequentandis ſacramentis, obeundis ſupplicationibus, & diſciplinis vſurpandis, aliiſque operibus bonis exercendis, ac denique in omnibus magna facta eſt morum commutatio.

P. Viſitator fundamenta jecit domus hoſpitalis, quæ magni eſt momenti. Quo die ad faſtigium perducta eſt, poſt ſacrum ſolemne & concionem, P. Viſitator primus cæpit inſeruire pauperibus ibidem congregatis, aquam manibus eorum affundendo, eaſque flexis genibus oſculando, quod exemplum viri primarii, qui præſtò erant, omnes ſunt ſecuti. Vnde in morem inductum eſt, vt in dies ſingulos quatuor Confraternitatis ad huiuſmodi opera pietatis inſtitutæ Sodales eis victum apponant. Atque idem faciunt mulieres cum ſui ſexus infirmis.

Initia quoque data ſunt Seminario puerorum, in quo in omni virtute boniſque moribus à prima ætatula educentur, ſecundùm leges Chriſtianas, eorum capacitati conſentaneas. Quæ res non ſolùm neceſſaria eſt ad capeſſendam veram doctrinam, & corrigendos Indorum mores, ſed etiam facilis & ſuauis. Suſtentantur omnes oriza à parentibus ſubminiſtrata, aliiſque eleemoſynis.

ſynis. Occupationes eorum ſunt artem legendi litteraſque formandi addiſcere, aliáque pręſtare quæ puerilibus annis conueniunt.

Inductus erat alicubi vſus toto anno cantandi in honorem Deiparę Virginis canticum Salue Regina, & feria ſexta Quadrageſimę poſt lectionem ſpiritualem faciendi diſciplinam in Eccleſia. Cùm igitur Indi quidam, more in calidis regionibus conſueto, in flumine ſe abluentes exaudirent campana ſignum dari, ad Salue & diſciplinam mox ſe amictu reſumpto in viam dederunt. Vnus ſolus reſtitit, & irridens ſocios idiomate ſuo dixit: Acoi Ouian. id eſt: Afferte mihi inde aliquid: quę formula eſt apud ipſos irridendi. Digreſſis aliis, ecce ſolum crocodilus (quod animal in his regionibus eſt admodũ ferox, & carnis humanę percupidum) inuadit & interimit, antequam illi ſubſidium corporale vel ſpirituale ſuppeditari poſſet. Id verò admiratione non parua dignum fuit, cùm bellua hæc admodum vorax ſit, homineſque occiſos vel totos deuoret, vel pedem aut manum ſaltem auellat, hunc tamen integrum & illæſum reliquerit, quod Indi attribuere virtuti decantati cantici Salue & factæ diſciplinę.

## RESIDENTIA DE ZEBV.

HÆc reſidentia eſt in prouincia appellata Pintados, in qua major noſtrorum pars degit, & Indorum ſaluti operam nauant, quanquam ordinariè non agant ibi niſi tres Sacerdotes & quatuor fratres. Locus eſt valde opportunus, quia huc recurrunt omnes reliquę reſidentię. Miniſteria Societatis cum magno fructu ciuitatis exercentur. Ludus puerilis apertus eſt, & lingua Latina traditur. Anno proximè elapſo Reuerendiſſimus Epiſcopus, officiales, &, alii primarii viri litteris ad Majeſtatẽ Catholicam datis expoſuerunt, quanto cum fructu ſpiritali noſtri in illis locis inter Hiſpanos ęquè ac Indos ſua miniſteria exerceant, ſimulque enixè rogarunt, vt annuo aliquo prouentu reſidentiam illam ſtabilire dignaretur, quo diutius noſtrorum laboribus frui poſſent.

Optimus antiſtes ille, cùm pedes, licèt ſexagenarius, diœceſim ſuam luſtraret, diuertit in ędes noſtras, ac nobiſcum ea ſubmiſſione animi & familiaritate vixit, ac ſi vnus de noſtris eſſet. Viſitatione Diœceſis abſoluta dicebat, ſe magnopere in ea admiratũ feminarum modeſtiam & pietatem, rumore enim & ſermonibus hominum iamdudum contrariam famam percrebuiſſe: addebat

addebat ſe in tota noua Hiſpania nihil deprehendiſſe ſimile. Ac conuerſus ad noſtros, ſubjiciebat eos ſua ſorte meritò debere eſſe contentos, quòd in his locis verbum Dei diſſeminandi prouinciam ſuſcepiſſent, exiſtimare enim ſe eos verſari in parte mundi optima ac Deo gratiſſima, ex qua laborum ſuorum fructum colligere poſſint ampliſſimum.

In ædibus noſtris hoc anno principium datum eſt diſciplinæ, magno pœnitentium numero & populi deuotione. Conciones item habitæ, cum Chriſtiana Catecheſi ad militum cuſtodias, fructu ſingulari.

Acceſſerat Pater quidam ęgrotum Indum iam loquendi facultate deſtitutum, nec tamē confeſſum, vt eum ad piè moriendum hortaretur. Monet itaque vt conetur ſaltem nomen IESVS pronuntiare. Obſequitur æger, obſcurè enuntiant, ſic tamen vt vix exaudiri poſſet. Pergit pater inſtare, vt clariùs proferat. Profert modico conatu clariſſimè: integre confitetur, & poſtera luce incolumis è lecto exilit.

P. Michaël Gomez ad gentem quandam longiùs diſſitā profectus cum primis operam dedit, vt expiſcaretur eorum nomina, qui nondum ſacris baptiſmi aquis abluti eſſent: & adducti ad eū ſunt ſexaginta, præter nonnullos alios, qui vocantur Viſai: quibus omnibus, cùm ſatis idolorum vanitatem Chriſtianorumque dogmatum veritatem demonſtraſſet, impertiit baptiſmum cum tanta ipſorum, licèt ſenes eſſent, conſolatione, vt omnes obſtupeſcerent. Sed necdum diluxerat, cùm ecce aliquot alii & ætate longè prouecti viri & mulieres operiuntur ad domus noſtræ ianuam, vt eodem ſacramento initientur. Initiati autem ſunt ſexaginta cum ſenis infantibus, è quibus primarius loci, qui ſexageſimum vitæ annum iam exceſſerat.

## RESIDENTIA BOHOLANA.

HÆc reſidentia ſuperiori Zebuanæ ſubjecta eſt. Fructum ex ea collectum P. V. ex epiſtola P. Valerii Ledeſmæ hîc ſubiecta cognoſcet. Ex mandato, inquit, R. T. Inſulam Bohol inuiſi, ac primùm quidem operam dedi vt populum vndique diſperſum in vnum cogerem locum. Multa pacis media ſuggeſſi, rationes efficaces propoſui, ac tādē effeci, vt mille homines, quorū magna pars inter arma erat educata, deſertis mōtib⁹, è quibus extrahi antè nō poterant, confluerent Conati ſumus & plures montium incolas feritate barbaros, qui nullū mortalium

præter

præter Patres noſtros vnquam conſpexerant, omnibus humanitatis officiis blanditiiſque eorum naturæ conſentaneis elicere, & impetrauimus. Sedes eis aſſignauimus iuxta flumen, vbi iam Eccleſiam exædificarunt, ad quam Dominicis diebus conueniant. Baptizauimus viginti ſupra centum eorum filiolos, eoq; ampliùs; adultiores non ſolùm iam feritatem omnem depoſuerunt, verũ etiam magno ardore baptiſmum efflagitant, cantillant, & noctu diuque doctrinam Chriſtianam recitant.

Die ſanctæ Annæ, cui Eccleſia dedicata eſt, ſacro, conuerſione cuiuſdam primarii ſenis, qui cenſetur quaſi Pater omnium, initium datum eſt conuerſioni cæterorum. Hic enim flexis genibus à me infimis precibus poſtulauit ſibi dari copiam ſancti lauacri. quo exemplo tantopere confirmati ſunt in propoſito, qui iam ad baptiſmum erant parati, aliique de nouo incitati ſunt ad eum petendum, vt plures quàm centum, alius poſt alium, ſupplices baptiſmum poſtularent. In Viſaia adultos octoginta-nouem vna vice baptizaui, & paucis pòſt diebus 94, partim pueros partim adultos, & alio die reliquos omnes loci indigenas. Hinc digreſſo, poſt montem vnum ſuperatum, Dominus pro lucro ſpirituali obtulit viginti-nouem puerulos, qui Angelorum ſpeciem referre videbantur, & aquis piacularibus in nomine ſanctæ Trinitatis eos aſperſimus, vnà cum tribus adultis, quos mecum duxeram, vt ſacrificium Miſſæ audirent, verboque & exemplo accuratiùs in fide Chriſtiana inſtruerentur. Longiùs deinde progreſſi venimus ad viculum quendam, in quo indigenę commodam quandam Eccleſiam in noſtrum aduentum, denorum cubitorum ſpacio porrectam, excitârant. Hîc rete noſtrum, vel potiùs Chriſti, expandere cæpimus, & attraximus quicquid ibi piſcium erat: nam præcipui quique viri & mulieres, ſenes & iuuenes, parui & magni ad pedes Chriſti Ieſu ſe abjecêre, agnoſcentes eum verum Deum, & baptiſmi myſterio ei per fidem conjungi ardenter exoptantes. Atque hîc cognoſcere cœpi beneficium a Deo mihi præſtitum, quòd me ex Hiſpania in has horas euocarit. potuit enim vel hoc vnum euocare exemplum. Prima igitur vice baptiſmi ſacris laticibus cẽtena capita tinximus, altera verò reliquos omnes, nullo excepto.

Cùm aliquando homini agreſti & barbaro ſummam paradiſi gloriam diráſque inferni pœnas exponerem, reſpondit, haud ſecus ac ſi à dæmone eſſet obſeſſus, ſe malle ad infernum quàm ad paradiſum concedere. Et quia erat vnus è præcipuis illius loci incolis, plurimos in eandẽ obſtinati animi ſententiam pertraxerat.

Ego

Ego verò non dubitaui iteratò aggredi abſurdum hominem, & atrocitatem æternitatemque tormentorũ magna verborum vehementia ei inculcaui, ſed reſpondit, ſibi certum, eò potiùs poſt hanc vitam migrandum, quò ſui parentes, aui, ceterique maiores perueniſſent, quàm aliò. Tum ego ſubiunxi, probaret ſaltem vim ignis, ille verò manibus ſuis æquè ac cor induratis non dubitauit prunas accenſas è foculo arripere. Verùm paucis pòſt diebus, mẽte diuinitus mutata, excurrens in campos & agros, omnes ſuos ciues conuocatos tanto ſtudio impulit, vt Chriſtiana ſacra ſuſciperent, vt parem inter Viſainos non habuerit.

In alia epiſtola, ad P. Viſitatorem ab eodem datã, idem P. Valerius ſcribit, ſibi ab alio quodam Patre ſcriptum, ipſum pluſquam 400 capita in Lobo & Dita, maximè infantium, ſanctiſſimis aquis perfudiſſe: ita vt trium menſium interuallo pluſquam mille eodẽ ſacramento initiati ſint, & innumerabiles alii ſuperſint eodẽ deſiderio flagrantes. Quare aiunt noſtri iam tempus pro illa Inſula iuuanda aduenisse, & operarios cupidè præſtolantur.

At clariùs iſtarum miſſionum in Bohol fructum perſpiciet V. P. ex litteris P. Gabrielis Sancez, & P. Chriſtophori Ximenez, illi miſſioni deſtinatorum. In vnis Octobri menſe datis ita ſcribit P. Gabriel: Dominus noſter noſtris conatibus laboribuſque ſingulariter benedixit. Nam poſtquam gentilium greges in vnum locum conuenêre, tam ſeriò, omni fictione excluſa, ad Deum conuerſi ſunt, vt aliud affirmare nequeam, quàm Dominum eorum conditorem & redemptorem illos peculiari quodam beneficio vocationis voluiſſe in ſuum gregem adſciſcere, ſiquidem intra binos menſes bis mille mortales ſe Chriſti legibus & inſtitutis, ſuſcepto baptiſmo, ſubdiderunt. Meaque opinio eſt, ſi præſtò ſint aliqui Patres, totam Inſulam breui iugum Chriſti complexuram. Dici non poteſt, qua voluptate ſpirituali afficiar, dum video homines pænè ſilueſtres è montibus erumpentes ſupplices baptiſmi poſtulare gratiam: pueros verò ipſorum, angelis perſimiles, neſcio à quo edoctos, iam Chriſtianam reſonare doctrinam. Certè proximis ſuperioribus diebus me adiit quidam Catecheſeos non ignarus, quem à decennio non videram, ac magna contentione petiit, ne ſibi negarem baptiſmum. Veniunt & Cataloni, vel Idolorum ſacrifici, totque argumentis declarant ſe ex animo deſiderare baptiſmum, vt neceſſe fuerit eorum votis facere ſatis. Verè mi pater, ſolatiis affluo, gaudio exulto, nec in hac terra aliud mihi propoſitum eſt, quàm Domino Deo toto pectore inſeruire, optareque vt omnes ad ſuam diuinam maieſtatem conuertantur. Do-

minico die in Eccleſia, vt alias, numerata ſunt capita ſeptingenta. Si R. T. ante occaſum ſolis cerneret centenos pueros puellaſque montanas recens Chriſto aggregatas ad ripam fluminis proceſſionis forma collaudantes Deum, & doctrinam Chriſtianam concinentes, non poſſet non præ gaudio colliqueſcere in lacrymas. Paucis antè diebus in Dita quingenti ſacro baptiſmo ſunt luſtrati. Itaque in toto tractu Boholano facilè nunc numeramus ter mille Chriſtianos. Initio tantùm erant octingenti, nunc acceſſu nouæ benedictionis Dominicæ per baptiſmum acceſſere bis mille trecenti.

De alia breui miſſione, à quodam Sacerdote facta, ſcribit idem Pater hæc: Deus hanc gentem Tobigon tot cæleſtibus ornat & locupletat donis, vt non audeam hinc diſcedere, & proſperrimi ſucceſſus filum abrumpere. Eccleſia conferta eſt hominibus matutinis horis & veſpertinis; nullus de victu ſolicitus eſt, licèt indigeant, aut longè adferre debeant. Omnis eorũ cura eſt, vt Chriſtiani ſint, & baptiſmo initientur. His quindecim diebus, quibus rudimentis Chriſtianæ fidei eos inſtruximus, baptizati ſunt quinquaginta adulti ſupra ducentos. Superſunt autem Catechumeni 40, nam reliqui baptizabuntur poſt reditum.

Senex quidam primarius & honoratus, hactenus obſtinatus, tandem indicauit mihi ſe paratum ſubmittere caput baptiſmo. Canus totus eſt & decrepitus, vt vix vocem in verba conformare poſſit. Et cùm ipſe ad Eccleſiam venire nequeat, eius ædes adire cogor. Baptizabo eum cum alio quodam ætate prouecto quamprimum; videtur enim mihi non exiguum prædeſtinationis argumentum, vtrumque tam diu expectaſſe, & nunc primũ tanto ardere baptiſmi deſiderio.

De alia quadam miſſione ſcribit P. Gabriel Sancez, Archidiaconum Zebuanum, & beneficiatum in Tana, profectum in Boholanam inſulam XII. leucis diſtantem, vt a Superiore noſtro Patrem aliquem impetraret idiomatis peritum, qui ſuæ genti Euangelium annunciaret. Miſſus eſt P. Gabriel, qui vno mēſe quadringentas audiuit exomologeſes, & multis ſacrum Domini corpus porrexit: Baptizauit quoque 80. puerulos & nonnullos grandiuſculos. Inductus eſt ibi mos doctrinam Chriſtianam in viis publicis per pueros ordine compoſitos cantandi; quod idem fit in Eccleſia cum tanta populi voluptate, vt etiam præcipui è gente parum honorificum ſibi exiſtiment, ſi non in eadem doctrina nōnunquam examinentur.

Coniux præfecti loci Inda lecto affixa, quadam nocte tam grauiter

niter laborare cœpit, vt omni loquendi facultate fuerit deſtituta. Vocatur è Societate Pater, qui eam omnis iam ſenſus expertem repperit. Et quoniam de peccatis confeſſa non erat, licèt expetiuiſſet, Pater ſacrum Euangelium recitare cœpit, & aqua benedictâ eam aſpergere, quo facto mox ſe colligens pronunciato nomine IESV, dixit: Miſerere mei, & in multorum præſentia poſtulauit confiteri, deinde non elapſa quartæ horæ parte ita integra & incolumis de lecto ſurrexit, vt Pater noluerit ei aurem præbere, ſed iuſſit poſtera luce eam cõfitendi cauſa prodire in Eccleſiam, quod & factum eſt.

Idem eidem Patri contigit cum duobus aliis infirmis, quos recitatione Euangelii & luſtralis aquæ aſperſione reſtituit & ſenſibus & incolumitati, ſic vt poſſent peccata confiteri.

Denique diuerſis diebus ad pueros duos morti proximos, & loquendi vi priuatos, profectus eodem antidoto Euangelii & ſacræ aquæ priſtinæ ſanitati ita ambos reſtituit, vt etiam alter repentè è ſtrato excuſſus ad ſolitos ludos pueriles redierit.

Confeſſionis audiendæ cauſa idem & ad alium ſe contulit à villa leucæ vnius & dimidiatæ interuallo diſtantem, cui ex infirmitate corpus tam erat debilitatum & fractum, vt attingi non poſſet, nec ex vno látere in aliud conuerti. Audita eius confeſſione recitatoque Euangelio diſceſſit feria hebdomadæ ſexta. Dominica inſequenti, cùm Pater ſciſcitaretur, vt ſe infirmus haberet, reſponſum eſt, eſſe ſanitati reſtitutum, ac ad inſulam quandam profectum, vt venatione ad victum neceſſaria compararet.

NOCTE quadam cùm Domini cuiuſdam principalis filiæ Chriſtianæ legis capita decantaſſent, coniectis è xiſto quodam in cælum oculis conſpexêre crucifixum, aſpera quidem ſed pulchra in capite inſignitum coronâ, toto autem corpore & pectore, Solis inſtar fulgentem, & cælum aſcendentem, donec ad orbem Lunæ perueniſſet. Quò vt peruenit, euanuit. Viſio hæc tantum lætitiæ conciliauit ſpectatoribus, quantum mœroris attulit abſentia. Pater quidam iuſſit totam rem in Eccleſia coram multis, ab illis ipſis qui viderant, commemorari: licèt vt erat gens illa ſimplex & verecunda magno pudore & metu affecta fuerit in narratione. Poſtea cognitum eſt in alio loco duabus leucis diſiuncto eundem crucifixum apparuiſſe. Quod

viſum eo pluris æſtimari debet, quòd euenerit hominibus virtute præſtantibus, & in priſtina ſanctè viuendi conſuetudine perſeuerantibus.

## RESIDENTIA SAMARENSIS.

Voniam huius Inſulæ indigenæ ſparſi ſunt ſecundùm ſinum & tractum maris, neceſſe fuit ſex è Patribus maiore anni parte ad excolendam illam cum fructu, quantus ex talibus miſſionibus expectari poteſt, amandare. Ex literis autem noſtrorum cognouimus, gentem huius Inſulæ maritimam cæpiſſe nomen dare Chriſtianæ religioni, ac præcipuos quoſque iam eſſe baptiſmate ſacro expiatos. Reſidentiæ huic incumbunt viſenda quatuordecim loca. Hoc anno ſexcenti octoginta ſupra ter mille homines, & maximam partem adulti, Chriſti ſponſæ per ſacrum lauacrum adiuncti ſunt. In quadam exigua Inſula, quæ à biennio viſitata non fuerat, tanto deſiderio duo è noſtris in miſſionem eò ablegati à tota gente excepti ſunt, vt inde à maris ora vſque ad loci Eccleſiam omnes vias exornarint virentibus ramis, deinde à puerorũ puellarũq; cœtu doctrinã Chriſtianã feſtis vocibus occinente ritu proceſſionis in Eccleſiam deducti. Et cùm noſtri expoſcerent nomina in ſchedam conjici eorum, qui baptiſmi ſuſcipiendi cupiditate tenerentur: reſponderunt, nihil opus eſſe ſcheda, omnes velle fieri Chriſtianos. Senes, qui cæteroquin ſolent cæteris eſſe obſtinatiores, ægreque Chriſtianam doctrinam addiſcunt, non aliam rationem poſtulati à ſe baptiſmi afferebãt, quàm quòd ſenectus parum diuturnam illis vitam promitteret. Itaque omnes diuina gratia filii Dei facti ſunt, & vitæ æternæ hæredes.

Horum Chriſto aggregatorum fama mox permotæ ſunt & aliæ inſulæ ad expetendum Patres noſtros: in quarum vna intra dies quindecim deſertis infidelitatis tenebris lucem Euangelicam aſpexere per baptiſmum centum ſexaginta adulti, & quinque pueruli, cum vna anu centum triginta annorum, iam cæca, & ſurdaſtra, imò immota; quocunque enim deportabatur, manebat inſtar ſaxi immobilis. Aliis in locis deinde baptizati ſunt adulti quingenti, & duo infantes. Alia rurſum miſſione, triũ mẽſium interuallo, baptizati ſunt triginta ſeptem ſupra octingentos, ac concubinæ plurimis ereptæ. Sed & aliis in locis alii multi eiſdem aquis tincti ſunt, omneſque numerũ in vniuerſum conficiũt trium millium ſexcentorum octoginta capitum.

RESI-

## RESIDENTIA DVLACENSIS.

MAximus extitit inſtitutionis Chriſtianæ fructus apud Dulacenſes à ſeptem hominibus Societatis ibi traditæ. Fundamenta puerilis Seminarii iacta ſunt. Triginta in eo bonis moribus & ſolidis virtutibus imbuuntur, operamque ſuam noſtris locant in Catecheſi exponẽda rudioribus & plebæis, idque ſucceſſu felici. Quocunque enim noſtri veniunt, vbi illi induſtriam ſuam probarunt, omnes bene comparatos ad baptiſmũ complectendum inueniunt.

Ad veteres Chriſtianos, alioſque adultos ſapientiores, familiares habentur ſermones de vita Chriſti Domini & Sanctorum, de modo fructuoſè communicandi, & notabilis apparet fructus. Propter hæc pia exercitia, probitatemque vitæ, religio Chriſtiana ordinariè in tanto pretio eſt, vt pauci reſtent, qui non cupiant illi per baptiſmum initiari. In aduentu & natalitiis feriis pluſquam ſeptingentos homines baptizauimus. Ab anno verò ſuperiore vſque ad præſentem, viginti ſupra duo millia, eoque plures.

Reſidentiæ huic annexa eſt præter alias cura duarum ditionum grandium & populoſarum, quæ ſuam virtutem probant maximè in honeſtate morum & obedientia. Scribitur, feriis natalitiis in altera illarum octingentos infideles fidei Chriſtianæ ſubſcripſiſſe, fideles verò in frequentatione Sacramentorum Confeſſionis & communionis nihil cedere Hiſpaniæ.

Repertus eſt in viculo quodam ſenex ſolitariam quaſi vitam agens, cumque Pater noſter ab eo percontaretur, quam viuendi rationem teneret, ita prudenter reſpondit, vt Pater magnopere admiraretur. Inter cetera dixit, ſe quamuis corpore degeret in terra, mente tamen verſari in cœlo. Somnia nocturna nulla ei erant, niſi de altera vita, cernebatque beatos ingenti ſplendore circumfuſos, ac præ cæteris vnum qui omnibus antecellebat. Cumque Pater illi ſpectandam præberet effigiem iudicii extremi, in qua etiam expreſſa erat paradiſi gloria, ſciſcitabatur, an ſomnia eius cũ hac imagine vitæ beatæ conſentirent. Reſpondit ſenex admirabundus: Hoc, & non aliud vidiſſem mi Pater? multo plus, multo plus. Obſtupuit Pater tantũ opum ſpiritaliũ theſaurũ in hoc homine depoſitũ. aiebat enim deinceps ſuam commentationem, occupationemque nõ aliam fore quàm de Iesv & Maria, donec cum hac vita commutaret æternam.

Duo è noſtris, cùm fortè in vile & ruſticanum tugurium inci-diſſent, inuenere ſenem octogenario majorem in arundinibus quibuſdam decumbentem, & omnibus ſenſibus deſtitutum, to-toque corpore ſic exhauſtum, vt pellis vix oſſibus hęreret, viua mortis imago. Miſerti hominis noſtri Deum precati ſunt, vt mi-ſericordiam ſuam homini pauperrimo non denegaret. Paulo pòſt colligens ſe moribundus reuixit, magnaque voluptate baptiſmũ recepit. Quo recepto rurſum ſenſibus deſtitutus, inuocato ſuaui-ter nomine IESV & MARIÆ animam Deo reddidit.

Certiores redditi ægrum quendam grauiter decumbere in ex-tremis ditionis finibus, etſi non parum ab itinere deterreremur noctis tenebris & ſerpentium copia, ac grandis quoque fluminis crocodilis pleni tranſmiſſione, tamen tanti hæc nobis non fue-runt, ac pretium vnius animæ ſanguine Ieſu Chriſti redemptæ. Eò itaque conceſſit vnus Pater, vnaque medicina in nomine Ieſu ægrum ſanauit. Verùm, quod magis admiratione dignum eſt, in reditu Pater in aliam infirmam incidit, quæ etſi periculosè non videretur laborare, tamen ſimulatque baptiſmum accepit, ad me-liorem vitam commigrauit.

Cùm duo è noſtris iter facerent per ſolum arenoſum ſub me-ridiem nimio æſtu ſolis toſti, & ab omni cibi vel potus commea-tu deſerti, vbi Domino Deo hanc ſuam afflictionem commédaſ-ſent, ecce improuiſo & tempore alieniſſimo ſe homo quidam hu-mi in ſabulo ſedens, & quod ad mores attinet perhumanus & mo-deſtus ſe offert. Prabet haud grauatè famelicis & ſitibundis recé-tes è caniſtro fructus. Quos cùm libenter acciperent, non ſolùm magnam inde capiebat voluptatem, ſed etiam ſingulari quodam affectu inuitabat, vt iis veſcerentur, quandoquidem eſſent ipſo-rum. Hoc communiti prandiolo progreſſi ſunt, quod alioquin ægre potuiſſent, longiùs, Deoque imméſas egerunt gratias, quòd in tanta neceſſitate ipſis ſubueniſſet. Poſtea perpendentes omnes huius facti circumſtantias, vt loci, in quo homo repertus eſt cum fructibus: nunquam enim vllus Indus in tanto ſolis ardore ſolus conſueuit ſe in viam dare; deinde, quòd licèt ignotis, tanta hu-manitate & liberalitate fructus illos communicaſſet, prorſus in eam perſuaſionem venerunt, fuiſſe Angelum Dei. Certè argu-mentum ſaltem fuit ſingularis Dei prouidentiæ, fideque dignum eſt, Deum hoc modo bonitatem ſuam illis demonſtrare voluiſſe ideo, quòd dicti duo Patres in loco quodam, vnde illo die digreſ-ſi erant, cum ingenti fructu ſpirituali operam ſuam locaſſent.

RESI-

## RESIDENTIA ALANGALANA.

IN hac Reſidentia vineę Domini excolendæ operam ſuam impenderunt Sacerdotes quatuor & terni fratres. Pedibus iter fecerunt per flumina, ſtagna, & paludes, aqua crebrò ad vmbilicum vſque profunda, & ardente Sole. Sed quia labor ex amore Dei profectus eſt, Deus per immenſam ſuam benignitatem eos ſuo ſolatio in ſummis periculis deſtituit nunquam. Scribunt ab anno proximè exacto in præſentem vſque plures quadringentis ſupra mille ſacrum regenerationis lauacrum ſuſcepiſſe. Aſſiduè diuinis officiis interſunt, quæ in hac reſidentia ſolenniori apparatu, quam alibi, celebrantur, ob trium Sacellorum Indicorum commoditatem, quæ longè ſuperant Hiſpanica. Solent cantare Salue Regina, in honorem D. Virginis, & per Quadrageſimam Pſalmum Miſerere pro facienda diſciplina.

Miſſiones plures ad loca varia inſtitutæ, cum multiplici prouentu baptiſmatum, aliorumque fructuum ſpiritualium. Nonnulla percenſebo. Cùm Pater in quadam ditiuncula degeret, Indus quidam manibus pedibuſque mutilus nauigio, idq; ſolus ad Patrem, cum omnium admiratione, Deo ſcilicet & Angelo custode nauem impellente, rectà contendit, & baptiſmi copiam ſibi fieri expetiuit. Petitionis autem huius auctorem ſibi fuiſſe Hiſpanum quendam affirmabat, dicentem omnes ad infernum detrudendos, qui Chriſtianam legem complexi non fuiſſent.

Scholarum fructus extitit maximus. nā ſcholaſtici ſinguli magiſtri facti ſunt in ædibus paternis omnium domeſticorum; bonoque vitæ exemplo etiam alios ad amplectendam veram doctrinam inuitant.

Puer Eccleſiæ cantor, cùm ab Hiſpano quodam ſolicitaretur ad deſignandum facinus parum honeſtum, reſpondit: Domine, probè noui, quo remedio tētationem illam tuam pellere debeas. Recitemus vnà Roſarium in honorem Beatiſſ. Virginis MARIÆ, ac extemplo omnes prauæ cogitationes in fumum euaneſcent. Sic à recenti Chriſtiano inſtitutus eſt is, qui iure aliorum debebat eſſe magiſter & doctor.

In Inſula Leita anno præterito numerata ſunt, ſupra quingentos, viginti nouem mortalium millia, & noſtrorum tantùm ſacerdotum inſtitutione, qui ſunt ſex, vtuntur. Quorum manibus ſanctiſsima baptiſmi lympha in hac aliiſque Inſulis anni curriculo perfuſa ſunt decies millena & nongenta minimum capita. Atq;

hic breuiter eſt huius Vice-prouinciȩ fructus.

Reſtat tantùm, vt P. T. oculos conjiciens in hanc nouam plãtulam, tanta terrarum intercapedine Roma diſiunctam; & in extremis orbis partibus ſitam, (ſicut & in gubernatione Societatis vltimum ſortita eſt locum) illi omnem beneuolentiam & fauorem oſtendat, ſubmiſſis aliquot operariis cum his verbis: Iſai. 18. *Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam & dilaceratam, ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius.* vt lucem aliquam ſua prædicatione Euangelica his tenebris inferant, & omnes ſupplices verum Deum mundi conditorem adorent & venerentur.

Hos theſauros offert P.V. Philippinarum India, confiditque ſe diuina opitulante gratia & benedictione veſtra majores oblaturum. Quod ſupereſt, Dominus noſter P.V. incolumitatem, in Eccleſiȩ totius vtilitatem & Societatis incrementum, multos annos tueatur & conſeruet.

P. V.

*Filius, & in Chriſto ſeruus,*

FRANCISCVS VAEZ.

FINIS.

# INDEX RERVM ET VERBORVM COPIOSISSIMVS

## TOMI SECVNDI.

A.

ABaſsini cum baptiſmo coniungunt circunciſionem 802.

Abrahamus Maronita à Turcis occiſus 800. 801.

Academia Bonziorum olim in vrbe Coia 628.

Academiæ in ſingulis ferè vrbibus Regni Sinenſis 891.

Acaſcicamon laudatur 567. 568.

Acceſsio magna ad Chriſti Eccleſiam facta tempore perſecutionis decem annorum 291.

Accipiter, qui alias aues occiderat, vt reipublicæ noxius, à valetudinario diſturbatur 715.

Adigar, id eſt præfectus 835.

Admiranda Regni Sinenſis 883.

Adminiſtratorum Iaponiæ in bello gerendo negligentia 546. 549.

Adoleſcens paganus poſt ſuſceptum baptiſmum ſtatim moritur 488.

Adoleſcens poſt ſuſceptum baptiſmum liberatur à conſuetudine Dæmonis, 404.

Adoleſcens qui ex naufragio euaſit, Chriſtianus factus eſt 425.

Adoleſcens ſibi ventrem ſecuit 286.

Adoleſcentula baptiſmo initiata conſtanter recuſauit nubere Mauro. 877.

Adoleſcentulæ Chriſtianæ conſtantia. 429.

Adoleſcentum Chriſtianorum conſtãtia 224.

Adoleſcentum conſtantia 258.

Adulteri pœna 415.

Aduruntur hominum cadauera aliquando apud Zinaloanos 949.

Adaucti meritò dicũtur duo Chriſtiani 338.

Ædificia omnia in Iaponia ligneæ conſtant materia 534.

Ægidius de la Matta ſecũdò Romam miſsus Iaponiæ procurator 855.

Ægidius della Matta procurator in itinere Romano extinctus 535.

Ægra aſperſa aqua benedicta poſtquam audiuiſſet recitari Euangelium ſanitati reſtituta 963.

Ægrorum in Indiam proficiſcentium cura Socio demandatur 658.

Ærumnæ quas ſuſtinuerunt Socii poſt victoriam Daiſuſamæ 552. 553. 554. 559. 560.

Æſtatem & hyemem promontorium Cori & montes Gatei dirimunt. 758.

Æſtus maris ſic rapidus, vt naues videantur volare 366.

Æthiopum in Chriſtianos naufragos crudelitas 666.

Ager omnis Sinenſis duobus fluminibus irrigari poteſt 886. 887.

Agni Dei ad expellendum Dæmonem virtus 422.

Agnum Dei magna cum pietate accepit Vniales Zamorini nepos 833.

*Agnus Dei auertit incendium tum à templo, tum à priuatis ædibus 511.*
*Agathæ Chriſtianæ feminæ virtus. 225.226.227.*
*Agra abeſt Laboro trecentis milliaribus 876.*
*Agri Chriſtianorum magno Dei beneficio vberrimos redaiderunt fructus 438.*
*Agricolæ apud Iaponios miſeri 436.*
*Aires Gonſalues de Miranda ter fuit in Iaponia 107.*
*Alexius Meneſius Goæ Archiepiſcopus inſtituit viſitare Chriſtianos à D. Thoma Apoſtolo propagatos. 786.*
*Aloyſius Iaponiæ Epiſcopus Nangaſachum appulit 497.*
*Alphabeto, literarumque indice & numero carent Sinenſes 931.*
*Alphonſi Paccecci magnus animus 645. martyrium 646.*
*Alphonſus martyr 647.*
*Altercatio plebeiorum apud Sinenſes quatuor pugnis vel aſperioribus verbis abſoluitur 922.*
*Aluarez ſocius laudatur 686.*
*Alumni amplius centum in Seminarium Nangaſachi 607.*
*Amacuſæ Domini inſignis probitas 505 506.*
*Amanguccini ciues obuiam Socio honoris cauſſa profecti 103.*
*Amangucců caput territorii quod paret Morindono 630.*
*Ambitus Regni Mogor 696.*
*Amicitiæ exemplum 29.*
*Amida primarius Iaponiorum Fatachus 449.*
*Amidæ cultores ſunt Iaponii 360.*
*Amnes magni numero vndecim per Regna Mogor decurrunt 696.*
*Animã hominis boni mortui Brachmanes putant ingredi vaccã 720.*
*Anchora loco vſi ſunt Naufragi 130. Regalibus Hiſpanicis 679.*
*Andreæ Rodriquez, cui pilæ ferreæ dẽtes fuerãt excuſſi, lepidũ dictũ 827.*
*Andreas Furradus de Mendoza belli dux 820.*
*Angamalenſem Archiepiſcopatũ Archiepiſcopus Goæ viſitauit 789. 790.*
*Angelus Sociis iter facientibus prandium dedit 966.*
*Animæ immortalitatem negat Iacuinus 299.*
*Animum hominis eſſe immortalem ignorant Sinenſes 926.*
*Annoſus ſenex mox poſt confeſſionem è viuis exceſſit 423.*
*Anoli Domini liberi 822.*
*Antonius à Coſta Socius olim belli dux 856.*
*Antonius Capralis Luſitanus Pro-Regis Indiæ ad Mogor legatus, ipſum mouit ad bene ſentiendum de Chriſtiana Religione 703.*
*Antonius Dalmeida ad intimos penè Sinæ receſſus penetrauit 902.*
*Antonius Franciſcus martyr 646.*
*Antonius Guedes Morales laudatur 791.*
*Antonius Monſerrate iecit Vlyſſiponæ fundamenta monaſterii ſanctæ Marthæ, & ſeptem annis in captiuitate apud Mauros vixit 857.*
*Anus callida à Taicoſama miſſa vt Quabacõdono cõſilia exploret 278.*
*Anus Chriſtiana à Peruanis occiſa 937.*
*Anus Inda centenaria poſtridie illius diei quo peccata ſua confeſſa fuerat ad meliorem vitam migrauit 936.*
*Anus in fide conſtans 507.*
*Anus pagana octogenaria poſt ſuſceptum baptiſmum ex vita abiit 423.*
*Apparatus ad bellum Coraianum deſcribitur 169. 170.*
*Apparatus ad excipiendos Regis Cinenſis legatos 346. 347. &c.*
*Aqua benedicta potus pellit morbos 181*

Aqua benedictæ virtus 414.
Aqua etiam ſublatis impedimentis ex vaſis non effluit 415.
Archiepiſcopi Goæ de Sociis iudicium 791.
Arcus foſſas fodiunt hominum ſexaginta millia 86.
Ardor Chriſtianorũ in iis quæ ad Deũ colendum ſpectant 238.239.
Augenſes propter cæli mutationem interierunt 745.746.
Argenti venæ in Iaponia 550.
Arimandoni ſponſa baptiſmo initiatur 531.
Arma non ferunt Sinenſes ſi milites non ſint 894.921.
Armenus vxoris mortuæ neptẽ in matrimonium accipere voluit 871.
Arrogantia Regis Cinæ 344.
Articuli Trinitatis & incarnationis difficiles ſunt Regi Mogor ad credẽdum 706.
Artifices eiuſdẽ opificij in ſingulis vrbibus Sinenſium ſimul habitant 887.
Arx in monte cuius ambitus complectitur quindecim millia paſſuum 812.
Arx Naichi inexpugnabilis 751.
Aſonodangius & Gibuncſcius inter ſe diſcordant 518.519.
Aſonodangius quintus Imperii Iaponienſis gubernator 499.
Aſonodangus falſò accuſatus à morte liber euaſit 357.358.
Athei ſunt Sinenſes, maximè verò literati 926.
Athei ſunt Sinenſes propè omnes 914.
Aucupium in quo capta ſunt triginta millia auium 172.
Aues ægræ ſanantur in Valetudinario publico 714.715.
Aues cum plumis conditæ diu in Iaponia ſeruantur 172.
Auguriis reguntur Bottanti 695.
Auguſtini fides laudatur 520.521.
Auguſtini hoſtis Aſonodangius 519.
Auguſtini prudens factum 248.
Auguſtini Tzunocamidono mors deſcribitur 577.578.579.
Auguſtino iraſcitur Taico 380.
Auguſtinum honore afficit Cinarum Rex 378.
Auguſtinus à Quabacondono laudatur 174.175.
Auguſtinus Chriſtianorum omniũ in Iaponia princeps, captus à Daifuſama 549.551.
Auguſtinus Cuno Camidono Chriſtianorũ in Iaponia princeps 387.
Auguſtinus ex bello Coraiano rediens priùs animum curauit, quàm domũ ſe recepit 529.
Auguſtinus laudatur 530.581.582.
Auguſtinus Taico gratiſſimus 3̇4.
Auguſtinus vrbe regia Corai potitur 175.
Aurea camera portatilis rotis innixa 90.
Aureos mille obtulerat B. P. Xauerius at fruſtra vt in littus Cantonenſis ditionis exponeretur 902.
Aurifex Chriſtianus in Iaponiorum diſciplina ſcientiſſimus 625.
Aurium ſiniſtrarum particulæ martyribus abſcinduntur 319.

B.

Babanſa ciuis Cambaianus Sociorum amicus 715.
Baburxa auus Echebar 696.
Bada eſt crudeliſſima fera 667.
Baptiſmi efficacitas 508.
Baptiſmi efficacitas cõtra Dæmonẽ 15.
Baptiſmi virtus 408.
Baptiſmo initiantur Pagani, permoti Chriſtianorum conſtantia 42.
Baptiſmo initiantur pagani in mediis perſecutionibus 125.
Baptiſmo initiãtur viri principe 254.255.256.

Baptiſ-

Baptiſmo initiati eodem tempore mille ducenti 45.
Baptiſmo initiati plurimi in Philippinis inſulis 960.961.962.964.965.667.968.
Baptiſmo initiati ſpacio biennii ad duodecim hominum millia 188.
Baptiſmo initiati viri principes 213.214.&c.
Baptiſmo initiatur paganus cum vxore propter nocturnam viſionem 508 509.
Baptiſmo paulo ante mortem initiatur, quia multis annis vixerat tanquam baptizatus 484.
Baptiſmus datus ſolenni cum pompa 876.877.
Baptizantur in Peru omnis ætatis homines 937.
Bartholomæus Apoſtolus putatur fuiſſe in regnis Mogor 694.
Bartholomæus Omura princeps, inter optimates Iappones omnium primus Chriſtiana ſacra ſuſcepit 71.
Bauianes mercator baptiſmo initiatus cum carnificis manum exſpectat 815.816.
Belli Coraiani vtilitas 503.
Belli duces in lebetis olei feruentis demerguntur 851.
Belli inter Iapponios deſcribitur exitus 546.
Bellum Sinẽſibus facere cogitat Quabacondono 121.
Benedictus ſocius cupidus martyrii 871
Beneficium à Sociis in domeſticũ Daifuſamæ collatum, vtile ſociis 565.
Beneuolentiam Chriſtianis exhibet Quabacondono 211.212.
Bengala regio deſcribitur 840.
Bengalenſes reformidant Tigres 841.
Berampur & Labor diſtant ſexcentis milliaribus 812.
Betele herba in Indiis notiſſima à Regulo folia aliquot Sociis guſtanda dantur 732.
Bibendi ritus Iaponiorum 179.
Biblia Regia in quatuor linguis à Sociis Mogor oblata 705.
Bibliotheca Regis Mogor 722.
Bicuni ſunt quaſi Iaponiorum moniales 454.
Biſnagani Regis Epiſtola ad P. Viſitatorem Indiæ 835.836.
Biſnagenſes in foliis ſylueſtrium palmarum ſcribunt etiam diplomata. 806.
Biuſcirtus Bonzius Quabacondono deſerere noluit 284.
Boioni vaſa ſunt quæ in Philippinis inſulis fiunt 239.
Bonæ ſpei ſinus in quoto ſit altitudinis poli gradu 660.
Bonzius multa data vt ægro ſanitatẽ reſtituerent, quod perficere non potuerunt 398.399.
Bonzii apud Sinas cõtemnantur 914.
Bonzii à Quabacondono contempti 99.100.
Bonzii aut Chriſtiani fiunt, aut in exilium abeunt. 56.57.
Bonzii cùm ſuas ſchedulas vendere conantur malè accipiuntur 507.
Bonzii fruſtra conantur ſanare energumenam 405.
Bonzii duo ex ſecta Gienſcii mercede à nobili viro conducti 619.
Bonzii dæmonem ejicere non potuerũt 11.
Bonzii curarunt euerti Sociorum templa 139.
Bõzii homines perditi & diſſoluti 620
Bonzii in Chriſtianorum numerum cooptati 100.
Bonzii quinam ſint 7.
Bonzii omnes apud Iappones ſunt nobiles 54.
Bonzii magnam acceperunt cladem à Cangonocamo 124.
Bonzii plurimi ſunt apud Sinenſes, verum

verũm ſine honore 899.
Bonzij pauperes fiunt 629.
Bonzij. Vide Chartaceam & Veſtem.
Bonzii nugas ſuas verbis exornant 607.
Bonzii voluptatibus & deliciis indulgent. 373.
Bonzii malè tractantur à Quabacōdono 143.
Bonzii Sinenſium 926.
Bōzii omnem ſuam ætatem in addiſcēdis Chinarū characteribus ponūt 11.
Bonzii ſuum inſtitutum deſerentes fiunt milites 124.
Bonzios Auguſtinus imminente morte audire recuſauit 580.
Bonziorum domicilia apud Sinenſes Regiis ſumptibus & fructibus annuis aluntur 921.
Bonziorum judicio martyrium eſt via propagandi Euangelium. 332.
Bonziorum templa in vrbe Meacenſi à Taico jubentur euerti 373.
Bonziorum in Socios calumnia 552.
Bonziorum magnus concurſus ad vrbes Meaco & Ozaca 617.
Bonziorum apud Iappones magna potentia 54.
Bonziorum habitus & exterior cultus, quo vſi fuerant ſocii, magno fuit impedimento ſociis in Euangelio propagando 914.
Bonziorum inſtitutum amplecti noluit Regis filius 28.
Bonziorum mores 23.
Bonziorum in Idolis ſuis conſeruandis ſtudium 99.
Bonzius à puella octo annorum ad Chriſtianā religionē conuerſus 390
Bonzius fruſtra ſubſidiū Quabacondono ab Idolo impetrare conatur 282
Bonzius propter concubinam exulare juſſus 207.
Bonzius ob æs alienum morti addictus, opera Chriſtiani liberatus, vt Chriſtiana ſacra ſuſciperet, quod cū ſuo tum aliorum bono fecit 467.
Bonzius fruſtra eſt conatus dæmonem ab adoleſcente pellere 422.
Bonzius ſocii aduentum timens fugit 430. 431.
Bonzius fruſtra Dæmonem ab energumeno pellere tentat 506.
Bonzius energumenum ſanare tentauit fruſtra 397.
Bonzius prouocatus non eſt auſus cum ſocio de Relig. diſputare 410. 441.
Bonziis à Pagano anteponuntur Socii 94.
Bonzius egregiè refutatus à nobili viro pagano 126.
Bonziorum in Socios odium 5[illegible]7.
Bonziis paganorum judicio meliores ſunt ſocii 52.
Bottanti finitimi ſunt Mogor 694.
Brachmanes duo martyres 647.
Brachmanes Ethnicarum ſuperſtitionum magiſtri 642.
Brachmani Chriſtiani cum paganis diſputatio 810.
Brachmani Idolorum Sacerdotes. Sociorum conatibus ſe opponunt 836.
Brachmanorum fabula 839.
Brachmanorum ſecta varia 824.
Brachmanus in maximo eſt honore 711.
Brama cum exercitu propter Nili inundationem fuit in maximo periculo 744.
Brama frater natu minor quo iure fraternum regnum vſurpauit 708.
Brama in rebelles crudelis 745.
Brema Rex Paguanus à Tangu homine fraudulento occiſus ſimul cum Regina vxore 850.
Breuiario B. Xauerii vſi ſunt Chriſtiani vt energumenam à Dæmone liberarent 422.
Breuiarium B. Patris Xauerii energumenum

gumenum liberat 507.
Breuiarium Vide Chriſtianus & femina, & miracula.
femina Breuiarii contactu à dæmone liberata.
Babonis vocem timent Peruani 938.
Bancenſis Chriſtianus ſenio confectus poſt longam iter peccata expiauit, & ad meliorem vitam migrauit 635.
Bungenſis Regis, qui Franciſci fuit filius, pœnitentia 127.128.
Bungenſis Rex regno paterno exutus 393.
Bungi Regina à Chriſtiana religione aliena 10.
Bungi Regis filius Chriſtianus 21.
Bungi Rex patrocinio Quabacondoni ſe ſubmiſit 102.
Bungi Rex paganus ſociorum fautor 9
Buppo eſt liber de ſectis & erroribus Iaponiorum 403.

C.

P. Cabralis doctore Chriſtiano digna reſponſio ad hominem paganum 21. 22.24 25.
Cataras Regulus humaniter Socios accipit 732.
Cadauera in fluuium iniecta nauium curſum impediunt 851.
Cadauera in Iapponia cremantur 500.
Cadauer Naici de Tangaor cum trecentis ipſius concubinis exuſtum 838
Cadauer Auguſtini apud Socios Meaci ſepultum 581.
Cæmiterium viſu digniſſimum 720.
Cærimonia Iapponiorum impia erga mortuos 256.
Cafares, id eſt homines legis expertes 813.
Cafari dicuntur, qui nec Deum nec Prophetas norant 866.
Cafer eſt genus hominum ex Aethiopum genere agreſte ac barbarum 665. 680.
Cafri alioquin inhumani Chriſtianis naufragis beneuoli 669.
Cainocami filius Quambioiendono homo diſſolutus 605.
Cainocamus facit Ioanni Acaſcicamon 568.
Calecutani Reges duodecimo quoque anno repetunt ſolenne quoddam feſtum 822.
Calecutanum Regnum 695.
Calumnia in Chriſtianam legem à Paganis conficta 40.41.
Calumniator Henrici Henriquez à Deo punitus 858.
Cambaiæ templum erigendi Sociis facta eſt poteſtas 871.
Cambalu ſedes regia Regni Xatai 796.
Cambaiam appulerunt Socii ad magnum Mogor miſſi 710.
Cambaiana gens laudatur 714.
Cambaia ſubiecta Regi Mogor 713.
Cambaieta eſt Cambaiæ metropolis 705.
Cambogia Regnum deſcribitur 792.
Cambioiendono Sociorum fautor 130.
Cambogienſes commercium habent cũ Iapponibus 794.
Camera aurea portatilis rotis innixa 90.
Camorum omnium Camus principalis factus eſt Taicoſama 537.
Campana nullum reddidit ſonum, quamuis pulſaretur 196.
Camuri ſunt pilioli 349.
Camus nouus Iapponiorum 537.
Cancogonocamus Sociis infenſus 150.
Cangiurodono martyrium expetit 329.
Canis horribilis qui cum adoleſcente loquebatur 404.
Canthonem adeunt Luſitani magiſtratus venia 893.
Cantio quam mulier ab eo quem non vidit, didicit 940. 943.

*Canum venaticorum non eſt vſus in Regno Mogor 702.*
*Canzucanum Collegium incolunt Socii ampliùs quadraginta 146.*
*Canzviedono Chriſtianis qui in Regno Fingi ſunt viuendi Chriſtiano ritu poteſtatē fecit 603.*
*Canzuiedono duriter tractat Socios captiuos 559.*
*Canzviedono Sociis minatur 555.*
*Canzviedono Auguſtini fratrem mactari curauit 558.*
*Canzviedono obſidet Vto præcipuam Auguſtini munitionem 548. 554.*
*Canzviedono tandem fit Sociorum amicus 575. 576.*
*Socii captiui tandem dimiſſi 575. 576.*
*Capillorum candidorū pluuia. 356. 360*
*Capillos in humeros ſparſos gerunt cū viri tum feminæ in prouincia Zinalona 946.*
*Capitis dānati, Sociis deprecatoribus vitam impetrarunt 617.*
*Cappucini Patres in Regno Martauano 849.*
*Carnem humanam vehementer expetunt lacertæ magnæ 840.*
*Carne non veſcuntur Iaponii pagani eo die quo ipſorum vxores moriūtur. 230.*
*Carne ſe abſtinent Sinenſes cùm ieiunant 925.*
*Carnes qui diebus vetitis per imprudentiam comederant, de ſe ipſi ſupplicium ſumunt 506.*
*Carnificis officio fungebatur Quabacondono 265. 266.*
*Caſchichi heredes Bonziorum 475.*
*Caſchimirana regio perfrigida 863.*
*Caſſanares hoc eſt Sacerdotes. 788.*
*Caſtigant ſe grauiter Iaponij Chriſtiani 186.*
*Caſtimoniæ exemplum 488.*
*Caſtitatem perpetuam à Sociis colivehementer miratur Raia de Ciandecan 847.*
*Caſtitatis exemplum 490. 491.*
*Cataia Regnum cum incolis deſcribitur 875. 876.*
*Cataloni baptiſmum expetunt 961.*
*Catechumena Bonzium diſputando de fidei rebus vicit 454.*
*Catechumenii Iaponij laudes 216. 217.*
*Cauſæ quæ mouerunt Chriſtianos vt exiſtimarent perſecutionem nō fore diuturnam 190. 200.*
*Cea potio eſt Iapponiorum 629.*
*Cemiterium ad ſepeliendos Chriſtianos 601.*
*Ceræ copia in Regno Chandecani 731.*
*Cerui opera ceruorum cicuratorum capiuntur 702.*
*Chananuſci Bonzius 391.*
*Chandecani Rex Socios ad ſe inuitauit 730.*
*Chandegrinum vrbes regia 774. 807.*
*Chandegrinum eſt Regia Viſſanagaræ Regis 803.*
*Chaquata eſt regio inter Tartaros & Perſas 692.*
*Characteres quibus vtuntur Chinæ difficiles 11.*
*Chartaceam veſtem morientibus vendunt Bonzii 474.*
*Chatiganum eſt ſtatio in portu magno 733.*
*Chatinerum præcipuum Obonis domicilium 759.*
*Chinenſium Rex ſubſidia miſit Coraianis contra Iaponios 264.*
*Chori ſunt Bonzii 379.*
*Chiſtapanaicho nomen eſt Naichi 752.*
*Chriſtianam legem commēdat Quabacondono 94.*
*Chriſtianarum feminarū ingens ſtudium*

dium expetendi martyrium 33.
Chriſtiani Firandiani numero ſeptingenti fiunt clientes Nangaioca 569.
Chriſtiani ſponte in templo conueniũt, vbi præſẽtibus paganis ſeipſi diuerberant 490.
Chriſtiani naufragi veſtibus omnibus ab Aethiopibus ſpoliati 668.
Chriſtiani magna cum alacritate obuiam ſociis proficiſcuntur. 82.
Chriſtiani exules ſua ſorte cõtenti viuunt. 603.
Chriſtiani neophytæ timore perculſi à fide deſciſcunt. 54. 55.
Chriſtiani qui tenui ſe victu ſuſtentant rarò ægrotant, & ad ſummam ſenectutem perueniunt 444.
Chriſtiani quid egerint in perſecutionis æſtu 143.
Chriſtiani ſingulari Dei beneficio ex naufragio ſalui euaſerunt 427.
Chriſtiani faciliùs fiunt nobiles & milites, quàm Sellularij & mercatores 618.
Chriſtiani religionis cauſa in carcere præter modum hilares 507. 508.
Chriſtiani imminente perſecutione à Sociis animati 152.
Chriſtiani magna plauſu Socios excipiunt 85.
Chriſtiani poſteri eorum qui à D. Thomas ad Chriſti Eccleſiam ſunt adiũcti, ad triginta millium armatorũ numerum faciunt 790.
Chriſtiani naufragi à dura ſeruitute liberati 675.
Chriſtiani dum ſe ipſi verberarent à paganis capti 523.
Chriſtiani prompti ad ſubeundũ martyrium 317.
Chriſtiani diuinitus ex aquis euaſerũt 444.
Chriſtiani ſolum verterũt, ne Chriſtianam fidem abnegarent 529.
Chriſtiani vt fiant homines plebei permittit Quabacondono 211.
Chriſtiani apud Conguos & Voiacatas non pauci 21.
Chriſtiani ex longinquis regionibus ad Socios veniunt 129.
Chriſtiani ad crucis ſuppliciũ magno cum gaudio feſtinant 337.
Chriſtiani 26 Taicoſamæ iuſſu in crucem acti 290.
Chriſtiani operarii non patiuntur paganum vllum inter ſe viuere. 131.
Chriſtiani omnes à Paganis patres vocantur 308.
Chriſtiani in Paganorum prouinciis ritu Chriſtiano viuunt 125.
Chriſtiani duo martyribus adiuncti meritò dicuntur adaucti 333.
Chriſtiani flagitioſi diuinitus puniuntur 414.
Chriſtiano decumbenti reſtituta vox vt confiteretur peccata ſua 392.
Chriſtiano principi fauit Deus 427.
Chriſtianorum miſeriæ poſt victoriam Daifuſamæ explicantur 551. 552.
Chriſtianorum in Iaponia periculum 150.
Chriſtianorum conſtantia 534. 624.
Chriſtianorum præclarum factum 526 527.
Chriſtianorum Iaponiorũ vehemens ardor confitendi peccata 252.
Chriſtianorum principum virtus magna 153. 154.
Chriſtianorum præclarum factum 563.
Chriſtianorum ardor in accipiendis martyrum reliquiis 342.
Chriſtianorum puritas 604.
Chriſtianorum Principum ſingularis amicitia 29.
Chriſtianorum Iaponiorum conſtantia. 31.
Chriſtianorum hoſtes à Deo puniũtur 42. 43.
Chriſtianorum Iaponiorum erga P.

Viſitato-

*Chriſtianorum Iapponiorum erga P. Viſitatorem humanitas* 125.
*Chriſtianorum duorum inſignis conſtantia* 131.
*Chriſtianorum feruor in propaganda Catholica religione* 144.
*Chriſtianorum ad ſacramenta concurſus* 141.
*Chriſtianus occiſus quia ſibi ventrem ſecare renuit* 355.
*Chriſtianus pauper ducẽtos circiter paganos ad Chriſtianam religionem traduxit* 103.104.
*Chriſtianus mortem antepoſuit negationi fidei* 508.
*Chriſtiani exſulibus Socij de hoſpitio commodant* 528.
*Chriſtianus energumenum liberauit* 390.
*Chriſtianus æger diuinitus ſanitatem recuperauit* 428.
*Chriſtianus qui clàm tantùm globulos precarios portabat, à Dæmone obſeſſus* 397.
*Chriſtianus contactu Breuiarii B. Xauerij à Dæmone liberatus* 422.
*Chriſtianos magna beneuolentia Rex Mogor complectitur* 707.
*Chriſtus Dominus cruci affixus in aere viſus* 963.
*Chronicus Regis Mogor à Socio victus* 870.
*Chuſambrodono laudatur* 227. 228.
*Ciaia Iaponiorum potus* 90. 91.
*Cia liquor nobiliſſimus apud Iaponios* 224. 239.
*Ciandegri vrbs nobilis* 839.
*Cicamorus Franciſci Regis Bungi filius in fide confirmatus* 103.
*Cicatora in Chriſtianorum cupit numerum cooptari* 11.
*Cicatora in baptiſmo Simonis accepit nomen* 15.
*Cicatora baptiſmo initiatur* 15.
*Cicatoræ adoleſcentis conſtantia* 12.
*Cicatora ex liberatione feminæ obſeſſæ à Dæmone mouetur vt Chriſtianus fiat* 11.
*Cieghorum apud Iappones auctoritas* 220.
*Cinæ Regis arrogantia* 344.
*Cinales natione Sinenſis ante mortem baptiſmo initiatus* 832.
*Cinenſis ſeptuagenarius ciuium ſuorũ optimus & erudítiſſimus* 354.
*Cinghio eſt cæcorum in Iaponia princeps* 260.
*Ciuam magnus inter Bōzios fit Chriſtianus* 460
*Ciunangodono captiuus amandatur ad munitionem Voari* 547.
*Ciunagondono Chriſtianus Dominus Regni Mino exulare cogitur* 551.
*Claſsis octingentarum nauiũ ex Iaponia in Coraium appellitur* 173.
*Clerici fiunt ſex Iaponii* 600.
*Clerici Iaponii quibus in rebus occupẽtur* 416. 417.
*Cobaicauandono gratus fuit Pro-Prouincialis aduentus* 101.
*Cobaicaua ſũmus cultor Chami & Fotochi* 433.
*Cæci (quorum magnus eſt in Iaponia numerus) magni fiunt à Iaponiis* 260.
*Cæcorum primarius tanquam princeps à Iaponiis colitur* 260.
*Cæcorum Quengiorum priuilegium* 472.
*Cæcorum tria millia vni cæco parent* 260.
*Cæcus ſepelit mortuos, & alia Chriſtianæ pietatis officia exercet* 444.
*Cæcus adoleſcens virum cæcum fidei Chriſtianæ myſteria docet* 477
*Cæli Sinenſis magna ſalubritas & amœnitas* 886.
*Cælum Regni Martauani temperatum* 849.
*Cœnam dat Sociis Rex Quabacun-*

*dono 97.*

*Carimoniarum baptiſmi aſpectus paganum mouit, vt clientes ſuos ad Chriſtiana ſacra impelleret. 51.*

*Cofondi veſtis genus 378.*

*Cognati ſceleratorum hominũ in carcerem conjiciuntur, ſi ipſi ſcelerati aufugerint 879.*

*Colloquium Auguſtini cum Martino Socio, qui fuit vnus ex quatuor Legatis Roma reuerſis 387. 388.*

*Collũ Auguſtini à carnifice trino ictu ſectum 581.*

*Cometa ſpecie horribilis 356.*

*Commiſſarius Patrũ ordinis Minorum in crucem agendus ab Epiſcopo veniam petit 338.*

*Commoda fuit Sociis mutatio veſtitus 915.*

*Concilia duo in ſingulis prouinciis Regni Sinenſis 889.*

*Cōcio Pauli Michi Socii, cùm in cruce mortem exſpectaret, ad ſpectatores 341.*

*Concordant inter ſe litterati omnes Sinenſes 924.*

*Concubinæ trecentæ exuſtæ cum cadauere amaſii 838.*

*Concubinas retinere Iaponiis non licet 207.*

*Concubinas multas alant Zinaloani 947.*

*Concurſum trium aut quatuor milliũ ægrorum ad thermas 486.*

*Conditiones quas P. Viſitator propoſuit Scimandono accepit 598. 599.*

*Confeſſione ritè peracta ſenex quidam breui poſt tempore mortuus eſt 425.*

*Confeſſiones centies tricies mille auditæ 234.*

